THESAURUS LINGUAE LATINAE

This file contains a part of the *Thesaurus Linguae Latinae* (ThLL), published in print in Leipzig *et al.* 1900–. Please check on our website (www.thesaurus.badw.de) whether you have the latest version of the file (the version is indicated in the last line on this page).

The **abbreviations** used in the ThLL are explained in the *Index librorum*, which has basic information on all Latin texts from Antiquity (incl. chronology and editions). It is regularly updated and can be consulted on our website: www.thesaurus.badw.de.

Navigating in this file

This file has a **bookmark for every headword**, including those in the *Addenda et Corrigenda* (in vols. VII/2, IX/2, X/1, X/2, *Onomasticon* C & D). You can use the list of bookmarks for fast navigation and to get an overview over the entries. Please note that the list of bookmarks=headwords may not (yet) be complete.

Searching in this file

You can search through the bookmarks/headwords in many pdf-readers after activating the option 'include bookmarks' (or similar) in the search menu.

The file includes an uncorrected OCR text, which may be useful for copying short phrases. **You can search through the text, but may not find what you are looking for – even if the information is contained in the printed volume.** Due to the complexity of the typeface and the age of the print the searchable text (*behind* the page on the screen) is only partially correct and thus may differ from the digital reproduction (= what you see on the screen). **The text of the print** (and its digital reproduction) **is the only authentic version of our dictionary**.

For full-text searches you can use the ThLL-database published by *De Gruyter*™ (available in research libraries).

License and limitations of use

This work is offered to you under a *Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivs CC BY-NC-ND* license (explanation here). In addition, you are not allowed to print or modify (parts of) this file or to upload it to a public website (**no file-sharing**). We kindly ask you to respect these restrictions. Instead, please refer fellow researchers to our website. Continued access to this version of the ThLL depends on your acceptance of these conditions. Please also leave this page and the watermark in the file.

Further information

We are enthusiastic about cooperation with academic researchers anywhere in the world. Please include references to the ThLL in your publications where relevant. If you have a lexicographical question about the Latin of Antiquity which cannot be answered from the published volumes of the ThLL, please contact us; contact information is on our website: www.thesaurus.badw.de.

Enjoy working with the Thesaurus Linguae Latinae!

Michael Hillen, General Editor and Project Leader
Munich, February 2019

version 1 (6 February 2019)

THESAVRVS LINGVAE LATINAE

EDITVS AVCTORITATE ET CONSILIO
ACADEMIARVM QVINQVE GERMANICARVM
BEROLINENSIS GOTTINGENSIS LIPSIENSIS
MONACENSIS VINDOBONENSIS

VOLVMEN II

AN — BYZERES

MDCCCC—MDCCCCVI
LIPSIAE IN AEDIBVS B. G. TEVBNERI

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

artigraphia, -ae *f. ab* artigraphus. GRAMM. suppl. 174 *nomina* quae sunt a masculinis venientia ... theologia analogia artigraphia orthographia et cetera his similia producuntur in paenultima.

artigraphus, -ī *m. vox hybrida, ab* ars *et* γράφω, *cf.* τεχνογράφος: *artis scriptor.* SERV. gramm. IV 440 quas ipse ponit artigrafus (*sc. Donatus*). Aen. 1, 104 quidam artigraphus. 5, 522 secundum Iubam artigraphum. CLEDON. gramm. V 49 Plinius artigraphos dicentes pronominibus finitis accidere personas reprehendit. EVTYCH. gramm. V 448 omnibus artigraphis in hoc consentientibus. POMP. gramm. V 205 apud plerosque artigraphos. CASSIOD. gramm. VII 145 Donatum artigraphum. 155 Nisus artigraphus. 209 frequenter artigraphos de orthographia tractasse. 212 secundum regulas artigraphorum. rhet. p. 495 H. secundum Fortunatianum artigraphum. 499 inperfectum syllogismum solent artigraphi nuncupare (Ps. BOET. grom. p. 395 ISID. orig. 2, 9, 7). *saepe apud recentiores grammaticos. Klotz.*

Artila *cogn. vir.* CORP. VI 32543 (*a. 227*) 33 ⟨M. Aur. M.⟩ f. Fl. Artila Phi⟨lippop. vico⟩ Stairesis.

Artillius *v. sub* Arrius *p. 645, 57.*

Artillus, -ī *cogn. vir.* CORP. XIII 1860 (*Luguduni, saec. III*) G. Geminio Artillo vet. leg. VIII Aug.

Artimeus *v.* Artemius.

Artimicla, Artimīsia *sim. v. sub* Artemis.

Artinius *v. sub* Arrius *p. 645, 52.*

Artinus, -ī, *cogn. vir.* CARM. epigr. 178 (*Treveris*) Acceptio Artino. *Diehl.*

artio, -īvī, -īre. [*ab* artus -a -um. *Th.*] GLOSS. constringere, coniungere. *cf.* arto. CATO agr. 40, 3 surculum praeacutum inter librum et stirpem artito ... surculum aridum, quem artiveris, eximito, eo artito surculum, quem inserere voles. librum ... artito usque adeo, quo. *cf.* 41, 2. 41, 3 surculos ... artito ad medullam. facito iis medullam cum medulla coniungas artitoque ea, qua terebraveris, alterum ex altera parte. NOV. com. 16 artivit linguam in palatum, coepit labia sugere. 41 artivit matri interfemin⟨i⟩a fortiter ('artivit pro artavit': NON. 505 *ad utrumque locum*). *Hey.*

Artion *insula Dalmatina.* RAVENN. p. 408, 16. *Tomaschek, PW. II 1455 contulit* Arba.

Artionī (*dat.*), *dea Celtica ursina. cf.* ἄρκτος, ἄρτος. CORP. XIII 5160 (*prope Bernam*) deae Artioni. INSCR. Bonn. Jahrb. 55/6 p. 245 Artioni Biber. *v. Ihm, PW. II 1454 et suppl. I s. v.*

Artiscius *v. sub* Arrius *p. 645, 59.*

Artisica *statio Mauretaniae Caesariensis.* ITIN. Anton. 12 (*v. l.* Artisiga).

Artissius, -ī *cogn. vir.* CORP. III 14370[10] Volk(ano) sacr. Aur. Artissius aedil. territor. contr. et K(astrorum) R(eginorum). ... posita X K. S. Orfito cos. *Diehl.*

artītus, -a, -um. *ab* ars. PAVL. FEST. 20 artitus bonis instructus artibus. ANTH. 19, 4 post artitum Nasonem. GLOSS. II 23, 33 artitus πάντεχνος, δαίδαλος. V 7, 24 (48, 27) edoctus. *cf.* artatus *sub* arto *l. 75.*

artius, -um, ἄρτιος. IMP. AVG. ap. Suet. Claud. 4 *Claudius* si est artius, ut ita dicam, holocleros, quid est quod dubitemus quin per eosdem articulos et gradus producendus sit, per quos frater eius productus sit? sin autem ἠλαττῶσθαι sentimus eum et βεβλάφθαι καὶ εἰς τὴν τοῦ σώματος καὶ εἰς τὴν τῆς ψυχῆς ἀρτιότητα *eqs.* MART. CAP. 9, 949 alia *diastemata sunt* chromatica, alia diatonica, item alia artia (archia *cod. Bern.*), alia perissa. *corruptus est locus de Saturniis* CHAR. gramm. I 288, 4 *ubi* artios *legitur. V.*

Artius, -ī, Ἄρτιος, *cogn. vir.* CORP. VI 29523 M. Volusio Artio Sextio T. f. Tiburtina coniux. X 2622 (*Puteolis*) M. Iunius Artius collibertus. XIII 2689 (*Augustoduni*) d(is) m(anibus) Artio. *hoc nomen ultimum fortasse celticum. cf.* Artioni.

Artlaus *v.* Archelaus *II 456, 33. Diehl.*

arto, -āvī, -ātum, -āre. [*ab* artus -a -um *derivatum in locum verbi vetustioris* artire *successit. Th.*] *artum facere. vocabulum singulis locis habetur ap.* PLAVT. (*v. infra l. 77*) LVCR. LIV. MANIL. *al., nusquam ap.* TER. VARR. CIC. VERG. HOR. QVINT. TAC. *alios multos* (*nota* ICTOS *eo non uti praeter* VLP.), *usu crebriore insigne est in oratione pedestri ap.* VELL. SEN. phil. COLVM. VLP. *nec non apud infimi aevi scriptores, in versibus ap.* LVCAN. SIL. STAT. MART. *de scriptura* arcto *cf.* artus *p. 720, 35.* LVCAN. 8, 655 *v. p. 524, 5.* GLOSS. στενοχωρεῖ, stringit, constringere. artentur συνελαυνέσθωσαν, συνσφιγγέσθωσαν. V 346, 23 adfixit. 267, 19 adflixit sive conligavit (adfixit *Goetz. ceterum neque adfligendi notio aliena est ab hoc verbo, cf. p. 709, 62*). 168, 34 artatus constrictus. IV 311, 6 districtus [*ibid.* subers; *cf. Goetz*]. ISID. orig. 1, 7, 5 articuli ... nominibus artantur, id est colligantur. *cf.* GRAMM. suppl. 220, 34. [*hisp.* artar '*cogere*'. *M.-L.*]

I *artare aliquid*: PLAVT. Capt. 304 fortuna (*tamquam artifex*) humana fingit artatque ut lubet. *cf.* PAVL. FEST. 21, 1 artifices ... quod apte opera inter se artent. **A** *res corporales*: **1** *non certae sedis*: **a** *quae premunt* (*arte adfigere, aptare, adligare*): *de vinculis, sim.*: CELS. 6, 18, 8 fasciae ... ubi artatae sunt (*sc. ad ventrem*). SEN. Ag. 894 aper ... casse vinctus ... artat ... motu vincla. COLVM. 4, 29, 10 molliora vincula ... probamus, quae cum circumvenere truncum, adactis arundineis cuneolis artantur. LVCAN. 7, 143 *eques* frenorum ... artat (aptat *al.*) habenas. COLVM. 12, 44, 2 transversos fustes artato (*cf.* 12, 44, 3). *in phrasi translata* HIL. in psalm. 56, 8 iam non in uno Israhel funiculum hereditatis artatum sit. STAT. silv. 2, 1, 130 brevibus constringere laenis pectora et angusta telas artare lacerna. *arte claudere*: STAT. Theb. 10, 494 omnis porta coit; solas ... tardius artat Echion Ogygias. **b** *quae premuntur*: LVCR. 1, 576 sunt ... solida ... simplicitate, quorum condenso magis omnia conciliatu artari possunt. SEN. nat. 5, 3, 2 circa flumina ... nebula est artatis congestisque corporibus (5, 3, 1 corpora se in angustum contulerunt. *ibid.* spissarum nubium). LVCAN. 3, 398 structa laterum conpage ligatum artet humum *robur.* MART. CAP. 6, 599 aëris ... halitus undiquesecus ... diffusus artarit mediumque fecerit, quod ... circumclusit (*sc. terram*). 6, 600. ENNOD. opusc. 3 p. 371 Vind. in metallum (*sc. glaciem*) aquas artaverit *mons. de corporis partibus*: PAVL. FEST. 20, 17 artus, quod membra membris artentur (*cf.* ALC. AVIT. carm. 1, 87 lingua palato: *dat.? cf. l. 32. p. 709, 52*). SEN. epist. 101, 3 conpressum artatis faucibus spiritum. LVCAN. 4, 370 *tractus aquarum* aera non passus ... discurrere ... artavit clusitque animam (PRVDENT. psych. 34). SCRIB. LARG. 206 *emplastrum* iungit omnem partem divisam et fibulis artatam. PLIN. nat. 8, 30 artatis in rugas cancellis (*sc. in cute elephantorum; opp.* extentis). APVL. met. 4, 3 dolore plagarum alvus artata. TERT. cult. fem. 1, 2 circulos ..., quibus brachia artantur. NEMES. cyn. 92 sinus gemmatis balteus artet nexibus. HIER. epist. 38, 4 mitellis crispantibus vertex artabatur. 64, 19 qua (*zona*) ... pectus artatur et ... tunica . . constringitur. 117, 7 cingulo angustius pectus artatur. VVLG. Iob 18, 7 artabuntur gressus virtutis eius (*impii*; *cf.* 18, 10 abscondita est in terra pedica eius et decipula *eqs.*). prov. 4, 12 *viam aequitatis* cum ingressus fueris, non artabuntur gressus tui, et currens non habebis offendiculum. *artare aliquem vinculis, sim. v. sub II. in agricultura*: COLVM. 4, 29, 9 surculus ... per ... tenuiorem partem insertus eo latere artetur, quo est plenior. 4, 29, 14 sarmentum ... artatur foramini. 12, 47, 2 *mala* surculis sic transversis artentur, ut modice mala conprimant (*sc. surculi*). PLIN. nat. 17, 209 *vitis* contineri debet vimine, non artari. STAT. Theb. 4, 156 inexhaustis artantur tela pharetris. CORIPP. Iust. 4, 62 coniungunt tabulas et ferri nexibus artant. SEN. nat. 7, 27, 6 facies *cometae* ... non in angustum coniecta et artata, sed dimissa liberius *eqs.* PORF. OPT. 26, 11 artare primos eminentes angulos et mox secundos propagare latius. AVIEN. Arat. 529 summum signo caput angulus artat. 948 alios duo *circulos* parcior artat linea nec multa trahit istos ambitus aethra. 1015 *circulus* stringitur artatus zonarum mole duarum. SIDON. carm. 11, 9 recessu *sinus rupibus inclusi*, sic tamquam toto coeat de lumine caeli, artatur collecta dies. artare gyrum, globos *v. p. 709, 40.* **2** *loca*: **a** *artant res circumcludentes* (*imminuere ambitum, latitudinem*): SEN. Herc. f. 1211 illa, quae pontum Scythen Symplegas artat (STAT. Theb. 5, 347). STAT. Theb. 2, 434 Euboicis artatas fluctibus oras. IVST. 44, 1, 9. AVIEN. orb. 40 *caespes* latus *Asiae* artans Caspia contingit freta. AMM. 18, 8, 11 molinae ad calles artandas aedificatae. HEGES. 3, 5, 2 praerupto montis a laeva artatur *situs urbis.* PANEG. 12, 9 iugera artata pomerio. CLAVD. 28, 518 *amnis* silvis artatus opacis (ALC. AVIT. hom. 29 p. 150 venerabilibus ripis). 15, 225 *v. p. 709, 57.* *se artare*: MELA 1, 7 *mare* ubi primum se artat, Hellespontus vocatur (*opp.* qua diffunditur ... ubi *se* expandit; *syn.* ubi iterum *se* pressit. *similiter* APVL. mund. 6 mare per angustias oris artatum in artissimos sinus funditur; *ibid.* panditur ... premitur). AVIEN. orb. 222 ora 685. *artari reflexive*: PRISC. perieg. 10 *terra* bifido ... brachia litore pandens artatur ... utrimque assimilis fundae (*aliter de terra v. supra l. 11*). AMBR. Abr. 2, 6, 26 quietis ... angusta abundant, dissonis moribus ... spatiosa artantur. *cf. supra l. 35.* *artatus absolute i. q. artus* (*cf.* GLOSS.): LVCAN. 5, 234 artatus rapido fervet qua gurgite pontus (SIL. 15, 222. SERV. auct. Aen. 3, 419 maris angustias artati. SIL. 5, 42 sub angustas artato limine fauces ... ducebat iter *ad Trasumennum*). *cf.* 5, 51 RVT. NAM. 1, 242 CORIPP. Ioh. 2, 76. OROS. hist. 6, 21, 18 Gaetulos latius vagantes Cossus ... artatis finibus coercuit. **b** *artant res circumclusae* (*replere, stipare*): LVCAN. 2, 678 ora profundi (*i. ostium portus*) artantur casu nemorum (*sc. arborum truncis deiectis. cf.* HEGES. 4, 27 lin. 40 Web.). 9, 35 pelagus victas artasse carinas (SIL. 14, 370. AMM. 23, 3, 9 classis latissimum flumen). PLIN. nat. 3, 83 angustias eas (*inter Corsicam et Sardiniam*) artantibus insulis parvis. SIL. 4, 664 *ego Trebia* clipeis ... virorum, quos mactas, artatus iter ... reliqui (SYMM. orat. 2, 26). STAT. Theb. 8, 413 iaculis artatus ... aer (CORIPP. Ioh. 2, 214 ipsis artatur ab hastis campus. *cf.* 2, 20 pruinae nube ... arbor ... omnis albet et ipse suis artatur motibus aer. *an* molibus?). 11, 39 artatur denso fugientum examine vallum. MART. 2, 90, 6 atria ... artat imaginibus. **3** *scripta* (*dicta*): VELL. 2, 86, 1 in transcursu tam artati operis. MART. 1, 2, 3 hos eme, quos artat brevibus membrana tabellis (14, 90). 12, 5, 2 decimi ... libelli artatus labor est et breve rasit opus. HIER. epist. 48, 14 universa, quae nos de virginitate ... lato sermone diffudimus, ille brevi artavit compendio. EVCHER. instr. 1 p. 123 Vind. obscurissimus locus, nobis tamen pro festinatione sermonis artandus. SIDON. epist. 4, 3, 8 artati carminis brevitas. ENNOD. epist. 2, 2 p. 41 Vind. *epistularum brevitatem* in angustum artavit festinatio portitoris. 4, 24 p. 115 ar-

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

tatur pagina, cui vix ... verba tribuuntur (7, 12 p. 180). MACR. sat. 5, 1, 8 tanta brevitate dicentem, ut artari magis et contrahi brevitas ipsa non possit. MART. CAP. 9, 985 trochaeus ..., qui ... octo primis positionibus constet, reliquis in elationem quattuor brevibus artetur. ENNOD. epist. 2, 13 p. 53 Vind. oris thesaurum quibuscumque artare confiniis (*cf.* 2, 6 p. 44. 3, 32 p. 94). FAVST. REI. grat. 2, 6 p. 71 Vind. apostoli sensum intra gentilis decreti artare ... angustias.

B *res incorporales*: **1** *tempora*: VELL. 1, 16, 2 artati temporis spatium (1, 16, 4 *v. sub II*). FRONTO p. 196, 11 N. quom omnibus negotiis ⟨a⟩rtata sint tempora. 198, 3 quinquennium in triennium artavit. VLP. dig. 42, 1, 1 tempus iudicati ... nonnumquam artat, nonnumquam prorogat. SYMM. epist. 5, 34 (32), 1 tarda evocatio perveniendi tempus artavit. 5, 38 (36). AMBR. exam. 4, 5, 21 *sol* ubi ... in septentrionem se subrigit, spatia diurna producit, noctes vero artat ac stringit. *sim.* CARM. de mens. (poet. min. V 58, 7) 1 artatur niveus bruma Ianuarius arva (atra *Riese*). **2** *alias res*: **a** *temporis spatio angustato*: PETRON. 80 dies sollemnis ludum artaverat (attulerat *Büch.*). VLP. dig. 48, 19, 8, 7 esse tempore poenam artandam. SYMM. epist. 7, 105, 1 tarda emptio ... sollicitis artetur angustiis. orat. 2, 29 cum incipientium studia brevis finis artaret. DIOM. gramm. I 468, 3 rhythmi certa dimensione temporum terminantur et ... nunc brevius artari, nunc longius provehi possunt. **b** *mensura vel vi ac potestate rei imminuta*: LIV. 45, 36, 4 in praemiis, in honoribus omnia artata. VELL. 2, 10, 2 Domitiae familiae ... artata numero felicitas. PANEG. 12, 32 fin. si ... difficilior frumentaria res fuisset, inopiam patienter ferebat et, quam numero artarat, annonam conparcendo laxabat. HIL. in psalm. 2, 16 ad meritum praemii ... ius libertatis metu constitutionis artatum est. HIER. in Is. 14, 2 (p. 176 Vall.) in hoc (*abl.*) solum artari videtur intelligentia, quomodo possederit Israhel ... victores. ENNOD. epist. 9, 3 p. 230 Vind. quod ... artis (*abl.*) fama nobilis artaretur obstaculis. **c** *aucta vi*: OROS. hist. 2, 12, 7 ni ... Cincinnatus ... artatam obsidionem oppresso hoste solvisset.

II *artare* a l i q u e m: **A** *corporaliter* (*corpus, membra artare*): **1** *artant homines ipsi*: LVCAN. 4, 627 *Alcides* medium conpressis ilibus artat *Antaeum*. HIER. homil. in Luc. 15 quamdiu illum meis brachiis non artabam. ENNOD. carm. 1, 4, 96 subolem ... complexa *Venus* mollia mellitis artavit ad oscula labris. PLIN. paneg. 23 quod occursantium populus te ... artaret (astaret *codd.*). SIDON. epist. 1, 9, 3. SIL. 4, 519 obvia densos artat turba g l o b o s (*cf.* 4, 452 gyroque per orbem artato). *de stellis* AVIEN. Arat. 603. **2** *artant vincula, sim.*: HIER. in Galat. 4, 20 si me vincula non artarent. VICT. VIT. 3, 46 pedibus manibusque ligatis vinculis ingentibus artat episcopum. DRAC. Rom. 10, 50 iuvenem (*obi.*) Scythicas artasse catenas (10, 49 ligant). PRVD. psych. 567 capit inpia Erinnys consensu faciles manicisque tenacibus artat. VITA Desiderii 21 caudis sonipedum indomitorum artatur. *de bestiis*: STAT. Ach. 1, 460 curva feras indago latentes claudit et admotis paulatim cassibus artat. *sim.* ARNOB. in psalm. 50 quos ... *medicus* scit posse salvari, iubet eos artari ..., secari, cauteriari. *aliter* SORAN. 2 (19), 26 *infantes* aut morte aut ingenti strictura artati sunt *in utero matris*. *nota*: VICT. VIT. 1, 34 artatur Maxima durae custodiae. **3** *artant loca* (*vel homines locis*): SIL. 4, 553 nec artatis locus est in morte cadendi (9, 322). STAT. Theb. 8, 352 omnibus alae artantur portis septemque excursibus haerent. HEGES. 4, 1, 4 caedebantur angustiis artati. VVLG. iud. 1, 34 artavit Amorrhaeus filios Dan in monte nec dedit eis locum, ut descenderent. CLAVD. 15, 225 intrantem Pontum (*i. eum, qui intrat P.*) qua Bosphorus artat. ARATOR act. 2, 470 dominum super omnia fusum claudere nemo potest parvisque artare figuris. *de bestiis*: CYPR. GALL. gen. 434 pascua quod fetas artarent parva duorum.

B *incorporaliter* (*artare libertatem, ius, animum, commoditatem, sim. alicuius*): **1** *aliquo malo admoto* (*vexare, sollicitare, adfligere*): AMBROSIAST. Rom. 2, 9 anima invisibilibus poenis artabitur. HEGES. 3, 1, 3 Nero artabatur futuris scelerum suorum poenis. VICT. VIT. 3, 22 *al.* 1, 28 insidiis. CORIPP. Ioh. 4, 379 terroribus. ENNOD. epist. 8, 16 p. 211 Vind. me ... aegritudines et, quicquid ad mortem vocat, artavit. VVLG. Iob 20, 22 cum satiatus fuerit *impius*, artabitur, aestuabit. GILD. chron. III p. 50, 1 artatus tali condicione *David*. GREG. TVR. glor. mart. 30 *diversis* doloribus artatus *aeger*. Franc. 9, 13. ENNOD. opusc. 3 p. 364 Vind. corda pavor artabat. **2** *temporis brevitate* (*constituere alicui breve faciendi aliquid spatium*): VLP. dig. 2, 11, 28 si quis ..., cum posset non incidere in tempestatem ..., si ante profectus esset ..., ipse se artaverit. *ibid.* neque sic artandus sit (est?), ut possit ... dici ..., neque permittendum ei ... causari. 38, 9, 1, 12 largius tempus parentibus ... tribuitur, quia artandi non erant, qui (*ibid.* neque ... urguerentur). 43, 24, 5, 2 neque tam artare adversarium, ut intra diem occurrere ... non possit. AVG. in ev. Ioann. 47, 9 non nos artat hora, quae solet die dominico. *similiter de hominibus*: VELL. 1, 16, 4 adeo ... artatum angustiis temporum *sc. quod clarum in oratoribus fuit.* **3** *libertate imminuta* (*urgere, cogere*): a d *aliquid*: TERT. anim. 35 ne ... in custodiam delegatus ad exsolutionem totius debiti arteris (*cf.* COD. Theod. 9, 26, 3 *a. 403* = COD. Iust. 9, 26, 1, 1). VOPISC. Tac. 4, 6 ad quas (*sententias ferendas*) nos locus artat. PS. CYPR. sing. cler. 9. AVG. retract. 2, 5 violenter artari. MAR. MERC. subnot. 8, 2 te ... ad hoc magis artabo, ut te convincam definitionibus. *cf.* 7, 1 hic artatus (*sc. argumentis*) 'naturalis' inquies *eqs.* COD. Theod. 13, 1, 7 (*a. 369*) CASSIAN. conl. 9, 22, 1 SALV. eccl. 4, 17 SIDON. epist. 4, 24, 2 VICT. VIT. 2, 35 CASSIOD. var. 1, 19, 2 VITA Cypriani 6. HYDAT. chron. II p. 20, 77 quos cum ad inopiam vi obsidionis artaret. AVG. civ. 20, 11 p. 435 D. *civitas dei* i n angustias tribulationis artabitur, urgebitur, concludetur. *sim.* HIER. epist. 124, 5 in unum foedus artabuntur *homines.* *absolute*: HIL. in psalm. 118 he 3 lex ... intra fines nos constitutionis ... artavit. HIER. in Ion. 1, 3 (p. 395 Vall.) illud ... quod scribitur ... nequaquam nos artat, ut ... referamus. epist. 121, 10 (p. 884 Vall.) si ... eos iuxta litteram coeperimus artare. 148, 30 (p. 1112 Vall.) ex utroque (*neutr.*) artaris, ex utroque constringeris. COD. Theod. 11, 39, 3 pr. (*a. 334*) iuris iurandi religione testes ... artari praecepimus. PS. PROB. gramm. IV 29, 12 licet alta subire mens humilis vetet et res metrica fortius artet. *reflexive*: PS. CYPR. sing. cler. 45 siquis ... hospitatur, ubi mulieres intersunt, omnino se artet, ne passibilitate aliqua vitietur. **4** *necessitudine, sim.*: CYPR. GALL. gen. 1140 omnibus admotis, quos linea sanguinis artat. *reflexive* ANON. exhort. monach. Migne 18, 74[c] cum vos invicem nexu astrictae caritatis artabitis (*opp. qui* adhuc mundialibus vinculis colligantur).

synonyma opposita supra invenies. adde: angustare, coartare.

Artoasdēs *v.* Artavasdes. [*Hey.*

Artobrige *statio Norici inter Bedaium et Iuvavium.* TAB. Peut. 4, 3/4. *cf. Ihm, PW. II 1460.*

Artocēs, -is, *Ἀρτάκης, nom. vir.* FLOR. 1, 40, 28 Artocen, qui Hiberis imperabat. RVF. FEST. brev. 16 *Pompeius* Hiberiam cum Artace rege in deditionem accepit (EVTR. 6, 14 A r t a c e n [*Capitoni p. 99, 16 Ἀρσάκην*]. IORD. Rom. 235). OROS. hist. 6, 4, 8 Artacem. *v. l.* artachem, artocem. *cf.* Artachis. *Diehl.*

? **artocopos**, -ī *m.*, *ἀρτοκόπος*. FIRM. math. 8, 20 p. 225 ed. Bas. 1551: decima octava pars Tauri si in horoscopo fuerit inventa, servos faciet humilesque viros, artocopos vel pistores (servi humiles pistores *nil amplius* ed. Ven. 1497 p. CVII[2]). *cf.* GLOSS. *ἀρτοκόπος* pistor.

artocreas, -tos, *ἀρτόκρεας*. PERS. 6, 50 oleum artocreasque popello largior. CORP. IX 5309 (*Cuprae maritimae; periit*) artocrea (*sic schedae*) populo Cuprensi dedit. *cf.* GLOSS. II 209, 48 visceratio *ἀρτόκρεας*. *V.*

Artogerassa *opp. Armeniae.* AMM. 27, 12, 5 Artogerassam ... oppidum muris et viribus validam (27, 12, 12). *v. Baumgartner, PW. II 1460.* *Diehl.*

artolagan(on), -ī *m.*, *ἀρτολάγανον*. PLIN. nat. 18, 105 panis ... varia genera ... appellati ... a deliciis, ut artolagani.

artolagynos, -ī *m.*, *ἀρτολάγῡνος*. CIC. epist. 9, 20, 2 dediscendae tibi sunt sportellae et artolagyni (-ani *edd.*) tui *ut clientis*. CAPER gramm. VII 108, 3 artolagoenus ab assidendo *mutilatum videtur*.

artomeli *n.* (*ἀρτόμελι non servatum videtur.*) THEOD. PRISC. log. 85 *defectus stomachi* etiam et artomeli (ex arto melle *cod. B*) curo; *abl. est.* CASS. FEL. 44 p. 109 artomeli cataplasma adhibitum est utilissimum. *V.*

Artona, -ae, *vicus Galliae, nunc* Artonne. GREG. TVR. glor. conf. 5 p. 751 apud Artonam (Arth- *plerique*) Arvernensim vicum. *unde* **Artonēnsis** vicus. GREG. TVR. *l. c.* ab Arcthonensim (*v. l.* Arth- *et* Art-) vicum. p. 752 ad vicum Arcthonensem (*v. l.* Art- *et* Arth-). vit. patr. 5, 2 in Arthonensis (*v. l.* Art-) vici prata. *Diehl.*

artophacion, -ī *n. cf. ἄρτος et φακός, φάκιον.* SORAN. 2, 22, 71 a foris ex pollinibus ervi cataplasma et artofacium inponis. *ibid.* artofacio (-agium *codd. vett.*) frequentius uti.

artopta, -ae *f.*, *ἀρτόπτης*. GLOSS. artepta (*sic; aliquoties* arcepta) genus vasis ut (*vel* quasi) pigella (pugella pigilla *singulis locis*) *ad panem scilicet coquendum, v. Mau, PW. II 1460.* PLAVT. Aul. 400 ego hinc artoptam ex proximo utendam peto a Congrione. IVV. 5, 72 sed tener *panis* et niveus mollique siligine fictus servatur domino. dextram cohibere memento *tu qui cliens es*, salva sit artoptae reverentia. *Plauti locum multi putant perperam intellexisse in his* PLIN. nat. 18, 107 pistores Romae non fuere ad Persicum usque bellum ... ipsi panem faciebant Quirites mulierumque id opus maxime erat ... artoptas iam Plautus appellat in fabula quam Aululariam ⟨in⟩scripsit, magna ob id concertatione eruditorum, anne is versus poetae sit illius, certumque fit Atei Capitonis sententia ⟨co⟩cos tum panem lautioribus coquere solitos pistoresque tantum eos qui far pisebant nominatos. nec cocos vero habebant in servitiis eosque ex macello conducebant. *at Plinius minime dicit* artoptas *esse* cocos *et statim agit de cribris, v. etiam* artopticius. *sane Plinium male ad Iuvenalem interpretandum adhibuit qui finxit* GLOSS. V 652, 29 artopta pistor.

artopticius, -a, -um. *ab* artopta *latina lege formatum* PLIN. nat. 18, 105 panis ... genera ... a coquendi ratione ut furnacei vel artopticii aut in clibanis cocti. 18, 88 siligineae farinae modius Gallicae XII libras panis reddit, Italicae duabus tribusve amplius in artopticio pane. *V.*

Artōrius *v. sub* Arrius *p. 645, 6.*

Artotrōgus, -ī, *nomen parasiti fictum ab ἄρτος et τρώγω.* PLAVT. Mil. 9.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Artotyritae, -ārum, *Ἀρτοτυρῖται, haeretici.* AVG. haer. 28 Artotyritae sunt, quibus oblatio eorum hoc nomen dedit: offerunt enim panem et caseum, dicentes a primis hominibus oblationes de fructibus terrae et ovium fuisse celebratas (FILASTR. 74 in Galatia. HIER. in ep. Gal. 2, 3 Migne 26, 356ᵈ ISID. orig. 8, 5, 22). *Diehl.*

artrītes, artrīticus *v. sub* arthr-.

artro, -āre *v.* aratro.

artuātim *adv. cf. c.* artuare. GLOSS. membratim. FIRM. math. 7, 1 p. 89ᵛ *ed. pr.* pecus intra viscera matris artuatim concisum medicis (a medicis *Neapol.*) proferetur. err. 2, 2 occidit Osirim artuatimque laceravit. Ps. HIER. epist. 6, 8 *corpus* non modo artuatim, verum etiam articulatim compaginandum. *Bannier.*

Artula *nom. mul.* INSCR. christ. Rhen. Kraus I 216 (*in Treveris*) hic quiescit in pace Vrsula ... Artula cara matir titulum po⟨suit. *cf.* Artullus.

Artullius *v. sub* Arrius *p. 645, 47.*

Artullus, -ī *nom. vir. cf. Ἄρτυλλος, Ἀρτύλος.* CORP. VI 12487 (*periit*) d. m. fecit Artullus Aug. ser. *cf.* Artula *et* Aretullus. *Diehl.*

artuo, -āvī, -ātum, -āre. *ab* artus. *membratim concidere*: FIRM. math. 6, 31 p. 81ᵛ *ed. pr.* ut sic artuatis visceris partibus membra omnia crudelis artificii praesidio proferantur.

1. artus, -ūs *m.* [*i. q. gr.* ἀρτύς (σύνταξις *Hes.*), *armen.* ard '*forma*'. *cf. c. gr.* ἀραρεῖν (ἀραρίσκειν) ἀρτύειν ἄρθρον *et c.* ordo ordiri. *Th.*] *numerum singularem alioquin perrarum, de qua re grammatici hoc produnt*: CHAR. gramm. I 45, 6 singulari numero artus non dicimus. PROB. gramm. IV 29, 21 artus membra numero semper plurali declinantur *sim., grammatici ipsi nimirum hic illic exhibent velut* CHAR. gramm. I 45, 6 hic artus, artūs. PRISC. gramm. II 106, 17 *de deminutivis*: artus articulus (GRAMM. suppl. 70, 14 NOT. Tir. 53, 91. 92). 262, 4 *de masculinis et neutris*: hic artus hoc artu (GRAMM. suppl. 127, 30). 262, 9 quod a verbo 'arto artas' rei vocabulum fit 'artatus' et per syncopam 'artus'. 263, 8. III 445, 2. CONSENT. gramm. V 355, 3 ab hoc artu, his et ab his artubus. GRAMM. suppl. 44, 13 *ut cultus*, sic declinandum est ... artus. GLOSS. artus μέλος, ἄρθρον, ἁρμὸς μελῶν, *sim.* (*cf.* CHAR. gramm. exc. I 552, 24 GRAMM. IV 578, 20). *accedunt* VAL. FL. 4, 310 vitalia ... vincula, qua primo cervix committitur artu (*sed est* artu *hic i. q.* articulo). CYPR. GALL. exod. 733 eluere infectas sordes vel veste vel artu. PRISC. gramm. III 462, 7 armo, artu corporis. CORP. XI 307 artus (*i. corpus*) obit terris. *singularem extare* LVCAN. 6, 754 tunc omnis palpitat artus, tenduntur nervi; nec se tellure cadaver paulatim ... levat *non probabile, certe hinc* DRAC. Romul. 5, 281 moriens tremibundos palpitat artus, *et* OREST. trag. 728 male partitos per vulnera palpitat artus (*cf. p. 713, 49*). *neque probabile* AVIEN. Arat. 962, *ubi EV codd.* Erigone tepidum sese submittit in austrum virgineusque pudens zonae super invidet artus, *nam procul dubio recte* virgineos *Ambrosianus, cf. P. de Winterfeld, de Rufi Festi Avieni metaphr. Arat. p. 29/30; videtur tamen agi de circulo caeli, non de zona virginis.* CLAVD. 20, 18 truncatur et artus *a medicis* ut liceat reliquis securum degere membris *pars codd. fortasse recte* truncantur. *mira profert* PROBI app. gramm. IV 193, 2 nomina appellativa generis masculini, quae ablativo casu numeri singularis u littera terminantur — 19 numeri tantum singularis: ... artu flatu portu.
plur. **artūs,** -uum *m. legitur inde ab* ENN. *et* PLAVT. PAVL. FEST. 22 artus ex Graeco appellantur, quos illi ἄρθρα vocant: sive artus dicti, quod membra membris artentur. ISID. orig. 11, 1, 82 artus ... ab artando dicti. *de derivatione ab* artatus *et declinatione v. supra. de formis* artubus *et* artibus, *de quibus agere grammaticorum garrulitas numquam desiit, non affero nisi hos locos*: DIOM. gramm. I 308, 3 'u' litteram retinere evitandae ambiguitatis gratia, ut 'partubus arcubus artubus'. PRISC. gramm. II 364, 21 'artus artubus' ... 'artibus' enim ... ab arte. VEL. gramm. VII 68, 3 nonnulli ... varie modo per 'u', modo per 'i' scripserunt 'artubus' et 'artibus' ... mihi videtur nimis rusticana enuntiatio futura, si per 'u' extulerimus. CASSIOD. gramm. VII 156, 16 'artubus' et 'artibus' veteres indifferenter scripserunt: nos possumus observare, ut ... ab eo quod sunt 'artus' ... *scribamus* 'artubus'. artibus: LVCR. 5, 1077 (*aliis locis* artubus). MANIL. 4, 703 *pars codd.* SEN. contr. 10, 4, 21 *codd. duo.* APVL. met. 2, 17 TERT. anim. 10. ANTH. 253, 108 artibus *cod. Salmas.* PAVL. NOL. carm. 23, 94 *cod. Q.* SIDON. epist. 5, 2, 1. 7, 14, 3 FAVST. REI. serm. 11 p. 265, 16. GREG. TVR. Mart. 3, 23 invaliscente febre, cunctis artibus distitutus, auditu et elocutione privatur. *acc.* artos: CARM. epigr. 791, 1 quo corporis artos orna sepulchralis retinet. *de genere*: CHAR. gramm. I 45, 6 hic artus artus. CHAR. gramm. exc. I 552, 24 nomina apud Romanos masculina, apud Graecos neutra ... artus ἄρθρον. PROBI app. gramm. IV 193, 2 *v. l. 50.* PRISC. gramm. II 262, 1 hoc (*artus*) ... cum neutro etiam genere 'hoc artu' veteres proferebant, bene secundum quartam declinatur ... ut 'hic tonitrus hoc tonitru' ... ergo similiter 'hic artus hoc artu'. Plautus in Menaechmis (855) ... artua (GRAMM. suppl. 127, 30. NON. 191 artus masculino genere appellamus. artua neutro genere Plautus). *de deminutivo* articulus *v. sub* artus *sing. et* articulus *p. 691, 38.* *utuntur voce poetae totiens quotiens voce* 'membrum', *cum in sermone pedestri multo rarior, ut in operibus* CIC. SEN. PETRON. (*sc. versibus exceptis*) VVLG. *al., immo hic illic nulla sit, ut apud* CAES. CELS. *al.* SCRIB. LARG. 'artus' *saepius*, 'membrum' *semel* (181), TAC. artus *saepius quam* membrum *scripsit. frequens est accusativus, quem dicunt graecum, velut* artus integer, effusus (AVIEN. Arat. 141), fortior, longior, frigidus, ardens; inviolatus, conditus (STAT. Theb. 8, 5), intecti; tremere (LVCR. 3, 489 VERG. georg. 3, 84), horrere (SEN. Med. 353), velli (VAL. FL. 5, 170), compungi (PAVL. NOL. carm. 15, 207), palpitare (DRAC. Romul. 5, 281 OREST. trag. 728 LVCAN. 6, 754).

I ***membra:*** GLOSS. μέλος, μέλος τὸ σῶμα, membrum, -a, γυῖα. IV 20, 38 (?) propria iuventus (21, 14 proprie iuventus vel membra) *sim.* GRAMM. IV 578, 20 μέλος. POMP. gramm. V 99, 13 artus dicimus membra maiora, articulos minora membra in omni corpore (GRAMM. suppl. 220, 37 ISID. orig. 11, 1, 84). **A** *de hominibus*: **1** *partes corporis, cui voci speciei significandae causa subiciuntur. notabilis est formula* corporis artus *velut* HOR. carm. saec. 63 quae salutari levat arte fessos corporis artus. CIRIS 198 OV. met. 7, 317 VITR. 8, 6, 11 IVVENC. 1, 620 CHALC. comm. 7 AVIEN. Arat. 813. 1108 AMBR. exam. 6, 9, 55 PAVL. PETR. Mart. 5, 285. 432 GRAMM. suppl. 220, 36. CARM. epigr. 791, 1 corporis artos. PRISC. gramm. III 462, 7 artu corporis. *similiter* cadaverum artus. SEN. contr. 10, 5, 17. MANIL. 5, 668 scinduntur in artus corpora. 4, 703. TAC. hist. 2, 28 non abrumpendos corpori validissimos artus (*cf.* LIV. 45, 30, 2 animali in artus ... distracto). ACC. praetext. 17 quoniam quieti corpus nocturno impetu dedi, sopore placans artus languidos. LVCR. 2, 711 sua cuique cibis ex omnibus intus in artus corpora discedunt. 3, 393 semina corporibus nostris inmixta per artus. 3, 946 si tibi non annis corpus iam marcet et artus confecti languent. 4, 629. 6, 660 *morbus* urit corpore serpens quamcumque arripuit partim, repitque per artus. VERG. Aen. 2, 214 corpora natorum serpens amplexus uterque inplicat et miseros morsu depascitur artus. CIRIS 493 Scyllae ... corpus ... artus undique mutabant. OV. met. 4, 247. 8, 877 ipse suos artus lacero divellere morsu coepit et infelix minuendo corpus alebat. 11, 736 ut ... tetigit ... corpus, dilectos artus amplexa. am. 2, 10, 23 non sunt sine viribus artus: pondere, non nervis corpora nostra carent. Ib. 605 ut cruor Herculeos abiit diffusus in artus corpora ... sic tua virus edat. MANIL. 4, 702. SEN. contr. 2, 5, 4 flagellis caeduntur artus, verberibus corpus abrumpitur. SEN. Thy. 1059 artus, corpora exanima amputans, in parva carpsi frusta. CVRT. 3, 5, 3 horrore artus rigere coeperunt ... et totum ... corpus vitalis calor liquit. LVCAN. 3, 472 nec tantum corpora ... exanimat *rupes*, totos cum sanguine dissipat artus. 6, 587 quid corpore Magni proiecto rapiat, quos Caesaris involet artus. 6, 720. 9, 799. 934. SIL. 14, 611 passim ... iacent ... corpora, ... tetigisse timentibus artus. STAT. Theb. 1, 416 totosque infusa per artus maior in exiguo regnabat corpore virtus. 8, 5. 738. 10, 789. 11, 545. 12, 137. 457. TAC. Germ. 20 in hos artus, in haec corpora ... excrescunt. 46 corpora atque artus ferarum. Agr. 37 passim ... corpora et laceri artus. hist. 2, 70 lacera corpora, trunci artus. 4, 29. LVCIF. moriend. 8 si ... ignibus consumere nostros artus temptaveris, te magis in nostra corpora sentiemus exuri quam nos. HIER. epist. 38, 2 corpus ... iacebat exanime et anhelos artus mors ... quatiebat. PRVD. Symm. 2, 991. MAR. VICTOR aleth. 2, 262 corpus quoque frangeret horror ... ac totos ... exiret in artus. SIDON. epist. 7, 14, 3 cumque gignendis artibus animalium ceterorum ... natura ... mater occurrat, humana tantum corpora effudit. PAVL. PETR. Mart. 6, 48 aeria innexum constringunt vincula corpus, quos rebare vagos nexos miraberis artus. *nota opposita* anima, -us, mens, ingenium, sensus *sim.* VARRO Lact. opif. 12, 12 *habere feminam* vel formam insignem vel nimium candorem vel corporis levitatem vel artus delicatos vel staturam brevem vel vocem gracilem vel animum inbecillum. LVCR. 2, 949 donec materies omnis concussa per artus vitalis animae nodos a corpore solvit. 2, 266. 3, 128 est ... calor ac ventus vitalis in ipso corpore qui nobis moribundos deserit artus. 3, 281. 3, 451 post ubi iam ... quassatum est ... corpus et obtusis ceciderunt viribus artus, claudicat ingenium, delirat lingua .... 3, 585. 3, 737 haut ... faciunt animae sibi corpora et artus. 3, 758. 767. OV. fast. 6, 743 exciderat cursu lorisque morantibus artus Hippolytus lacero corpore raptus erat. reddideratque animam. trist. 3, 8, 24 hei mihi perpetuus corpora languor habet! seu vitiant artus aegrae contagia mentis, sive .... SEN. Thy. 634 si steterit animus, si metu corpus rigens remittet artus. LACT. opif. 18, 5 quia flagrat in eo (*corpore*) sensus ... et artus omnes ad se adstrictos tenet. SALV. epist. 5, 4 inbecillitas ... carnis mentis vigorem exacuit et adfectis artubus vires corporum in virtutes transferuntur animorum. *saepe de corpore et artubus diversae res pronuntiantur velut* VERG. Aen. 9, 809 cum toto corpore sudor liquitur ... fessos quatit aeger anhelitus artus. OV. met. 3, 39 sanguisque reliquit corpus et attonitos subitus tremor occupat artus. *similia multa.*

2 *coniunguntur cum membris, quae hic illic complures artus continentia finguntur velut* LVCR. 6, 797 languentia membra per artus (*cf. Heinze ad 3, 151*). 5, 851 genitalia deinde per artus semina, qua possint membris manare remissa (-is *codd.*). VERG. Aen. 5, 422 magnos membrorum artus. SEN. contr. 2, 5, 9 nondum in sua membra artus redierant. *sed plerumque nulla differentia statui potest. cf.* GLOSS. V 131, 37 per artus per membra. PROB. gramm. IV 29, 21 artus membra numero semper plurali declinantur. CLED. gramm. V 47, 18 *de forma artibus*: ne non significemus membra. CASSIOD. gramm. VII

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

156, 20 artus, id est membra (GRAMM. suppl. 220, 35). SERV. Aen. 6, 724. SCHOL. Stat. Theb. 7, 760 per artus: cadaverum membra. 10, 356 patientior artus: ... quamvis patientiores artus habeat, id est: Tydei membra dura sunt, *al.* *similiter* SALL. hist. frg. 1, 44 ut per singulos artus *Marius* expiraret (SEN. dial. 5, 18, 1), *cum de eadem re* FLOR. 2, 9, 26 per singula membra, AVG. civ. 3, 28, 5 particulatim membris amputatis, OROS. hist. 5, 20, 7 membris ... minutatim desectis *scribere maluerint.* LIV. 2, 32, 9 *de Menenii fabula*: singulis membris suum cuique consilium. *contra* FLOR. 1, 17, 2 dissedisse ... humanos ... artus. VIRI ill. 18, 2 humani artus discordarunt. VVLG. Iob 16, 8 in nihilum redacti sunt omnes artus mei. 17, 7 membra ... in nihilum redacta sunt. *similia puto saepius.* LVCR. 2, 281 cuius ad arbitrium ... copia materiai cogitur ... flecti per membra, per artus. 3, 150 cum cetera pars animai per membra atque artus ... cietur. 3, 291 quae (*frigida aura*) ciet horrorem membris et concitat artus. 3, 489. 3, 533 quod si forte putas ipsam (*animam*) se posse per artus introrsum trahere ... atque ideo cunctis sensum diducere membris. 3, 620. 4, 844 lacerare artus foedareque membra cruore. 6, 655. 6, 945 crescit barba pilique per omnia membra, per artus. VERG. Aen. 3, 626 cum membra ... manderet et ... tremerent sub dentibus artus. CVLEX 158 concepit proiectus membra soporem ... securo pressos somno mandaverat artus. TIB. 3, 10, 5 ne macies pallentes occupet artus neu notet informis pallida membra color. OV. met. 6, 353 abluere hic artus lassataque membra parabam. 8, 609. 10, 257. 11, 260. am. 1, 7, 53 exanimis artus et membra trementia vidi. Pont. 1, 10, 27. MANIL. 2, 189 autumnus mollis sibi vindicat artus ... fera tergo membra ... excipiunt hiemem. PAVL. FEST. 22 sive artus dicti, quod membra membris artentur. VAL. MAX. 6, 9 ext. 5 putres eius artus et tabido cruore manantia membra. SEN. Herc. O. 826 artus ... dilacerat suos et membra ... carpit avellens manu. 914 Oed. 375. LVCAN. 4, 153 membra fovent armis gelidosque ... restituunt artus. 6, 553. SIL. 3, 552 abscissa relinquunt membra gelu, fractosque asper rigor amputat artus. 5, 602 super ... membra ducis stratosque artus. 6, 169. STAT. Theb. 6, 571 effulsere artus membrorumque omnis aperta est laetitia. 7, 761 omnesque per artus sulcus et incisis altum rubet orbita membris. 10, 934 membra virum terrena relinquunt exuiturque animus; paulum si tardius artus cessissent, potuit .... PLIN. paneg. 52 laceros artus, truncata membra. GELL. 20, 1, 19 membra et artus inopis debitoris. APVL. met. 2, 30 hebetes artus et membra frigida. SER. SAMM. 72 sudor ... scabie correptos asperat artus. ergo lutum prodest membris adhibere fricatis. 111. 849. CHALC. comm. 7 de corporis membris et artubus. CLAVD. 20, 18 truncatur (*sive* -antur) et artus *a medicis*, ut liceat reliquis securum degere membris. PAVL. NOL. carm. 12, 6 animam ... Christo ... iussus ... laxatis reddere membris liquisti vacuos rabidis lictoribus artus. AVIAN. fab. 9 gelidos artus — 16 frigida membra. DRAC. Romul. 2, 82 tendit membra puer, longos ut crescat in artus. 8, 715 longior artus et procera in poplite membra. 9, 167 oscula det membris: 'laceros ubicumque iacere' dicit avus puero 'pater est quos videris artus'. OREST. trag. 725 saucia membra trahunt famuli ... postque fores portae ossibus ecfractis minuunt per mille secures et male partitos per vulnera palpitat artus. AEGR. Perd. 69 defessos artus ac membra calore gravata. 134 deficiunt iuveni paulatim fortia membra decoquiturque umor, cunctos qui continet artus. 260. ARATOR act. 2, 631 sudaria fusa per artus languorum pressere focos, membrisque repostae ad nihilum fluxere lues. PAVL. PETR. Mart. 6, 80 quod (*templum*) sanctos (*i. sanctorum*) continet artus et laudi aeternae felicia membra reservat. 5, 281 VEN. FORT. carm. 2, 7, 30 CARM. epigr. 460, 1.

3 *coniunguntur et artus et membra speciei vice fungentia cum corpore*: LVCR. 3, 702 dispertitus enim per caulas corporis omnis ut cibus in membra atque artus cum deditur omnis disperit ... sic anima atque animus ... ⟨in⟩ corpus eunt. 3, 721. 4, 887 quae in corpore toto per membra atque artus animai dissita vis est. 4, 950 quoniam non est quasi quod suffulciat artus, debile fit corpus languescuntque omnia membra. 4, 1042 per membra atque artus decedit corpore toto *semen* in loca ... certa. VERG. Aen. 6, 731 quantum non noxia corpora tardant *semina* terrenique hebetant artus moribundaque membra (*affert* AVG. civ. 14, 3). 9, 488 quae nunc artus avolsaque membra et funus (*i. corpus*) lacerum tellus habet? CVLEX 205 in fessos requiem dare comparat artus. cuius ut intravit levior per corpora somnus languidaque ... requierunt membra sopore .... VITR. 8, 6, 11 vapor ex eo (*plumbo*) insidens corporis artus (*v. p. 712, 15*) ... eripit ex membris eorum sanguinis virtutes. VAL. MAX. 7, 6 ext. 2 artus et membra trucidatorum corporum. SEN. Phaedr. 1245 absconde ... dispersa ... membra ... huc ... reliquias vehite ... corporis ... et artus ... congestos date. 1254 LVCAN. 2, 177. 6, 754 tunc omnis palpitat artus ... nec se tellure cadaver paulatim per membra levat. STAT. Theb. 6, 840 non ... patrium in corpore robur: luxuriant artus effusaque sanguine laxo membra natant. MART. epigr. 7, 5 vivebant laceri membris stillantibus artus inque omni nusquam corpore corpus erat. APVL. Plat. 1, 18 artus ac membra vigoris debiti modum ... retinent, cum id, quod infertur, ad totius corporis conservationem ... cunctis partibus dividitur. AMM. 14, 7, 16 artuum et membrorum divulsa compage superscandentes corpora. 16, 10, 8. 25, 1, 12. HIER. epist. 108, 1 si cuncta corporis mei membra verterentur in linguas et omnes artus humana voce resonarent. 121, 10 *in imagine*: ex quo capite corpus ecclesiae ... accipit sucum, ut omnia paulatim membra vegetentur ... ut de fonte capitis rigati artus crescant in perfectionem dei. CARM. epigr. 302, 10 *conscius* sedem ... ponere membris, corporis hospitium ... adornat, reddendos vitae salvari providet artus.

4 *accedunt variae corporis partes*: a *adnumerantur artubus hae partes*: LVCR. 3, 528 in pedibus primum digitos livescere et unguis, inde pedes et crura mori, post inde per artus ire alios ... vestigia leti. SALL. hist. frg. 1, 44 cui (*Mario*) fracta prius crura brachiaque et oculi effossi, scilicet ut per singulos artus expiraret (SEN. dial. 5, 18, 1). FLOR. 1, 17, 2 quod omnibus (*artubus*) opere fungentibus solus venter immunis ageret (VIRI ill. 18, 2). TERT. anim. 9 habens et ille oculos et aures suas ... habens et ceteros artus. CHALC. comm. 26 manibus ceterorumque artuum molitione. AVIEN. Arat. 1290 an reliquos Aries produceret artus ... an. *paulo ante* verticem et umeros *apparere dicitur.* AMBR. exam. 6, 9, 55 caput supra reliquos artus nostri corporis cernimus eminere (*v. p. 712, 16*). HIER. epist. 84, 5 manus et pedes ceterosque artus. CIRIS 493 Scyllae ... corpus semiferi incertis etiam nunc partibus artus undique mutabant atque undique mutabantur. *sequuntur* os, frons, mentum, caput, corpus, bracchia, crura, pedes. MANIL. 4, 702 quamquam communis eat tutela per omne corpus et in proprium divisis artubus exit. *sequuntur* caput, cervix, bracchia, pectus, scapulae, ilia, clunes, inguen, femina, genua, crura, vestigia. OV. epist. 20, 245 iam satis invalidos calamo lassavimus artus et manus officium longius aegra negat. trist. 3, 9, 29 scopulo proponit in alto ... manus sanguineumque caput, ut genitor ... artus dum legit exstinctos ... retardet iter. SEN. Ag. 508 tenet horror artus omnis ... remus effugit manus. Herc. f. 1079 sopor ... alliget artus nec torva prius pectora linquat quam .... Oed. 857 ferrum per ambos ... transactum pedes ligabat artus. VAL. FL. 8, 123 totos pellem nunc fundit in artus, nunc in colla refert, nunc implicat ille sinistrae. SIL. 6, 8 passim clipeique iubaeque atque artus trunci capitum *iacebant*. CYPR. GALL. 310 totos quae (*pestis*) sparsa per artus germanae tristi torquebat viscera morsu. SOL. 30, 20 monstra ..., quorum posteriores pedes crure et vestigio humanos artus mentiuntur. RVT. LVP. 2, 7 non prius poculum ex manibus emittit, quam somnus oppressit bibentem, ac dissolutis artubus ipsum poculum ... dormienti excidit. AVIEN. Arat. 1223 tunc artus medii tunc pectora vasta umerusque dexteraque ulnarum ... gurgitis aestu procedunt. HIER. epist. 122, 4 sic erat cunctis artubus dissolutus *paralyticus*, ut nec pedes ad ingrediendum nec manus movere posset ad precandum. b *opponuntur artubus hae partes*: PLAVT. Men. 855 ut ego huius membra atque ossa atque artua comminuam. LVCR. 2, 963 ubi materiai corpora vi quadam per viscera viva, per artus sollicitata suis trepidant in sedibus intus. 3, 376. 4, 119 quid cordis globus aut oculi? quid membra? quid artus? quantula sunt! 867 capitur cibus ut suffulciat artus ... atque patentem per membra ac venas ut amorem opturet edendi. 6, 1206 in nervos huic morbus et artus ibat et in partis genitalis corporis ipsas. VERG. Aen. 5, 199 creber anhelitus artus aridaque ora quatit. 7, 458 ossaque et artus perfudit ... sudor (ANTH. 17, 313). OV. met. 2, 336 exanimesque artus primo, mox ossa requirens. 9, 169 aut laceros artus et grandia detegit ossa. 10, 423 nutricis in artus ossaque ... penetrat tremor; *sic saepe de ossibus.* 9, 201 pulmonibus errat ignis edax perque omnes pascitur artus. 14, 194 viscera cuius edam, cuius viventia dextra membra mea laniem, cuius ... elisi trepident sub dentibus artus. 208. 15, 524. 14, 757 paulatimque occupat artus, quod fuit in duro iam pridem pectore, saxum. LIV. 21, 40, 9 praeusti artus, nive rigentes nervi, membra torrida gelu. VITR. 8, 3, 5 *cum aqua calida* nervos attingit et artus. VAL. MAX. 3, 8 ext. 6 ex nimio haustu rigoris obstupefactis nervis ac torpore hebetatis artubus. PAVL. PETR. Mart. 2, 240 nervisque artus riguisse ligatis (*cf. in imagine*: Q. CIC. pet. 39 nervos atque artus esse sapientiae non temere credere). SEN. Oed. 418 *de Baccho*: qualis ... creveras falsos imitatus artus, crine flaventi simulata virgo. Herc. O. 1226 exedit artus penitus et costas malum. Tro. 88 veste remissa substringe sinus uteroque tenus pateant artus. cui coniugio pectora velas? OCTAVIA 171 cum rogis artus tuos dedit cremandos membraque et vultus ... flamma ... abstulit. 735 quatit ora (ossa *Buech. sed cf. l. 51* VERG. Aen. 5, 199) et artus horridus nostros tremor pulsatque pectus. MELA 2, 10 Agathyrsi ora artusque pingunt. LVCAN. 5, 165 tandemque potitus pectore Cirrhaeo non umquam plenior artus Phoebados inrupit Paean. 6, 540 omnis ... si saevit in artus immergitque manus oculis gaudetque gelatos effodisse orbes ... et rodit excrementa manus *eqs.* VAL. FL. 2, 268 ipsa sinus hederisque ligat famularibus artus. 3, 556 utque artus et concita pectora sudor diluerat. 4, 244 ingentes umeros spatiosaque pectoris ossa protulit horrendosque toris informibus artus. STAT. Theb. 9, 259 laceri pronis volvuntur cursibus *amnis* artus oraque. QVINT. decl. 307 p. 207 meos artus, mea lacerari viscera putabam. TAC. ann. 2, 21 latos barbarorum artus, nuda ora. 14, 64 venae ... eius per omnes artus exsolvantur. SVET. Cal. 28 membra et artus et viscera hominis. CYPR. GALL. gen. 879 fraterna ... toga praevelans pectus et artus. ANTH.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

86, 5 ut dolor adtigit artus *pueri* sanguineamque manum. LACT. inst. 1, 9, 11 qui artus eius (*Herculis*) ac nervos cremari ... vidit, qui ossa eius et cineres ... sepelivit. 5, 11, 6 non tantum artus hominum dissipat, sed et ossa ipsa comminuit et in cineres furit. AVIEN. Arat. 214 artus *Hippolyti* ... suscitat adque animae rursum tepefacta calore viscera mundanas revocat medicator (*Aesculapius*) in oras. 226 ardens venas ophiuchus, ... *ardens* rigidos artus. HIER. epist. 100, 9 lacerabantur viscera, tabo et sanie artus diffluebant. PAVL. PETR. Mart. 3, 198 oraque et artus perfudit ... pallor.

5 *de artubus ipsis*: *saepe, praesertim apud poetas, pro* corpore *ponuntur; neque tamen speciei sensus, ut supra, subintellegendus est. notandae sunt hic formulae* virginis artus (CAT. 64, 364 CIRIS 399. 482 AVIEN. Arat. 276 PRVD. ham. 634 DRAC. Romul. 7, 22), fratris (SEN. Med. 487), coniugis (STAT. silv. 1, 2, 20), pueri (MART. 9, 38, 7), Cypridis (ANTH. 20, 11), hostis (AVIEN. Arat. 1127), anguitenentis (AVIEN. Arat. 1217), servi (INSCR. christ. Rossi II 109, 63), *sim.* **a** *de natura*: LIV. 45, 30, 2 in artus alterum alterius indigentis. *continentur a nervis, cute*: CIC. nat. deor. 2, 139 a quibus (*nervis*) artus continentur. *ibid.* ossa commissuras habent ... ad artus finiendos (fingendos *dett.*) adcommodatas. LIV. 21, 58, 9 quia torpentibus rigore nervis vix flectere artus poterant. SIL. 6, 17 truncosque trahebat ... nervis interlabentibus artus. AVIEN. orb. terr. 330 *Blemyes* circumvincti nervis extantibus artus. HIER. epist. 100, 9 omnis compago nervorum atque artuum. VINDIC. med. 11. ISID. orig. 11, 1, 83 alii Latine vocatos nervos putant eo quod artuum coniunctiones invicem his inhaereant. SIL. 10, 149 qua spina interstruit artus. VEN. FORT. Mart. 2, 53 laceros rediit cutis una per artus; *sic saepe de cute.* VAL. FL. 4, 192 modo sint tibi sanguis et artus. TAC. ann. 12, 47 ubi sanguis in artus ⟨se⟩ extremos suffuderit. *sic saepe* sanguis *opponitur.* APVL. Plat. 1, 26 ut eum (*cibatum*) ex eo loco per omnes artus natura ... dirivari faciat (*cf.* LVCR. 3, 703. 4, 629. 867). LVCR. 2, 683 nidor ... penetrat qua fucus (sucus *codd.*), non it in artus. SOL. 22, 12 (20) ut per ... cicatrices plurimum fuci artus bibant. VEN. FORT. 3, 7, 35. LVCR. 4, 1215 semina ... Veneris stimulis excita per artus (*cf.* COLVM. 10, 212 dum satiata Venus fecundos compleat artus). *adde* VAL. FL. 7, 463 carmina ... totos volvit figitque per artus. *opponuntur terreni artus caelestibus* animae, -o, menti, *sim., a quibus etsi invitis regi non raro dicuntur* (*cf. sub 1*): LVCR. 3, 341 sic animai discidium possunt artus perferre relicti, sed ... pereunt. 4, 916 ubi est distracta per artus vis animae. 4, 946. VERG. Aen. 4, 385 cum frigida mors anima seduxerit artus (ANTH. 15, 148). 4, 695 quae (*Iris*) luctantem animam nexosque resolveret artus. OV. met. 7, 250 ne properent artus anima fraudare senili. LVCAN. 3, 623 effugientem animam lassos collegit in artus. VAL. FL. 1, 749 quin rapis hanc animam et famulos (tremulos *Thilo improbabiliter*) citus effugis artus? STAT. Theb. 10, 774 animam ... dedignantem artus. silv. 1, 106 inveniunt positos iam segniter artus pugnantemque animam. APVL. met. 2, 17 usque dum lassis animis et marcidis artibus defatigati simul ambo corruimus. ANTH. 489, 39. CLAVD. 26, 584 cui natura breves animis ingentibus artus finxerat. PRVD. cath. 4, 35 artus atque animas ... confirmas. perist. 11, 110. SEDVL. carm. pasch. 2, 261 animas pariter conservet et artus (op. pasch. 2, 17 fin. animam ... tueatur et carnem). LVCAN. 4, 289 tum frigidus artus alligat atque animum subducto robore torpor. PRVD. ham. 527 subiectos si velit artus imperio quassare *animus.* VERG. Aen. 4, 336 dum spiritus hos regit artus (APVL. flor. p. 72 Oud. ANTH. 15, 144 HIER. epist. 39, 7 PAVL. PETR. carm. min. de vis. 76). OV. met. 15, 166 quoslibet occupat artus spiritus. Ib. 125 luctatusque diu cruciatos spiritus artus deserat. LVCAN. 1, 456 regit idem spiritus artus orbe alio. 4, 643. SIL. 6, 126 ante reluctantis liquit quam spiritus artus. TERT. anim. 10. PRVD. Symm. 2, 184 non occidet ... interior qui spirat homo, luet ille perenne supplicium, quod subiectos male rexerit artus (PAVL. NOL. carm. 22, 73). SVLP. SEV. epist. 3, 14 vigiliis fatiscentes artus spiritui servire cogebat. VINDIC. med. 43. FAVST. REI. serm. 11 p. 265, 16. PAVL. PETR. Mart. 6, 7. ITIN. Alex. 49 Porus neque ingenio inferior quam artubus. CIC. de orat. 1, 121 ut ... tota mente atque artubus omnibus contremescam. LVCR. 3, 644. SEN. Herc. O. 536 ut ... virus ... mentem per artus adeat. SCRIB. LARG. 179 mentis ... alienatio et artuum gelatio. PAVL. NOL. carm. 11, 63 mens ..., lapsis quae superstes artubus de stirpe durat caeliti. 15, 207 compungitur artus sentibus et mentem curis. 17, 297. PRVD. perist. 13, 13 ut liquor ambrosius ... sedem animae penetrat, mentem fovet et pererrat artus. DRAC. Romul. 6, 26 nolentibus ire per artus et mentes intrare senum ... ignibus *amoris.* CORIPP. Iustin. 1, 245. LVCR. 3, 245 sensiferos motus quae (*quarta natura animi*) didit prima per artus. 3, 923. CYPR. GALL. num. 305 nostros quod percutit artus verberat et sensus. *saepius* forma *opponitur artubus velut* OV. met. 11, 261 STAT. Theb. 6, 571. MAR. VICTOR aleth. 367 quae (*Eva*) ... varios mox ... digesta per artus accepit formam calidaque animata medulla traxit opus vitae. *et de* medulla *saepius.* PAVL. PETR. Mart. 3, 118 praecedens tardos virtus pernicior artus. 6, 65 artus praedo gravat, vitam clementia servat. *de firmis et sanis, pulchris artubus*: LVCR. 4, 1038 adulta aetas cum primum roborat artus. OV. met. 12, 489 ut satis inlaesos miranti praebuit artus. VAL. FL. 4, 552 vigor novus auxerat artus. 5, 561 si tela artusque sequantur. STAT. Theb.

4, 94 Tydeus, iam laetus et integer artus. 10, 356 *Tydeus*, patientior artus. silv. 3, 4, 79 adultos fortior artus. Ach. 1, 580 validos proferre ... artus. QVINT. inst. 7 praef. 2 artus etiam leviter loco moti perdunt quo viguerunt usum. CYPR. GALL. num. 316 inlaesos recipit laetis cum vultibus artus. MAXIM. eleg. 2, 35 primaevi temporis artus. AMM. 14, 6, 24 vigore artuum imminuto. 15, 12, 3 gelu duratis artubus *Gallorum.* CARM. epigr. 721, 3 artuum virib(u)s cluens. 907, 3 Nazarius ... integer artus. 1522, 14 inviolatus artus. PAVL. PELL. 50 firmavit ... artus invalidos crescens vigor (*cf.* LVCAN. 4, 650 STAT. Ach. 1, 481 CYPR. GALL. gen. 595). *de infirmis et senilibus*: SEN. contr. 10, 4, 20 cum descripsisset debiles artus omnium. QVINT. decl. 388 p. 336. PS. QVINT. decl. 4, 11 ut putres artus foedet pudenda canities. AMM. 23, 6, 80 artuum laxitate. HIER. epist. 52, 2 non dico senilibus, sed paene iam cariosis artubus (*cf.* STAT. Theb. 7, 479 CLAVD. 3, 144). PRVD. cath. 7, 177 caducis ... gravatus artubus Iesus. PHYSIOGN. 98 cuius omnes artus incerti status sunt. *de statura et genere*: PROP. 4, 8, 41 Nanus ... suos breviter concretus in artus (CLAVD. 26, 584). SIL. 9, 221 immanior artus Marmarides. TAC. Agr. 11 magni artus Germanicam originem adseverant. MANIL. 4, 797 nudos formatus mollior artus. AVIEN. Arat. 648 insignis *Aquarius* artus. PRVD. cath. 12, 113 minutis artubus. apoth. 645 teneros. AVIEN. Arat. 1127 cum iam virgineos aether vehit ... artus. MART. CAP. 2, 109 mortalibus adhuc artubus. *cf. sub b sq.* **b** *de formatione, procreatione, usurpationibus et usibus variis*: OV. met. 9, 268 ubi mortales Tirynthius exuit artus. PAVL. FEST. 22 quod scientiam suam *artifices* per artus exercent. STAT. Ach. 1, 263 virgineos si Iuppiter induit artus. CARM. adv. Marc. 5, 229 humanis sese vestivit et artubus ille (*Christus*). ANTH. 150, 7 quoscumque manus repingat artus. 173, 3 docta manus varios lapidem limavit in artus. 310, 7 tuos incassum decipis artus. PRVD. apoth. 58 deus (*i. Christus*) inlapsurus in artus spiniferos. 1024 cum vas (*i. hominem*) componeret arvo nondum viscereo *Christus* (*sc. dei vice fungens*) ... impressoque putres sub pollice duceret artus. Symm. 2, 256 fluxit mea gloria in artus *hominum.* CLAVD. 8, 228 cum conderet artus nostros aetheriis miscens terrena Prometheus. carm. min. 7, 8 mons patiens ferri varios mutatur in artus. 32, 14 (= PS. DAMAS. carm. 68, 15) parvos confluxit in artus *Christus.* PAVL. NOL. carm. 131, 55 meos suscepit filius *dei* artus. ARATOR act. 1, 41 terrenos erigit artus. 1, 479 nebulis larvalibus exuit artus. DRAC. laud. dei 2, 101 sic tulit artus et fuit in terris Christus. RVST. HELP. de Christi benef. 72 qui (*Christus*) ... fragiles processit in artus. OV. met. 7, 343 ille (*Pelias*) cruore fluens, subito (cubito *edd. nonnullae*) ... adlevat artus. 9, 386 erigite huc artus. SEN. epist. 121, 6 nemo aegre molitur artus suos. Med. 946 infusos mihi coniungite artus. SIL. 17, 138 attollere *Syphacem* fessos annitentem artus. STAT. Theb. 5, 247 artus erexit stratis *Thoas.* 6, 858 ingentes artus praecelsus Agylleus sponte premit. 11, 600 insternit totos frigentibus *filiorum corporibus* artus. silv. 1, 2, 141 sic fata levavit sidereos artus. APVL. met. 4, 7 stipatis artubus. CLAVD. Pros. 2, 338 Tityos ... erigit artus. ARATOR act. 1, 764 exstinctos ad vitam surrigit artus. DRAC. Romul. 10, 232 cur explicat artus? PAVL. PETR. Mart. 3, 381 curvare pios in honorem daemonis artus. VEN. FORT. Mart. 1, 333 acrius *quidam in Martinum* insiliens totos suspenderat artus. CARM. epigr. 1037, 3 illa (*domina*) licet collo laqueatos inliget artus. **c** *de cura et curatione* (*agitur de propriis et aliorum artubus, de vivis et mortuis et morientibus*): *cibo*: LVCR. 5, 898 neque sunt eadem iucunda per artus. CYPR. GALL. num. 348 quia non iuvat artus manna. HIER. epist. 121, 10 ut saturitate et adimpletione carnis ... artus vegetet atque sustentet (*cf.* LVCR. 3, 703. 4, 629. 867 APVL. Plat. 1, 16). PETRON. 120 v. 97 nec ... Tisiphone sitientes perluit artus. PRVD. cath. 9, 52 quamlibet spreto ... pastu ... tenuemus artus. *vestitu*: VERG. Aen. 8, 457 tunicaque inducitur artus. CARM. de mens. 1, 12 (*poetice*) *November* carbaseos ... artus indutus amictus. OV. met. 10, 263 ornat ... vestibus artus. VAL. FL. 1, 219 unde ... niveos ... per artus caeruleae vestes? 6, 670 qua ... dedit teneros aurum furiale per artus. STAT. silv. 2, 3, 32 niveos ne panderet artus ... tota cum veste ruit. TAC. Germ. 17 veste ... stricta et singulos artus exprimente. CYPR. GALL. gen. 71 modo formatos vestis non texerat artus. 133 PRVD. psych. 611 CLAVD. 18, 300 CORIPP. Iustin. 2, 100. DRAC. laud. dei 1, 496 foliis ... tegentes ... artus. MART. CAP. 8, 811 quaedam gemmata nec minus totis artubus decenter oculea. SIL. 15, 696 trepidos nudaverat artus. AVIEN. orb. terr. 1144 *Eretubes* intecti ... artus. *lavacro*: OV. met. 3, 163 hic dea silvarum ... solebat virgineos artus liquido perfundere rore. 4, 310 trist. 3, 12, 22 fast. 4, 768 am. 2, 15, 23. SEN. Oed. 762 *fontis in unda* virgineos foverat artus. ANTH. 211, 6 hic fessos artus viva lavacra fovent. SIDON. carm. 15, 65 necdum Cinyphio Tritone truces hilaraverat artus *Minerva.* *igne et pulvere*: CVRT. 8, 4, 15 admoto igne refovebat artus. ANTH. 211, 9 utilis hic flamma est et nullos pascitur artus. PAVL. NOL. carm. 24, 251 fovente frigidos artus deo. STAT. Theb. 6, 849 madidos artus ... pulvere siccant. *unctione*: OV. epist. 10, 122 nec ... artus unguet amica manus. fast. 4, 853 arsurosque artus unxit. CVRT. 7, 4, 23 suco ex sesama expresso haud secus quam oleo artus perunguebant. SCRIB. LARG. 198 caldo ... artus perunctos. *medicamentis*: SCRIB. LARG. 104 artus constringere et interdum olfactoriis reficere. SIL. 13, 464

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

quae putris (patris *codd.*) artus medicamina servant. PAVL. PETR. Mart. 6, 174 vix ... artus attigerat ... tactus olivi. *firmando, corroborando, durando*: LVCAN. 4, 650 morientis in artus non potuit nati Tellus permittere vires. STAT. Ach. 1, 481 *cui Nereis* ferro (*i. contra ferrum*) praestruxerit artus. CYPR. GALL. gen. 595 infractos robur generare per artus. APVL. Plat. 2, 16 exercitatione ... solidatos artus. PAVL. NOL. carm. 6, 230 contra luxuriem molles duraret ut artus (*cf.* AMM. 15, 12, 3). *molliendo*: OV. met. 4, 286 *unde* tactos ... *Salmacis* remolliat artus. LIV. 21, 55, 1 ut *oleo* mollirent artus. SIL. 6, 93 torpentis mitigat artus. *adde*: PRVD. cath. 8, 19 levis obsequela ut mulceat artus. *diligendo, amplectendo, levando, sim.*: CVLEX 409 igne Cupidineo proprios exarsit in artus. ANTH. 20, 11 temnuntur Cypridis artus. OREST. trag. 231 dabat oscula ... per artus. DRAC. Romul. 7, 22 Vesticolae niveos peteret cum virginis artus *Mars*. OV. met. 6, 249 ut gelidos complexibus adlevet artus. 10, 186 conlapsos ... excipit artus (12, 423). epist. 12, 173 paelex amplectitur artus. EPICED. Drus. 133 artus amplector inanis. SEN. Ag. 778 relevemus artus. Herc. f. 1317 artus alleva ... sŏlo. Med. 486 nil exul tuli nisi fratris artus. LVCAN. 8, 67 astrictos refovet conplexibus artus. 9, 56 gelidos ... effusa per artus *Pompei Cornelia*. VAL. FL. 2, 253 tunc excipit artus. 3, 289 artus ... complexus amicos. 3, 310 exangues miscere amplexibus artus. SIL. 2, 147 membra super nati moribundos explicat artus. 9, 43 fovet extremis amplexibus artus. STAT. Theb. 12, 387 partitaeque artus *Polynicis* redeunt. silv. 1, 2, 20 amplexum niveos ... coniugis artus. 5, 1, 194 sociosque amplectitur artus. Ach. 1, 929 cara cervice mariti fusa ... occupat artus. OREST. trag. 329 mollibus ... iungens amplexibus artus. MAXIM. eleg. 5, 31 pellebar teneros astringere fortiter artus. ANTH. 253, 108 quam bene consertis haeserunt artibus artus. CLAVD. 15, 229 complexu ... fovens ... artus. PRVD. psych. 217. PAVL. PETR. Mart. 1, 330. *adminiculo*: OV. met. 6, 27 baculo ... sustinet artus. HIER. vita Pauli 7. *quiete et somno*: CAT. 64, 303 postquam niveis flexerunt sedibus artus. VERG. Aen. 1, 173 sale tabentis artus in litore ponunt. EPIST. Sapph. 161 hic ego cum lassos posuissem ... artus. VAL. FL. 7, 141 dixerat haec stratoque graves proiecerat artus. STAT. Theb. 1, 387 artus imbri ventoque rigentes proicit. ANTH. 332, 4 quo (*horto*) Venus roseos recondit artus. PRVD. cath. 1, 84 sat convolutis artubus sensum profunda oblivio pressit. CLAVD. 7, 149 Riphaeaque simul fessos porreximus artus. carm. min. 25, 3 sidereos per gramina fuderat artus *Venus*. PAVL. PETR. Mart. 1, 101 vix defessos stratis reiecerat artus (2, 660. 5, 332. 6, 168). VERG. Aen. 2, 253 sopor fessos complectitur artus. 3, 511 fessos sopor inrigat artus (VAL. FL. 1, 48 cum serus fessos sopor alligat artus. MAR. VICTOR aleth. 3, 438). PRVD. cath. 6, 11 blandus sopor ... fessos relaxat artus. OV. met. 11, 631 labi ... ut somnum sensit in artus. medic. 51 cum teneros somnus dimiserit artus. VAL. FL. 5, 333 soporatos ... artus dum premit alta quies. STAT. Theb. 5, 539 fugit ... artus somnus. silv. 1, 4, 56 fessos penitus subrepsit in artus ... quies. ANTH. 253, 113 forte quies Martis ... conpresserat artus (120). *adde* CYPR. GALL. gen. 858 gelidos post somnum colligit artus. *concremando in rogo et sepultura*: CAT. 64, 363 cum ... bustum excipiet niveos ... virginis artus. OV. met. 2, 620 rogumque parari vidit et arsuros supremis ignibus artus (12, 583 *cf.* fast. 4, 853). 9, 240 securosque artus *Herculis* contemptoremque petebat flamma suum. SEN. Tro. 1109 quis tuos artus leget (teget *codd.*) tumuloque tradet? HOMER. 980 concede meos miseris genitoribus artus. STAT. Theb. 12, 421 cui (*rogo*) torrere datum ... Eteocleos artus. 12, 429 primos ut contigit artus ignis edax, tremuere rogi. PRVD. perist. 3, 168. CARM. epigr. 734, 3 istic terrenos terrenis sedibus artus reddidit. INSCR. christ. Gall. 209 artubus hunc tumulum Chlodoaldus consecrat almis. *adde*: TRAG. inc. 169 dum nati *Absyrti* dissipatos artus captaret parens (PHAEDR. 4, 7, 15). STAT. Theb. 5, 605 ut laceros artus *Archemori* gremio ... recepit *Hypsipyle*. 12, 411 huc laceros artus ... *Polynicis* portant. *apud christianos resuscitando*: PRVD. apoth. 232 *ut* subvehat artus *Christus*. PAVL. PETR. Mart. 4, 281 VEN. FORT. 2, 16, 121. **d** *de damnis et vexationibus*: **1** *levioribus*: *variis rebus*: TIB. 2, 3, 9 quod sol graciles exureret artus (*cf.* CARM. de mens. 2, poet. min. I 12, 25 coloratos ostentat Iulius artus. APVL. Plat. 2, 16 coloratos sole). MANIL. 4, 717 asperior solidos Hispania contrahit artus. VAL. FL. 7, 369. GERM. frg. 4, 90 non sidera densa solutos astringunt artus. SCRIB. LARG. 84 artus constringere (*bis*). CAT. 51, 9 tenuis sub artus flamma *amoris* demanat. CIRIS 237 ne furor ille tuos invaserit artus. PROP. 2, 22, 21 si exiles videor tenuatus in artus. HIER. adv. Pelag. 2, 19 luxuriam in vestris artubus militare. APVL. Plat. 2, 16 opacos umbra vel desidia molles *artus*. OV. met. 4, 26 quique senex ferula titubantes ebrius artus sustinet. SIL. 6, 306 nisu magnos qui vinceret artus. SEN. Phaedr. 377 populatur artus cura. APVL. Plat. 2, 16 cura nimia emedullatos artus. CARM. epigr. 9 56, 1 ⟨moles⟩ multa mihi curae cum ⟨pr⟩esserit artus. SEN. Phaedr. 366 artusque varie iactat incertus dolor. VVLG. Iob 16, 8 oppressit me dolor meus et ... in nihilum redacti sunt omnes artus mei (*cf.* ANTH. 86, 5). SER. SAMM. 791 si ... chalybs ... violaverit artus. *sudore*: VERG. Aen. 2, 173 salsusque per artus sudor iit. OV. met. 5, 632 occupat obsessos sudor mihi frigidus artus. SEN. Tro. 487. SCRIB. LARG. 198 manant sudores frigidi per artus. LVCAN. 4, 638 exhaustos sudoribus artus. 4, 754 fumant sudoribus artus. 9, 499 manant. 9, 745. VAL. FL. 4, 276 aegros ... sudoribus artus. HOMER. 804 STAT. Theb. 6, 470. 10, 37 pulvis sudorque cruorque per artus mixtus. SER. SAMM. 71 sudor ... asperat artus. *anhelitu*: VERG. Aen. 5, 432 quatit aeger anhelitus artus (9, 811). *frigore*: LVCR. 6, 594 frigus uti nostros penitus cum venit in artus. OV. am. 3, 14, 38 perque meos artus frigida gutta fluit. epist. 9, 135 frigusque perambulat artus. SEN. epist. 74, 30 artus refrigescent. SCRIB. LARG. 180 gelationem et livorem (188) artuum. 268 perfrigescere artus (271). SIL. 5, 527 diffundente per artus frigore se Stygio. STAT. Theb. 6, 395 concurrit summos animosum frigus in artus. MART. 4, 19, 9 ne madidos intret penetrabile frigus in artus. TAC. ann. 13, 35 ambusti multorum artus vi frigoris. ann. 15, 64 iam frigidus artus. SER. SAMM. 111 vis frigoris ... tenet artus. *torpore, horrore, rigore, pallore*: CAT. 76, 21 *pestis* (*amor*) subrepens imos ut torpor in artus. OV. met. 1, 548 torpor gravis occupat artus. 9, 290 frigidus artus ... horror habet. SEN. contr. *et* contr. exc. 10, 4, 21 inimicus teneris artubus rigor et inopia. SEN. Oed. 181 piger ignavos alligat artus languor. 224 torpor insedit per artus. 624 stetit per artus sanguine effuso horridus. Med. 353 quis non totos horruit artus? VAL. FL. 3, 263 tenet exangues rigor horridus artus. MAR. VICTOR aleth. 3, 376 horror ... implicat artus. *adde* STAT. Theb. 1, 493 laetusque per artus horror iit. *pavore*: LVCAN. 1, 246 gelidos pavor occupat artus. VAL. FL. 6, 480 pavor artus ... perculit. SIL. 8, 186 itque timor totos gelido sudore per artus. HOMER. 326 sanguisque reliquerat artus. AEGR. Perd. 250 pallor perfuderat artus. ARATOR act. 1, 1066 maximus ille pavor, gelidos qui strinxerat artus. *tremore*: ENN. ann. 28 cum tremulis anus attulit artubus lumen. SISENNA hist. 103 trementibus artubus. LVCR. 6, 1190 tremere artus. VERG. Aen. 7, 446 subitus tremor occupat artus (11, 124 OV. met. 3, 40 ANTH. 8, 18). GERM. 294 nautis tremor alligat artus. SEN. Herc. O. 706 vagus per artus errat excussos tremor (Herc. f. 414). Tro. 168 artus horridus quassat tremor. SEN. dial. 4, 35, 3 artus trepidi. LVCAN. 6, 754 (*v. p. 711, 39*) tunc omnis palpitat artus ... cadaver (DRAC. Romul. 5, 281. OREST. trag. 927). VAL. FL. 4, 376 ubi ... tremerent erroribus artus. SIL. 3, 124 tremor implicat artus. TAC. ann. 15, 46 cunctos per artus tremens. MAXIM. eleg. 4, 39 turbatus succutit artus. AMM. 26, 6, 18 per artus tremore diffuso. *mythologice transformatione*: VERG. ecl. 6, 78 mutatos Terei ... artus. CIRIS 81 quotiens mirata novos expalluit artus. 482 miseros mutavit virginis artus. CVLEX 127 quibus ambustus Phaethon luctu mutaverat artus. OV. met. 4, 45 quam (*Dercetim*) versa squamis velantibus artus stagna Palaestini credunt mutasse figura. 4, 407 parvos membrana per artus porrigitur. 5, 559 artus vidistis vestros subitis flavescere pennis. 10, 729 femineos artus in olentes vertere menthas. **2** *gravioribus*: *morbis*: CIC. fin. 2, 93 cum omnes artus ardere viderentur. OV. epist. 11, 27 macies adduxerat artus. IVV. 15, 100 hostibus ipsis pallorem ac maciem et tenuis miserantibus artus. TAC. hist. 4, 81 elapsos in pravum artus. PRVD. cath. 10, 105 morbus ... artus qui nunc populatur. CORIPP. Ioh. 6 (5), 321 macies iam contrahit artus. OV. epist. 19, 117 teneros corrumpere febribus artus. 20, 169. SEN. Oed. 187 sacer ignis pascitur artus. SER. SAMM. 89 sive calens febris iactatos exedit artus. *veneno*: SEN. Herc. O. 914 exedit artus virus ... hydrae. 920 (*cf.* 1292 cum per artus hydra fecundum meos caput explicaret). 1396. TAC. ann. 13, 16 venenum ita cunctos eius artus pervasit, ut. PAVL. PETR. Mart. 3, 129 cum iam liventes virus distenderet artus. *vulneribus*: STAT. Theb. 9, 44 vulneribus ceu mille gravis totosque per artus saucius. 10, 478 gravis exterit artus *bellatorum* ungula. 12, 339 totos invenimus artus ... sed quanto descendit vulnus hiatu (*cf.* SEN. Med. 47). *torquendo, diripiendo, percutiendo, sim.*: PACVV. trag. 159 artus torto distraham. CIC. carm. frg. 32, 7 fabrica ... perrupit artus *Promethei*. OV. met. 6, 387 clamanti cutis est summos direpta per artus. Ib. 599 diripiantque tuos insanis unguibus artus Strymoniae matres. MANIL. 4, 185 laceros artus suspendant fronte tabernae. SEN. Herc. O. 845 eat per artus ensis exactus meos. 1393 artusque nostros durus immittat Siris. Med. 47 vulnera et caedem et vagum funus per artus ... feci. 837 stillent artus. 912 artus *fratris* iuvat secuisse. Oed. 442 post laceros Pentheos artus. SEN. epist. 78 artus in diversum articulis exeuntibus tortos. LVCAN. 2, 164 nec Graecia ... tam laceros artus Pisaea flevit in aula. 7, 844 degustant artus. VAL. FL. 6, 413 illinc artus tenduntur eriles, quos radii, quos frena secant. 7, 369 totos nunc contrahit artus *Promethei* monte dolor. SIL. 1, 53 caesosque per artus vix iter ... rumpentem *Aufidum*. 1, 176 quantum tormenta iubebant creverunt artus. 3, 433 laceros *Pyrene* Tirynthius artus ... lacrimis perfudit *Hercules*. 9, 88 cuius nudaverat artus *Satricus*, natus erat. 13, 833 patrios fregit quae curribus artus *Tullia*. 15, 376 ni telum adversos nati venisset in artus. HOMER. 1006 circa tumulum miseros rapit Hectoris artus. STAT. Theb. 1, 621 hi trabibus duris ... proterere exanimos artus. 10, 547 semianimos artus ocreis retinentibus. 11, 278 hi quaerunt artus. QVINT. inst. 5, 12, 6 nudos et carne spoliatos artus. decl. 338 p. 336 deficientes iam per se distendis artus. TAC. ann. 2, 15 quorum (*Romanorum*) ... pars ... fluctibus et procellis fractos artus hostibus ... obiciant. LACT. epit. 61 (66), 4 dissipandi aut urendi artus (PS. LACT. mort. pers. 21, 6). DAMAS. carm. 27, 4 carceris in-

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

luviem sequitur nova poena per artus. PRVD. perist. 9, 11 imago martyris ... totos lacerata per artus. CLAVD. 5, 431 laceros iuvat ire per artus. COD. Theod. 9, 12, 1 (a. 319) si ... tabescentes artus atro sanguine permixta sanie defluentes prope in ipsis adegerit cruciatibus vitam linquere. CARM. epigr. 1037, 7 draco (*i. torquis aureus draconarius*) consumpsit domina speciosus ab artus. *nota significationem* frusta, *in quae* artus *secantur velut* SEN. Thy. 1059 artus ... in parva carpsi frusta. VVLG. lev. 1, 6 (*de bestiis:*) artus *vituli* in frusta concident. 8, 19 arietem in frusta concidens. CORIPP. Ioh. 3, 166. *igne*: Ov. met. 1, 228 atque ita semineces partim ferventibus artus mollit aquis, partim subiecto torruit igni. SEN. Tro. 564 vastus an patriae vapor corripuit artus? 1176 non ignis meos absumpsit artus. *morte aliqua*: LVCR. 6, 1196 nec nimio rigidi (-a *codd.*) post artus morte iacebant. VERG. Aen. 9, 431 volvitur Euryalus leto pulchrosque per artus it cruor. 9, 750 conlapsos artus ... sternit humi moriens. Ov. met. 5, 96 sanguine defectos cecidit conlapsus in artus. Ib. 337 ubi vita tuos invisa reliquerit artus. Pont. 4, 15, 51 extinctos ferrum demittere in artus. CARM. epigr. 1005, 13 ⟨quo⟩i cultos artus terra cinisque ⟨rapit⟩. LVCAN. 3, 642 pars ultima trunci *militis* tradidit in letum vacuos vitalibus artus. 3, 732 spirantisque invenit artus *filii*. 9, 143 quaecumque iniuria fati abstulit hos artus. SIL. 6, 409 gelidos mortis color occupat artus. 8, 661 currusque citatos arma virum super atque artus (artes *sive* arcis *codd.*) et signa trahentem. 12, 243 niveosque per artus it Stygius color. STAT. Theb. 2, 627 transmissa morte per artus. CYPR. GALL. num. 84 si forte ... aliquis laxaverit artus morte obita (*varia codd.*). PRVD. perist. 2, 268 brevi ... exuent artus. *devorando, morsibus laniando*: Ov. Ib. 288 sint artus avidis anguibus esca tui. 185. MANIL. 5, 544 teneros ut bellua manderet artus *Andromedae*. SEN. Thy. 278 suos artus edat. 799. VAL. FL. 5, 170 fixos scopulis dum vellitur artus *Prometheus*. SIL. 6, 203 depascitur artus *Aquini draco*. 13, 873 ales in aeternum laniabit morsibus artus. STAT. Theb. 9, 13 iam morsibus uncis *Achivi* ... artus dilacerant. 12, 98. 213 uncis alitibus non hos potius supponimus artus? QVINT. inst. 8, 2, 20 qui suos artus morsu lacerasse fingitur. ANTH. 13, 23 nati morsu depascitur artus. PRISC. Anast. 226 humanos arcens lacerari dentibus *ferarum* artus. CLAVD. carm. min. 49, 12 vivos ... ferox depascitur artus *torpedo*.

B *aliarum rerum*: **a** *bestiarum*: LVCR. 1, 259 hinc nova proles *pecudum* artubus infirmis ... per herbas ludit. 3, 7 quidnam tremulis facere artubus haedi ... possint. 3, 743 pavor incitat artus *cervorum*. 5, 1077 cum ... concussis artibus hinnit *equus*. VERG. georg. 3, 84 micat auribus et tremit artus *equus* (*affert* SEN. epist. 95, 68). 458 cum ... artus *balantum* depascitur arida febris. 483 sitis miseros adduxerat artus *pecudum* (514 discissos nudis laniabant dentibus artus. 566 artus sacer ignis edebat). 4, 190 fessosque sopor suus occupat artus *apium*. Ov. met. 7, 317 minuunt *suci venefici* ... corporis artus *arietis*. GRATT. 290 teneris vix artubus haeret ille (*catulus*). MANIL. 4, 899 omnibus *animalibus* una quies, venter sensusque per artus. SEN. Oed. 922 gelidus fluit sudor per artus *leonis*. COLVM. 7, 12, 9 ceteri artus *canis pecuarii* similes membris villatici canis aeque probantur. LVCAN. 6, 88 corpora dum solvit tabes et digerit artus *equi*. SIL. 1, 120 raptimque recludit spirantis artus *hostiae sacerdos*. 4, 378 perfractaque in ore cruento ossa sonant, pugnantque feris sub dentibus artus *leonum pugnantium*. 5, 310 summissos contrahit artus *leo*. STAT. Theb. 2, 413 *cui* (*serpenti*) sitis ... agitata per artus convocat in fauces et squamea colla venenum. 4, 828 *cum Hercules* tumidos animam *leonis Nemeaei* angustaret in artus. TAC. ann. 1, 61 adiacebant ... equorum ... artus. ANTH. 331, 3 expolit *ursa* informes ... artus *prolis*. NEMES. cyn. 169 teneros torquent conatibus artus *canes catulis remotis*. 233. AVIEN. Arat. 141 hunc (*Draconem*) ... ut artus longius effusum spatiosa volumina tendunt. 485 equus integer artus. 708 hic (*Capricornus*) medios artus taeter stupet. 730 *Sirii*. AVSON. 2, 7 nec contenta *sagitta* ictos letaliter ire per artus *ferae*. AMBR. exam. 6, 5, 31 quia pes eius (*elefanti*) nulla artuum coniunctione distinguitur. 6, 5, 34 non distincti ut nobis, sed conpacti artus *elefantorum* sunt. VVLG. lev. 1, 6 artus *vituli* in frusta concident. 8, 19. HIER. in Ion. (Migne 25, 1136) 3, 7 in cibos bestiae proficere ac per venas artusque diffundi. CLAVD. carm. min. 3, 301 velut ... morbus ... primos pecudum depascitur artus. 4, 9 *Minotaurus* dispariles ... commissus in artus. 28, 24 (*de phoenice*:) nulloque creante emeritos artus fecunda morte reformat (*cf.* CORIPP. Iustin. 1, 349 ut exustos cum phoenix innovat artus). COD. Theod. 8, 5, 2 pigrescentes artus *animalium publicorum* innocuo titillo poterit admonere. PAVL. PETR. Mart. 5, 632 fractos rigidus torpor conexuit artus *anguis*. DRAC. Romul. 7, 91 artus pensat *equus*. 10, 244 non torta cervice iacet *victima*, male palpitat artus, erigit impatiens (*distinguunt nonnulli* male palpitat, artus erigit impatiens *sed cf.* 5, 281 *et* LVCAN. 6, 754). CORIPP. Ioh. 3, 166 verubusque trementes conserit artus *pecoris*. **b** *arboris*: CVLEX 137 hic ... pinus proceras decorat silvas hirsuta per artus. PALLAD. 14, 47 nexilibus gemmis fecundos implicat artus vitis. 144 *sorbus* spinae duros mucronibus artus exuit. 149 Phyllis ... floribus artus ... tegit.

c *mundi, terrae, domus, montis*: VERG. Aen. 6, 724 principio caelum ac terras camposque liquentis lucentemque globum lunae Titaniaque astra spiritus intus alit, totamque infusa per artus mens agitat molem et magno se corpore miscet (SERV. per artus: per elementa quae membra sunt mundi. *affert* HIER. in eccles. Migne 23, 1017). MANIL. 1, 137 aut neque terra patrem novit nec flamma nec aer aut umor faciuntque deum per quattuor artus et mundi struxere globum. AVIEN. Arat. 44 *Iuppiter* aethrae viscera et aeternos animat genitabilis artus. MAR. VICTOR aleth. 1, 136 iamque tepens tellus gravidos laxaverat artus. SEN. Thy. 431 frater ... redit partemque regni reddit et lacerae domus componit artus. AETNA 181 hinc vasti terrent aditus merguntque profundo, porrigit hinc artus *Aetna*.

nota **artus minimi, artuum particulae:** *cf.* GLOSS. IV 207, 32 membra degita noda. 487, 11 digitos aut reliqua noda. V 491, 61 artubus membris digitorum. CIC. nat. deor. 2, 150 digitorum ... contractio facilis facilisque porrectio propter molles commissuras et artus nullo in motu laborat. Ov. met. 8, 398 instituerat digitis, primos suspensus in artus (*sc. pedis*). SER. SAMM. 672 haec (*hirudo*) ... unguit permixta liquoribus artus *oculi*. AVIEN. Arat. 1680 in ipsa *flamina venti* mox picturati convertit pectoris artus (*poetice pro* pectus *cf. I 5*) sturnus edax. CLAVD. 20, 361 quis magis enodes laterum detorqueat artus (*pro* latera).

II ***articuli:*** *saepius singulari numero*. GLOSS. artus *ἄρθρον, ἁρμὸς μελῶν, ἅμμα*, articulus ... iuncturae membrorum, noda, digitos aut reliqua noda. CHAR. gramm. exc. I 522, 24 artus *ἄρθρον* (PRISC. gramm. II 262, 9 *ἄρθρον*, id est 'artus'. GRAMM. IV 578, 20). PAVL. FEST. 22 artus ex Graeco appellantur, quos illi *ἄρθρα* dicunt. ISID. orig. 11, 1, 82 membra sunt partes corporis. artus, quibus colligantur membra, ab artando dicti. CIC. Brut. 217 propter dolorem artuum (*v. s.* articulus). Tusc. 2, 61 quod vehementer eius (*Posidonii*) artus laborarent. PLIN. nat. 11, 248 quae animal generant, genua ante se flectunt et suffraginum artus in aversum. 24, 13 stat provinciarum aliquarum per se vitis sine ullo pedamento, artus suos in se colligens. 31, 71 luxata corpora ... natando in cuius libeat generis aqua facillime in artus redeunt. VAL. FL. 4, 309 vitalia donec vincula, qua primo cervix committitur artu, solvit. *Bannier.*

2. artus, -a, -um. [*potius c.* artus -ūs, *gr. ἀραρεῖν ἄρμενος quam c.* arcere *cf. esse videtur. Th.*] arctus *vitiosa scriptura raro traditur, ut* CLAVDIAN. MAM. 3, 18 *codd.* PLIN. nat. 2, 131 *legitur* arctius. PROB. gramm. IV 29, 20 hic artus huius arti, 'angustus' quod redditur (SACERD. gramm. VI 480, 23 *cf.* GRAMM. suppl. 300, 17). *comp. et superl. saepe.* artiori *abl.*: SOL. 37, 16. GLOSS. V 267, 33 arctum angustum vel strictum (IV 485, 48 *cf.* 20, 36 *al. et l. 37*). II 23, 49 *ἐσφιγμένον* (*σεσφιγρώενον codd.*). 23, 35 arta *στενωπά*. IV 472, 13 tribulata (*cf. p. 722, 42*). IV 406, 22 artius constrictius. II 23, 48 artiores *ἄρρηκτοι, δύσλυτοι*. [IV 20, 36 'secretum' *ad* arcanum *videtur pertinere*; IV 311, 10 'dolosum' *ad* astutum; V 346, 12 *al.* 'arcius' lassus vel gravatus *potius ad* marcidus *spectat quam ad* arctus, *cf.* IV 113, 5 *al.*]

I *de contactu et iunctura* (*presse, proxime adhaerens vel iunctus, non longe distans*): **1** *rerum corporalium* (*proprie et in phrasibus translatis*): **a** *quae aliis arte adiunguntur*: ENN. ann. Isid. orig. 11, 1, 108 genua conpremit arta. SEN. Ag. 829 te sensit Nemeaeus arto pressus lacerto ... leo. SOL. 37, 16 si artiori manu premitur. LVCR. 5, 353 *quae solido corpore sunt*, respuere ictus nec penetrare pati sibi quicquam, quod queat artas dissociare intus partis. *de laqueis, nodis, vinculis, sim.*: CIC. Verr. 2, 13 confringet iste sane vi sua consilia senatoria ...: artioribus apud populum Romanum laqueis tenebitur. CARM. de bell. Aeg. 49 laqueis ... artis in⟨ter-⟩saep⟨t⟩am animam. SEN. Phoen. 148. PLIN. epist. 2, 8, 2 hos artissimos laqueos ... abrumpam. LVCR. 1, 930 artis religionum animum nodis exsolvere pergere (4, 6). SEN. Herc. f. 220 artos ... nodos *serpentium*. PLIN. nat. 17, 187 artissimo nodo vinciri. MACR. sat. 1, 1, 3 *Socrates* artioribus nodis implicat adversarium. *vinculum*: CIC. rep. 2, 69 concordia, artissimum atque optimum omni in re publica vinculum incolumitatis (off. 3, 28 societatis. 3, 111 *de iure iurando*: vinculum ad astringendam fidem ... artius. Att. 6, 2, 1 amoris). VERG. Aen. 2, 146 manicas atque arta levari vincla iubet. TIB. 1, 8, 14 ansa ... conpressos colligat arta pedes. Ov. fast. 3, 306 vincla ... addit in arta manus. VAL. MAX. 5, 6 pr. artissimis sanguinis vinculis (7, 7, 2 *al.*). *sim.* TAC. Germ. 20 sanctiorem artioremque ... nexum sanguinis. PHAEDR. app. 13, 24 mox artiore vinxit animum copula. *hinc translatio ad necessitudinem, amicitiam, sim.*: *v. sub I 2 b*. CVRT. 4, 4, 3 duritia soli ... plantas velut arto vinculo compresserit. PLIN. epist. 10, 26, 1 Rosianum ... artissimo vinculo mecum tua ... beneficia iunxerunt. APVL. met. 7, 12 artissimis vinculis impeditis ac ... constrictis illis. PALLAD. 3, 17, 3 strictum ... truncum vinculis artioribus. HEGES. 2, 9, 1 (v. 45 Web.) artissima vinculorum. PANEG. Mess. 91 equum ... arto compescere freno (*opp.* effusas ... habenas). SEN. Phaedr. 1055 artis continet frenis equos. benef. 1, 14, 2 liberalitatem ... frenis artioribus reprimam. SEN. dial. 5, 16, 1 nullum tam artum est iugum, quod non minus laedat ducentem quam repugnantem. 9, 10, 3 catena ... laxa ... arta (SIL. 2, 340 *al.*). PERS. 5, 170 artos rodere casses. LVCR. 1, 70 *Epicurus* effringere ut arta naturae primus portarum claustra cupiret (*cf. p. 721, 61. 722, 79*). VERG. Aen. 1, 293 dirae ... conpagibus artis claudentur Belli portae. *hinc enallage* STAT. Theb. 3, 356 artam conpagibus urbem ... clausere. TAC. hist. 3, 47

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

camaras vocant artis lateribus (*ab* 'later') latam alvum sine vinculo aeris ... conexam. *vestimenta*: HOR. epist. 1, 18, 30 arta decet sanum comitem toga. STAT. Theb. 2, 634 singultibus artum exhaurit thoraca dolor, nec vincla coercent ... galeam. *cf.* 4, 723. HIER. epist. 64, 11 *tunica* arta est et strictis manicis. AMM. 16, 12, 37 pedes frontem artissimis conserens parmis (*cf. infra l. 23*). STAT. Theb. 6, 871 nec *Oenidae*... membra labant, riget arta cutis durisque laborum castigata toris. MART. 14, 45 *de pila paganica*: folle minus laxa est et minus arta pila. *de locis non multum distantibus v. sub II 2.* **b** *quarum partes arte inter se cohaerent. inanima*: CAES. Gall. 7, 18, 3 carros ... in artiores silvas abdiderunt. HOR. carm. 1, 38, 7 me sub arta vite bibentem. 3, 12, 11 arto (alto *al.*) latitantem fruticeto ... aprum. SEN. Oed. 277 artis ... dumis. TAC. Agr. 30 *v. sub* artum. *aliter* arbor arta, *cf. l. 28.* PLIN. nat. 18, 115 artiore *cribro* (*i. tenuiore*). AVIEN. ad Flav. 13 *mala granata*, spisso quibus arta cohaeret granorum fetura situ. *hominum coetus*: HOR. epist. 1, 5, 29 nimis arta premunt olidae convivia caprae (*ubi convivae nimis arte discumbunt*). 2, 1, 60 hos *poetas* arto stipata theatro spectat Roma potens. TIB. 1, 2, 95 hunc puer, hunc iuvenis turba circumterit arta. LIV. 26, 4, 1 mittere nuntios ... per custodias tam artas (AMM. 19, 3, 3. *cf. infra l. 62*). 36, 18, 1 instruit aciem consul arta fronte, ad naturam et angustias loci. VAL. FL. 1, 757 leo cunctatur in arta mole virum. SIL. 1, 365 condensis artae testudinis armis (*cf. supra l. 6*). SIL. 5, 165 artis in milibus (*militum*). 17, 417 agmina. STAT. Theb. 4, 798 pars arta plebe secuntur ... ducem. 11, 273 *v. p. 722, 8.* AMM. 20, 7, 14 artius proelium ... certantibus comminus. SEN. Oed. 612 examen arto (alto *codd.*) nectitur densum globo. *notabili audacia* SIL. 6, 194 *serpens* spiris ingentibus artae (*i. arte constrictae*) arboris abstraxit molem.

2 *rerum incorporalium*: **a** *proprie* (*sensu locali*): PLAVT. Pseud. 66 compressiones artae amantum corporum (comparum *CD*). OV. met. 6, 242 contulerant arto luctantia nexu pectora pectoribus. SEN. dial. 11, 19, 3 te ... illius artissimis amplexibus adliga. benef. 7, 13 conplexus (LVCAN. 8, 723 PETRON. 11 SIL. 14, 552 PS. QVINT. decl. 5, 11 PANEG. 2, 14 HIER. epist. 3, 1 CLAVD. carm. min. 30, 96 SIDON. epist. 1, 5, 2 *al.*). STAT. silv. 2, 1, 63 abitus ... morabitur artis nexibus. SVET. Galb. 22 artissimis osculis ... exceptum *Icelum. cf. p. 724, 46.* **b** *translate*: *de variis coniunctionibus hominum*: *de amicitia, necessitudine, sim.* (*cf.* CIC. off. 1, 53 artior ... colligatio est societatis propinquorum; ab illa enim immensa societate humani generis in exiguum angustumque concluditur): VELL. 2, 100, 4 artissimam adfinitatem (*aliter* APVL. mund. 5 elementorum inter se mutui nexus artis adfinitatibus inplicantur). VAL. MAX. 2, 9, 6 artissimo ... amicitiae foedere (SIL. 15, 422 *cf.* TAC. ann. 2, 66 *al.* APVL. apol. 58). 4, 7, 3. 5, 5, 1 artissima familiaritate Laelio iunctus (PLIN. epist. 3, 11, 5 Artemidorum ... complexus. 4, 15, 1 *al.* FRONTO p. 180 N.). VAL. MAX. 9, 13 ext. 2 tam arta benivolentia constrictam Romanam amicitiam. SEN. Med. 145 arto pignore (*i. liberis*) astrictam fidem *coniugis.* CVRT. 3, 12, 14 arta propinquitate coniunctos (PLIN. epist. 4, 4, 1). ASCON. tog. cand. p. 84 B. QVINT. decl. 321 p. 261 artior ... coniunctio. *ibid.* p. 262 maior atque artior caritas. SVET. Aug. 4 Balbus ... Pompeium artissimo contingebat gradu. APVL. apol. 72 *erat mihi* arto ... contubernio intime iunctus. AMM. 17, 7, 4 necessitudines artae constringunt. 28, 3, 6 paucis arta ei societate iunctissimis. *cf. p. 720, 61 sqq. fortasse huc pertinet* STAT. Theb. 5, 30 artis (atris *Müller*) arma inserta toris (*de caede Lemnia maritorum*). *de homine*: APVL. met. 10, 23 artissimo multumque sibi dilecto contubernali (9, 23). *de rebus, quae liberum motum tamquam vinculo reprimunt*: LIV. 25, 34, 6 cum prope iusta opsidio esset futuramque artiorem eam appareret, si. LVCAN. 6, 108 OROS. hist. 5, 18, 16. TAC. ann. 4, 49 paulatim ... contrahere claustra artaque circumdare. MELA 1, 106 reges ... vinculis ... et artissima custodia tenent. TAC. hist. 1, 88 IVST. 27, 3, 10 HEGES. 1, 2 EVGIPP. Sev. 1, 4 *al.* (*cf. supra l. 20*). CIC. rep. 6, 10 me ... artior, quam solebat, somnus complexus est. SVET. Aug. 16 arto repente somno devinctus. Otho 11 artissimo somno quievit. *cf. p. 724, 77. sim.* SVET. Nero 46 trahi se ... in artissimas tenebras (APVL. Socr. p. 124 Oud.). *de legibus, praeceptis, iure*: CIC. orat. 220 nec ... haec (*praecepta concinnitatis*) ita sunt arta et astricta, ut ... laxare nequeamus. LVCR. 5, 1147 *genus humanum* cecidit sub leges artaque iura. SEN. epist. 108, 10 sensus nostros clariores carminis arta necessitas efficit (*v. quae praecedunt*). PLIN. nat. 16, 12 leges artae et ideo superbae. LACT. inst. 6, 19, 6 artiore disciplina minor aetas ad probitatem ... formetur. VEG. mil. 3, 4 *milites* ad omnem disciplinam artissima severitate teneantur. BOET. arithm. pr. (p. 4, 28 Fr.) artissima memet ... lege constringo. AVG. epist. 36, 1 inter artissimas occupationes meas (102, 1). COD. Iust. 8, 46 (47), 3 (*a. 227*) *filium* castigare ... non prohiberis, artiore remedio usurus, si. *huc, nisi corruptum est, referas* PAVL. NOL. carm. 32, 92 artior (*i. artioris disciplinae?*) ipse sacerdos (*sc. Matris magnae*) femineas vitat coitus patiturque viriles (castior *coni. Bursian*; *cf. p. 710, 16*).

II *de dimensionibus*: 1 *de tribus vel duabus* (*non magnus, non amplus*): LVCR. 6, 120 exierunt ... regionibus artis (*sc. nubes diverso motu radentes corpora*). SALL. epist. Mithr. 15 multitudinem artis locis pugna prohibuere (LIV. 29, 7, 4 LVCAN. 7, 315 FRONTIN. strat. 2, 2, 14 TAC. ann. 2, 21 AMM. 17, 1, 6). TAC. ann. 3, 74 castella ... idoneis locis inponens ... arta et infensa hostibus cuncta fecerat. 2, 19 planities. VERG. georg. 4, 297 *locum* angustique imbrice tecti parietibusque premunt artis. OV. trist. 1, 10, 36 arta ... Anchiali moenia. LIV. 3, 6, 3 agrestem confertum in arta tecta. GERM. frg. 4, 6 nova turba (*sc. agnorum*) ... arto (alto *cod.*) balabit ovili. STAT. Theb. 11, 273 urbem ... modo civibus (*dat.*) artam. FRONTIN. strat. 3, 17, 6 *castra* artiora solito ... fecerat. HIER. epist. 117, 11 hospitiolum. SIDON. carm. 7, 54 domus (ENNOD. carm. 2, 12, 1). LIV. 37, 31, 8 *murus* coit ... in artiorem velut cuneum. OV. epist. 11, 124 urna ... quamlibet arta. hal. 15 alius, dum praenatat, arto (*Heinsius*; proratareto *codd.*) ... luctantem scarus hunc in vimine vidit. PRISC. perieg. 166 *oceanus* mensae formam reddit mensoribus artae (*Camers*; artis, artes *codd.*). OV. am. 3, 3, 7 pes erat exiguus: pedis est artissima forma (*i. quae ante fuerat*). met. 1, 740 cornua decrescunt, fit luminis artior orbis, contrahitur rictus. *cf.* SIDON. carm. 2, 246. SEN. epist. 12, 6 mensis artiore praecingitur circulo, angustissimum habet dies gyrum. AVIEN. Arat. 569 locus has (*Pleiadas*) habet artior omnes conexas. STAT. Theb. 1, 24 licet artior omnis limes agat stellas (*de caelo non capaci maiestatis imperatoriae. aliter* VAL. FL. 6, 361 raptata ... limite, *i. spatio*, in arto membra viri. PORPH. OPT. 3, 29 arto in limite *metrorum* clausa *mens*). SIL. 15, 619 arto circumagit spatio sua per vestigia ductos (624 exiguum involvunt ... orbem). SEN. epist. 74, 28 modo latius virtus funditur ... modo arto fine concluditur paupertatis. STAT. silv. 4, 6, 35 fines ... inclusa per artos maiestas. OV. trist. 2, 531 invida me spatio natura coercuit arto, ingenio vires exiguasque dedit. *translate*: SEN. dial. 4, 28, 3 quanto latius officiorum patet quam iuris regula? ... ne ad illam quidem artissimam innocentiae formulam praestare non possumus, *quae pietas etc. exigunt.* 2 *de latitudine sola* (*non latus*): **a** *viae, fauces, freta, flumina, sim.* (limes *v. l. 20*): LIV. 5, 26, 5 partim artis, partim arduis viis. *cf.* 21, 35, 3. SIL. 14, 336 arta ne ... spicula ... via ... redirent (*i. per cavata foramina muri*). STAT. Theb. 9, 436 vias *fluminis.* FRONTIN. strat. 2, 5, 24 via (*opp.* campos patentes). IVV. 3, 236 arto vicorum inflexu. TAC. hist. 3, 17. ann. 15, 38 itinera. AMM. 27, 4, 8 per artas praecipitesque vias. VVLG. Matth. 7, 14 quam angusta porta et arcta (τεθλιμμένη) via est, quae ducit ad vitam; *opp.* 7, 13 spatiosa. *locus ab ecclesiasticis saepe laudatus et variatus, cf.* PROSP. epigr. 69 (66), 3 arduus atque artus fert ad caelestia callis, devexa ad mortem ducit et ampla via. *interpretatio symbolica ap.* EVCHER. form. 8 (p. 50 Vind.) arta: districta vel tribulationibus pressa. *cf.* GLOSS. IV 20, 18. GILD. chron. III p. 38, 2 salutari, licet arto itinere. LIV. 9, 2, 8 saltum artiorem inpeditioremque. 22, 15, 11 saltus ... in artas coactus fauces. *similia saepe.* 28, 7, 2 Chalcis ... arto interscinditur freto (*a continenti*). MANIL. 4, 616 fauces ... Propontidos artae (CVRT. 3, 1, 13 *al.* LVCAN. 2, 616 PLIN. nat. 6, 38 SIL. 15, 366 TAC. ann. 14, 34. AVIEN. orb. 197 artas inter fauces atque obvia saxa Thracius angustas discludit Bosphorus oras). MELA 1, 96 fit artius mare (*ibid.* angusto Hellesponti freto. *cf.* 1, 6 *mare* artius exit in spatium). LVCAN. 9, 958 quamvis Byzantion arto pontus et ostriferam dirimat Chalcedona cursu (*ibid.* 957 brevioris aquae ... fluctus). 2, 710 angustus ... limes, artior Euboica ... unda (*cf. supra l. 20*). TAC. ann. 12, 63 artissimo inter Europam Asiamque divortio. SIL. 14, 21 unda (*de freto Siculo*). APVL. mund. 6 *v. p. 708, 55.* SOL. 10, 20 similibus angustiis et pari latitudine arti maris. *nota* PORPH. Hor. carm. 1, 14, 19 artioribus periculis (*sc. quae per arta maris navigantibus oriuntur*). LIV. 4, 34, 6 nec nunc lato satis amne et tum aliquanto ... artiore. PLIN. nat. 6, 86 *alveo* artissimo ... amplissimo. VLP. dig. 43, 13, 1, 3 dum vel depressior vel artior fiat aqua (*canalis*) ac per hoc rapidior sit. MELA 3, 24 Rhenus (*cf.* PLIN. nat. 6, 86). HOR. epist. 1, 7, 33 macra *vulpecula* cavum repetes artum, quem macra subisti (PHAEDR. 4, 6, 3). LIV. 37, 28, 10 naves in arto ostio implicitos. CVRT. 5, 3, 3 artum ... aditum (7, 11, 3 os. MELA 3, 74). SEN. Ag. 564 Isthmon, arto qui recurvatus solo ... iungi maria ... vetat (AVIEN. orb. 564). MELA 2, 25 terra ... nusquam lata atque hic artissima. SOL. 2, 23 *Italia* artissima ad portum, quem ... dicunt (PLIN. nat. 3, 95 angustiore). PRISC. perieg. 29 latus artum *Asiae. translate*: VELL. 2, 124, 1 in quam arto salutis exitiique fuerimus confinio. *de locis non multum distantibus*: OV. trist. 1, 10, 47 Symplegadas ire per artas. GERM. 396 artae Turibulo metae (*sc. ortus et occasus*). LIV. 32, 10, 2 in artissimas ripas ... cogitur amnis. AMM. 21, 10, 3 inter artos (*i. spissos*) colles. **b** *aliae res*: SOL. 30, 15 draconibus ... artae fistulae, per quas trahant spiritus. ISID. orig. 11, 1, 56 arteriae ..., quod artis et angustis meatibus spiritum ... retineant. DIOM. gramm. I 475, 13 spiritum artiorem labris concurrentibus explicamus. *nota*: VLP. dig. 21, 1, 14, 7 mulierem ita artam, ut mulier fieri non possit.

III *de tempore* (*brevis*; *cf.* VELL. 1, 17, 4 artissimis temporum claustris): SEN. epist. 102, 22 artam aetatem *hominis.* CVRT. 3, 2, 15 tempora somni artiora quam noctis sunt. STAT. silv. 1, 3, 88 solibus ... artis (*ibid.* bruma). AVIEN. Arat. 847 satis arto tempore. *aliter p. 723, 41.* CARM. epigr. 1401, 2 unius ... lustri ... arta dies. *sim.* IAV. dig. 50, 16, 217 pr. posteriorem scripturam uberiorem esse constat

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

(*sc.* 'postquam fari potuerit'); 'cum fari potuerit' artiorem et id tantummodo tempus significari, quo.

IV *de mensura* (*exiguus, parcus*): *victus, possessio, sim.*: LIV. 2, 34, 5 incommodo bello in tam artis commeatibus vexati forent (TAC. hist. 4, 26). *sim.* 9, 13, 11 obsessis ... commeatus ... invecti erant et auxilia intromissa. artiora omnia adventus Publilii fecit. 26, 20, 8 artiorem annonam sociis quam hosti faciebat. 28, 24, 6 in hostico laxius rapto suetis vivere artiores in pace res erant. CVRT. 3, 1, 8 circumsederi arcem et omnia sibi in dies artiora esse. SIL. 2, 103 *Mopsum* artae res (*i. paupertas*) exegere per aequor. 7, 246 copia quanto artior. 8, 317 arto ... victu. SVET. Tib. 8 cura ... annonae, quae artior inciderat (Claud. 18 Galb. 7 PAPIN. dig. 16, 2, 17 HERMOG. dig. 5, 1, 53). TERT. anim. 30 vix nobis elementa sufficiunt, et necessitates artiores *sunt*. VVLG. Is. 30, 20 dabit vobis dominus panem arctum (צַר; θλίψεως) et aquam brevem (στενόν). VAL. MAX. 4, 4, 10 *patrimonia* adeo fuerunt arta, ut. STAT. silv. 5, 3, 118 fortuna parentum artior expensis (extensis *cod.*). AVSON. 53, 1 arta supellex ... Cynici. STAT. silv. 2, 1, 165 artae desunt in munera (*sc. mortuo comburendo*) flammae. COLVM. 1, 5, 2 *aqua putealis* si deficiet et spes artior aquae manantis coegerit. FRONTIN. aq. 33 *modulos aquae* non erogare nisi ad artiorem numerum. TAC. ann. 4, 58 arto comitatu (*i. paucorum*). 13, 38 artum ... numerum *militum* finiri et hinc maiorem offerri. LIV. 39, 32, 7 *v. sub V.*

V *translationes* (*cf. sub I 2 b et II 1*): *de animo* (*angustus*): HOR. sat. 2, 6, 82 *mus hospes* asper et attentus quaesitis, ut tamen artum solveret hospitiis animum. HIL. in psalm. 144, 6 artus ad id *cognoscendum* sensus noster est, ingenium hebes est. *de rebus, quae animum angunt*: OV. Pont. 3, 2, 25 rebus in artis ferre ... opem. VAL. FL. 5, 324 rebus ... pudor absit in artis. SIL. 5, 477 non aequus in artis nimirum rebus suasor metus. 14, 425 tam rebus in artis ... (HOMER. 968 CLAVD. 8, 407. 20, 354). STAT. Theb. 10, 590 rebus solamen in artis (11, 156). AMM. 17, 12, 7 in rebus artissimis. 25, 1, 1 in artis rebus et dubiis. FLOR. 1, 22, 31 tam artis adflictisque rebus. AVR. VICT. Caes. 20, 28 SVLP. SEV. chron. 1, 23, 2 *al.* TAC. hist. 3, 69 circumsideri ipsos et, ni subveniretur, artas res nuntiaret. 4, 50 (*de paupertate v. l. 8 et 10*). SIL. 7, 280 saeptos ... arta fames ... urgebat (OROS. hist. 6, 14, 2 artissimas Roma sensit angustias). AMM. 18, 6, 14 artior casus (AVG. conf. 6, 1, 1 *fin.* intercurrente artiore periculo. *aliter v. p. 722, 57.* civ. 8, 20 p. 350 D. urgens causa et artissima cogit daemones. OROS. apol. 1 artissimae ac paene extremae ... necessitatis). 31, 3, 3 tempore arto praeventi (*aliter sub III*). HIL. in psalm. 14, 10 artum hoc et difficile est (*sc. vivere in veritate linguae*). *similiter de difficultate petendi*: LIV. 39, 32, 7 quia plus quam unum ... creari non licebat, artior petitio quattuor petentibus erat.

synonyma: *ad I*: astrictus (astringo: CIC. off. 3, 111 *al.*), exiguus, strictus. *ad II*: angustus (*v. s. et* CVRT. 3, 1, 13. 5, 1, 14 HIER. epist. 117, 11), brevis, exiguus. *ad III*: (brevis). *ad IV*: brevis. *ad V*: (angustus). *opposita*: *ad I*: laxus (laxare: CIC. orat. 220). *ad II*: amplus, latus (*adde* CVRT. 8, 13, 9), patens, spatiosus (*v. s. et* CVRT. 8, 11, 6 PLIN. nat. 6, 38). *ad III*: uber. *ad IV*: laxe, magnus.

neutr. pro subst. **artum**, -ī, *spatium artum. compar.*: CVRT. 7, 3, 9 *al.* TAC. Agr. 37. *superlat.*: SEN. dial. 10, 6, 4 CVRT. 8, 2, 20. *singulari fere numero et c. praep. usurpatum. attributum per genet. v. l. 82. p. 724, 5 sqq.* in artum: agere: SEN. nat. 6, 18, 2 *spiritum* (*syn.* conpellere). MELA 1, 6 *litoribus* coeuntibus adeo in artum agitur *mare*, ut ... pateat. cogere: SEN. dial. 9, 9, 3 res (*opp.* pandere). CVRT. 7, 3, 9 *structuram* (*ibid.* coit). 8, 2, 20. PLIN. nat. 37, 1 *naturae maiestatem* (LVCR. 5, 485 *ex coni. Munro*). coire: AETNA 109 terra ... in tenuis laxata vias non omnis in artum nec stipata coit. CVRT. 5, 1, 14 in artius coeunt *Tigris et Euphrates* (*ibid.* angustius inter se spatium ... relinquunt). 8, 11, 6 altiora *metae* (*opp.* ima spatiosiora sunt). 8, 13, 9 *ripae*. PLIN. nat. 4, 76 aequor (*opp.* exspatiatur). colligere: PLIN. nat. 6, 205 *mensuram aequorum*. 8, 44. *reflexive* 10, 39 *noctuae* collectae ... in artum rostro et unguibus ... teguntur. compellere: LIV. 23, 27, 7 milites. comprimere: APVL. met. 11, 14 *femina*. concludere: HIER. epist. 55, 1 multa (*ibid.* stringere verbis, quod sensibus dilatatum est). concrescere: LVCR. 6, 158 concreti montes (franguntur in arto *Lachm.*). constringere: CLAVD. 26, 491 res *Alarici*. contrahere: VELL. 1, 14, 1 *rerum notitiam*. SEN. dial. 10, 6, 4 *vitam*. epist. 76, 7 dicta. desilire: HOR. ars 134 nec desilies imitator in artum (*opp.* pedem proferre). retrahere: SEN. dial. 6. 16, 1 *virtutes feminarum*. urgere: AETNA 566 vires ... urguet in artum spiritus incendi. in arto: *de loco*: LIV. 34, 15, 8 suomet ipsi agmine in arto (*sc. in portis*) haerentes. SOL. 32, 10 aquis in arto luctantibus. LIV. 2, 50, 8 multiplicatis in arto ordinibus. 28, 33, 9 pro se esse loci angustias ..., quod in arto pugna Romano aptior ... futura videbatur (TAC. Agr. 36). 26, 39, 13 stipatae ... naves. VAL. FL. 6, 346 saeptus ... leo. CLAVD. 26, 97 saeviret rabies. LVCR. 6, 277 vortex versatur in arto (alto *codd.*). SEN. epist. 78, 8 quicquid aliud *in corpore* exile est, acerrime saevit, cum in arto vitia concepit. *nota*: STAT. Theb. 1, 64 trifidaeque in Phocidos arto ... implicui regem. *translate*: esse (*de penuria vel de periculo*): LIV. 26, 17, 5 res (*sc. Hasdrubalis faucibus inclusi*). TERT. poen. 9 negotium. TAC. hist. 3, 13 *commeatus*. ann. 4, 32 *veteres scriptores* ingentia bella ... libero egressu memorabant: nobis in arto et inglorius labor. NEM. ecl. 4, 32 omnia tempus ... rapit; usus in arto est. ponere: OV. met. 9, 683 nec spem sibi ponat in arto (inertem *N*). VVLG. I reg. 13, 6. SEN. Herc. f. 1307 famam ... in arto stare et ancipiti. PAVL. NOL. carm. 16, 207 per artum conpluvii. CLAVDIAN. MAM. 1, 1 p. 23 Vind. artum disputationis. 3, 18 p. 189 artum temporis. *pluralis*: AVIEN. ora 14 inter arta cautium (GREG. TVR. Franc. 10, 8 vallium). AMM. 14, 2, 6 inter arta et invia. PAVL. NOL. carm. 18, 7 alta per arta petens. SIL. 6, 45 in artis abstulerat fors arma. 15, 232 amplexus in artis auxilium. 13, 773 pigra extulit artis ... sese virtus.

adv. **artē**. *inde a* NAEVIO. *comp. et superl. usitati. adiectivo adiunctum*: STAT. silv. 4 pr. Severum iuvenem ... mihi ... artissime carum. GLOSS. ἐσφιγμένως. **I** *de loco et contactu* (*proprie et in phrasibus translatis*): **1** *cum verbis coniungendi, prehendi, tenendi, sim.*: *refertur modo ad spissitudinem cohaerendi, modo ad angustiam sedis occupatae* (*spisse, firmiter, anguste, presse*): PLAVT. Men. 95 lenta vincla sunt escaria: quam magis extendas, tanto adstringunt artius. CIC. fat. 32 hoc artius adstringi ratio non potest. HOR. epod. 15, 5 artius atque hederā ... adstringitur ilex ... lentis adhaerens bracchiis. CELS. 7, 18 p. 296 D. uter repletus et arte adstrictus. CATO agr. 33, 5 *vimen* arte ... alligato. SEN. contr. 1, 6, 2 artius nos fortuna alligavit, quam ut ... posset divellere. SEN. dial. 7, 16, 3 arte (ame *cod.*) alligati sunt alii, adstricti alii. CELS. 7, 20 p. 300 D. fasciae pars arte circumdatur. CATO agr. 22, 1 funi circumligato miliarium arte crebro. LVCR. 1, 610 *primordia* minimis stipata cohaerent partibus arte (*cf. infra l. 38*). PLAVT. Merc. 64 arte cohibitum esse ⟨se⟩ a patre. COLVM. 7, 7, 6 haedorum lascivia compescenda et artius cohibenda est. TAC. ann. 13, 28 aedilium potestas. NAEV. com. 12 nimio arte colligor. PLAVT. Epid. 694 colliga *manus*. GLOSS. V 5, 16 *v. p. 334, 37.* PLIN. nat. 15, 111 naturas artius colligi (*i. brevius describi*) par est. STAT. silv. 2, 3, 17 flavos collegit amictus artius. CIC. div. 1, 103 artius puellam complexus. LVCAN. 9, 111 arte (alte *al.*) ... dolorem. SVET. Claud. 43 APVL. met. 2, 10 *al.* CATO agr. 77 *spiram* simplicibus (*sc. tractis? v. comm. Keil*) completo bene arte. CIC. ac. 2, 145 pugnum arte vehementerque compresserat. AVIEN. orb. 267 *caput caespitis* artius angusto conducit litora tractu. LVCR. 6. 1010 arte conexa cohaeret *ferri natura*. AMM. 25, 1, 18 artius pes pede conlatus. VAL. MAX. 2, 2, 8 *magistratuum* maiestas amplificabatur ..., abstinentia artissime constringebatur. APVL. met. 7, 28 pedes inligans ... constringit artissime. SVLP. SEV. Mart. 21, 4 dissoluta artius lora constringit. CIC. nat. deor. 2, 25 *terra* hieme sit densior ob eamque causam calorem insitum in terris contineat artius. CAES. Gall. 7, 23, 3 *trabes* saxis interiectis. AMM. 21, 4, 5 Vadomarium ... rectori militum arte custodiendum ... commisit (*cf.* 14, 11, 21. 21, 7, 4). APVL. met. 2, 13 conversum amplexus exosculatur artissime. PLAVT. Asin. 78 illum mater arte contenteque habet, patres ut consuerunt. SALL. orat. Macri 13. TAC. ann. 14, 4 prosequitur abeuntem artius oculis et pectori haerens. CAES. Gall. 4, 17, 7 tigna artius inligata (ligata *β*; *sc. vi aquarum*) tenerentur. AMM. 19, 8, 7. SVLP. SEV. Mart. 5, 2 sibi eum (*Martinum*) artius implicare. AVG. mor. eccl. 1, 11, 19 *Christo* artius inhaeremus. COLVM. 5, 9, 16 in foramen ... taleam oleastri arte (parte *codd.*) immitti. arb. 9, 1 *virgas* in tubulum fictilem ... arte inserito. LIV. 23, 22, 5 iungendi artius Latini nominis cum p. R. COLVM. 2, 2, 22 boves (PLIN. nat. 18, 177). SVET. Aug. 56 Nonius artius ei iunctus. STAT. Theb. 1, 332 arte scopuloso in limite pendens *Polynices*. SEN. epist. 95, 2 historiam ... minutissime scriptam, artissime plicitam. COD. Theod. 10, 19, 15, 1 (*a. 424*) omni ... licentia arte praeclusa. PLIN. nat. 29, 38 cauda ... quam artissime praeligata. LVCR. 4, 1079 quod petiere, premunt arte *amantes*. STAT. silv. 3, 2, 45 *Aeolus* artius obiecto Borean ... monte premat. PLIN. epist. 10, 1, 4 fossam ... artius (altius?) pressam mari aequare. LVCAN. 3, 664 robora *navis* cum vetitis prensarent artius (altius *al.*) ulnis *naufragi*. VARRO Men. 25 anima ... in vesica ... arte ⟨re⟩ligata. COLVM. 6, 2, 5 *boves* arte ad stipites. LAVS Pis. 52 *auriga* succutit arte flexibiles rictus *equi* (*sc. habenis*). [CIC. nat. deor. 2, 146 narium ... et gustandi et arte (*sic Vindob. littera ante* a *erasa*; parte *rell.*; pariter *edd.*) tangendi ... iudicia sunt.] PLAVT. Poen. 1292 tene sis me arte, mea voluptas. OV. epist. 15, 225 AMM. 14, 7, 19 (*sc. custodiā*). CIC. parad. 14 illud arte tenent accurateque defendunt *Epicurei*, voluptatem esse summum bonum. AMM. 26, 9, 9 artius vinctus. *dubiae interpretationis*: AMM. 24, 7, 8 nitor armorum arte (*abl.?*) pro singulis membris inflexus ('*pro* inflexorum' *Petschenig*).

2 *cum aliis verbis* (*maxime statum indicantibus*): PLAVT. Stich. 619 si arte poteris accubare. :: vel inter cuneos ferreos. PLAVT. Men. 829 quam arte dormiunt *coagmenta in foribus* (*sc.* '*conniventes*', *i. convergentes*). CIC. inv. 2, 14 artius iam, ut fit, ex lassitudine dormire. div. 1, 59 arte et graviter. SALL. Cat. 59, 2 signa in subsidio artius conlocat. Iug. 52, 6 aciem, quam arte statuerat, ... latius porrigit. 68, 4 equites ... late, pedites quam artissume ire. CVRT. 3, 6, 13 inclusus spiritus arte meabat. 4, 13, 34 *cornua* extendere ..., ita ut nec circumvenirentur, si artius starent, nec ... aciem exinanirent. AETNA 319 *venti* pugnant in faucibus; arte pugnantis suffocat iter. AMM. 20, 6, 6 pugnabatur artissime (*omnibus ad unam turrem conversis*).

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

PLIN. nat. 2, 131 depresso sinu artius rotati *venti*. SOL. 53, 20 *ut superficies testudinum* numerosam familiam non arte receptet. VITR. 9, 8, 11 minus tympanum ... in maiore circumagendo arte leniterque versetur (*sc.* 'cardinibus ... inter se coartatis'). CVRT. 4, 2, 16 fretum ... artius volutatur inter insulam et continentem. *nota* STAT. Theb. 2, 502 medias ... arte (*i. arto limite*) secat aspera rupes semita. *corruptum* VARRO Men. 214 procella ... arte (alte *Vahlen*) obruat celocem. **II** *de spatio temporis* (*breviter*): Ov. Pont. 4, 12, 10 te ... artius adpellem (*i. tertia syllaba correpta*) Tuticănumque vocem. TER. MAVR. 2188 vides, ut ... longula *syllaba* citum subinde volvat artius sonum. AMM. 29, 1, 34 Theodorus ... artius (actius, coactius, altius *codd.*) respondere conpulsus. *aliter* HIER. adv. Rufin. 2, 4 si artius (*i. subtilius?*) quid rogavero, contentiosum vocabis. PLIN. nat. 15, 111 *v. p. 724, 31.* **III** *de mensura* (*parce*): SALL. Iug. 85, 34 neque illos (*milites*) arte colam, me opulenter. CASSIOD. var. 12, 5, 3 ut multo artius (*i. carius, cf. ind. Traube et p. 64, 76*), quam vendere solebatis, in assem publicum praebita debeant imputari. *sim.* SALL. Iug. 45, 2 ceteris *ignaviae adiumentis* arte modum statuisse. arte habere, cohibere *sub I 1.* **IV** *translate* (*phrases translatae sub I*): *acriter, vehementer, multum*: diligere: PLIN. epist. 2, 13, 5 arte familiariterque. 6, 8, 1 artissime. AMM. 25, 4, 12. APVL. met. 1, 24 volens ... me artius ei conciliare (7, 1). AMM. 18, 2, 16 *scriptis* commendatus est artius. artissime carus: *p. 724, 13.* APVL. apol. 93 quo liberius et artius desolatam (*sc. a suis*) mulierem possiderem. GELL. 10, 6, 2 artius pressiusque conflictata essem. PS. SALL. rep. 1, 6, 1 sé in victoria licentius liberiusque quam artius futuros. AMM. 15, 5, 36 artius ... scrutari (*cf. l. 12*). ACTA Tarachi 5 ignite artius (*i. acrius*; *εὐτονώτατα exemplar graecum*) ferrum. IORD. Rom. 173 conspirantibus artius Poenis (FLOR. 2, 2, 27 spirantibus altius). arte custodire *sim. sub I 1*; dormire *sub I 2.* *Hey.*

Artus, -ī, *cf.* Artos *nummorum Carnutum. nom. vir.* CORP. III 4376 (*Arrabonae*) sign(ifer) tur(mae) Arti. CORP. XIII 10010, 173 (*in vasculo Gallico*) Arti ma(nu). *Diehl.*

? **artūtus**, -a, -um. *ab* artus. PLAVT. Asin. 564 ubi saepe causam dixeris pendens adversus octo artutos, audacis viros, valentis virgatores. artutos *ex coniectura non satis certa Fleckeiseni*; astutos *libri.* *Bannier.*

Artynia, -ae, *Ἀρτυνία sc. λίμνη*, *Bithyniae.* PLIN. nat. 5, 142 in stagno Artynia iuxta Miletopolim. *v. Hirschfeld, PW. II 1462.*

Arva. 1 *opp. Hispaniae Baeticae.* PLIN. nat. 3, 11. *incertum est num quodam modo huc pertineant amphorarum signacula*: CORP. XV 2711 a *et* b P. Arva (VII 1331, 17 *cf.* 18). 2711 c—g Arva (VII 1331, 19). 2712 Arva P() D() vic(arius?). *cf.* Arvius. 2 ins. Arva *v.* Arba. *adi.* **Arvēnsis**, -e, *plur.* **Arvēnsēs** *oppidi incolae.* CORP. II 1065 (*Arvae rep.*) Q. Traio Q. Traí Areiani fil. Quir. Areiano Arvensi huic ordo municipí Flaví Arvensis ob merita laudation(em) ... decrevit. 1066 ordo m. m. F. Arvensis. 1180 (*Hispali*) curatori civitatis Romulensium, m. Arvensium. 1060 (*Arvae*) genio m. F. A. 1064 ordo m. m. F. A. *huc pertinet centuria* **Arvaborēs(is)** CORP. II 1064 (*Arvae repertus*).

Arvacī *v. sub* Areva.

Arvae, -ārum *Hyrcanorum opp.* CVRT. 6, 4, 23 ad oppidum Arvas pervenit. *v. Tomaschek, PW. II 1462.*

matronae **Arvagastae**. INSCR. Rhen. Bramb. 590 matronis Arvagastis A. Vettius Victor ⟨v. s.⟩ l. ⟨l? m⟩. *cf.* Arbogastes *et* Aroastes. *v. Ihm, PW. II 1463.* *Diehl.*

arvālis, -e (árvális *v. l. 70*). *ab* arvum. GLOSS. *ἀρουραῖος.* rusticus. agrestis. apualis (*i.* arvalis) sata tellus II 567, 16. NOT. Tir. 56, 2. 69, 23[a]. **frātrēs Arvālēs.** GLOSS. II 19, 1 arbares s[c]odales *οἱ περὶ ὅρων διαγινώσκοντες δικασταί.* *aetate liberae rei publicae non laudantur nisi a* VARRONE ling. 5, 85. *aetatis imperii extant acta Arvalium* CORP. VI 2023—2119. 32338—32398 *inde ab a. 734 (20) usque ad a. 995 (241). cf.* MON. Ancyr. gr. 4, 7 (CORP. III p. 775) CORP. III 6073 SAB. MASVR. ap. Gell. 7, 7, 8 CORP. III 7090. 552. IX 4965. 5533 fratri A⟩rváli. XI 3718. X 1714. XI 384. XIV 3586. 3902. 3611. FVLG. serm. ant. 9 (ex libris pontificalibus Rutili Gemini). CORP. III 7090 (*aet. Claudii*) frat⟩ri Arꟷali. VI 2034, 4 (*a. 50—54*) Arvalium. 2034, 18 Arꟷalium. *cf.* 2034, 21. CORP. VI 2042 e, 20 (*a. 60*) frátrum Arválium. 2060, 14 (*a. 81*) collegi fratrum Arválium. 2060, 52 frátribus Arválibus. 2080, 10 fratres Arváles. 913 fráтri árváli (*in titulo bono aetatis Neroneae*). MON. Ancyr. *supra l. 63 ἀ⟨δε⟩λφὸς ἀρουᾶλις.* CORP. inscr. Graec. 3548, 4 *φρᾶτρεμ ἀρουᾶλεν.* *cf. Henzen, acta Arvalium; Ruggiero, diz. epigr. I 682 sqq.; Wissowa, PW. II 1463.* *de origine*: VARRO ling. 5, 85 fratres Arvales dicti, qui sacra publica faciunt propterea, ut fruges ferant arva, a ferendo et arvis fratres Arvales dicti. sunt qui a fratria dixerunt. SAB. MASVR. ap. Gell. 7, 7, 8 Sabinus Masurius in primo memorialium ... 'ea' (*Acca Larentia*) inquit 'mulier ex duodecim filiis maribus unum morte amisit. in illius locum Romulus Accae sese filium dedit seque et ceteros eius filios fratres Arvales appellavit. ex eo tempore collegium mansit fratrum Arvalium numero duodecim, cuius sacerdotii insigne est spicea corona et albae infulae'. *cf.* FVLG. serm. ant. 9. *qui laudat Rutilium Geminum in libris pontificalibus.* *de numero*: CORP. VI 2025 = 32342 (*a. 33*) adfuerunt *in sacrificio* (*sequuntur nomina*). *plerumque terni, seni, octoni. duodecim extant* 2039 (*a. 57*), *licet imp. Nerone excepto. cf. Henzen l. l. p. III; Ruggiero l. l. p. 683. erant fratres Arvales et imperatores et privati. cf. seriem a Ruggiero l. l. p. 683/85 laudatam. PW. II 1468.* *de cooptatione*: CORP. VI 2023 (*a. 14*) ⟨Cn. Corneliu⟩s Cn. f. Lentulus augur, mag(ister) in locum ⟨... factus ad⟩ fratres Arvales rettulit: .... 10 *sqq.* augur mag(ister) in locum L. ⟨Aemili⟩ Paulli Drusum Caesarem Ti. f. Augusti n. ⟨fratrem⟩ Arvalem cooptavit et ad sacra vocavit. *cf. exempla Henzeni l. l. p. 150 sqq.* CORP. VI 2065, 13 (*a. 87*) isdem co(n)s(ulibus) K(alendis) Febr(uaris) allectus Narcissus Annianus publicus loco Nymphi Numisiani ad fratres Arvales. *cf. Henzen l. l. p. 158.* CORP. VI 2086, 64 (*a. 155*) ⟨in locum Ca⟩rpi publici Corneliani promoti ad tabulas quaestorias transscribendas substitu⟨tu⟩s est Epictetus Cuspianus publicus ex litteris M. Fulvi Aproniani promagistri. *de magistratibus annuis collegii fratrum Arvalium*: magister: *v. l. 6. 7.* promagister: *cf.* CORP. VI 2028 (*a. 38*) Taurus Statilius Corvinus promagister collegii fratrum Arvalium. *v. Ruggiero l. l. p. 686 sqq.* CORP. VI 2065, 22 (*a. 87*) C. Salvius Liberalis, frater Arvalis, qui vice Iuli Silani magistri fungebatur. flamen: CORP. VI 2028[d], 7 ⟨eodemque die C.⟩ Caesar Augustus Germanicu⟨s magister collegii fratrum Arvaliu⟩m cum Appio Silano flamin⟨e ... immola⟩vit. proflamen: CORP. VI 2065, 27 (*a. 87*) Q. Tillium Sassium, qui vice flaminis fungebatur. *cf.* 2023[b]. 2079, 8 per ... Ti. Iulium Iulianum proflamine(m) agnas opimas immol⟨arunt ...⟩. *de magistris flaminibusque suffectis cf. Henzen l. l. p. 161 sqq. de sacris a fratribus Arvalibus factis v. ibid. p. 1 sqq.*

derivatum: ambarvales. *Ausfeld.*

ad **Arvalla** *statio Africae in via Carthagine Sitifim.* TAB. Peut. 4, 4.

Arvandus, -ī *nom. vir. germ.? cf. Förstemann, altdeutsch. Namenb. sub* VAND. SIDON. epist. 1, 7 *saepius. fuit praefectus praetorio Galliarum. idem* CASSIOD. chron. II p. 158, 1287 Arabundus. PAVL. hist. misc. 15, 2 Servandus. *cf. Seeck, PW. II 1486.*

arvāris *v.* arvalis.

Arvata *Indiae opp.* RAVENN. p. 42, 14. *editores contulerunt Ἀρούεδα ὄρη Ptolemaei.*

Arvatius, -ī *cogn. vir.* INSCR. Rhen. Bramb. 1517 L. Vlpius Arvatius. *cf.* Aravatius.

Aruba⟨?⟩. CORP. XI 6689, 33 (*in tegula*) Aruba⟨...⟩ T. L. S. ⟨...

Arubium (-ion), -ī *opp. Moesiae inferioris.* ITIN. Anton. 225 Arrubio (*v. l.* arubio). TAB. Peut. 8, 4 Arubio. RAVENN. p. 178, 18 Arubion. NOT. dign. or. 39, 16 *sub duce Scythiae* cuneus equitum catafractariorum, Arubio (7). *ab hoc oppido derivatur Iovis epitheton* **Arubiānus**. CORP. III 5185 (*Celeiae, a. 215*) I. o. m. conser(vatori) Arubiano et Cel(eiae) sanc(tae). 5580 (*Bedai, a. 219*) I. o. m. Arubiano et Bedaio sancto. 5575 (*ibid., a. 226*) in h. d. d. I. o. m. Arub. et sancto Bed.: *singulos titulos dedicarunt beneficiarii consularis legionis II Italicae.* CORP. III 5532 (*Iuvavi*) I. o. m. Venustinus summ(arum) signum I(ovis) Arub. cultoribus cum base d. d. *hoc epitheton fortasse supplendum* CORP. III 10202 (*in Pannon. inf.*) I. o. m. Ar. *nota*: CORP. III 5443 (*in Norico, periit*) I. o. m. Arubino L. Camp. Celer sacerdos urbis Romae aeternae. *v. Ihm, PW. II 1486.* *Diehl.*

Arubōth, אֲרֻבּוֹת, *Ἀραβώθ*, *vicus tribus Iuda.* VVLG. III reg. 4, 10. HIER. nom. hebr. 40, 22 Arobboth cataractae. *Plenkers.*

Aruca, -ae *nom. vir.* CORP. XIII 1642 (*apud Segusiavos, Claudi imperat. aetatis*) Ti. Claudius Arucae fil. Capito sacerdos Aug. *cf.* Arugus.

Arucci *opp. Hispaniae Baeticae, Ptolemaeo 2, 4, 11 Ἀρουκκί, nunc* Aroche. ITIN. Anton. 427 Arucci (*v. l.* aruca). RAVENN. p. 317, 17 Aruci. PLIN. nat. 3, 14 Arunci. civitas **Aruccitāna** CORP. II 963 (*a. 54—69*) Iuliae Agrippinae ⟨Neronis⟩ Caes. Aug. Germanici matri Aug. n. civitas Aruccitana. *v. Hübner, PW. II 1487.* *Diehl.*

Aruceus, *Ἀρουκαῖος.* CYPR. GALL. gen. 370 Arucus. *v.* Aracaeus. *Plenkers.*

Arudēs *v.* Harudes.

Arvedera *nom. vir.?* CORP. VIII 8272 (*in Numidia*) d. m. s. Fittau Feriusis v. a. CXV Arvedera patri dignissimo fecit.

arveho, arvena, arvenio, arvoco *sim. vide sub* adv-.

Arverī *vel* **Arvirī** (*gen.*) *in tegula Britannica.* CORP. VII 1236/37[a] *v. l.* Arviri. *cf. ibid.* [b] Arvi(...). *cf.* Arvius.

Arvernī, -ōrum *gens Aquitanica (raro oppidum), unde adi.* **Arvernus**, -a, -um *et subst.* **Arvernum**, -ī *oppidum vel regio. Graecis Ἀρβέρν-, Ἀρουερν-, Ἀρσερν-. cf.* Auvergne. *ad orthographiam*: auern-: CAES. Gall. 1, 31, 4 *Paris. B[1] saec. X.* LIVI perioch. 107 *Nazarian. saec. IX et recc.* OROS. hist. 5, 14, 1 *Donauesch. saec. VIII.* VEN. FORT. carm. 8, 3, 161 *Paris. C saec. X.* GREG. TVR. hist. 1 capit. 32 *omnes libri.* hist. 2, 20 *Camerac. B 1 uncial.* hist. 3 capit. 9 *B 1 Bruxell. B 2 aevi Merov. Lauriss. C 1 saec. IX.* capit. 12 *B 2.* hist. 4, 31 *B 1.* 10, 8 *B 1. 2* vit. patr. 6, 1 *Clarom. 3 saec. X.* 12, 2 *et* 20, 1 *Bruxell. 4 saec. X (?).* EVTR. 4, 22 *pars codd.* NOT. Gall. chron. I p. 603 XII 2 *pars codd.* CORP. VII 165 genio Averni. *cf. p. 728, 6 sqq.* aruenn-: CAES. Gall. 7, 3, 3 *et* 7, 8, 2 *Amstel. A saec. IX/X.* VAL. MAX. 9, 6, 3 *Bern. A saec. IX.* SIDON. epist. 6, 4, 1 *et* 7, 5, 3 *et* 8, 1, 1 *Laudian. L. saec. X.* OROS. hist. 6, 11, 5 *L(aurent.) saec. VI ex. Palat. P saec. VIII et Rehdig. saec. IX/X*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

ante corr. VEN. FORT. carm. 10, 10, 14 *Vatic. R saec. IX.* GREG. TVR. hist. 4, 11. 13. 15. 16 *ter.* 20. 6, 24: *C1.* vit. patr. 4, 1 *Paris. 1b saec. IX/X.* glor. mart. 43 *et saepius Paris. 1a saec. IX.* CONC. Arvern. a. 535 (Mon. Germ. leg. III 1) p. 66, 8 *et* 11. p. 70, 19. p. 71, 5: *Paris. F saec. IX* (CONC. Aurel. a. 549 *ibid.* p. 109, 16). NOT. Tir. 87, 7 EVTR. *l. c. et* VEN. FORT. carm. 4, 4 inscr. carm. 5, 5, 17. 8, 3, 161. 10, 10, 14 *et* NOT. Gall. *l. c. pars codd.* *adde* GREG. TVR. glor. mart. 44 arrvennum *1b.* aruen-: CAES. Gall. 7, 75, 2 *AB*¹. 7, 64, 6 *A*¹. FLOR. 1, 37, 4 *Bamberg. B saec. IX.* HIER. chron. a. Abr. 1891 *Leid. F saec. IX in.* VEN. FORT. carm. 8, 3, 161 *Vatic. R saec. IX.* GREG. TVR. hist. 5, 23 *C1.* vit. patr. 2, 1 *Paris. 2 saec. X.* CONC. Turon. a. 567 (Mon. Germ. leg. III 1) p. 132, 25 EVTR. *l. c. et* NOT. Gall. *l. c. pars codd.* CORP. XII 5686 (*stilo scriptum, in vasculo*), 1211 Te𐆑𐆑i manu Arveni. *cf.* XIII 10010, 1414 Natti Arve(rni) m(anu) *et* Natti Arv. m. *eadem redit officina in statunculis.* *restant singularia*: Arb-: EVTR. 4, 22. 6, 17 *et* NOT. Gall. *l. c. pars codd.* Arevern-: NOT. Gall. add. II chron. I p. 613, 3 *cod. saec. VIII.* IORD. Get. 240 *codd. vetustiores.* CONC. Aurel. a. 541 p. 97, 3 *cod. Colon. K saec. VII.* RAVENN. p. 297, 2 Arivernis. OROS. hist. 5, 14, 1 *sched. Stabul. saec. VII/VIII* Alvernorum. INSCR. Bonn. Jahrb. 90 (1891) p. 199 (*Agrippinae*) Adverno (HIER. chron. a. Abr. 1891 *cod. Bern. B. saec. VII*). NOT. dign. occ. 42, 44 Arumbernos. *ad interpretationem*: NOT. Gall. *l. c.* p. 613, 3 Arevernus ante obsta. *ad prosodiam*: LVCAN. 1, 427 *et* VEN. FORT. carm. 8, 15, 3 Árvern-. *idem ter* Arvérn-. SIDON. carm. 7, 149 *et* 248 *bis voc.* Arvérne *vel* Arŭérne.

Arvernī, -ōrum. **1** *populus*: *inde a Caesare memorantur a plurimis scriptoribus, inter posteriores imprimis* SIDON. *et* GREG. TVR., *rarissime ut res fert a poetis* (LVCAN. 1, 427 *cf. l. 39.* SIDON. carm. 7, 149. 248 VEN. FORT.). CAES. Gall. 1, 31, 3 *factionum* alterius principatum tenere Haeduos, alterius Arvernos. 7, 75, 2 parem numerum (*armatorum*) imperant Arvernis adiunctis Eleutetis, Cadurcis, Gabalis, Vellaviis, qui sub imperio Arvernorum esse consuerunt. *adde* 1, 31, 4. *praeterea saepe libro VII.* ACTA triumph. Capit. (CORP. I² p. 53) 634 Q. Fabius Q. Aemiliani f. Q. n. an. DC⟨XXXIII⟩ Maximus procos. de Allobro⟨gibus⟩ et rege Arvernorum Betulto X K. (CAES. Gall. 1, 45, 2. LIV. per. 61 VAL. MAX. 9, 6, 3 PLIN. nat. 7, 166 EVTR. 4, 22, *unde* OROS. hist. 5, 14, 1. *cf.* Arverni *oppidum l. 56*). Cn. Domitius Cn. f. Cn. n. Ahenobarb. a⟨n. DCXXXIII⟩ procos. de Galleis Arverneis XVI K. (VELL. 2, 10, 2). LVCAN. 1, 427 Arvernique ausi Latio se fingere fratres sanguine ab Iliaco populi (SIDON. epist. 7, 7, 2 *cf.* CAES. Gall. 1, 33, 2). PLIN. nat. 34, 45 omnem amplitudinem statuarum eius generis vicit aetate nostra Zenodorus Mercurio facto in civitate Galliae Arvernis per annos decem, HS $\overline{CCCC}$ manipretii. 34, 47 *cf. infra* Mercurius Arvernus. *adicias*: LIV. 5, 34, 5. 27, 39, 6 LIV. per. 107. PLIN. nat. 4, 109 Arverni liberi *in Aquitania.* TAC. hist. 4, 17 SVET. Nero 2 FLOR. 1, 45, 20 EVTR. 6, 17. NOT. Gall. chron. I p. 603 XII 2 *in provincia Aquitanica prima* civitas Arvernorum (SIDON. epist. 7, 5, 3 *cf.* NOT. dign. occ. 42, 44). SIDON. epist. 2, 1, 1. 2, 6, 2. 3, 3, 1 *al.* GREG. TVR. hist. *ca. 25ⁱᵉⁿˢ* glor. conf. 30 glor. mart. 43. 83 virt. Iul. 13 *bis.* **2** *fines*: CAES. Gall. 7, 8, 5 *Vercingetorix* castra ex Biturigibus movet in Arvernos versus. 7, 34, 2 *legiones* ipse in Arvernos ad oppidum Gergoviam ... duxit. 7, 66, 1 HIRT. Gall. 8, 46, 4. SIDON. epist. 9, 7, 1 quidam ab Arvernis Belgicam petens (1, 11, 3. 4, 21, 4. 7, 2, 3). **3** *gentis caput, ceterum* Augustonemetum, *nunc* Clermont-Ferrand, *medio aevo* castro Claremunte (FORMVL. Arvern. p. 28, 14 Z.), *cf.* PLIN. *l. 43* EVTR. 4, 22 (OROS. hist. 5, 14, 1): AMM. 15, 11, 13 *inter Aquitaniae civitates* Burdigala et Arverni excellunt et Santones et Pictavi. HIER. chron. a. Abr. 1891 Arverni, nobilissima Galliarum urbs, capta et rex Vituitus. NOT. dign. occ. 42, 44 praefectus laetorum gentilium Suevorum, Arumbernos Aquitanicae primae. CONC. Arvern. a. 535 (Mon. Germ. leg. III 1) p. 70, 19 episcopus ecclesiae Arvernis subscripsi. RAVENN. *cf. l. 18.* GREG. TVR. hist. 2, 20 Arvernus (*i.* -os) adveniens (2, 23. 36. 3, 9 virt. Iul. 1 *bis.* 34). 3, 9 *nuntius* Arvernus sonuit. GREG. TVR. hist. 2, 20 fuit ... Arvernus annis novem. CONC. Aurel. a. 511 (Mon. Germ. leg. III 1) p. 9, 22 Eufrasius episcopus de Arvernus suscripsi (p. 10, 15). p. 13, 40 ex civitate Arvernus (CONC. Clipp. a. 626/27 *ibid.* p. 201, 15). NOT. Tir. 87, 7. *variant codd. inter* -us *et* -os: GREG. TVR. hist. 1, 32 vit. patr. 4, 1 (*quo*), *inter* -us, -os, -is (*quo*) vit. patr. 3, 1, *inter* -os *et* -is (*quo*) vit. patr. 6, 3, *inter* -us *et* -is (*ubi*) hist. 2 capit. 13 *et* hist. 2, 13, *inter* -us *et* -um (*quo*) hist. 3 capit. 9 *et* 11. hist. 4, 9, *inter* -us, -is, -o (*quo*) hist. 6, 26, *inter* -um, -o, -is (*quo*) hist. 4, 42, *inter* -um *et* -us hist. 4, 13. GREG. TVR. hist. 2, 37 Chlodovechus ... filium suum ... per Albigensim ac Rutinam civitatem ad Arvernus (*v. l.* -os) dirigit: *de gente potius cogitaveris quam de oppido.* Arvernus: **A** *substantive*: **1** *Arvernorum finium incola*: CAES. Gall. 7, 4, 1 Vercingetorix, Celtilli filius, Arvernus. 7, 76, 3 Vercassivellauno Arverno (7, 83, 6. 7, 88, 4). HIRT. Gall. 8, 44, 4 Epasnacti Arverni (8, 44, 5). GREG. TVR. glor. mart. capit. 66 de sancto Genesio Arverno. *in titulis*: CORP. XIII 1706 C. Servilio Martiano Arverno ... sacerdoti ad templum Romae et Augustorum. 1807 (*Luguduni, saec. III fere medii*) C. Atilius Marullus Arvern(us). XII 5686, 1211 *et* XIII 10010, 1414 *v. l. 13 sq.* SIDON. epist. 4, 21, 2 Haeduus pater tibi, mater Arverna est. *nota collective usurpatum pro* Arverni: SIDON. carm. 7, 149 *et* 248 *bis voc.* Arverne. *sim.* VEN. FORT. carm. 8, 3, 161 Arvernus. **2** *epitheton Mercurii*: *cf. p. 727, 41 sqq.* GREG. TVR. hist. 1, 32 INSCR. Rhen. Bramb. 835. INSCR. Rhen. Bramb. 595 (*in agro Iuliacensi*) Mercurio Arverno (256 *et* 257 *in Borussia Rhenana.* 2029 add. *apud Batavos*). *cf.* CORP. XIII 1522. *ab hoc vix diversus est* CORP. XIII 1462 (*Augustonemeti*) genio Arverno(rum?) Sext. Orgius Suavis Aeduus. INSCR. Bonn. Jahrb. 90 p. 199 Adverno L. Valerius Atticus. *cf.* CORP. VII 165 genio Averni Iul. Quintilianus. **B** *adiective*: *primus ex auctoribus* SIDON. *longe saepissime* GREG. TVR., *plus 80ⁱᵉⁿˢ.* VEN. FORT. carm. 8, 15, 3 arvis. CONC. Turon. a. 567 p. 132, 24 in canones Arvenus ... habetur insertum. GREG. TVR. hist. 10 capit. 6 carcerariis. hist. 4, 16 civem (vit. patr. 6, 1). 4, 35 civibus (10 p. 46, 27 vit. patr. 6, 2. 6, 3 *ubi* arvernii *pars codd.* 6, 7). CONC. Agath. a. 506 (Mansi VIII) p. 337ᵈ civitatis (VEN. FORT. carm. 4, 4 inscr. CONC. Aurel. a. 541 p. 97, 3 GREG. TVR. hist. 4, 5. 4, 32 glor. mart. 85 vit. patr. 2, 1 6, 6 *bis* glor. conf. 29 IORD. Get. 240). GREG. TVR. hist. 4, 31 cladem (5, 23 vit. patr. 4, 3). vit. patr. 6, 3 clerici. hist. 8, 18 comitatu. hist. 1 capit. 32 delubro Averno. glor. mart. 65 diaconem. CONC. Arvern. a. 535 (Mon. Germ. leg. III 1) inscr. ecclesiam (CONC. Aurel. a. 538 p. 86, 7 GREG. TVR. hist. 2 capit. 16 hist. 3, 2. 4, 31 *et* 35 virt. Iul. 23 vit. patr. 2, 1. 2, 2). VEN. FORT. carm. 5, 5 inscr. episcopum. SIDON. epist. 1, 9, 5 legationis. GREG. TVR. hist. 3, 9 Lemanaem (*Arvernae regionis partem*). SIDON. epist. 3, 1, 2 municipioli (*cf.* 7, 2, 7). 6, 12, 8 oppidi (7, 5, 3). VEN. FORT. carm. 5, 5, 17 plebs (10, 10, 14). GREG. TVR. vit. patr. 2 praef. pontificis. SIDON. epist. 3, 2, 1 populus (7, 1, 2 GREG. TVR. hist. 4, 16). *nota translationem*: GREG. TVR. hist. 5, 49 p. 242 Turonicam urbem ab Arvernis populis emundavit (*sc. Gregorio Turonensi*). SIDON. epist. 6, 4, 1 regionem (7, 7, 6. 7, 11, 1 GREG. TVR. hist. 3 capit. 12 hist. 8, 18. 8, 30 glor. mart. 50 virt. Iul. 14. 23. 46ᵃ curs. stell. p. 869, 16). CORP. XIII 1715 (*in prov. Lugud.*) sacerdos Arvern(us) *vel potius* Arvern(orum). SIDON. epist. 8, 1, 1 scrinia. GREG. TVR. hist. 1, 47 senatoribus (3, 9. 10 p. 46 glor. conf. 5). CONC. Arvern. a. 535 inscr. synodo. GREG. TVR. hist. 10, 8 termini (5, 9 vit. patr. 5, 2. 11, 1). SIDON. epist. 9, 9, 3 territorium (GREG. TVR. vit. patr. 2, 1. 3 praef. 12, 1. 20, 1 glor. conf. 1 glor. mart. 8. 47 virt. Iul. 1). 3, 12, 2 urbem (CONC. Arvern. a. 535 p. 66, 11. p. 71, 5. a. 584—591 p. 178, 4 = GREG. TVR. hist. 6, 38. GREG. TVR. hist. 2, 13. 2, 21. 3, 12. 4, 39 *saepe*). Arvernum, -ī *n. oppidum vel regio Arvernorum*: *hoc nomen semel inveni apud* SIDON. epist. 1, 11, 4 Sidonius nunc in Arverno est. *cf.* Arverni municipioli *l. 23.* *cetera exempla sunt Gregorii Turonensis*: *ubi*: in Arverno: GREG. TVR. hist. 2, 36. 3, 16. 8, 21 virt. Iul. 13 vit. patr. 4, 4 glor. mart. capit. 65. in Arvernum: GREG. TVR. hist. 3, 25. Arverno: GREG. TVR. hist. 3, 23 (3, 16 *var. lect.* 4, 15). apud Arvernum: GREG. TVR. hist. 4, 13. 4, 35 glor. conf. 31. *quo*: Arvernum: GREG. TVR. hist. 3, 23. 4, 11. 4, 39 *bis.* 4, 42. 4, 46. 6, 26. 10, 8 vit. patr. 12, 3. 17, 5 glor. mart. 44. 65. in Arverno: GREG. TVR. hist. 10, 8 (6, 24 in Arverno *A1*). Arverno: GREG. TVR. hist. 3, 12. 3, 13. 4, 7. 6, 24 virt. Mart. 3, 60. ad Arvernum: GREG. TVR. glor. mart. 83. *unde*: Arverno: GREG. TVR. hist. 5, 49 p. 241, 8. ab Arverno: GREG. TVR. hist. 3, 10. 3, 13. 4, 16. de Arvennum: CONC. Arvern. a. 535 p. 70, 19 *Paris. 1451.* ex Arverno: GREG. TVR. virt. Mart. 2, 10. 2, 20 glor. conf. 40. *restant haec*: GREG. TVR. hist. 5, 11 quid Arverno de Iudaeis hoc anno contigerit pandam. hist. 1 capit. 33 circa Arvernum. 4, 16 per Arvernum (4, 20. 5, 13). *adi.* **Arvernicus,** -a, -um. CONC. Aurel. a. 511 p. 11, 8 Eufrasius episcopus eclesiae Arevernicae subscripsi. a. 541 p. 99, 8 eclesiae Arvernece. a. 549 p. 109, 16 Arvernice (*vel* -ece) ecclesiae (*codd. RH et AB*). *nom. vir.* **Arvernicus,** -ī. CORP. XIII 10010, 174 (*in vasculis Gallicis*) Arvernicus. Arvernici. Arvernic( ). *cf.* 10010, 175 *sexiens* Arverni(?). *adi.* **Arvernēnsis,** -e. GREG. TVR. glor. conf. 5 apud Arthonam Arvernensim vicum. CONC. leg. III 1 p. 203, 13 Caesario Aruernensi. CONC. Aurel. a. 549 p. 109, 16 Arvernensis ecclesiae *cod. N.* urbem **Arevernate** IORD. Get. 240. **Arvernorīx,** -īgis *epitheton Mercurii.* CORP. XIII 6603 (*Miltenberg*) Mercurio Arvernorigi Cossillus donavi es visu letus libes merito. *v. Hirschfeld, Corp. XIII p. 193; Ihm, PW. II 1488 sqq.; Holder, Altcelt. Sprachsch. I 232.* *Diehl.*

Arvescius *nom. gent. barbaricum.* CORP. XIII 2224 (*Luguduni*) Oliae Tributae feminae sanctissimae Arvescius Amandus frater sorori. *Otto.*

Arvetius, -ī *nom. vir. celt.* CORP. V 5068 (*apud Anaunos*) d. Saturno Aug. Lumennones Arvetius et Maximus et Rufus *eqs.*

Arugus, -ī *nom. vir. celt.* CORP. V 4536 (*Brixiae*) Arugus Iovincilli f. *cf.* Aruca.

Arvi(...) *cf.* Arveri.

Arviatēs *gens Pannoniae.* PLIN. nat. 3, 148 (*ubi codd. Leid. Voss. A et Paris. 6795* arabiates). *Diehl.*

? **arviga,** -ae. [*orig. inc. Th.*] *ne de forma quidem constat.* VARRO ling. 5, 98 (*corruptus locus*) aries qui (quod *codd. recc.*) eam dicebant ares (?), veteres nostri ariuga, hinc ariugas (aruigas *codd. recc.*). haec sunt quorum in sacruficiis exta in olla (-o *cod. Flor.*), non in veru coquuntur, quas et Accius scribit et in pontificiis libris videmus. in hostiis eam dicunt ariugam (-em *F*), quae cornua habeat. PAVL. FEST. 100 harviga dicebatur hostia, cuius adhaerentia inspiciebantur exta. DONAT. Ter. Phorm. 4, 4, 28 haruspex ab haruga no-

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

minatur. nam haruga dicitur hostia ab hara, in qua concluditur et servatur. VEL. gramm. VII 73, 9 arispex ab ariuga, quae est hostia, non aruspex. GLOSS. V 441, 11 ariuges hostium.

arvigena, -ae *c. cf.* terrigena. *fere i. q. agricola.* CARM. poet. min. V 65, 6 increpat arvigenas (arbienas *cod. Matr. s. IX*) lux: vigilate viri.

Arvii *cf.* Aryii.

arvīlla, -ae *f. ab* arvina *deminutive.* PAVL. FEST. 21 arbilla arvina id est pinguedo corporis.

arvīna, -ae *f.* [*cf. c.* ἀρβίννη· κρέας. Σικελοί. *Hesychius. Th.*] GLOSS. (arbina *passim*) ὀξύγγιον, κρέως λίπος ἄνευ σαρκός, axungia, adeps, pinguedo, caro pinguis ferina, caro ferina, vel mappa interius sanguinis, caro pinguis magis adipis plena. ISID. orig. 11, 1, 81 arvina est pinguedo cuti adhaerescens. SERV. Aen. 7, 627 secundum Suetonium in libro de vitiis corporalibus arvina est durum pingue quod est inter cutem et viscus. *add.* alii arvinam nomine lardum dicunt. *v. et* arvilla. PLAVT. Poen. 1016 assam (*punicum*) :: arvinam (arb- *codd.*) quidem. *cf. Leo, Archiv 9 (1896) 161.* VERG. Aen. 7, 627 pars levis clipeos et spicula lucida tergent arvina (arb- *schedae Vaticanae*) pingui. PLIN. nat. 11, 127 boum attritis ungulis cornua unguendo arvina medentur agricolae. APVL. met. 10, 15 liberalibus cenis inescatus ... corpus obesa pinguitie compleveram, corium arvina suculenta molliveram. ARNOB. nat. 7, 24 in exiguas arvina est miculas ... insecta. ZENO tract. 2, 18, 2 inter fumidos ignes pallenti arvina, funesto sanguine prolitare. VEG. mul. 6, 6, 5 nulla in clunibus arvina *equis Chunorum.* PAVL. NOL. carm. 20, 321 sed gravis arvina porcus superante pedum vim non potuit se ferre diu. VVLG. exod. 29, 22 tolles adipem de ariete et caudam et arvinam (στέαρ) quae operit vitalia (*cf.* GLOSS. V 561, 40). lev. 3, 15 arvinam (στέαρ) iecoris cum renunculis. PRVD. perist. 5, 229 *martyris* arvina posthinc igneum inpressa cauterem lavit. SIDON. epist. 3, 13, 8 pondere arvinae iacere mammas. *ineleganter translatum* SIDON. epist. 6, 6, 2 ut exhortationibus tuis interioris hominis maciem saepenumero mysticus adeps et spiritalis arvina distendat. *quasi luxuriae pigritiaeve sedes:* AMBR. in psalm. 38, 34 deponat omnem duritiem et pinguedinem quandam carnalis arvinae. 118, 17, 15 castiget carnem suam, ne moretur ad cursum et arvinae pinguis pondere degravetur. Noe 25, 90 qui utuntur carne ... non ad distentionem nec ad arvinam corporis. HIER. epist. 147, 2 quasi ex arvina pingui et quodam adipe eructuans verba mortifera. VVLG. Iob 15, 27 de lateribus eius arvina dependet (*in graeco alia imago, tamen* στέατι). PRVD. perist. 10, 514 luxus vorandi carnis arvinam fovet. cath. 7, 9 domantur viscera, arvina putrem ne resudans crapulam obstrangulatae mentis ingenium premat. SIDON. epist. 8, 14, 5 turgidi ventris arvinam *ieiunio torquere.* *V.*

Arvīna *cogn. vir. ab* arvina. A. Cornelius Cossus Arvina: FAST. triumph. Cap. a. u. c. 411 ⟨A. Cor⟩nelius P. f. A. n. Cossus Arvina ... ⟨c⟩os. III de Samnitibus. CHRONOGR. a. 354 p. 52 (*a. u. c. 422*) Calvino et Arvinas II. LIV. 8, 38, 1 A. Cornelius Arvina dictator. 9, 10, 8 A. Cornelius Arvina fetialis. P. Cornelius Arvina: CHRONOGR. a. 354 p. 53 (*a. u. c. 448*) Tremulo et Arvina. LIV. 9, 42, 10 P. Cornelius Arvina, Q. Marcius Tremulus. FAST. cos. Cap. a. u. c. 460 ⟨cens. P.⟩ Cornelius A. f. P. n. Arvin⟨a⟩. CHRONOGR. a. 354 p. 53 (*a. u. c. 466*) Tremulo II et Arvina. C. Papirius Carbo Arvina *praetor a. u. c. 669, interfectus a Marianis:* VAL. MAX. 9, 2, 3 cuius (*Damasippi*) iussu ... Carbonisque Arvinae truncum corpus patibulo adfixum gestatum est. *Otto.*

arvīnula, -ae *f. ab* arvina *deminutive.* VVLG. lev. 8, 16 duos ... renunculos cum arvinulis (καὶ τὸ στέαρ) suis adolevit super altare. GLOSS. arvinulis adipibus.

arvipendium σχοῖνος γεωμετρικός GLOSS. II 19, 6. 23, 52. *vide ne sit substitutum a rusticis vocabulo fortasse gallico* arpendium. *V.*

Arviragus, -ī *Britannorum rex.* IVV. 4, 126 de temone Britanno excidet Arviragus (SCHOL. Arbiragus). *cf. Holder, Altcelt. Sprachsch. sub* Biracos. *Diehl.*

Arviri *v.* Arveri. **Arvisium** *v.* Ariusius.

Arvius *nom. gent. barbaricae originis, cf.* Arvetius, Arvii, Arviates. CORP. XV (*in vasis Arretinis*) 5002 C. Arvi. 5001? 5003—5005. *cf. etiam* 2711. 2712. XI 6700 (*in vasis Arretinis*) 94 C. Arvi. 95 M. Arvi. 96. 97. II 4970, 124 (*in vasis*) Arvi *et* C. Arvi. INSCR. Eph. epigr. VIII p. 490 (262, 10) (*in vasculo Hispano*) Sex. Arvi. *v. etiam* Arverus. CORP. IV 1815 Candida cum Arvío. *nom. singulare* CORP. V 5227 (*ad lacum Larium*) Arvius Nigrí f. nomine suo et C. Semproni Nigri et Banionis Cucalionis filiae parentium suorum.

Arviānius *nom. gent.* CORP. VI 12489 L. Arvianio Iusto Agrippino. *Otto.*

ārula, -ae *f.* [*ab* ara *deminutive. Th.*] arola: ITALA cod. Lugd. num. 16, 37 SCHOL. Arat. p. 305, 9. *ara parva:* GLOSS. βωμίσκος. ara diminutive. CIC. Verr. 5, 5 ante hos deos erant arulae, quae cuivis religionem sacrarii significare possent. CORP. XIII 569 (*litt. saec. I*) Iovi ... arula donavit ... cum templo. III 6478, 3 nymphis ... arulam ... d. d. VI 629 Silvano ... arulam a solo sua inpendia ... domum fecit. 574 (*cf.* add. p. 855) Serapi et Isidi ... arulam cum basi. VIII 2601 genio scholae ... arulas cum statunculis. VI 16701 árulás (*sepulcrales*) posuit. V 6000 Ti. Cútius Epigonus arulas posuit *gentilibus.* VIII 17600 matri dignissime arulam statuit. ARNOB. nat. 3, 24. 6, 6 Apollinis. MACR. sat. 3, 11, 6 QVEROL. p. 24, 21 P. TERT. nat. 1, 6 confugitis ... ad arulam quandam, ist est legum auctoritatem. *idem fere ac bustum atque focus:* VVLG. exod. 27, 5 *craticulae anulos* pones subter arulam altaris (ὑπὸ τὴν ἐσχάραν τοῦ θυσιαστηρίου). 38, 4. GLOSS. craticula. genus sartaginis ad carbones ferendum. fyrpannae vel herth (*anglos.*). APVL. apol. 42 secreto loco, arula et lucerna ... testibus. OPTATVS 7, 1 p. 162, 7 rex cum ante se pro qualitate temporis frigidi arulam habuisset. VVLG. Ier. 36, 22 in domo hiemali ... posita erat arula coram eo plena pruinis (ἐσχάρα πυρός). 36, 23 PLIN. VAL. 1, 37. GREG. TVR. glor. conf. 75 *puella* plenam ... pro iniuria hiemis arulam cum carbonibus retenebat. ITALA cod. Lugd. levit. 16, 12 accipiet plenam arulam (πυρεῖον, VVLG. turibulum) carbonis ignis ab altari. num. 16, 6. 7. 17. 18. 37. 39. 46. EVG. TOL. carm. 71 de arula: arula sex rebus semper candescit: asello ignibus et lignis cum forcipe folle batillo. *translate:* PLIN. nat. 17, 77 sulco ... circa positas *ulmos* pedes terni undique e solido adaggerantur. arulas id vocant in Campania. *figura mathematica:* BOET. arithm. 2, 25 hos *cuneos* bomiscos vocant, id est quasdam arulas, quae in Ionica Graeciae regione, ut ait Nicomachus, hoc modo formatae fuerunt, ut neque altitudo latitudini neque haec longitudini convenirent. *Weynand.*

1. Arula *nomen.* CORP. IX 6079, 9 (*in amphora Brundisina*) ⟨?⟩ Arulae Sullae. **2. Arula** *v.* Arura.

Arulēius *v. sub* Arrius *p. 646, 35.*

Arulēnsēs sodales, *unde nomen habuerint ignoratur.* CORP. XIV 341 (*Ostiae*) memoriae M. Corneli M. f. Pal. Valeriani Epagathiani eq. ⟨R.⟩, ... flamini, praetori II sacra Volkani ⟨fac.⟩ ⟨ei⟩demque sodale Arulen⟨si⟩. 373 L. Licinio L. fil. Pal. Herodi equit. Rom., ... flam(ini) divi Severi, sodali Arulensi, praet(ori) prim(o) sac(ris) Volk(ano) faciu(ndis). 432 ⟨Q. Vetu⟩rio Firmio ⟨Felici⟩ Socrati ... ⟨praet. pr⟩imo sac. ⟨Volk. fa⟩ciundis, ⟨sodali A⟩rulesium. *Otto.*

Arulēnus, -a *v. sub* Arrius *p. 646, 36.*

Arulis *opp. Syriae in via Zeugmate Samosatam.* TAB. Peut. 11, 3. *Benzinger, PW. II 1487 contulit* ITIN. Anton. 190 Abarara, RAVENN. p. 86, 9 Araris, *Ptolemaei* Ἀρουδίς. *Seeck de hoc oppido cogitavit* NOT. dign. or. 33, 30 *sub duce Syriae* ala prima nova Herculia, Ammuda. *sed vide* 35 Ammattha.

Arulliānus *v. sub* Arrius *p. 647, 21.*

Arulōnia *v. sub* Arrius *p. 646, 61.*

Arulos *statio Macedoniae.* TAB. Peut. 8, 1 RAVENN. p. 194, 18 (Guido 536, 13). *Diehl.*

arum *v.* aros.

Ārum, הָרֻם, Ἰαρίν (Ἰαρείμ), *nom. vir. hebr.* VVLG. I par. 4, 8 Aharehel filii Ārum.

Arūnās. HIER. nom. hebr. 37, 25 *v.* Areuna. *Plenkers.*

Arunci *v.* Arucci.

aruncus, -ī *m.* [*a gr.* ἄρυγγος, *att.* ἤρυγγος *tractum esse videtur. Th.*] PLIN. nat. 8, 204 dependet omnium (*caprarum*) mento villus, quem aruncum vocant. *V.*

Arunda *opp. Hispaniae Baeticae, nunc* Ronda. PLIN. nat. 3, 14 Arunda. *adi.* **Arundēnsis,** -e. *plur. illius oppidi incolae.* CORP. II 1359 ab ordine Arund. 1360 ordine Arundens.

Arūns, Aruntius *sim. v.* Arruns *sub* Arrius *p. 647, 32 sqq.*

aruo *v.* aro *p. 626, 15.* **arvocitat** *v. I 892, 84 sub* advoco.

arvorsārius *v.* adversarius.

Arūpium, -ī, *Ptolemaeo 2, 16, 6* Ἀρουκκία, *opp. Illyrici.* ITIN. Anton. 274 Arupio (*v. l.* aurupio). TAB. Peut. 5, 2 Arypio. RAVENN. p. 224, 16 Parupion. *adi.* **Arūpīnus,** -a, -um, *Straboni incolae* Ἀρουπῖνοι. PANEG. Mess. 110 Arupinis (*sic F,* arpinis *A*) ... in arvis. *cf.* CORP. III 8783 (*Salonis*) municip. Pazina⟨tium⟩ Splonistarum Ar⟨upin? *v. Tomaschek, PW. II 1491.* *Diehl.*

arura, -ae *f.,* ἄρουρα. BEDA gramm. VII 262, 11 arura graece, ἄρουρα, latine arvum. GLOSS. V 441, 20 arura iugera[tur]. CAPER gramm. VII 106, 3 *filicem* credo dictam quod sit minus felix arurae (*sic BC,* arvis *cod. Montep.*). MARC. med. 8, 90 lacertas pisinnas, quae in segetibus morantur, quas Graeci aruras vocant, comburito. COD. Theod. 11, 24, 6, 5 (*a. 415*) arurae quoque et possessiones. PAPYR. Amherst II 26 (*saec. III/IV*) II 29 *acc.* aruras (ἀρούρας). *V.*

1. Arura, -ae, Ἄρουρα, *nom. et cogn. mul.* CORP. VI 35991 Ollia P. (mulieris) l. Arura. IX 1935 (*Beneventi*) Pontia Arura concubina. X 7460 (*in titulo Halaesino*) Helviae Arurae. XI 5770 (*Sentini*) Asullia (mulieris) l. Arura. XII 4761 (*Narbone*).

2. Arura *fluv. Helvetiorum, nunc* Aare. EVCHER. passio Acaun. 6 Salodorum ... castrum est supra Arulam flumen neque longe a Rheno positum. reg(io) Arurē(nsis). CORP. XIII 5161 (*prope Bernam*) deae Nariae reg. Arure. cur(ante) Feroc(e) l(iberto).

nautae **Aruranci** Aramici *Aventici Helvetiorum.* CORP. XIII 5096 in honorem domus divinae ⟨n⟩autae Aruranci Aramici scholam de suo instruxerunt. *nomen traxerunt a fluviis lacubusve Helvetiorum. cf.* Arura, Arurensis *et Ihm, PW. II 1491.*

Arus *v.* Ariana.

Arusacēs, -is, *Arianae regionis fluv.* MELA 3, 71 Tuberonem et Arusacen. PLIN. nat. 6, 93 Tonberon et Arosapen. *v. Tomaschek, PW. II 1492.*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Arusēius *v. sub* Arrius *p. 647, 27.* **Arusena** *v.* Abusina.

Arusēnus *v. sub* Arrius *p. 647, 29.*

Arusīnī campi *in Lucania.* FLOR. epit. 1, 13, 11 Lucaniae suprema pugna sub Arusinis, quos vocant, campis. FRONTIN. strat. 4, 1, 14 victo *Pyrrho* in campis Arusinis circa urbem Malventum (fatuentem *vel* statuentem *codd.*). OROS. hist. 4, 2, 3 contra Epirotas apud Lucaniam in Arusinis campis gestum est. *cf.* pagus Arusnatium. *Diehl.*

? **arusion** *herba.* PS. APVL. herb. 69 Graeci isatim, prophetae arusion, Latini glutam aut glastum appellavere. *V.*

Arusius, -ānus *v. sub* Arrius *p. 647, 22. 25.*

pagus **Arusnatium** *prope Veronam.* CORP. V 3915 Nymphis Aug. et genio pag. Arusnatium. 3928 Oc⟩taviae M. f. ⟨... ma⟩gnae flamin⟨icae pa⟩gi Arusnati⟨um⟩. 3926 *?*⟩ udisnam Augustam solo p⟨ri⟩vato Arusnatibus de⟨di⟩t. *cf.* Arusini campi. *v. Mommsen, Corp. V p. 396 et Hülsen, PW II 1493.* *Diehl.*

aruspex *sim. v. sub* haruspex.

arutaena, -ae *f.*, *ἀρύταινα.* CHAR. gramm. I 118, 29 *Lucilius* libro I saturarum (38) 'arutaenaeque' inquit 'aquales', non ut autumnal, *i. ut* aquales *sit adiectivum.* PAVL. FEST. 21 arytaenam (-enam *cod.*) sive artenam vas ab hauriendo sic appellabant. GLOSS. III 23, 1 *αιωτενχυτης* (*αυωτ- duo codd.*) arugene. 93, 65 plitenchites arecena. 203, 44 plitenchytis aretina, *ubique inter argentea. graecum subesse πλυτεγχύτης coniecit Bücheler, ἀρυτεγχύτης Krumbacher.* *V.*

Arutela *statio Daciae.* TAB. Peut. 8, 1. *v. Tomaschek, PW. II 1493.* *Diehl.*

Aruttius *v. sub* Arrius *p. 648, 26.*

arvus (*fortasse primo* aruus), -a, -um. [*cf. cum* arare. *Th.*] *v. etiam* aruit *p. 626, 15.* GLOSS. IV 486, 34 arvus ager frumentarius. PLAVT. Truc. 149 non arvos hic, sed pascuost ager (*obscene*). VARRO ling. 5, 39 a novando novalis ager. arvus et arationes ab arando. SERV. Verg. georg. 1 prooem. omnis terra, ut etiam Varro docet, quadrifariam dividitur: aut enim arvus est ager, id est sationalis (*cf.* ISID. orig. 15, 13, 6). CIC. rep. 5, 3 agri arvi et arbusti et pascui lati atque uberes definiebantur. PAPYR. diplom. Marini 83 (*a. 489*) 4, 2 fines terminos agros arbos cultos vel incultos. *f. subst.* **arva,** -ae. [*umbr.* a r v a m - e n *'in arvum'. Th.*] GLOSS. IV 21, 29 arvas agros, solum, terra. NON. 192 arva neutri sunt generis, ... feminino NAEVIVS Lycurgo (trag. 19): 'Liberi ⟨sunt⟩: quaque incedunt, omnis arvas opterunt', PACVVIVS (trag. 396) 'postquam calamitas plures annos arvas calvitur'. VEN. FORT. carm. 9, 2, 18 quem levis arca tulit, nunc gravis arva premit (arca *fere codd.*). *cf.* EPICED. Drusi 434 *et p. 734, 73.* *n. subst.* **arvum,** -ī. CHAR. gramm. I 554, 9 arvum ἄρουρα ... nomina quae apud Romanos neutralia apud Graecos feminina. *cf.* DVB. NOM. gramm. V 571, 6 arvum generis neutri ut illud 'incolite arvum', pluraliter arva 'Galilaeaque arva'. BEDA gramm. VII 262, 11 arura graece ἄρουρα, latine arvum. *cf.* GRAMM. suppl. 41, 25. *de* a *primae syllabae correpta*: MAR. VICTOR. gramm. VI 27, 9 (MAR.) VICTOR. *ibid.* 197, 16 AVDAX VII 328, 8; árv- *v. p. 725, 70.* GRAMM. suppl. 270, 24 arvum autem proprie est terra proscissa. *cf.* VARRO rust. 1, 29, 1 arvum *dicitur* quod aratum necdum satum est. PAVL. FEST. 25 arvum dicimus agrum necdum satum. *cf. l. 81. p. 732, 71.* [*sard.* arvu, *portoc.* aro. *M.-L.*]

I *ager colendus vel cultus*: **A** *de cultu*: GLOSS. ἄρουρα. σπορίμη γῆ. χωράφια. terra quae aratur agri seminibus apta. ACC. trag. 495 ut rorulentas terras ferro fidas proscindant glebasque arvo ex molli excitent. VARRO rust. 1, 13, 3 boves ... ex arvo aestate reducti. 1, 19, 1 Saserna ad iugera CC arvi boum iuga duo satis esse scribit, Cato in oliveti CCXL iugeris boves trinos. 1, 19, 2 saepe fracta bura relinqunt vomerem in arvo. CIC. Scaur. 25 an ego querellas atque iniurias aratorum non in segetibus ipsis arvisque cognoscerem? LVCR. 1, 314 decrescit vomer in arvis. 5, 934 ferro molirier arva. SALL. hist. frg. 1, 14 repleta arva cultoribus. VERG. georg. 1, 82 sic quoque mutatis requiescunt fetibus arva (*iuxta posita*: campus, sola, agri). 1, 94 rastris glaebas qui frangit inertes ... iuvat arva. *cf.* 1, 99. 104. 110. 125 subigebant arva coloni (*cf.* TIB. 2, 3, 8 dum subigunt steriles arva serenda boves). 1, 151. 507 squalent abductis arva colonis. 2, 1 arvorum cultus *v.* 4, 559. Aen. prooem. suppos. 3 quamvis avido parerent arva colono. AETNA 10 cum domitis nemo Cererem iactaret in arvis. 260 noctes atque dies festinant arva coloni, callent rure manus. HOR. carm. 3, 5, 23 arva Marte coli populata nostro. epist. 1, 14, 27 non tacta ligonibus arva. TIB. 1, 10, 45 pax arva colat. 2, 2, 14 arat valido rusticus arva bove. *cf.* LYGD. 3, 12 PANEG. Messal. 163. PROP. 2, 4, 4 post venit assueto mollis ad arva iugo *taurus.* OV. met. 3, 584. 7, 129 feto consurgit in arvo (*de semine dentium*) (*cf.* epist. 12, 46. 95 Ib. 446 SEN. Herc. f. 260 Med. 468 STAT. Theb. 3, 182). 11, 33 dura lacertosi fodiebant arva coloni. 14, 2. 15, 125 *renovare* arvum. 15, 554 am. 1, 1, 9. 1, 13, 15. 3, 10, 31 ars 1, 399. 401 Pont. 1, 4, 11 fast. 4, 487. MANIL. 2, 87 sic temperat arva caelum. 5, 272 arvorum ingenerat studium rurisque colendi (*spica*). PAVL. FEST. 283 rosea in agro Reatino c a m p u s appellatur, quod in eo a r v a rore humida semper seruntur (*cf. supra l. 52*). SEN. Oed. 474 arva mutantes. Phaedr. 537. Herc. f. 880 cessent deposito iugo arvi fertilis incolae. Herc. O. 635. dial. 7, 9, 2 sicut in arvo quod segeti proscissum est, aliqui flores internascuntur. COLVM. 2, 2, 23 arvis sulcatis. 2, 3, 2 tempora ... subigendi arvi. 2, 4, 5 limosa versantur arva. 2, 4, 6 arvum ... *iterare.* 2, 9, 4 laetissimum volunt arvum (*hordeum*). *syn.* humus. *cf.* 2, 9, 14 arva segetibus ... macescere. 2, 10, 1 vincis emaciatis et arvis optimum stercus praebet *lupinum.* 2, 15, 1 frumentis arva praeparare. 7, 3, 20 aratro proscissis arvis. 11, 2, 15 per hosce dies locis maritimis et calidis ac siccis prata vel arva purgantur. LVCAN. 1, 29 desunt ... manus poscentibus arvis. *cf.* 2, 445. 5, 403. 6, 381. 8, 526. 9, 184 BVCOL. Einsidl. 2, 29. PLIN. nat. 1 ind. 18, 52 ratio saepius anno serendi idem arvum. 6, 107 inde vineas coli et arva ad flumen Ananim. 17, 250 arva rigant. 18, 19 eademque diligentia arva disponebant, qua castra. 18, 24. 18, 120 vertunt arva. 18, 169 cum falce arva visit. 18, 174. 18, 178. 179 male aratur arvom. 18, 187 alternis cessare arva. 18, 199 pinguia arva fundunt. SIL. 13, 92 avia tunc placent, quae sulcat aratro ad freta porrectis Trinacria Bruttius arvis. HOMER. 885 rura colunt alii, sulcant gravia arva iuvenci. STAT. Theb. 3, 441 fugit incepto tremibundus ab arvo agricola. 5, 309 non arva (arma *P*) viri, non aequora vertunt. MART. 4, 55, 25 excolit ... Manlius arva. QVINT. inst. 1, 12, 7 cur non idem suademus agricolis, ne arva simul et vineta et oleas et arbustum colant? 9, 4, 5 rubos arvis excidimus. TAC. ann. 13, 54 semina arvis intulerant. APVL. flor. p. 21 Oud. non illi norunt arvum colere vel aurum colare. AVIEN. orb. terr. 148 pube domantur arva soli. AMM. 14, 4, 3 arva subigendo quaeritat victum. HIER. in Is. 28, 23 (p. 385 Vall.) cum dura prius arva mollierit *agricola.* CLAVD. 33, 128 pedibus quae (*vitula*) nondum proterit arva. *cf.* 35, 181. SED. op. pasch. 1, 1 p. 178, 10 gravidis arva visceribus. **B** *agri culti vel culturae apti*: VARRO rust. 1, 7, 3 ex arvo aeque magno male consito et minus multum et minus bonum faciebant vinum et frumentum. ling. 5, 85 fruges ferant arva. CIC. nat. deor. 1, 122 prata et arva et pecudum greges diliguntur isto modo, quod fructus ex iis capiuntur. *cf.* rep. 3, 25. CATVLL. 114, 2 qui tot res in se habet egregias, aucupium, omne genus piscis, prata, arva ferasque, *dives fertur.* 115, 1 quadraginta *iugera* arvi. *v.* 5. LVCR. 5, 780 nunc redeo ad mundi novitatem et mollia terrae arva. VERG. ecl. 5, 33 segetes ut pinguibus arvis *decori sunt.* georg. 2, 177 nunc locus arvorum ingeniis quae robora cuique, quis color et quae sit rebus natura ferendis (*cf.* SERV. *a. h. l.* et de arvo et de consito et de pascuis et de floreo in isto loco commemorat). 2, 341 terrea progenies duris caput extulit arvis. Aen. 3, 136 conubiis arvisque novis operata iuventus. HOR. epist. 2, 2, 167 emptor Aricini quondam Veientis et arvi emptum cenat holus. TIB. 3, 8, 17 metit quidquid bene olentibus arvis cultor odoratae dives Arabs segetis ... colligit. OV. met. 5, 479 arvaque iussit (*Ceres*) fallere depositum vitiataque semina fecit. *saepius.* LIV. 2, 14, 3 convecto ex propinquis ac futilibus Etruriae arvis commeatu. *v.* 9, 36, 11. MANIL. 1, 86 fera diversas exercita frugibus arva. 877 squalidaque elusi deplorant arva coloni. *saepius.* PAVL. FEST. 5 ambarvales hostiae appellabantur, quae pro arvis a duobus fratribus sacrificabantur. VAL. MAX. 7, 1, 2 pinguissima arva. *v.* 7, 6, 2. SEN. Herc. f. 365 vastis ager squalebit arvis. Phoen. 509 socer non arva, non urbes dedit: dotale bellum est. COLVM. 1, 2, 3 campus in prata et arva salictaque et arundineta digestus. 2, 1, 5 ex silvestri habitu in arvum transducta foecundior haberi terra debet. *cf.* 2, 1, 7. 2, 2, 4 fecundi arvi laudes. 2, 2, 8 de silvestri regione in arvorum formam redigenda. 2, 2, 14. 2, 2, 17 color — testis bonitatis arvorum. *saepius.* LVCAN. 3, 65 frugiferis est insula nobilis arvis. 4, 606. CALP. ecl. 6, 55 qua (*ungula*) viridi sic exultavit in arvo, tangeret ut fragiles, sed non curvaret, aristas (*equus*). PLIN. 8, 226 tota arva subruunt talpae. 18, 158 ad mili remedia rubetam noctu arvo circumferri iubent. 18, 161 lauri ramis in arvo defixis transit in ea folia ex arvis (*rubigo*). 18, 164 hordeum in novali et in arvo, quod restibile possit fieri, *seri Catonis sententia est.* 18, 250 in eodem arvo signum illius *hordei* maturitati et horum (*pavici et milii*) sationi commune lucentes vespere par arva cicindelae (*passim*). VAL. FL. 1, 510 non improbe legi divitis arva plagae. 513. 4, 611 gens Chalybum, duris patiens cui cultus in arvis. SIL. 5, 260 ditissimus arvi. 15, 196 dotes arvi. STAT. Theb. 4, 162. 278. 679. 681. 8, 462. PS. QVINT. decl. mai. 12, 13 squalida arva et spinis obsitas segetes. TAC. hist. 2, 87 ipsi cultores arvaque maturis iam frugibus ut hostile solum vastabantur. Agric. 31 neque enim arva nobis aut metalla aut portus sunt, quibus exercendis reservemur. Germ. 26 a g r i pro numero cultorum ab universis vices occupantur, quos mox inter se secundum dignationem partiuntur; facilitatem partiendi c a m p o r u m spatia praestant. a r v a per annos mutant et superest a g e r. HYG. lim. grom. p. 205, 13 certa pretia agri constituta sunt, ut in Pannonia arvi primi arvi secundi (*cf. Kubitschek, PW. II 1493*). FRONT. grom. p. 4, 1 in provinciis arva publica coluntur. SVET. Nero 31 rura insuper arvis atque vinetis et pascuis silvisque varia. Dom. 7 vinearum studio neglegi arva. VLP. dig. 7, 4, 10, 4 si arvi usus fructus legetur. 39, 3, 2. 50, 15, 4 arvum quod in decem annos proximos satum erit, *in censum referre.* APVL. met. 8, 6 per plateas populosas et arva rurestria. 9, 8 arva sementis florentia. TERT. anim. 30 silvas, arva domuerunt. ANTH. 444, 8 quidquid Libyco secatur arvo. CLAVD. 18, 115 qualis sitientibus arvis arida ... seges interlucet. 36, 24. MACR. sat. 1, 21, 6 pulchra virent arva sege-

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

tibus. EDICT. Diocl. 1, 28. *de arvis Orci, piorum*: VERG. Aen. 6, 477 iamque arva tenebant ultima, quae bello clari secreta frequentant. 744 pauci laeta arva tenemus. HOR. epod. 16, 41 nos manet Oceanus circum vagus arva beata: petamus arva divites et insulas. OV. met. 11, 62 quaerens ... per arva piorum invenit Eurydicen. STAT. Theb. 2, 12 possessaque manibus arva. VAL. FL. 1, 750 i, meus es, iam te ⟨in⟩ lucos pia turba silentum secretisque ciet volitans pater Aeolus arvis. STAT. Theb. 6, 753 quantus Tityos Stygiis consurgat ab arvis.

inde: **a** *segetes ipsae*: CAT. 64, 354 flaventia demetit arva *cultor*. VERG. georg. 1, 316 saepe ego, cum flavis messorem induceret arvis agricola ..., omnia ventorum concurrere proelia vidi (*cf.* SERV. *ad h. l.*). Aen. 7, 721 Hermi campo aut Lyciae flaventibus arvis. **b** *i. q. quaeritur ex arvis cultis*: SALL. Iug. 90, 1 Numidae pabulo pecoris magis quam arvo student. HOR. epist. 1, 16, 1 ne perconteris, fundus meus, Quincti, arvo pascat erum an bacis opulentet olivae. **c** *de arbustis, vineis*: CATVLL. 62, 49 ut vidua in nudo vitis quae nascitur arvo nunquam se extollit, nunquam mitem educat uvam. VERG. georg. 2, 24 hic stirpes obruit arvo quadrifidasque sudes et acuto robore vallos (GLOSS. V 169, 5 arvo terrae). *cf.* 263. 330. 353. 422. 438. CVLEX 401 Cilici crocus editus arvo. OV. met. 1, 598 consita ... arboribus Lycea reliquerat arva. am. 3, 6, 46 pomifera. fast. 3, 151 oliviferis .... GRATT. 67 cecidit ... suis Ancaeus in arvis. COLVM. 10, 138 pomosi Tiburis arva (*cf.* SIL. 4, 225 pomifera arva). Cypros item Paphio quam pingui nutrit in arvo! .... PLIN. nat. 14, 14 (*de vineis*). SIL. 7, 159 uberis arva Falerni. 207 uviferis late florebat Massicus arvis. *cf.* 712. MART. 10, 93, 2 pictaque pampineis videris arva iugis. **d** *de pascuis*: VERG. georg. 3, 75 continuo pecoris generosi pullus in arvis altius ingreditur et mollia crura reponit. OV. am. 1, 7, 8 stravit deprensos lata per arva greges. fast. 1, 5, 45 vagantur incustoditae lata per arva boves. 2, 210 invadunt sparsos lata per arva greges. PROP. 4, 9, 19 arva ... mugitu sancite bovaria longo: nobile erat Romae pascua vestra forum. VAL. FL. 3, 728 simul et Massylus et una Lyctius ... redit armentarius arvis. SIL. 4, 545 patulis Clitumnus in arvis candentis gelido perfundit flumine tauros. 14, 404 Phoebus ... iussit, ... si quando caneret, laetos per prata, per arva ad Daphnin properare greges.

II *generaliter de agris, campis*: **a** *varia notione*: VARRO Men. 579 ver blandum viget arvis (*cf.* CVLEX 71 vere ... dulci distincta coloribus arva. HOR. epist. 1, 7, 77 impositus mannis arvum caelumque Sabinum non cessat laudare. CARM. de mens. 3, 7 Veneris mensi⟨s⟩ quo floribus arva prompta virent. OV. met. 2, 791 florentia proterit arva *invidia*. HEGES. 3, 19 sine ulla arvi virentis amoenitate. VERG. georg. 1, 21 dique deaeque omnes studium quibus arva tueri (*cf.* Aen. 7, 799 quis Iuppiter Anxurus praesidet arvis). 8, 600 Silvano ... arvorum pecorisque deo. TIB. 2, 5, 58 sua de caelo prospicit arva Ceres. PRIAP. 2, 16 iacebis, *Priape*, inter arva pallidus situ. OV. met. 10, 109 nymphis Carthaea tenentibus arva. fast. 2, 640 separat indicio qui deus arva suo (*i. Terminus*). 4, 762 medio cum premit arva die *Faunus*. *v.* 5, 562. VAL. FL. 1, 103. PLIN. nat. 18, 6 arvorum sacerdotes. *cf.* fratres Arvales. VERG. Aen. 12, 897 saxum antiquum ingens, campo quod forte iacebat, limes agro positus, litem ut discerneret arvis (*cf.* TIB. 1, 3, 44 qui regeret certis finibus arva, lapis). HOR. epod. 16, 54 aquosus Eurus arva radat imbribus (*cf.* LVCR. 2, 210 sol ... conserit arva. TIB. 1, 4, 42 canis arenti torreat arva siti. *cf.* OV. met. 3, 152. 6, 339 MANIL. 2, 229 GERM. frg. 3, 13 VAL. FL. 1, 683 STAT. Theb. 6, 261 AVIEN. orb. terr. 71. INSCR. christ. Rossi II 89, 192, 3 nubes roribus arva rigans). VERG. ecl. 1, 3 nos patriae fines et dulcia linquimus arva, nos patriam fugimus. Aen. 5, 215 fertur in arva volans *columba*. 7, 45 rex arva Latinus et urbes iam senior ... regebat. OV. met. 3, 10 solis occurret in arvis *bos*. fast. 5, 374 arva ... pugnaci non adeunda ferae. EPICED. Drusi 434 Iliaca ambustis ossibus arva premit *Achilles*. SEN. Troad. 563 errore avio vagus arva lustras. *cf.* PETRON. 119, 12 PLIN. nat. 28, 78 VAL. FL. 1, 445. 3, 404 SIL. 3, 422. 12, 374 STAT. Theb. 2, 503. 3, 120. 675. 4, 150. 732. 5, 525. 6, 153. 250. 10, 768 templa arva domos conubia natos reddite morte mea (*Menoecei verba*). 12, 221. MART. 9, 60, 1 seu tu Paestanis genita es seu Tiburis arvis (*corona*). TAC. ann. 2, 64. 15, 42. 16, 3. *inde saepius.* VVLG. Ier. 23, 10. 25, 37 Abac. 3, 17. **b** *agri, quos flumina percurrunt*: VERG. Aen. 2, 781 ubi Lydius arva inter opima virum leni fluit agmine Thybris. PROP. 4, 7, 81 ramosis Anio qua pomifer incubat arvis. OV. am. 2, 16, 5 arva pererrantur Paeligna liquentibus undis. 3, 6, 46 pomifera arva rigas *Anio. cf. p. 734, 10.* MANIL. 4, 651 Persica fluctus arva tenet. SEN. Phoen. 605 nec laetis minus Maeandrus arvis flectit errantes aquas. benef. 6, 7, 3 MELA 1, 37 LVCAN. 6, 372 VAL. FL. 4, 601 SIL. 8, 381. 11, 508 CLAVD. 1, 260. *cf.* VERG. Aen. 3, 500 Thybridos arva. 10, 183 Minionis in arvis. 11, 247 Iapygis arvis (*cf.* OV. met. 15, 52). OV. met. 12, 209 Peneïaque arva pererrat. trist. 5, 2, 61 arva ... Ponti. LVCAN. 8, 370 Tigridis arva. 10, 130 Rheni ... in arvis. VAL. FL. 3, 306 Phasidis arva. *cf.* 662. 7, 607 pinguia Nili fertilis arva. STAT. Theb. 1, 453 Acheloïa ... arva. MART. 10, 12, 2 arva Padi. **c** *opponuntur aqua et terra*: **α** *de diluviis*: VERG. Aen. 1, 246 it mare proruptum et Pelago premit arva sonanti (*cf.* SERV. *a. h. l.* litora vicina cooperat). 2, 209 fit sonitus spumante salo; iamque arva tenebant ... (*cf.* SERV. *ad h. l.* arva pro litore posuit, nam arva sunt quae Graecis ἄρουρα sunt dicta et bene celeritas demonstrata est). 2, 498 fertur in arva furens cumulo camposque per omnis cum stabulis armenta trahit. *cf.* 3, 417 venit medio vi pontus et undis Hesperium Siculo latus abscidit arvaque et urbes litore diductas angusto interluit aestu. DIRAE 50. HOR. carm. 3, 48 qua tumidus rigat arva Nilus. *de Nilo saepius, cf.* MANIL. 3, 634 tumescit in arva. LVCAN. 8, 477 Nili crescentis in arva. *v.* 10, 219. CLAVD. carm. min. 28, 39. OV. am. 2, 16, 34 amnibus arva *natant*. LVCAN. 9, 341 eminet in tergo pelagi procul omnibus arvis ... agger. *cf.* VAL. FL. 2, 631 SIL. 3, 453. 4, 750. 12, 443. 14, 16. MART. 10, 85, 4 cum ... Thybris ... hiberno rumperet arva lacu. IVV. 6, 410 cuncta arva teneri diluvio. **β** *generaliter de terra continenti*: GLOSS. γῆ, χώρα, terra. LVCR. 3, 785 queunt nec pisces vivere in arvis. *cf.* 5, 129. 5, 395 cum ... umor regnavit in arvis. *cf.* 806. VERG. georg. 3, 201 simul arva fuga simul aequora verrens. PETRON. 120, 88 mare nascitur arvis. VAL. FL. 3, 93 pendent mortalia longo corda metu, quibus illa (*nubes*) fretis, quibus incidat arvis (*cf.* 3, 86). STAT. Theb. 5, 14 umbra fretis arvisque. 5, 309. **δ** *de terra, humo*: *cf.* LVCR. 2, 1154 de caelo demisit ... in arva. 1162 conficimus ferrum vix arvis suppeditati. 5, 206 quod superest arvi, tamen id natura sua vi sentibus obducat, ni .... 925 genus humanum multo fuit illud in arvis durius. VERG. Aen. 10, 403 caedit semianimis Rutulorum calcibus arva (γαῖαν Od. 18, 99). 12, 681 e curru saltum dedit ocius arvis (χαμᾶζε). OV. Pont. 1, 2, 109 si moriar, subeam pacatius arvum, ossa nec a Scythica nostra premantur humo. SEN. Oed. 280 arva deserit caelum petens. LVCAN. 4, 294 nec solum rastris durisque ligonibus arva, sed gladiis fodere suis. 308 si mollius arvum prodidit umorem, pinguis manus utraque glaebas exprimit ora super. VAL. FL. 6, 170 adque imis Typhona reverberat arvis *Iuppiter*. 7, 206 qui diris cinis ultimus haeserit arvis ... componam. STAT. Theb. 6, 684 ad terram redit atque inmergitur arvis *discus* (*cf.* VEN. FORT. 2, 16, 101 cecidit cur pronus in arvis). 7, 823 miscuit arva tremor lucumque exclusit Averno. SVLPICIA sat. 6 cum surreximus arvo. COMMOD. carm. apol. 35 deus summus hominum praeposuit arvis. ALC. AVIT. carm. 3, 176 limo formatus rursus redigeris in arvum (*cf.* 1, 80 ENNOD. op. 10 p. 420, 10 Vind.). VEN. FORT. carm. 3, 9, 36 laudant rite deum lux, polus, arva, fretum. *cf.* 3, 23ᵃ, 27 caelum, arva, unda. ARATOR 1, 35 arva deus petiit, homo sidera. CARM. epigr. 709, 14 (*Vercellis circa a. 542*) quamquam arvis gradiens, mente aethera pulsat.

III *opponuntur* colles, *vel cogitandum de planitie, desertis*: VERG. Aen. 8, 604 celsoque omnis de colle videri iam poterat legio et latis tendebat in arvis. OV. met. 1, 533 ut canis in vacuo leporem cum Gallicus arvo vidit, ... praedam pedibus petit. 4, 87 sit errandum lato spatiantibus arvo. 7, 329 silva incipit a plano devexaque prospicit arva. 7, 779 collis apex medii subiectis imminet arvis. 10, 647 medio nitet arbor in arvo (*cf.* Pont. 3, 1, 19 in apertis eminet arvis arbor). 15, 100 lepus impavidus mediis erravit in arvis. MANIL. 4, 648 patulis ... arvis. SEN. Phaedr. 66 quidquid solis pascitur arvis. Oed. 919 qualis per arva Lybicus insanit leo (LVCAN. 1, 205 squalentibus arvis aestiferae Libyes. *v.* 5, 39. 6, 572 deserta per arva carpit iter. 9, 939. STAT. silv. 5, 2, 134 MART. 8, 26, 1). Phaedr. 1093 late cruentat arva Hippolytus. LVCAN. 4, 413 attonso miseris iam dentibus arvo castrorum. 4, 742 dum colle relicto effusam patulis aciem committeret arvis. 6, 13 dumosa per arva ... tendit ad arces. 408 descendit Python Cyrrhaeaque fluxit in arva (antra *codd. V U B*). 489 inque pruinoso coluber distenditur arvo. SIL. 1, 199 diducta propinquis Europes videt arva iugis. 3, 664 semper media arva videntem ... Cynosura regit. 6, 643 colles Vmbros et arva petebat. 8, 459 patulo ... iacens ... arvo. STAT. Theb. 4, 241 late putria arva lacessunt. 7, 442. 445. 8, 360 patentibus arvis. CLAVD. carm. min. 26, 11 planis evectior arvis. *sic saepe de campo pugnae*: VERG. Aen. 10, 589 moribundus volvitur arvis. *cf.* 12, 237. OV. met. 4, 714 vacuo cum vidit in arvo praebentem Phoebo liventia terga draconem. 7, 101 conveniunt populi sacrum Mavortis in arvum. 12, 137 LVCAN. 1, 301. 4, 255. 7, 728 Caesar ut Hesperio vidit satis arva natare sanguine. 788 nulla loci facies revocat feralibus arvis haerentes oculos. 9, 749. PETRON. 123 v. 204 horrida ... frangebat gressibus arva. VAL. FL. 4, 320. 6, 508 latis prosternitur arvis. 553. SIL. 4, 161 volvuntur corpora campo ... arva natant. 293 procumbit *Crixus* lata porrectus in arva ruina. 591 Ligus occidit arvis. 5, 112 iacuere ingentia membra per campos magnisque premunt nunc ossibus arva. 6, 316 consertae campis acies, multusque per arva fervebat Mavors. 9, 383 volvitur ille (*Scaevola*) ruens atque arva hostilia morsu appetit. 12, 503. 17, 545. STAT. Ach. 1, 747 legit arva. Theb. 2, 574 pedes occubat arvis. 5, 3 acrior et campum sonipes rapit et pedes arva implet ovans. 655. 6, 371. 788. 7, 690. 8, 148 arva reliquit (ora *P*). 8, 439. 740. 11, 17. 514 arvaque sanguineo scribit rutilantia gyro. *inde de circo*: STAT. silv. 5, 3, 54 non arva rigaret sudor equum aut putri sonitum daret ungula fossa. Theb. 6, 5 primus Pisaea per arva hunc pius Alcides Pelopi certavit honorem. 522 carceribus dimissus in arva solutis. 595 tardius arvis isse videntur equi. *cf.* CLAVD. 28, 618 assueta quadrigis cingunt arva trabes. **IV** *possessio, fines,*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

agri, terra (*apud poetas rhetoresve*): TRAG. inc. 163 ad Tauricos fines frugifera et fertilia arva Asiae tenet (*cf.* VERG. Aen. 10, 740 paria atque eadem mox arva tenebis. *v.* 7, 739. HOR. carm. 3, 4, 15 arvum pingue tenent humilis Forenti. PANEG. Messal. 145 ultima vicinus Phoebo tenet arva Padaeus. OV. met. 14, 459 dotalia ... arva. *v.* epist. 7, 16). VERG. Aen. 3, 550 Graiugenumque domos suspectaque linquimus arva. 4, 39 nec venit in mentem, quorum consederis arvis. 4, 311 arva aliena domosque ignotas petere (*cf.* 10, 78 CLAVD. 28, 650). 4, 355 quem (*Ascanium*) regno Hesperiae fraudo et fatalibus arvis (*cf.* 5, 82. SIL. 8, 350 praedictis ... arvis). 6, 60 praetenta Syrtibus arva. 6, 793 regnata per arva Saturno quondam. 7, 736 patriis ... arvis (*cf.* OV. trist. 2, 111 patrio arvo. Ib. 501 SEN. Med. 332 SIL. 5, 176. LVCAN. 9, 871 patriae ... arva. MART. 3, 91, 1. STAT. Theb. 2, 726 patriis arvis). HOR. carm. 3, 29, 5 eripe te morae, ne semper udum Tibur et Aefulae declive contempleris arvum. OV. met. 15, 443 tibi ... contingat amicius arvum (*cf.* Pont. 4, 15, 21). trist. 1, 5, 82 quaeque diu petiit, contigit arva tamen. Pont. 1, 4, 43 his moriemur in arvis. 4, 7, 3 aspicis ... quali iaceamus in arvo. fast. 5, 629 epist. Sapph. 11. MANIL. 4, 799 Cilicum gentes vicinaque ... arva. GERM. frg. 4, 118 non omni ... est tunc imber in arvo. SEN. Med. 452 patrium ... regnum quaeque fraternus cruor perfudit arva? quas peti terras iubes? LVCAN. 1, 224 Hesperiae vetitis et constitit arvis. 6, 15. 8, 164. 226. 514. VAL. FL. 2, 616 has etiam terras consertaque gentibus arva. 6, 330 feror arctois nunc liber in arvis. SIL. 3, 290 migrare per arva. 6, 145 laeti saevis consedimus arvis. 8, 596 arva coronantem nutrire Faventia pinum *sollers.* 9, 50 vicinis ... in arvis. 14, 249 lapidosique Engyon arvi. 16, 25 auriferis ... depulsus ab arvis. HOMER. 900 laetis Troiam repararet in arvis. STAT. silv. 1, 4, 104 odoriferis Arabum ... in arvis. 3, 2, 123 puer his sudavit in arvis (armis *cod.*). Theb. 11, 134 virus ... nocentibus arvis abstulit et dulci terrae caruere sereno. 280 redde arvis domibusque viros. CLAVD. 24, 126 servilibus ... arvis. *saepius. passim leguntur huiusmodi coniunctiones*: VERG. georg. 3, 475 Iapidis. 4, 518 Riphaeis numquam viduata pruinis. Aen. 1, 569 Saturnia (*Latium*). 3, 35 Geticis arvis. 3, 171 Dictaea (*Creta*). 3, 496 arva ... Ausoniae (*talia 14ies*). CIRIS 470 Salaminia ... arva. PANEG. Messal. 77. 110. OV. *22ies*. MANIL. 4, 614 Thessaliae fines et Achaica ... praeterit arva. SEN. Ag. 834 Med. 871 Herc. f. 1164. LVCAN. 1, 553 Scythicis ... arvis (*codd. nonnulli* oris). *inde 12ies*. PETRON. 120 v. 68 PLIN. nat. 2, 240 VAL. FL. 5, 501 SIL. *15ies*. STAT. silv. 2, 2, 95 Graia frequentas arva. 3, 1, 29. 4, 2, 2 Laurentibus ... arvis. Theb. 1, 324. *inde 13ies*. TAC. ann. 13, 55 CLAVD. 3, 132 SIDON. carm. 2, 165 *saepius.*

translate *ad I*: LVCR. 4, 1107 atque in eost Venus ut muliebria conserat arva. VERG. georg. 3, 136 genitali arvo (*cf.* AVG. civ. 14, 23). TERT. anim. 27. SOLIN. 1, 51 non tantum terrarum hominum fecundet arva. AMBROS. spir. sanct. prol. 16 intimi cordis arva viridescant. HIER. epist. 120 praef. ut rigarent arva gentilium. 125, 1 credentium arva. *saepius.* PRVDENT. ham. praef. 36 Marcion, arvi forma corruptissimi. PROSP. carm. de ingr. 487 neque quidquam cordis in arvo praesulcet divina manus. OV. Pont. 1, 5, 33 qui sterili totiens cum sim deceptus ab arvo, damnosa persto condere semen humo. 65 hoc ubi vivendum est, satis est, si consequor arvo, inter inhumanos esse poeta Getas. PASSIO Mar. 2 prosequente Caecilio arva officialia. *de mari*: VERG. Aen. 8, 695 arva nova Neptunia caede rubescunt. SIL. 12, 452 rostris sulcet navalibus arva. SEDVL. carm. pasch. 3, 227 vasti premit arva freti. *nota*: LIV. ANDR. trag. 32 celsosque ⟨in⟩ ocris arvaque putria et mare magnum (*i. q. paludes?*).

synonyma: *ad I*: rus, terra, solum, locus, vinea, arbusta. *ad IIb*: litora. *ad IIc*: terra, humus, solum. *ad III*: campus. *ad IV*: fines, agri, terrae, patria, regio. *opposita*: *ad I*: segetes, ager, campus, silva, consitum, pascua, novalis, rura, vinea. *ad II*: aequora, caelum, lux, polus, fretum, sidera, aether. *ad III*: colles.

Ausfeld.

arx, -cis *f.* [*cf. c.* arcere, arca. *Th.*] VARRO ling. 5, 151 arx ab arcendo, quod is locus munitissimus urbis, a quo facillime possit hostis prohiberi (SERV. Aen. 1, 20 PRISC. gramm. III 498, 33. ISID. orig. 15, 2, 32 arces ... partes urbis excelsae ... ab arcendo hostem). SOL. 1, 1 quam (*urbem*) Arcades quoniam habitassent in excelsa parte montis, derivatum deinceps, ut tutissima urbium arces vocarentur. GLOSS. (*ad I*:) ἀκρόπολις, locus in civitate munitus, summitas urbis, summa pars civitatis (cuius *codd.*) dicta quo⟨d⟩ altitudine sua hostis prohibeat id est capitolium, altitudinem civitatis, faestinnum (*anglos.*). *ad IA1* Capitolium, in Capitulio. *ad IB*: aedificia, moenia, civitatem. *ad IC2*: aedificia summa vel palatia munita. *ad II*: ἀκρωτήριον, loca summa montium, edita an excelsa loca. *ad IIB*: summitas aedificii. NOT. Tir. 65, 57. PRISC. gramm. II 324, 2 in x unum femininum 'haec arx, huius arcis'. PLIN. Char. gramm. I 141, 17 'nox' ... 'arx' ... cum i pronuntianda sunt (*sc. genetivo plurali. cf.* SEN. Thy. 342 FRONTO p. 208, 3 N.). *acc. plur.* arcis: PANEG. Mess. 64 LVCAN. 6, 14 SIL. 11, 595. *a librariis nonnumquam mutatur voce* ars: *cf. p. 741, 79.*

loci propter opposita vel synonyma notabiles: *vetusta formula iurandi apud* PAVL. FEST. 115, 5 si sciens fallo, ... me Dispiter salva urbe arceque bonis eiciat (CAECIL. com. 146 ENN. trag. 77 CIC. orat. 93 div. 2, 69 LIV 4, 61, 9. 24, 37, 6. 31, 45, 6. 37, 37, 2). CIC. rep. 3, 43 urbs ... praeclara (*sc. Syracusae*) ... arx visenda, portus ... viae latae, porticus, templa, muri. LIV. 45, 27, 11. 25, 15, 2 ne Tarentum quidem, non modo arcem tanti ... esse. 45, 26, 12 praesidia ex ... oppidis arcibus et castellis ... deducturum. PLIN. nat. 6, 119 oppidum Caphrena ... nunc in arcem redactum. QVADRIG. Gell. 17, 2, 26 qui foris atque qui in arce erant (QVINT. inst. 7, 4, 22 in arce an domi). CIC. rep. 3, 44 num ... theatrum ... propylaea ... arx ... rem publicam efficiebat? VERG. Aen. 1, 366 moenia surgentemque ... Carthaginis arcem (OV. trist. 3, 11, 23. STAT. Theb. 6, 657 frangere. FLOR. 1, 40, 15 VVLG. prov. 9, 3). 8, 98 muros arcemque ... ac ... domorum tecta vident (2, 33 SIL. 14, 281 FLOR. 1, 22, 34. 1, 45, 24. VATIN. Cic. epist. 5, 10b turris .... PS. ASCON. div. Caec. p. 104 prima spes in muris est, secunda in arce, si muros hostis irruperit). 2, 760 Priami sedes arcemque (LIV. 5, 50, 4). 11, 477 ad templum ... ad Palladis arces. PLIN. nat. 6, 135). TIB. 1, 10, 9 non arces, non vallus. LIV. 26, 39, 21 arci praesidioque Romano praeerat (26, 46, 9 *passim*). SIL. 9, 624 castella ... oppugnat ... atque assidet arces. HIER. epist. 108, 9 *Sion* in arcem vel speculam vertitur. *nota ludum*: PLAVT. Bacch. 943 hic equos non in arcem, verum in arcam faciet impetum.

I *locus* ***munitus,*** *ad tuendum idoneus inde a* PLAVTO: **A** *i. q.* ἀκρόπολις: **1** *urbis Romae* (*proprie de parte septentrionali montis Capitolini, cf. PW. II 1493; ampliore sensu de Capitolio ipso*): **a** *cum iuxta positis*: arx et urbs *v. l. 1.* VARRO ling. 6, 91 cornic⟨in⟩em ad privati ianuam et in arcem mittas. CIC. Rab. perd. 35 Capitoli atque arcis obsessio. Cat. 4, 18 vobis arcem et Capitolium commendat. LIV. 1, 33, 2. 6, 16, 2 *di* Capitolium arcemque incolitis (*cf.* 5, 39, 12). 2, 7, 10 si in ipsa arce Capitolioque habitarem. 6, 20, 14 (VAL. MAX. 6, 3, 1a ne patricius ... habitaret). 38, 51, 8 qui *dei* Capitolio atque arci praesident (26, 10, 2 praetorem urbanum). 5, 51, 3 Capitolium ... atque arcem diique et homines ... tenuerint. 8, 37, 6 plena armatorum fuerint. 8, 33, 21. 6, 20, 9. 2, 49, 7 praetereuntibus Capitolium arcemque. 3, 68, 7 scandet (4, 2, 14). 5, 39, 10. 5, 40, 1 (VAL. MAX. 3, 2, 7). 5, 41, 5 dissipatos ex arce aut Capitolio. 26, 10, 6 decurrentis. 5, 44, 5 resistitur. 3, 15, 5 Capitolium atque arcem occupavere. 3, 18, 1. 4, 45, 1 (*cf.* 6, 40, 17. 3, 19, 7). 5, 47, 1 arx Romae Capitoliumque in ... periculo fuit. 5, 53, 9 incolumi. 6, 11, 4 servata esset (6, 14, 4. 6, 15, 11). SEN. dial. 2, 6, 8 TAC. ann. 11, 23. LIV. 26, 9, 9 praesidia in arce, in Capitolio (QVINT. decl. 271 p. 110, 16 Capitolium ... incendere ..., arcem occupare). OV. trist. 4, 2, 55 petes arcem et delubra. LIV. 3, 17, 4 tantum hostium non solum intra muros est, sed in arce.
b *cum adi.*: VERG. Aen. 8, 313 Romanae conditor arcis. LIV. 1, 11, 6 Romanae ... praeerat. 4, 18, 6. OV. fast. 6, 183 arce ... in summa Iunoni templa Monetae ... facta (1, 262). LIV. 28, 39, 15 Iovi ... praesidi Capitolinae arcis (TAC. hist. 3, 71 fores. VEG. mil. 4, 1 praef. defensione. LIV. 6, 20, 9 Capitolinam ... protegenti. VAL. MAX. 8, 14, 1 orbis ... columen arx Capitolina possideret. SIL. 3, 86. VEG. mil. 4, 26 ingressi Capitolinam ... Galli. AVG. civ. 3, 29). SIL. 12, 339 in Capitolinas ... scanditur arces (HIER. epist. 23, 3). VERG. Aen. 8, 652 custos Tarpeiae Manlius arcis. PROP. 4, 4, 29 Tarpeia residens ... flevit ab arce (*v.* SIL. 6, 417). OV. met. 15, 866 tenes ... Tarpeias Iuppiter arces (Pont. 2, 1, 57 scandere in. 4, 9, 29 deductus. fast. 1, 79 itur. LVCAN. 7, 758 SIL. 3, 573. 12, 44). MANIL. 4, 562 patrias victorem ducet ad arces. SIL. 2, 34 celsam migretis in arcem. LIV. 1, 22, 1 in infima arce ... pugna adversus Sabinos fuerat. **c** *cum gen.*: LVCR. 4, 683 Romulidarum arcis servator ... anser. TIB. 2, 5, 26 stabant humiles in Iovis arce casae (OV. fast. 2, 70 caeditur ... bidens. 4, 635. EPICED. Drus. 28 tumulus Drusum pro Iovis arce manet. *cf.* MANIL. 4, 29). OV. fast. 6, 349 Tonantis. LIV. 5, 50, 4 sedem atque arcem populi Romani ... tutatus esset. 3, 17, 11 patres plebemque, arcem urbis, templa ... dedi (22, 37, 12. 5, 47, 1). TAC. hist. 3, 69 arcem Capitoli insedit (FLOR. 1, 7, 13. 2, 9, 7 OROS. hist. 2, 19, 8). **d** *absolute*: *de parte septentrionali Capitolini montis*: VARRO ling. 5, 47 qua *sacra via* sacra quotquot mensibus feruntur in arcem et per quam augures ex arce profecti. 7, 8. CIC. off. 3, 66 in arce augurium augures acturi. LIV. 1, 18, 6. 10, 7, 10 VAL. MAX. 8, 2, 1. *hinc speciatim* PAVL. FEST. 18, 14 auguraculum appellabant antiqui, quam nos arcem dicimus, quod ibi augures publice auspicarentur. LIV. 1, 24, 5 fetialis ex arce graminis herbam puram attulit (30, 43, 9. PLIN. nat. 22, 5). VARRO ling. 6, 28 in sacris Nonalibus in arce (PAVL. FEST. 16, 3 arcani ... a genere sacrificii quod in arce fit ab auguribus. *cf.* SVET. Claud. 44). CIC. div. 1, 101 vocem ab aede Iunonis ex arce exstitisse. VARRO ling. 5, 47 ab Streniae sacello *sacra via* pertinet in arcem (FEST. 293, 4). 6, 92 in arce classicus canat. LIV. 39, 15, 11 vexillo in arce posito comitiorum causa exercitus eductus esset (PAVL. FEST. 103, 17). *generaliter de Capitolio*: ENN. ann. 256 Galli ... arcis adorti moenia (OV. met. 14, 776 via). CIC. epist. 1, 9, 8 in arcem ... invadere (LIV. 5, 43, 1 impetum facere. VAL. MAX. 9, 6, 1 Sabinos ... reciperet. LIV. 5, 38, 10 confugerunt. 5, 40, 4 persecutae sunt). Att. 7, 11, 3 urbe reliqua capta arcem ... retinuerunt (LIV. 3, 18, 7 recuperatae. 5, 41, 1 tuendam. VAL. MAX. 9, 6, 1 arci praeerat). VERG. Aen. 8, 657 Galli ... arcem ... tenebant (LIV. 1, 12, 1 QVINT. inst. 1, 5, 44 MARC. dig. 48, 4, 3). LIV. 3,

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

17, 6 captam (SIL. 6, 556). 5, 43, 5 obsideri. 1, 12, 4 scelere emptam (*cf.* SIL. 13, 841). 6, 19, 1 domum ... in arce positam (*v.* VITR. 2, 1, 5). 5, 42, 3 ex arce ... urbem cernentes. 5, 52, 3 digressus (SIL. 1, 625 Gallis ... fugatis). 1, 12, 8 ab arce decurrerat (QVINT. inst. 7, 7, 4 magistratus ne ... discedat. FLOR. 2, 4, 6. 1, 17, 8 Manlium ... deiecit. 1, 7, 16 dimisit. 1, 7, 15). SIL. 10, 645 pro ... arce et sceptris et libertatis honore. 580 solam ... arcem speravisse. OV. fast. 6, 367 qua ... habitatis in arce, dei. LIV. 22, 33, 8 aedem in arce faciendam. 7, 28, 5 SIL. 8, 342.

2 *aliarum urbium*: a *cum gen.*: CAES. Gall. 7, 84, 1 ex arce (parte β) Alesiae ... conspicatus. civ. 2, 19, 5 deductis ... in arcem oppidi cohortibus. SALL. Iug. 67, 1 NEP. Pel. 1, 2 (CVRT. 9, 4, 8 erat intacta. MELA 2, 3 *v.* VATIN. Cic. epist. 5, 10b). Cim. 2, 5 arx Athenarum est ornata. VERG. Aen. 1, 366 Carthaginis arcem (SIL. 6, 83 terrere. 7, 37 terrarum imperium Carthaginis arce videres. 8, 229 te *Anna* Carthaginis arce ... sistam templis. APVL. flor. p. 91 Oud. Aesculapius arcem ... saepit). LIV. 31, 17, 6 tradendis arcibus urbium (CVRT. 5, 3, 10. LVCAN. 3, 462 tela cadunt excelsas urbis in arces. SIL. 15, 215 subeuntibus). 4, 32, 10 iugum propinquum arci Fidenarum. 3, 42, 7 ab arce Tusculi digressos. 24, 3, 8 arx Crotonis imminens mari ... situ ... naturali ... munita. 25, 15, 5 Tarenti arcem tuendam. 38, 13, 7 arce summa Celaenarum. VAL. MAX. 5, 1, 4. CVRT. 5, 1, 43 arci Babylonis ... praesidere. 5, 6, 11 arcem Persepolis ... tueri. LVCAN. 2, 472 nudatam deseris arcem ... Luceriae. 4, 697 Corfini captus in arce. PLIN. nat. 6, 135. SIL. 2, 369 capta descendite ab arce Sagunti (3, 16). 5, 123 Corythi ... diruat arcem. FRONTO p. 47, 20 N. Pergamae arcem ascendo. FLOR. 2, 13, 18 cuius (*sc. Italiae*) arces ... praesidis ... insederat. VERG. Aen. 12, 655 summas ... deiecturum arces Italum. LIV. 5, 19, 10 cuniculus in arcem hostium agi. 29, 6, 4 Locrorum. 38, 15, 4 Isiodensium arcem ... oppugnabant. SIL. 2, 526 invisae gentis. FRONTIN. strat. 3, 17, 3 arcem Tarentinorum tenens. VERG. Aen. 2, 56 Troia ... Priami ... arx alta maneres (2, 760 PROP. 3, 9, 38 in cineres arcem sedisse ... Cadmi. VAL. FL. 5, 646 Cecropis. STAT. Theb. 1, 251 arces Cyclopum ... Phoroneos ... sceptra iuvem). 11, 477 ad templum summasque ad Palladis arces subvehitur (STAT. Theb. 5, 100). 2, 226 petunt Tritonidis arcem. OV. met. 2, 712 festas in Palladis arces (HOMER. 548 subeunt). 8, 250 Minervae (VAL. MAX. 5, 3 ext. 3 excelsam praesidis Minervae arcem). PROP. 3, 9, 39 Pergama Apollinis arces. b *cum nomine arcis*: LIV. 44, 46, 6 ⟨arx⟩ Phacus in ... palude ... velut insula eminet. VVLG. II reg. 5, 7 cepit ... arcem Sion. I par. 11, 5. *cf.* LIV. 38, 29, 10 quam *arcem* Cymatidem vocant. MELA 2, 48 PLIN. nat. 4, 11. 7, 194 FLOR. 1, 31, 11. *v.* NEP. Pel. 1, 2.

c *cum adi.*: VERG. georg. 4, 125 Oebaliae ... turribus arcis. Aen. 3, 336 Iliacam ... iugis ... addidit (OV. Ib. 496). 3, 109 nondum Ilium et arces Pergameae steterant. 6, 17 Chalcidia. PROP. 4, 10, 9 Caenina ductor ab arce. OV. Pont. 4, 1, 31 arcis ... Actaeae ... eburna ... custos. trist. 3, 8, 4 fugiens arce, Corinthe, tua. Ib. 564 Hectoreus patria vidit ab arce puer (*cf.* STAT. Theb. 8, 139). LIV. 1, 6, 1 Albanam. 3, 23, 1 Tusculanam ... capiunt. 4, 53, 3 Carventanam ... occupatam esse (4, 55, 48. 4, 56, 4. 4, 55, 8. 4, 53, 9). 5, 21, 10 *aedes Iunonis* in Veientana arce erat. 9, 28, 3 Fregellanam ... captam (9, 31, 13). 25, 15, 4 Romanis ... arcis Tarentinae praesidique ... cura est (27, 25, 3 praefecto. 25, 22, 14 potiundae. 26, 5, 1. 27, 3, 8. 26, 20, 8 *praesidium* in ... erat. 26, 39, 1. 27, 10, 3). 26, 9, 9 praesidia in arce Aefulana ponuntur. VAL. MAX. 2, 7, 3 Tauromenitanam ... amiserat. SEN. benef. 5, 16, 3 a Praenestina arce ... ad Collinam portam (FLOR. 11, 13, 24 prospexit). Phoen. 446 Thebana ... descendit arce (*cf.* STAT. Theb. 6, 657 Tyrias. *v. p. 740, 14*). CVRT. 9, 7, 2 Bactriana arce ... occupata. LVCAN. 2, 468 depellitur arce Asculea. 4, 657 Poenum ... Latiis revocavit ab arcibus ... Scipio. LAVS Pis. 92 Euboicam referens ... Neapolis arcem. SIL. 2, 300 externas ... quatit. 14, 181 Syracosias castris circumdedit arces. APVL. mund. 32 *Minerva* arcibus Atheniensibus praesidet. MART. CAP. 6, 573 arcibus urbanis *Palladi* templa sacrarunt. CVLEX 344 praeda ... Erichthoniae (*v. p. 740, 6*). OV. met. 6, 70 Cecropia. 6, 217 Cadmeida. 5, 239 Acrisioneas Proteus possederat arces. VERG. Aen. 2, 245 sacrata sistimus arce (OV. met. 8, 250 sacrā ... Minervae. SIL. 1, 599. STAT. Theb. 7, 184 carā summovit ab arce Tritonis aquas *i. Cecropia*). SEN. Phaedr. 260 Palladiā (STAT. Theb. 4, 136). VAL. FL. 5, 646 virgineas praeder ... Cecropis arces. CAT. 64, 261 summa prospectum ex arce petebat. VERG. Aen. 4, 410 videres. 6, 519 (MELA 2, 48 colonia ... contuens. PLIN. nat. 4, 11 prospectans). 2, 41 summa decurrit ab arce (OV. rem. 57 Dido ... vidisset). 7, 70 summa dominarier arce. 2, 166 summae custodibus arcis (9, 149). 2, 615 summas ... respice. 12, 655. OV. met. 13, 344 intrare. fast. 6, 429 inclusam *deam* summa tenet Ilus in arce (VITR. 2, 8, 11 Martis fanum). VERG. Aen. 11, 490 alta decurrens ... arce. 2, 56. SEN. dial. 2, 6, 4 aequaturum editissimas arces aggerem. LVCAN. 3, 379 pars urbis celsam consurgit in arcem (SIL. 3, 373. 13, 54 templum ... celsa surgebat in arce. STAT. Theb. 2, 256. excelsa: *cf.* VAL. MAX. 5, 3 ext. 3 LVCAN. 3, 462). APVL. mund. 25 in arduis arcibus habere solium consecratum *Iovem*. HOR. carm. 2, 6, 22 beatae. festas *v. supra l. 36*. LIV. 28, 6, 4 porta maritumae arcis. OV. met. 11, 509 laceras aries ... concutit arces. LIV. 24, 3, 9 tutā ... tenebant se. 29, 6, 14 plenā ... hostium (5, 21, 6). 28, 19, 18 inexpugnabilis (42, 67, 7 *cf.* 37, 6, 3). SIL. 2, 692 irrumpunt vacuam ... arcem (TAC. hist. 3, 77). STAT. Theb. 1, 162 loca dira arcesque nefandae (*de Cadmea*). VERG. Aen. 7, 61 primas ... conderet arces. LIV. 28, 6, 2 duas ... urbs habet (*cf.* 31, 46, 9. 34, 25, 5). LIV. 28, 6, 4 in mediam urbem ad alteram tendere arcem. 29, 6, 14 confugerunt. 31, 46, 15 perruperunt). LVCAN. 2, 654 tot ... oppressae (SIL. 14, 640 capiuntur). SIL. 14, 281. FLOR. 1, 22, 34 totidem. 1, 31, 14 compulsis in unam arcem.

de aditu, descensu, situ arcis: TER. Hec. 431 in arcem (*Athenas*) transcurso opus est. 801. CORP. I 1166, 6 (*Aletrii, a. 154—90 a. Chr.*) porticum, qua in arcem eitur. LIV. 9, 24, 7 semitam ... erectam ex oppido in arcem. 36, 24, 9 consul ab urbe escensurus in arcem. 4, 34, 2 receptus ... intra moenia in arcem ... pergit. 26, 20, 8 omnis ad arcem a mari aditus. 38, 29, 10 per arcem ... in forum pervenerunt. LIV. 24, 3, 14 arcem intrassent (*v.* OV. met. 13, 344 SIL. 14, 281). 25, 11, 19 classis ... circumvehitur arcem (CVRT. 9, 4, 8 *v.* LIV. 25, 10, 3). (subvehi *v.* VERG. Aen. 11, 477. subire: SIL. 15, 215 HOMER. 548 STAT. Theb. 2, 256. petere: VERG. Aen. 2, 226 VAL. FL. 2, 306. ascendo: FRONTO p. 47, 20 N.) (decurrere ab arce *v.* VERG. Aen. 2, 41. 11, 490. digredi: LIV. 3, 42, 7. descendere: SIL. 2, 369 SEN. Phoen. 446.) SEN. nat. 3, 29, 8 non proderunt ... urbium summa, quippe fugientes unda ... ex ipsis arcibus deferet. VARRO ling. 7, 44 altissimum in urbe quod est, arx (ares *F*) tutissimum vocatur. LIV. 45, 28, 2 arx (*sc. Corinthi*) intra moenia (inter omnia *V*) in immanem altitudinem edita. 38, 4, 2 arx, quae imposita tumulo est, orientem spectat. 36, 22, 5 imminentem loco alto. 24, 3, 8. SEN. Thy. 187 altis ... structae iugis arces. SIL. 12, 442 superposita. 2, 661 ardet in ... vertice montis. CAES. civ. 3, 112, 8 *theatrum* arcis tenebat locum. VAL. MAX. 3, 1 ext. 1 propylaea ..., quae sunt ianuae arcis (*v.* LIV. 28, 6, 4). CVRT. 9, 4, 8 III flumina munimento arcis adplicant undas (5, 1, 31 *cf.* PLIN. nat. 6, 135). 5, 1, 32 super arcem pensiles horti sunt. AMM. 18, 9, 2 sub arce fons exundat. VVLG. II Macc. 4, 12 gymnasium ponere.

arx *deorum sedes*: PLAVT. Bacch. 954 signum (*sc. Palladis*) ex arce (*sc. Troiae*) si periisset (*cf.* 958 OV. fast. 6, 429 SIL. 13, 41). 900 in arcem abiit aedem visere Minervae. CIC. parad. 5 non est hoc opus tale ut in arce poni possit quasi ... Minerva Phidiae. LVCR. 6, 749 arcis in ... vertice, Palladis ad templum. VERG. Aen. 3, 531 templum ... in arce Minervae (LIV. 5, 21, 10 VITR. 7 praef. 12. 2, 8, 11. 4, 8, 4 PLIN. nat. 8, 175. 22, 44 SIL. 12, 86. 13, 54 MART. CAP. 6, 573). VARRO rust. 1, 2, 20 Athenis in arcem non inigi praeterquam semel ad ... sacrificium (LIV. 38, 33, 9 *cf.* NEP. Them. 2, 8. 4, 1). CIC. leg. 1, 2 nisi forte Athenae ... sempiternam in arce oleam tenere potuerunt. CAT. 64, 8 diva ... retinens in summis urbibus arces. VERG. ecl. 2, 61 Pallas quas condidit arces ipsa colat (LIV. 31, 30, 9 praesidem ... arcis Minervam. 45, 28, 1. 37, 37, 2. *cf.* OV. Pont. 4, 1, 31 custos. APVL. mund. 32). Aen. 6, 9 arces quibus ... Apollo praesidet. 2, 319 arcis Phoebique sacerdos. LIV. 43, 13, 4. *v.* APVL. flor. p. 91 Oud. (*v. passim supra*). arcem *condere, munire*: CAES. civ. 3, 12, 1 aquam comportare in arcem atque eam munire (LIV. 24, 41, 4. 25, 11, 9. 12. 26, 48, 4 *cf.* NEP. Tim. 3, 3 LIV. 5, 21, 7). ornare: NEP. Cim. 2, 5. VERG. Aen. 8, 357 hanc Ianus ... condidit arcem (AMM. 23, 6, 23 *cf.* VERG. Aen. 7, 61. iugis addere: VERG. Aen. 3, 336). 1, 424 moliri. 3, 134 attollere tectis (construere *v.* SIL. 8, 144. struere SEN. Thy. 187). CVRT. 7, 6, 10 arx .. cingitur muro (*v.* LIV. 24, 3, 8). STAT. Theb. 4, 151 Cyclopum ductas sudoribus. VVLG. I Macc. 1, 35. arcem *praesidiis firmare*: (deducere praesidia in arcem *v. p. 737, 11*. LIV. 27, 15, 16 ad arcem traducit). VERG. Aen. 2, 322 quam prendimus arcem. LIV. 42, 42, 2 arcibus imponere praesidia (CVRT. 3, 7, 2 SVLP. SEV. chron. 2, 19, 7. ponere in: *v. p. 737, 54*. SVLP. SEV. chron. 2, 23, 1 VVLG. I Macc. 9, 53). LIV. 43, 22, 7 Aetolos ... in arcem per praesidii speciem amovit. 34, 32, 7 praesidio accersendo accipiendoque (25, 25, 4. 25, 26, 1). 24, 21, 6 arcem ... praesidiis firmaret (34, 25, 5). 26, 44, 2 militibus arcem insidit (*v. p. 737, 27*). 31, 45, 4 praesidio arcem teneri (32, 32, 4. 24, 2, 11. 34, 21, 5. 25, 11, 11 SVLP. SEV. chron. 2, 22, 2. *v. p. 737, 31*). 26, 20, 10 arcis praesidium ... sustentari possit (tueri: *v.* LIV. 25, 15, 5. 27, 25, 3 CVRT. 5, 6, 11). 24, 37, 8 claves ... portarum et custodiam ... accepisse (custodes arcis *v. p. 737, 73*. LIV. 4, 55, 4). 35, 38, 10 praesidium ... in arce habuissent (29, 17, 5). 38, 48, 5 *praesidia* quieta in suis arcibus (pastibus *Φ*) erant (27, 15, 13. 34, 40, 6. 36, 24, 10. 37, 44, 7 VVLG. I Macc. 3, 45. 4, 41. 11, 41. PAVL. FEST. 25, 7 excubabant). SIL. 12, 435 arce ..., fisa loco, manus ... sedebat. arci *praeesse*: LIV. 26, 39, 21 arci praesidioque ... praeerat (25, 25, 3). 27, 32, 9 arcis praesidiique praefecto (27, 25, 3. 26, 39, 1 *v.* 27, 25, 3. 42, 16, 8 arci). CVRT. 5, 1, 20 Bagophanes arcis et regiae pecuniae custos. 5, 2, 16 Xenophilo arcis cura mandata est (praesidere *v.* 5, 1, 43). VVLG. II Macc. 4, 27 arci erat praepositus.

arx *urbe capta refugium* (*v. p. 736, 14*): CIC. prov. 4 relinquere oppidum et arcem munire. Pis. 84. Cato 11 amisso oppido fugerat in arcem (LIV. 36, 24, 6). LIV. 32, 16, 16 confugit (32, 17, 1. 25, 10, 6. 26, 48, 2. 32, 24, 6. 42, 63, 10 CVRT. 9, 8, 12. 3, 1, 6. *v. supra l. 5.* perrumpere *ibid.*). 26, 46, 8 refugerat. 37, 6, 3 relicta urbe ... in arcem concessere (40, 49, 3. 42, 67, 10. 4, 61, 6 CVRT. 5, 3, 11. 8, 10, 33). 31, 45, 5 fuga in arcem. 24, 30, 2 sese ... recepere (24, 38, 1. 31, 46, 15 perruperunt. CVRT. 9, 8, 12 evasere). 29, 7, 4 in arcem se includere. 38, 15, 5. 36, 24, 11 con-

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

gregatis feminis in arcem. FLOR. 1, 31, 14 conpulsis. AMM. 24, 2, 12 relictis ... muris occupant arcem. *de defensione, liberatione arcis*: CIC. de orat. 2, 273 Tarento amisso arcem ... retinuisset (LIV. 23, 30, 7. 26, 37, 3. 4, 56, 4). LIV. 26, 46, 9 defendere. 27, 18, 9 arcem ... obstitisse. FLOR. 1, 45, 24 muro et arce et ... ripis defenderent. AMM. 24, 2, 13 ab arce ... tela fundentes. NEP. Ep. 10, 3 praesidium Lacedaemoniorum ex arce expulerunt (LIV. 38, 1, 8). Pel. 3, 3 pepulerunt (LIV. 24, 37, 1. depellere *v. p. 737, 59*). LIV. 26, 39, 10 arcem ... liberarent. 3, 23, 4 recuperandam (9, 24, 11). LVCAN. 6, 164 vindicet arces. *v. p. 737, 59.* *de oppugnatione*: OV. trist. 3, 11, 23 subruere ... arces (*cf.* met. 11, 509 aries concutit. SIL. 2, 300 quatit). LIV. 4, 61, 7 arx obsidebatur. 6, 33, 9 oppugnare (25, 11, 1. 25, 11, 11 CVRT. 3, 1, 6. *v. p. 737, 30*). 25, 11, 17 circumsedebimus (CVRT. 3, 1, 8 SIL. 14, 181. 15, 233 praesepserat). 26, 46, 8 partim copiarum ad tumulum expugnandum mittit, partim ad arcem ducit. (21, 12, 3 *v.* 4, 53, 9). 9, 24, 5. 4, 22, 4 agere in arcem cuniculum (5, 19, 10. 4, 22, 6). 38, 4, 5 castellum ... contra arcem obiecit (36, 30, 6. 38, 5, 2). 27, 15, 19 ad arcem portumque pugnabant. 29, 7, 8 (*cf.* 29, 6, 15). SEN. epist. 94, 61 aequum arcibus aggerem attollunt (*cf. p. 737, 77*). *v.* LVCAN. 3, 462 SIL. 2, 88. arcem *dedere, capere, diruere*: NEP. Pel. 1, 3 neque ... arcem Thebanis reddiderunt (*cf.* dedere LIV. 26, 46, 9. tradere 36, 17, 6. 29, 6, 6 CVRT. 5, 1, 43 TAC. hist. 3, 77). LIV. 29, 8, 1 relictam ab hostibus (nudatam deserere. *v. p. 737, 24*). NVX 152 haeret ut et capta victor in arce sua (CAES. civ. 3, 102, 6 LIV. 1, 29, 2. 6, 33, 10. 9, 24, 9. 21, 12, 3. 29, 8, 5 *saepius. v.* SIL. 14, 640 VVLG. II reg. 5, 7 I par. 11, 5). LIV. 4, 61, 6 praeter ... arcem cetera capta (6, 33, 7. 24, 2, 10. 26, 24, 15 *cf.* NEP. Dion 5, 5). 34, 21, 4 arcem occupavere (38, 1, 10 *cf.* 4, 53, 3. 28, 6, 4 NEP. Pel. 1, 2 CVRT. 9, 7, 2. potiri *v. p. 737, 53*). 25, 11, 9 expugnari (VVLG. I Macc. 11, 20). 24, 3, 13 prodendae (4, 61, 8. 29, 6, 10 proditoribus arcis). irrumpere *v. p. 738, 1.* opprimere *p. 738, 6.* (deicere *v.* VERG. *p. 737, 28* HOR. *p. 740, 40.* disicere NEP. Tim. 3, 3.) LIV. 4, 61, 9 dirutā (CVRT. 9, 8, 13. *v.* SIL. 5, 123). LVCAN. 8, 490 evertit ... arces (ardet *v. p. 738, 27*) FLOR. 1, 18, 37 in arcem murosque saevire. FRONTO p. 208, 3 N. arcium (acrium *cod.*) stationum castellorum excidendorum. arx *quasi specula usurpatur*: (ex arce conspicari *p. 737, 11* [*cf. p. 737, 70*].) OV. epist. 7, 20 videas populos altus ab arce (*cf.* Ib. 564 FLOR. 1, 13, 24 VAL. MAX. 7, 2 ext. 2 AMM. 19, 6, 1). LIV. 31, 24, 6 tuba signum ex arce dari. 31, 46, 16. FRONTIN. strat. 3, 12, 1 lumen ... ostenturus esset ex arce. arx *receptaculum armorum, opum*: SALL. Iug. 67, 1 arce oppidi, ubi signa et scuta erant. FRONTIN. strat. 3, 3, 7 raptis ex arce armis. AMM. 24, 2, 22 in hac arce armorum copia reperta est. TERT. anim. 46 coronam auream ... ex arce perdidissent. arx *tyrannorum sedes*: PS. ASCON. div. Caec. p. 106 arx vel sedes tyranni dicitur ... vel editus in civitate et munitior ad salutem civium locus. SEN. contr. 2, 5, 3 rapitur in arcem mulier, inter satellitum (*sc. tyranni*) manus vexatur. 1, 7, 16. 1, 7, 8. 2, 5, 6. 9, 4 tyrannus patrem in arcem ... accersit. 9, 4, 2. 3. 4 tyrannicidam ex arce descendentem. 9, 4, 17 exc. 3, 6. 4, 7. 9, 4. PHAEDR. 1, 2, 5 arcem tyrannus occupat Pisistratus (VAL. MAX. 6, 2 ext. 2). SEN. benef. 7, 19, 8 arx tyranni cruore ... madet. QVINT. decl. 266 p. 88, 20 *et saepe.* IVV. 10, 307 nullus ephebum ... castravit in arce tyrannus. *nota* AMM. 21, 16, 14 potestas in gradu ... in arce victoris animi tropaeum erexerit. *regum*: LVCR. 5, 1108 condere coeperunt urbis arcemque locare praesidium reges ipsi sibi perfugiumque (VERG. *v. p. 736, 15* OV. *p. 737, 65*). SEN. clem. 1, 19, 6 non opus est (*sc. regi*) instruere in altum editas arces. Ag. 77 quas non arces scelus alternum dedit in praeceps. 927. Thy. 342 nescitis cupidi arcium regnum quo iaceat loco. 641 HOMER. 66 VAL. FL. 7, 193 (*cf.* STAT. silv. 3, 1, 136 ingenti dives Tirynthius arce. *v.* Theb. 1, 162. 251). FLOR. 1, 1, 5. TERT. apol. 4 iniquam ex arce dominationem (*cf.* CLAVD. 8, 39 arx incensa Iubae). VVLG. II reg. 5, 9 habitabat David in arce.

B *latiore usu in universum significat moenia tecta aedificia arcis et urbis, praecipue a poetis usurpatum et id plurariter fere ad urbis notionem circumscribendam*: CIC. orat. 93 si pro patria arcem dixisset Ennius. **1** *cum additamentis*: VERG. Aen. 3, 291 aerias Phaeacum abscondimus arces. 6, 830 aggeribus ... Alpinis atque arce Menoici descendens *Caesar*. PANEG. Mess. 64 Cimmerion ... obscuras accessit ad arces. OV. met. 8, 548 Erechtheas Tritonidos. PETRON. 5. MART. 1, 25, 3 Cecropiae ... Pandionis. OV. met. 15, 426 Sparte ... viguere Mycenae ... Cecropis ... Amphionis arces (STAT. Theb. 4, 611. 7, 456 invalidae. 10, 873 humiles. 4, 357 magnae. 10, 67 sacrilegas Cadmeae paelicis). LVCAN. 2, 609 Brundisii tutas concessit ... in arces. STAT. silv. 4, 6, 82 face miscuit arces ipsius *Herculis* (*i. Saguntum*). VERG. Aen. 3, 553 attollit se ... Lacinia contra Caulonis ... arces, ... Scylaceum. 1, 298 novae pateant Carthaginis arces. 1, 366. 4, 347. HOR. epod. 7, 6 superbas ... ureret. OV. fast. 6, 45. MANIL. 4, 599 *pontus* adluit. 4, 40 accepisse iugum. 4, 778. LVCAN. 4, 585 inter Carthaginis arces et Clupeam. SIL. 1, 693. 2, 406. 3, 138. 4, 472 excindes. 9, 539 disice. 11, 372. 8, 144 constructas. 13, 880. 16, 169 vertendas. 211 regitis. 17, 157. 386 trepidant. CORIPP. Ioh. 4, 1055 cernere victor. 6, 169 celsas. 184. LVCAN. 3, 84 superaverat Anxuris arces Caesar (STAT. silv. 1, 3, 86 superbae. MART. 1, 12, 1 itur ad Herculeas). 6, 14 Dyrrachii ... rapiendas ... arces. 3, 340 post translatas ... Phocidos arces. MART. 10, 104, 4 pete Tarraconis arces. VERG. georg. 2, 172 avertis Romanis arcibus Indum, *Octaviane* (*i. oppidis imperii Romani. cf.* AVG. civ. 4, 5). Aen. 6, 774 Collatinas imponent montibus arces. 1, 20 Tyrias ... verteret (MANIL. 4, 798 SIL. 6, 464. 11, 595 revocetur ... in ... Sidonias. CORIPP. Ioh. 3, 19 sub iuga ... misit. SIL. 1, 14 reseravit *Scipio* ... Agenoreas). CVLEX 30 urit Erichtonias *Xerxes* arces (PRIAP. 75, 4 Pallas Cecropias tuetur. OV. met. 7, 399 *Medea* intrat Palladias. 2, 720 Actaeas. STAT. silv. 5, 3, 107 quo non Monychiae ... praestantius arces ... creavit. CLAVD. rapt. Pros. 2, 19 Pandionias ... protegit ... *Minerva*. OV. met. 2, 794 Tritonida ... arcem ingeniis opibusque ... virentem). CVLEX 336 Doris Erichtonias prostravit ... arces (*i. Troiam.* OV. met. 13, 44 Phrygias ... venisset ad. 13, 196 Iliacas). OV. trist. 5, 5, 53 Echionias si *Capaneus* penetrasset in arces (STAT. Theb. 12, 597 Tyrias invectus. 2, 383 arva ... Zeumesia et arces intrat Agenoreas. silv. 3, 1, 115 non Amphioniae steterint velocius arces). met. 8, 54 patrias ne posceret ... *Minos.* ANTHOL. 411, 5 Agamemnonias ... videris arces. LVCAN. 9, 153 Pellaeas arces ... corpus Alexandri ... mergam? STAT. silv. 3, 3, 163 Diomedeas concedere ... in arces. VERG. Aen. 1, 420 adversas ... aspectat ... arces. LVCAN. 2, 504 ad tutas ... compellitur arces. **2** *absolute*: VERG. Aen. 4, 260 Aenean fundantem arces ac tecta novantem. 8, 375 Pergama ... casurasque ... ignibus arces (OV. met. 12, 588). PROP. 3, 1, 25 equo pulsas abiegno. 3, 11, 25 condidit. 4, 1, 65 scandentes ... de vallibus. OV. trist. 1, 10, 37 dictas nomine *Bacchi* (*i. Dionysiopolim*). SEN. Tro. 478 arx ... pollens opibus et muris deum (*i. Troia*). SIL. 17, 375 servatas evertat ... (*de Carthagine, cf.* 17, 618 reserantur). 4, 7 *Fama* quatit attonitas rumoribus arces. STAT. Theb. 5, 302 captas ... refugerat arces ... Venus. 5, 689 respicit. 10, 560 fervent discursibus arces. 6, 114 ut cum possessas ... arces dux raptare dedit.

notanda: arx *i. q. murus urbis (vel turris) proprio sensu*: PROP. 4, 10, 31 super portae dux Veius astitit arcem. SIL. 3, 242 Vtica ... ante arces condita Byrsae. STAT. Theb. 10, 923 tenet *Capaneus* ... quas non videt arces. 11, 417 prominet excelsis vulgus ... tectis ... ab omni plangitur arce. 12, 398 ex celsa ... arce ... dantem vexilla ... vidisti. 11, 358 volat ... fastigia muri exsuperare *Antigone* ...; comes haeret eunti Actor et hic summas non duraturus ad arces. *universe munitio, castellum, burgus* (*deest relatio ad urbem adiunctam*): HOR. carm. 4, 14, 11 Drusus ... Breunos ... et arces Alpibus impositas ... deiecit. epist. 2, 1, 253. AMM. 30, 7, 5 arces prope flumina sitas et urbes. 24, 4, 10.

C *translationes* (*comparationes*): **1** arx *i. q. receptaculum, refugium, praesidium* (*tuendi notio subest*): **a** *de variis locis*: *urbibus*: ENN. trag. 219 Corinthum arcem ... habetis, matronae. SALL. Iug. 56, 1 urbem ..., arcem regni ... Zamam. LIV. 37, 18, 3 caput arcemque regni Pergamum (26, 25, 8. 37, 53, 17. 39, 31, 2 *Scodram* sibi ceperat velut regni totius arcem. PLIN. nat. 5, 72 FLOR. 1, 41, 5). PLIN. nat. 5, 50 Memphis quondam arx Aegypti regum (4, 47). LIV. 7, 11, 7 Tibur sicut arcem belli Gallici petunt. 28, 3, 3 *Orogis* arx fuerat Hasdrubali ad excursiones. 33, 14, 2 urbem pro arce habiturus. 2, 34, 6 *Norba colonia* arx in Pomptino esset. 26, 43, 8 *Carthago nova* illis arx, ... horreum, aerarium, armamentarium, ... omnium rerum receptaculum. 10, 1, 7 coloniam ... velut arcem suis finibus impositam (42, 42, 6. 33, 44, 9 Peloponneso. *cf.* 34, 24, 3). FLOR. 1, 18, 18 *Clipea* prima ... a Punico litore quasi arx et specula procurrit. *nota* LIV. 39, 37, 3 tyranni ... eos (*sc. muros Spartae*) arcem et munimentum sibi, non civitati paraverunt. *de Roma*: CIC. Cat. 4, 1 hanc urbem lucem orbis terrarum atque arcem omnium gentium (PANEG. 10, 35). Sull. 33 arcem regum ac nationum exterarum. Verr. 6, 184 donum ... dignum Capitolio atque ista arce omnium nationum. agr. 1, 18. LIV. 1, 55, 6 arcem eam imperii caputque rerum fore (21, 35, 9 Italiae. 22, 32, 5). SYMM. epist. 10, 21, 1 in arce terrarum. *hinc de Constantinopoli* FEST. brev. 9 secundae arces Romani orbis. *de castris*: CAES. civ. 3, 66, 5 minora castra inclusa maioribus castelli atque arcis locum obtinebant. LIV. 22, 22, 11 castra Romana ... arcem tutam perfugiumque novas volentibus res. 28, 42, 16 ubi Hannibal ..., ibi caput atque arcem ... belli. 21, 11, 10 castellum in ... urbe velut arcem imminentem haberent. *de terris*: CIC. Lig. 22 Africam arcem omnium provinciarum. SALL. orat. Macri 6. *de montibus ad defensionem adhibitis*: CAES. Gall. 1, 38, 6 *montem* murus circumdatus arcem efficit. OV. fast. 1, 245 arx mea collis erat. LIV. 32, 25, 5 collem imminentem urbi — Larissam eam arcem vocant. 21, 33, 2 arce occupata sua (*i. monte*). 1, 33, 6 ne ... *Ianiculum* arx hostium esset. 2, 51, 4 velut ab arce Ianiculi. 7, 34, 4 videsne ... cacumen illud ...? arx illa est spei salutisne nostrae, si. VVLG. I Macc. 13, 53. LIV. 24, 21, 12 locus ... arcis in modum emunitus. VAL. MAX. 5, 3 ext. 3 Salaminam velut hostilem arcem. CVRT. 4, 7, 20 nemus pro arce habent. *de domibus universe*: CIC. Pis. 11 templum ... fuit arx civium perditorum. Sest. 85 TAC. ann. 15, 69. 14, 31 templum Claudio constitutum quasi arx aeternae dominationis. hist. 5, 12 in modum arcis. HOR. sat. 2, 6, 16 me ... in arcem ex urbe removi. LIV. 38, 53, 4 unquam in arcem tutam et velut sanctam clari viri perveniunt? 23, 9, 12. 2, 7, 6 alto ... loco arcem inexpugnabilem fore (*de domo Publicolae. cf.* VAL. MAX. 4, 1, 1 instar arcis. FLOR. 1, 3, 4).

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

TAC. hist. 3,70 Palatium ipsa imperi arx (*cf.* AVELL. p. 127,5). TERT. spect. 10 arcem (sortem *A*) omnium turpitudinum (*sc. theatrum Pompei*). *de tribunali*: CIC. Verr. 5,126 hic locus ... est unus quo perfugiant, hic portus, haec arx, haec ara sociorum.
b *iocanter*: PLAVT. Pseud. 1064 habeat signum ex arce Ballionia. *proverbialiter*: CIC Planc. 95 me arcem facere e cloaca lapidemque e sepulcro venerari pro deo. Phil. 8,24 Cotylam ... ornamentum atque arcem amicorum (HIER. epist. 58,11). LIV. 7,29,6 arcem finitimorum Campanos adorti. OV. rem. 450 summa victor in arce fuit (*de puella*). LVCAN. 7,593 arcem iuris et humanum columen (*i. Caesarem*). MARC. COM. p. 65,9 M. *Ambrosius* arx fidei. ANTHOL. 405,5 Crispe ... solus honor ... arx et tutissima nobis. CVRT. 3,13,6 *legatos* velut in arce tutissima in proditoris reliquerat manibus. *nota* SEN. epist. 82,5 in insuperabili loco stat animus qui externa deseruit et arce se sua vindicat. **c** *de rebus*: CIC. Cluent. 156 in arce legis praesidia constituere. Verr. 5,17 hac lege ... communi arce sociorum. div. Caec. 18. Balb. 39 veterem ... speciem foederis ... omni sanctiorem arcem duxerunt. div. 1,10 arcem ... Stoicorum defendis (*de praecepto*. Tusc. 2,58). Sull. 79 munite communem arcem bonorum, obstruite perfugia improborum (*de testimonio e vita sumpto*). LIV. 6,37,10 consulatum esse arcem libertatis, ... columen (3,45,8 tribunicium auxilium et provocationem). LVCAN. 4,800 tribunicia ... signifer arce. PLIN. paneg. 49 *principis innocentia* arx inaccessa, ... munimentum. FRONTO p. 121,4 N. arcem munitam et invictam et inexpugnabilem, quae in fratris ... pectore sita est. CHALC. comm. 312 sit arx et origo rerum (*sc. materia*). 26. HIER. epist. 72,2 arcem linguae tenere vernaculae (*i. Hebraicum textum*). in Is. 65,20. PROSP. contr. coll. 14,2 cur ... veritatis arce deserta ... ad praecipitia Pelagiana decurris? de ingr. 24 virtutis in arce vitam agere. OROS. hist. 6,1,1 mens ... scientiam dei quasi arcem prospicit.
2 *de domo*: **a** *imperatoris*: *proprie*: (OV. *v. p. 743,35*). OCTAVIA 380 receptus arce. PLIN. paneg. 47 hanc ... arcem publicarum aedium nomine inscripserat. PLIN. nat. 3,82 Tiberi ... arce nobiles Capreae. TAC. Agr. 45 intra Albanam arcem sententia Messallini strepebat (IVV. 4,145). CORIPP. Iust. praef. 19 conscendere in arcem (*i. palatium Constantinopolitanum. cf.* Iust. 1,187. 1,212. 2,430). *hinc universe imperium*: CLAVD. 19,21 detruditur feminea arce. 18,171 semivir excelsam rerum sublatus in arcem. PRVD. ham. 18 quae ... natura potest consistere duplex aut regnare diu, quam fons divisus ab arce separat. **b** *episcopi*: PROSP. de voc. omn. gent. 2,16,2 Roma per apostolici sacerdotii principatum amplior factus est arce religionis quam solio potestatis. MARC. COM. p. 77,23 M. Romanae arcis pontifex. *de dignitate episcopali*: ENNOD. dict. 1 extr. (p. 430, 6) in ecclesiastica arce servari. VEN. FORT. carm. 1,12,5 cui ... Emerius successit in arce sacerdos. 5,3,3 sacer arce Gregori (5,13,1. 8,16,5). 8,13,4 stirpe vel arce pater. *v. p. 742,66*. **c** *de ecclesia*: VEN. FORT. carm. 1,2,3 quam ... antistes Vitalis condidit arcem. CORIPP. Iust. 4,27,1 sacram fundavit ... (*i. aedem Sophianam*).
nota de corporum mole a gymnicis aliis super alios stantibus aedificata CLAVD. 17,322 quorum *corporum* compositam puer amentatus in arcem emicat.

II *locus editus in poetarum sermone inde a* VERG. **A** *de montibus*: **1** *generaliter*: **a** *cum additamentis*: *c. gen.*: CIRIS 465 abruptas Scironis ... arces. AVIEN. or. 263 Gerontis. orb. 1205 internis Ophietidis arcis in arvis. PROP. 3,15,25 Cithaeronis ... currit in arces. OV. am. 3,9,45 Erycis ... possidet arces *Venus*. met. 1,467 umbrosa Parnasi constitit arce. 11,393 erat ardua turris arce loci (locus *opt. codd.*, focus *aliquot* ς). SEN. Oed. 227 gemina Parnassi nivalis. VAL. FL. 4,261 Maleae ... arce fragosa. 4,417 spectat ab arce ⟨Phari⟩. SIL. 15,477 arcem Pyrenes culmenque petat. 3,417 celsa ... verticis arce. STAT. Theb. 9,307 nimbosam ... Caphareos arcem. MART. 9,74,11 ex arce clivi spectat uva Setini. IVV. 14,87 summa ... Tiburis arce, ... Praenestinis in montibus ... parabat *villas* (3,192). AVIEN. ora 238 Zephyridis arcem ... excedat rate. orb. 622. OROS. hist. 6,11,21 oppidum in editissima montis arce pendebat (*cf.* PETRON. 116). GREG. TVR. Franc. 2,21. *c. adi.*: VERG. georg. 1, 240 ad ... Riphaeas arduus arces consurgit *mundus* (VAL. FL. 7,562). 4,461 flerunt Rhodopeiae. LIV. 7,24,8 quod editissimum inter aequales tumulos occurrebat oculis, arcem Albanam petunt *Galli* (SIL. 6,598 Albanā surgens *Iuppiter*. MART. 9,101,12. *dubia*: CORP. XIV 2947 [*Commodi aetate*] salio arcis Albanae. VI 2172 v(irginis) V(estalis)). GRATT. 524 Aetnaeas. MANIL. 4,659 Alpinas ... contudit Hannibal arces. PETRON. 123, v. 205 Caucasea decurrens arduus arce (*cf. p. 742,24*). VAL. FL. 1,575 Pangaea ... speculatus ab arce (1,598 vidi). 8,446 Ogygias. SIL. 8,517 Fiscelle tuas arces ... tondet. 4,72 Herculea. STAT. Ach. 1,701 arcis litoreae servator. AVIEN. or. 629 Setiena ab arce et rupe iugi. 186 cautis Patareidis ... arcis. 957 Armeniae cursum convallibus arcis ... [s]urget Halys. VERG. Aen. 10,804 velut ... tuta latet arce (arte *codd.*) viator, aut amnis ripis aut alti fornice saxi. 1,56 celsa sedet Aeolus arce (SEN. Tro. 929 SIL. 3,417). 9,85 lucus in arce ... summa. OV. met. 1,467 umbrosa (*cf.* VAL. FL. 3,565). SEN. Ag. 562 arx imminet praerupta quae spectat mare (*cf. l. 54* abrupta. STAT. Theb. 1,114). gemina, nivalis *v. l. 58. 59.* PETRON. 123 v. 209 tumidas (*de Alpibus. cf.* SIL. 3,496 inexpertas adiit). 116 impositum arce sublimi oppidum (*v.* OROS. hist. 6,11,21). fragosa *v. p. 741, 59.* STAT. silv. 2,2,30 per obliquas erepit porticus arces. nimbosa *v. p. 741, 61.* AVIEN. orb. 995 vitiferae ... iuga arcis. 630. or. 314 scinditur a[t] continente[m] ... Erythia ab arce. CLAVD. 10,59 tales uxorius *Mulciber* obtulit arces. **b** *absolute*: OV. am. 3,3,35 Iuppiter igne suo lucos iaculatur et arces. SEN. Ag. 562 hanc arcem occupat Palamedis ... genitor. AVIEN. orb. 234 mare interfluit arces. or. 609 mons tumet procerus arcem. 226 arcis sum⟨m⟩itas. **2** *speciatim de collibus Romae*: VERG. georg. 2,535 Roma septem ... sibi muro circumdedit arces (Aen. 6,783. SIL. 10,586 fumare. 16,620 denudas proditor. 12,608. PANEG. 12,45 Roma ... septena ... sublimis. CLAVD. 28,617 totis intonat Augustum septenis arcibus Echo. *v. p. 743, 24*). Aen. 4,234 Ascanione pater Romanas invidet arces (AVG. civ. 2,9 VERG. Aen. 10,12. PETRON. 124 v. 293 tueri. 121 v. 107 quae tribui Romanis arcibus, odi [*Fortunae verba*]. IORD. Get. 60,312). HOR. carm. 1,2,3 sacras iaculatus arces terruit urbem *Iuppiter* (*v. l. 6*). OV. met. 15,582 Latiae parebunt cornibus arces *Cipi*. SIL. 2,390 patrias. STAT. silv. 1,2,144 Thybridis arces Iliacae. 4,4,4 Romuleas ... penetraveris arces. 4,1,7 septem gemino ... aethera pulset Roma iugo plusque ante alias Euandrius arces collis ovet. 3,4,32 Ausonias ... ibis ad arces (*Amor*). CLAVD. 1,129. 3,172 Eoas. RVT. NAM. 1,194 dominas. OV. fast. 6,728 coepit Aventina Pallas in arce coli.
B *de culmine rerum localium*: OV. met. 5,289 stetit arduus arce (*i. fastigio domus. syn.* 291 e summae culmine turris). VAL. FL. 3,469 magister nutat ab arce ratis (CARM. de Ion. 88 puppis). STAT. Theb. 4,176 galeae ... corusca prominet arce gigans. SIDON. epist. 2,10,4 v. 6 aedes ... arce frontis ortum prospicit aequinoctialem. ALC. AV. hom. 6 p. 110,15 de quadam praeminentis incendii arce (*de aede in tumulo posita et conflagrante*). ARATOR 1,545 candelabri positas velut arce lucernas.
C *de rebus incorporalibus* (*ostendit excellentiam, perfectionem, summitatem*): CIRIS 14 si me iam summa Sapientia pangeret arce. PLIN. nat. 34,101 a quibus initiis ad arcem ostentationis opera *Protogenis pictoris* pervenissent. SIL. 13,771 quae te via ... superbum ad decus et summas laudum perduxerit arces. STAT. silv. 2,2,131 celsa tu mentis ab arce despicis errantes (CARM. de cand. et nigr. [poet. min. V p. 374] v. 32 volves mentis in arce dolos). PETRON. 132 v. 7 Epicurus in arce (*dubia lectio*). TAC. dial. 10 cum natura tua in ipsam arcem eloquentiae ferat (QVINT. inst. 12,11,28 Cicerone arcem ... tenente. HIER. vir. ill. praef. ENNOD. epist. 1,8 p. 17,20 H.). CHALC. transl. 20 *Timaeus Platonicus* arcem obtinet amoris sapientiae. comm. 39 in *forma triangulari* singularitas cacumine superimposito summitatem atque arcem obtinere consideratur. SYMM. or. 4,5 in illa arce fortunae (*i. imperatoris dignitate*. AVG. civ. 12,21 summa felicitatis arce. SIDON. epist. 2,4,1 ad arcem fastigiatissimae felicitatis evectus. *absolute*: ENNOD. epist. 8,39 p. 225,15 H. quos ad arcem eventus prosper evexerit). AMBR. exam. 3,12,51 virtutum arcem tenere (PROSP. coll. 13,6). MERCAT. subnot. 5,1 de castitatis arce. OROS. hist. 6,1,16 cur hoc imperium ... ad summam arcem perduxerunt? SIDON. epist. 2,13,3 in arcem praefectoriam patriciam consularemque ... ascenderet. ENNOD. epist. 8,2 (p. 201,18) ille occupatissimus et in humana locatus arce (*absolute*: epist. 9,19 p. 242,12). ALC. AVIT. carm. 6,98 licet ... vitā ... sublimi cunctis praepolleat arce. SIDON. epist. 8,6,1 in utriusque artis arce compositum. carm. 23,142 fandi. ALC. AVIT. c. Arr. 30 p. 12,18 de plenae instructionis arce descendens ... interrogatio. ENNOD. epist. 1,10 (p. 20,11) ad arcem scientiae ... pervenisti (7,31 adeptus sis. *absolute*: 8,21 p. 214,9 H. arcem tenenti inter doctos. 7,21. *cf.* SIDON. carm. 2,173 Platonis ingenium, quod in arce fuit). 1,20 inter omnes ... quandam ... arcem puritatis ascendit. CARM. epigr. 709,10 (*Vercellis, circa a. 542*) insignem gestans opem moribus patientiae arcem. PRISC. gramm. II p. 2,29 quorum (*i. Homeri et Vergilii*) uterque arcem possederat musicae. AVG. civ. 5,19 huius vitii summitatem et quasi arcem quandam Nero ... obtinuit. OROS. hist. 2,18,5 velut in arce spectaculi constitutus (*de bello*). *nota*: ENNOD. op. 2 p. 307,17 H. residens *Symmachus* in ecclesiarum arce (*i. Romano episcopatu*).
D *subest etiam significatio domus regiae*: **1** *de caelo*: **a** *cum additamentis*: VERG. Aen. 1,250 caeli quibus adnuis arcem (OV. fast. 5,41 fulmina de arce ... iaculatus. MANIL. 2,918. VAL. FL. 3,481 iam summas arces Phoebus ... vicerat). CARM. de mens. 6 arce poli Geminos Iunius ... locat (MART. epigr. 15,4. CLAVD. 8,198 Iuppiter ... stetit arce. ORIENT. 1,460 angelus ... cecidit. INSCR. christ. Rossi II 208,34 vivit in. 139,30. CARM. epigr. 1394,14. 1448,2). PROP. 3,5,31 dies, mundi quae subruat arces (OV. am. 3,10,21 sideream mundi ... temperat arcem *Iuppiter*. MANIL. 1,262 HOMER. 862 Ignipotens ... caelaverat. LACT. inst. 6,4,1 *virtutis via* fert non in Elysios campos, ... sed ad ipsam mundi arcem). VAL. FL. 5,409 non aliter quam si ... adirent ora *Solis* verasque ... luminis arces. PROSP. epigr. 28,3 *iustitia et pietas* ... in terras descendunt lucis ab arce. PANEG. 9,26 hoc opus tuum ex altiore naturae arce despicias (*sc. deus*). CLAVD. 7,107 natura ... auratas astrorum panderet arces. OV. fast. 6,18 *dea* stat in arce Iovis (VAL. FL. 4,28 in arces ... Iovis accessūs. APVL. met. 6,7 se ... ad ... regias ... dirigit *Venus*). SEN. Oed. 48

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

arces caelitum ac summas domos. *cum adi.*: CVLEX 42 aetherias iam Sol penetrabat in arces (VAL. FL. 2, 444 medius conscenderat. OV. met. 15, 859 Iuppiter arces temperat aetherias et mundi regna (VAL. FL. 5, 163. OV. trist. 5, 3, 19 invectus es, *Bacche*. STAT. Theb. 3, 222. *cf.* INSCR. christ. Rossi II p. 71, 41 SEDVL. carm. pasch. 1, 31). trist. 4, 3, 5 aetheriam ... cingens ... arcem *Arctus* (INSCR. christ. Rossi II p. 71, 41). HOR. carm. 3, 3, 10 Hercules ... arces attigit igneas. OV. met. 2, 306 summam petit arduus arcem (*cf.* 1, 27. 163 EPICED. Drus. 61. CLAVD. rapt. Pros. 1, 214 speculatus ab. OV. fast. 6, 387 de summis arcibus. VAL. FL. 2, 481). OV. met. 12, 43 Fama tenet summaque domum sibi legit in arce. 2, 33 quid hac ... arce petisti? (*i. Solis. v.* MANIL. 2, 768). 1, 673 patria ... ab arce desilit in terras *Mercurius*. fast. 1, 85 Iuppiter arce sua ... spectet in orbem. SEN. Herc. O. 1909 ubi nunc vestrae Iuppiter arces? (SIL. 12, 698 nostras ... domos, nostras perrumpere in arces). dial. 6, 26, 1 ex illa arce caelesti patrem tuum, Marcia, ... dicere (IVV. 15, 146 sensum a caelesti demissum. FAVST. REI. epist. 3 p. 79, 9 aliquid corporale ex illa ... detulit diabolus). VAL. FL. 1, 498 siderea ... arce pater pulcherrima ... tuens. *v. l. 3.* 7, 85 clarum ... serena arce pharon. 4, 73 superas Acheronte auditus ad arces (2, 94 STAT. silv. 3, 3, 138. CLAVD. 7, 167 stetit arce suprema). 5, 304 qualiter ex alta cum Iuppiter arce coruscat (*cf.* PANEG. 9, 26). STAT. Theb. 3, 246 arcem hanc aeternam, gentis sacraria nostrae, testor. 8, 410 Iuppiter omni arce tonat (*v.* CLAVD. *p. 742, 12*). regias *v. p. 742, 84.* PRVD. cath. 4, 10 deus ... fons vitae liquida fluens ab arce. auratas *v. p. 742, 82*). MART. CAP. 2, 146 ad culmina arcis aeriae (2, 150 in ... aerias arces. CORIPP. Iust. 4, 342 carne relicta spiritus ascendens claram penetraverit arcem. **b** *nude*: SEN. Herc. O. 1441 quis arcem (*Peiper*, axem *codd.*) cludit et ab ipsis ... deducit astris. Med. 345 spargeret arces (astris, -ra *codd.*) nubesque ipsas mare. INSCR. christ. Rossi II p. 140, 15 gregemque Cristicolam ... servans ianitor arcis erat. *hinc translate de sede inferorum deorum*: STAT. Theb. 8, 21 sedens media regni ... in arce dux Erebi. CARM. epigr. (*Romae*) 1041, 7 desine per terras infernas tendere ad arces. *de palatio Augusti*: OV. trist. 1, 1, 72 venit in hoc illa fulmen ab arce caput. *v. I C 2 a.*

2 *de capite*: **a** *universe*: *in imagine*: CIC. nat. deor. 2, 140 sensus ... interpretes ac nuntii rerum in capite quasi in arce conlocati sunt (*cf.* AVG. civ. 14, 19). Tusc. 1, 20 *animi* principatum, id est rationem, in capite sicut in arce posuit *Plato*. APVL. apol. 50 *rationalis animi pars* verticem hominis velut arcem et regiam insedit. LACT. inst. 6, 4, 1 in summo tamquam in arce corporis habitare. CHALC. comm. 231. 213 transl. 44 *caput* vehiculo corporis utpote arx sustinetur. AMBR. Noe 7, 17 reliquo corpori ... caput ... tamquam regalem ... adiungeret. THEOD. PRISC. eup. 4 de capite tamquam ex arce ad reliquam curam corporis descendendum. *liberius*: *c. gen. epexeg.*: MANIL. 4, 906 stetit unus in arcem erectus capitis. APVL. Plat. 1, 13 rationalem *animae partem* ... hanc ait *Plato* capitis arcem tenere. CHALC. comm. 231. CLAVD. 8, 235 alta capitis fundavit in arce. ALC. AVIT. carm. 1, 83 arcem capitis sublimi in vertice signat *deus*. *alia*: SEN. Oed. 185 vapor ipsam corporis arcem urit. PLIN. nat. 11, 135 hanc habent sensus arcem. *v. l. 38.* SER. SAMM. 189 *oculos* summa natura locavit in arce. SOL. praef. 7 ab ipsa ... figurarum arce (*i. capite in tabula picta*). AMBR. Noe 7, 23 bracchia quae arcem imperialem tamquam fida tuentur custodia. SIDON. carm. 5, 238 quibus *monstris* arce cerebri ad frontem coma tracta iacet. VEN. FORT. carm 2, 9, 14 pectoris ... succenditis ... caminum, unde ministratur cordis in arce vapor. *nota imaginem et ex I et ex II D 1 sumptam*: VAL. MAX. 4, 1 ext. 2 non in corpore mortali, sed in arce caelesti et quidem armatum animum eius vitae stationem putes peregisse. **b** *speciatim*: *de summa capitis parte*: CYPR. GALL. lev. 205 quo *olivo* perfusa prius sacrati verticis arx est (*cf.* ALC. AVIT. carm. 6, 352). VICT. VIT. 1, 7 aliis e regione pedes tenentes a meatu naturali ... usque ad arcem capitis dissipabant. *de testa*: VICT. VIT. 3, 31 arcem cerebri cum oculis amiserunt (*v. l. 56*). *Kempf.*

Arx, Arcis, *nomen*. **1** *castellum inter Arpinum et Aquinum, nunc* Arce *et* Rocca d' Arce, *de quo cf. Mommsen, Corp. X p. 555*: RAVENN. p. 275, 10 Arcis (Guido p. 479, 20). PAVL. DIAC. hist. Lang. 6, 27 Arcim *acc.* *ab hoc nomen traxit Ciceronis praedium* **Arcānum**, -ī. CIC. Q. fr. 2, 5, 4 aedificationem Arcani. 3, 3, 1 res rustica Arcani et Laterii. 3, 1, 1 in Arcano (Att. 5, 1, 3 *et* 4. 10, 2, 1. 10, 3. 16, 10, 1). CIC. Att. 7, 5, 3 venisse in Arcanum. Q. fr. 3, 9, 7 de Arcano Caesaris opus est vel mehercle etiam elegantioris alicuius. **2** PAVL. DIAC. hist. Lang. 1, 26 in castro Cassini, quod Arx appellatur.

Arybās *v.* Arrybas.

Arycanda, Ἀρύκανδα, *Lyciae oppidum*. *minus recte* PLIN. nat. 5, 95 super Pamphyliam veniunt Thracum soboles, Milyae, quorum Arycanda (arichanda *Riccard.*, aricandra *Leid. F*) oppidum.

Arycandus *Lyciae fluvius*. PLIN. nat. 5, 100 mare Limyra cum amne, in quem Arycandus influit. *de utroque nomine cf. Hirschfeld, PW. II 1497.*

Arȳium, -ī. *contulit Holder, Altcelt. Sprachsch. sub* Arubii *et* Arvii *Ptolem. 2, 8, 7* Ἀρούιοι (*v. l.* Ἀρούβιοι), *gentem Galliae Lugudunensis, et nomen hodiernum fluvioli* Erve. AVIEN. ora 160 Aryium (Aruium *Vrsin.*) rursum tumescit prominens in asperum septentrionem. 172 absque Arui⟨i⟩ iugo in haec locorum bidui cursus patet. *cf.* PANEG. 5, 21 *ubi traditur* Arviorum et Trevirorum arva (Nerviorum *edd.*).

Arȳpiō *v.* Arupium. **Arzachēs** *cf.* Arsaces.

Arzanena, -ae, Ἀρζανηνή, *regio Armeniae*. AMM. 25, 7, 9 quinque regiones Transtigritanas: Arzanenam et Moxoenam et Zabdicenam ... cum castellis quindecim. EVTR. 6, 9, 1 Tigranocertam civitatem Arzianenae nobilissimam regni Armeniaci cepit. PLIN. nat. 6, 128 in regione Archene. *v. Baumgartner, PW. II 1498.*

Arzēs, -is *nom. vir.* CORIPP. Ioh. 4, 989 Germanus comprimit Arzen *Maurum*.

Arzuges, -um *gens Tripolitana*. OROS. hist. 1, 2, 90 Tripolitana provincia, quae et Subventana vel regio Arzugum dicitur, ubi Leptis magna civitas est, quamvis Arzuges per longum Africae limitem generaliter vocentur. AVG. epist. 46, 1 in Arzugibus (*sic P*, arzutibus *rell. codd.*). CONC. Carth. a. 411 Mansi IV 161ᵉ de Arzugibus profectos. SIDON. carm. 5, 337 Arzuge *abl. sing.* *nota adiectivum*: CORIPP. Ioh. 2, 147 horrida tellus Arzugis. DION. EXIG. can. eccl. 49 in Tripoli forte et in Arzuge interiacere videntur barbarae gentes. *adi.* **Arzugitānus**, -a, -um. AVREL. epist. Migne 20, 1011ᵃ provinciae Byzacenae et Arzugitanae. DION. EXIG. can. eccl. 52 Arzugitani fratres. *cf.* Arsuris *et Pietschmann, PW. II 1498.* *ab hac gente descendit* **Arzygius**, -ī *sign. vir.* CORP. VI 31904 (*saec. IV med.*) Betitio Perpetuo Arzygio v. c. consulari Thusciae et Vmb. *huic viro clarissimo de re veterinaria libellum dedicavit* PELAGON. Pelagonius Arzygio suo salutem. *ad eundem scripta sunt capita* 3. 6. 24: *omnibus locis Riccardianus exhibet* Arzigio. *cf. Bücheler, Rhein. Mus. 45 (1890) 333; Ihm, Pelagonius praef. p. 15.* *huius fortasse pater memoratur* CORP. VI 31961, *titulus graecus qui inscribitur* Arzygii. *cf.* X 7204 (*Mazarae, Constantini Magni aetatis*).

Arzum, -ī, *Ptolemaeo 3, 11, 6 et 7 fluviolus et oppidum* Ἄρζος, *Thraciae, in via Philippopoli Hadrianopolim.* TAB. Peut. 8, 2. ITIN. Anton. 136 Arso (*Escorial.*, asso *rell. codd.*). ITIN. Hier. 568 mansio Arzo. *v. Hirschfeld, PW. II 1498.* *Diehl.*

as, assis *m.* [*orig. inc.* *ab assis axis vocabulo, quod tabulam sectilem quadratam designat, non diversum putat Cavedoni numism. biblica p. 101; nomen propter pristinam assium formam inditum. Th.*] *pristini intellectus (i. q. orbis discus) habemus vestigia pauca at certa in his exemplis*: *technica*: VITR. 10, 7, 1 in quo catino fiunt asses in superioribus naribus fistularum coagmentatione subtili conlocati. 10, 7, 2 infra nares inferiores fistularum asses interpositos supra foramina. 10, 7, 3 assibus obturantibus foramina. 10, 8, 4 asses ex torno subacti .... spiritum non patientur obturantes foramina rursus redire. *alia*: PLIN. nat. 26, 121 mandragorae radix; secatur (sicc- *codd.*) in asses ut cucumis. IVL. VAL. 1, 3, 6 Satyrum conspicatur assem sibi tyru[m] porrigentem. HILARIAN. de die paschae 10 non assis plenus, sed semis apparuit luna. *ibid.* in asse pleno *luna*. *ibid.* ad assem suum incipit incrementum *luna*. PS. VICTOR. de Iesu Chr. 131 sol etiam rapidus, lunae quoque splendidus assis (axis *trad.*) excubat. PELAGON. 311 assem ligneum in vena, de qua sanguis fluit, deponis et ligas. VEG. mulom. 2, 56, 1 totum solum *ungulae*, hoc est assem, hac ratione tollendum. *ibid.* inter commissuram calcis et assis in circuitu incidis. *dubius est locus* PS. BOET. grom. p. 402, 21 asses (*sic cod. Monac.*, assas *Bamb. Rostoch.*, massas *Augustan.*) ferri. *nom. igitur et hoc sensu praeditus recentiorum demum est* assis. *de nummo*: CHAR. gramm. I 76, 3 assarius ab antiquis dicebatur, nunc as dicitur, non as⟨sis⟩ (BEDA gramm. VII 263, 29, *cf.* EXC. Bob. I 546, 20 as assis ἀσσάριον. 552, 24). VARRO ling. 10, 83 dicimus: hi asses, hosce asses (asces *cod. Flor.*), hic as, hunc assem. DIDYM. ap. Prisc. metr. II 86, 25 ἀπὸ τοῦ ἂς ἄσσις. VARRO ling. 5, 169 as ab aere. *abl. in -e testatur* PLIN. (*ex Varrone?*) apud Char. gramm. I 122, 25. FRG. Bob. gramm. V 559, 41 as asse assum. MART. CAP. 3, 299 'as' et 'mas' cum sint monosyllaba, analogia non tenentur, sed propria quadam declinatione 'assis' et 'maris' faci⟨un⟩t et in plurali 'assum' (*sic*), 'marium'. SERV. Aen. 4, 402 's' geminat 'as, assis'. *cf.* VARRO ling. 5, 180 numero assum, *at* assium PAVL. FEST. 9. 144 (*cf.* FEST. 347 *ubi* assuum *cod.*). VAL. MAX. 4, 3, 11 ASCON. Mil. p. 34 B. PLIN. nat. 33, 44 GAIVS inst. 3, 223 CORP. VI 10298, 10. *nom.* assis *sequioris est aevi* (*nam de* PLIN. nat. 33, 42 *v. p. 745, 32 admodum dubito*). LIB. de asse (metr. II 72) 1 unus erit assis asve. 2 assis asve. VICTOR. (metr. II 87) 1 unitas assis vocatur. 2 assis ..., qui per I litteram ... exprimitur. COMPVT. Carth. (Krusch, Stud. z. Chron. 279) 1, 3 assis unus. 2, 10 unus acsis. CASSIOD. var. 3, 8, 2. 5, 14, 2. 12, 10, 3 DONAT. Ter. Phorm. 9 SCHOL. Pers. 2, 59. SCHOL. Hor. ars 325. *cf.* GLOSS. II 378, 50 ὀβολός nummum nummus assis hoc duopundium. *fem. gen. est* CHRONOGR. a. 354 chron. I p. 144, 13 *Numa* congiarium dedit scortinas asses. *cf.* GLOSS. V 339, 54 asses ⟨s⟩corteas lidrinae trimsas (*anglos.*), *ex graecis* ἀσσάρια σκύτινα *cf. Mommsen ad l., Reifferscheid Suet. p. 319, 5 cum nota.* *neutrum non credo* GLOSS. II 23, 53 asse ἀσσάριον ὀβολόν. V 416, 17 asse nummus, *cum utraque glossa videatur spectare ad* VVLG. Matth. 10, 29. *notatur littera* A *in titulis, ut* CORP. XI 4766 (*v. p. 745, 47*). VI 10298, 1. 6. 9. 24. 25 (I 1341?). XIV 2112. IV 2450

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

(*a. u. 751*), *non in nummis ipsis ut videtur. scripturae vitiosae*: asces *cod. Flor.* VARRO ling. 10, 83 COMPVT. Carth. *cod. Lucens. s. VIII* 2, 10 acsis. 2, 9 atsem. 2, 11 adsem. CORP. V 6623 ase. VIII 12144 aesse. ās *producitur in versibus malis saeculi XI* CARM. de librae partibus (metr. II 99) 1 libra vel as ex unciolis constat duodenis (AVSON. 347, 14 *est brevis syllaba*). *deest apud* PLAVT. TER. *cf.* assarius.

I *nummus priscus: unitas.* A *in re nummaria* ... GLOSS. as ἀσσάριον (*contaminata videtur* II 23, 54 as αυτας ἀργύριον ἅπαξ καὶ αλλα). V 343, 15 as assis genus nummi. II 378, 50 ὀβολός nummum nummus assis hoc duopondium. *de re v. Mommsen, Röm. Münzwesen p. 261 et passim, et Kubitschek, PW. II 1499 sqq.* VARRO rust. 1, 10, 2 quantum as antiquos noster ... pendebat. ling. 5, 169 as erat libra pondus (5, 182). deinde ab numero reliquum dictum usque ad 'centussis', ut as [a] singulari numero, ab tribus assibus 'tressis' et sic proportione usque ad 'nonussis'. 5, 171 sextans ab eo quod sexta pars assis. *ibid.* semis quod semi⟨a⟩s, id est [ut] dimidium assis. 9, 81 in aere usque ab asse ad centussis numerus aes adsignificat. 9, 83 stulte quaerunt, cur as et dupondius et tressis non dicantur proportione, cum as sit (adsit *F*) simplex, dupondius fictus, quod duo asses pendeba[n]t, tressis ex tribus aeris quod sit. pro assibus nonnumquam 'aes' dicebant antiqui, a quo dicimus assem tenentes 'hoc [ab] aere aeneaque libra' et 'mille aeris legasse' 10, 38 eandem rationem habere assem ad semissem, quam habet in arg[um]ento libella ad simbellam (singulam *F*). PAVL. FEST. 54 centussibus ..., id est centum assibus, qui erant breves nummi ex aere. 73 dextans dicitur, quia assi deest sextans. 98 deni asses, singuli pondo libras, efficiebant denarium. *ibid.* ex singulis assibus librariis senos fecit FEST. 347 sextantarii asses. *ibid.* ut ex assibus, qui tum erant librari, fierent sextantarii. 363 sestertium, id est duos asses et semissem tertium. *ibid.* tres asses sunt et quartus quadrans. PLIN. nat. 33, 42 libralis ... adpendebatur assis. 33, 44 ut asses sextantario pondere ferirentur. 33, 45. 33, 46 lege Papiria semunciarii asses facti. 34, 4 Cyprio suo assibus contentis. GAIVS inst. 1, 122 erant asses dupundii semisses quadrantes. *ibid.* asses librales erant. GELL. 20, 1, 31 librariis assibus. PRISC. gramm. III 407, 27 as nummus est libralis, per I perscriptam notatur †. VOLVS. MAEC. (metr. II p. 66) 44 assis appellatio *et* divisio ... etiam ad pecuniam numeratam refertur, quae olim in aere erat, postea et in argento feriri coepit. *alia de divisione ratione notis ibid.* 45 sqq. *et passim apud metrologos. cf.* LEX XII tab. Gell. 20, 1, 12 viginti quinque aeris poena sunto (16, 10, 8 viginti quinque asses). CATO ap. Sen. epist. 94, 27 emas non quod opus est, sed quod necesse est; quod non opus est, asse carum est. LVCIL. 294 nummi opus atque assis (obsit *codd.*). C. GRACCH. orat. ap. Gell. 15, 12, 3 ita versatus sum in provincia, uti nemo posset vere dicere assem aut eo plus in muneribus me accepisse. CORP. XI 4766 a(sses) CCC moltai suntod (CORP. VI 10298 assium C multa esto *et passim hac in lege collegi*. 13 dictio esto a(ssis) I). CORP. I 1341 d. a. ↓ IX *num sit* de assibus LIX *dubium*. VARRO Men. 316 asse vinum, asse pulmentarium. ling. 5, 182 diis cum thesauris asses dant. rust. 1, 12, 2 vendas, quot assibus possis. 2, 5, 1 dum asses solvo Laribus (palibus *cod.*). 3, 7, 11 lucrum assem semissem condere in loculos. CIC. Quinct. 19 assem se negat daturum, nisi prius. Q. Rosc. 49 dic HS CCCIↃↃↃ dedisse, qui assem nullum dedit. off. 2, 58 ni caritate asse modium populi dedit (LIV. 4, 16, 2 PLIN. nat. 18, 15. 16). rep. 2, 40 cum locupletis assiduos appellasset ab asse dando (PAVL. FEST. 9 alii assiduum locupletem, quasi multorum assium, dictum putarunt. alii eum, qui sumptu proprio militabat, ab asse dando vocatum existimaverunt). CATVLL. 5, 3 rumoresque senum severiorum omnes unius aestimemus assis (42, 13 non assis facis? PRIAP. 8, 3 non assis faciunt *monitum*. SEN. epist. 123, 11 publicos paedagogos assis ne feceris). CATVLL. 33, 8 natis pilosas, fili, non potes asse venditare. BELL. Hisp. 22, 7 non amplius asses VII accipere. HOR. sat. 1, 1, 43 *thesaurum* si comminuas, vilem redigatur ad assem. 1, 6, 13 Laevinum ... unius assis non umquam pretio pluris licuisse notante ... populo. 2, 2, 98 cum derit egenti as, laquei pretium. epist. 1, 16, 64 avarus, in triviis fixum cum se demittit ob assem. 2, 2, 27 viatica ... ad assem perdiderat (PLIN. epist. 1, 15, 1 ad assem impendium reddes. CORP. XIV 431 *pecunia* usque ad asse(m) dividatur (367). *cf. l. 65 et p. 747, 54*). IMP. AVG. apud Quint. inst. 6, 3, 59 *libellum tuum tam timide porrigere* noli ..., tamquam assem elephanto des. LIV. (8, 14, 6?). 10, 46, 15 militibus ex praeda centenos binos asses ... divisit (28, 9, 17. 31, 20, 7. 36, 40, 13). 29, 15, 9 coloniis in milia aeris asses singulos imperari exigique quotannis. 31, 13, 7. CORP. IV 2450 *tres viri* ad locum duxserunt mulierem Tychen; pretium in singulos a(sses) V f(uit). FEST. 202 boves centenis assibus, oves denis aestimatae (*cf.* PAVL. FEST. 24). PAVL. FEST. 144 maximam multam dixerunt trium milium et viginti assium. 275 *effigies* navis in asse. FEST. 265 in mancipando cum dicitur 'rudusculo libram ferito', asse tangitur libra (*cf. p. 746, 28. 30*). 347 sacramentum ... quinquaginta assium (*cod.* assuum) est. 371. CORP. XII 4393 usuras totíus anní computatas ⟨ass⟩e octono pernumerabo. XIV 2112 I 21 *sodalis* dabit ... in menses sing(ulos) a(sses) V. *ibid.* II 15 vini boni amphoras singulas et panes a(ssium) II. VAL. MAX. 4, 3, 11 quingentorum assium sumptu. 5, 6, 8 nec ullum assem nisi bello confecto petituros. PHAEDR. 3, 5, 1 assem deinde ille dedit ... 'plus non habeo'. SEN. dial. 5, 33, 3 per vadimonia asses suos ... vindicat. epist. 18, 9 *Epicurus* gloriatur non toto asse ⟨se⟩ pasci, Metrodorum ... toto. ASCON. Milon. p. 34 B. PERS. 1, 88 cantet si naufragus, assem protulerim (IVV. 14, 301). PETRON. 8 iam pro cella meretrix assem exegerat. 43 ab asse crevit. 44 asse panem *emere*. *ibid. aedilis* sibi mavult assem quam vitam nostram. 57 assem aerarium nemini debeo. 61 *si amica* fecit assem, semissem habui. 77 assem habeas, assem valeas. PLIN. nat. 12, 76 pretia sunt laudatissimo *ladano* in libras asses XXXX (*similia saepe, ut* 12, 107. 135. 15, 2). 18, 15 farris pretium in trinis nundinis ad assem redegit. 19, 54 in cibo ... uno asse venali. 21, 10 asses ... contulit populus ac funus elocavit. 33, 43 maximus census CXX assium fuit. 33, 45 placuit ... denarium XVI assibus permutari ..., in militari tamen stipendio semper denarius pro X assibus datus est. CARM. epigr. 931 assibus hic bibitur, dipundium si dederis, meliora bibes, quattus si dederis, vina Falerna bib(es). LEX met. Vipasc. 22 *balinei* conductor a viris sing(ulis) aeris semisses et a mulieribus singulis aeris asses exigito. STAT. silv. 4, 9, 22 *libellum* emptum plus minus asse Gaiano (*i. Caligulae*). MART. 1, 103, 10 asse cicer tepidum constat et asse Venus 2, 53, 7 si plebeia Venus gemino tibi vincitur (iungitur *Heinsius*) asse. 8, 33, 12 *caryotam* fert cum parco sordidus asse cliens. 7, 10, 8 assem ne dederis crediderisve Lupo. 11, 31, 21 unum ponere ferculis tot assem. 9, 59, 22 asse duos calices emit (IVV. 11, 145). IVV. 5, 144 assemque rogatum *ab infante*. 10, 116 uno parcam colit asse Minervam. TAC. ann. 1, 17. PLIN. epist. 2, 20, 1 assem para et accipe auream fabulam. 10, 54, 1 nec inveniuntur, qui velint debere rei publicae, praesertim duodenis assibus (*de usuris*). SVET. Aug. 64 G. et L. adoptavit domi per assem et libram (*cf. p. 745, 80 et sub* aes *p. 1074, 44*) emptos a patre Agrippa. 91 emendicabat ... cavam manum asses porrigentibus praebens. GAIVS inst. 2, 225. 3, 174 asse percutit libram. GELL. 20, 1, 13 crumenam plenam assium. 20, 1, 31 iniurias factas quinque et viginti assibus sanxerunt. *ibid.* librariis assibus. PALLAD. 14 praef. 3 non est magni loci assibus intuendis oculos duxisse per pulverem. VVLG. Matth. 10, 29 nonne duo passeres asse (ἀσσαρίου) veneunt? SIDON. epist. 6, 12, 8 difficile est eorum ex asse (*cf. p. 747, 32*) vota metiri, quibus noveris alimoniam sine asse collatam. carm. 7, 566 venales numerosoque asse redemptae ... tribus. CASSIOD. var. 5, 14, 2 assis publicus (*i. tributum*) imponatur (3, 8, 2. 4, 36, 2. 5, 39, 5. 11, 39, 4. 12, 5, 3. 12, 15, 6). 12, 16, 3 ut ... assem tributarium ... exsolvat. *formula rara in titulis*: CORP. V 6623, 5 ab ase posit. 7647, 3 ab asse quesitum. IX 2029 (*Beneventi*) mon. fecit ... ab asse quaesitum lucro suo sine fraude aliorum. *videtur dici monumenti dedicatorem ne assem quidem hanc in rem ab alio, ut a collegio, a municipio, petivisse. incertum quid sibi velit in lucernis* CORP. VIII 10478, 1 ab asse ne lucernas venales. *ibid.* de ofina assem lucernas colatas. *ibid.* emite lucernas collatas ab asse, *in quibus ne lectio quidem semper certa est.*

B *de pondere*: VOLVS. MAEC. (metr. II 70) 77 ponderis eadem divisio est quae aeris. nam in quas partes as dividitur, in has et libra dispenditur. ⟨dicitur⟩ ita as quidem seu de divisione solidi, seu de pondere. CARM. de pond. 41 solidae quae sit divisio librae sive assis. OV. medic. 60 in haec solidi sexta fac assis eat. SCRIB. LARG. med. 110 aloes pondo assis trientem. PELAGON. 382 rutae p(ondo) X assis.

II *generaliter* as *i. q. unum, opponitur et partibus et multiplici cuicumque*: VARRO ling. 9, 84 'as', quoniam simplex est ac principium, et unum significat et multitudinis habet suum infinitum; dicitur enim 'asses', quos cum finimus, dicimus dupondius et tressis et sic porro (GLOSS. assem quod unum dicimus). HOR. ars 325 Romani pueri longis rationibus assem discunt in partis centum diducere. VITR. 3, 1, 6. 7. 8 (*cf.* PS. PROSP. de promiss. dei 5, 14, 1 *et* 1, 7, 1). COLVM. 5, 3, 2 his ... summis (CC *et* XX) semper singulos asses adicito, qui efficiunt extremos ordines, quos vocant angulares, fiunt CCI et XXI (5, 3, 3. 4. 5). 5, 1, 12 iugerum ... hoc est as (*cf.* GROM. p. 340, 8. PLIN. nat. 18, 78 proscindi semissem, iterari assem). COLVM. 2, 12, 7 ut sit in asse (*i. in summa*) autumnalis satio modiorum ducentorum quinquaginta. 2, 12, 9 in asse fiunt octo menses et dies X. VOLVS. MAEC. (metr. II 61) 1 solidi id est librae, quod as vocatur. LIB. de asse (metr. II 72) 1 quicquid unum est et quod ex integrorum divisione remanet, assem ratiocinatores vocant. quotquot ergo de integra divisione singulares res unitatesve remanebunt, unus erit assis asve. 5 quotquot sunt integrae unitates, totidem necesse est intelligi assis esse species. VICTOR. (metr. II 87) 1 in hoc argumento unitas assis vocatur, cuius partes iuxta proportionalitatem suam propriis sunt insignitae vocabulis. 2 assis ..., qui per I literam, sicut in numeris unum scribi solet, exprimitur, XII partes habet. *de divisione et multiplicibus passim agitur apud metrologos, imprimis vide* MAECIAN. distr. 8 sqq *cf.* AVSON. 347, 14 bissenas partes quis continet aequipares? as. *adnotandi hi laterculi*: *in multiplicando*: PRISC. gramm. III 416, 17 dussis dupondius, tressis, quadrassis, decussis, vicessis, tricessis, quadragessis, quinquagessis, sexagessis, septuagessis, octogessis, nonagessis, centussis, post quem numerum teste Varrone (ling. 5, 170) non componuntur cum asse

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

numeri. *in dividendo*: *ibid.* 20 deunx (11/12), dextans (5/6), dodrans (3/4), bessis (2/3), septunx (7/12), (*semis* 1/2), quincunx (5/12), triens (1/3), quadrans (1/4), sextans (1/6), sescunx (3/24), (*uncia* 1/12), sextula (1/72). *composita cum ipso verbo* as (*cf.* VARRO ling. 5,169): semis (ses-), bes, tressis, quinquessis, vicessis *eqs.*; σήσκονας, quadrassis; dussis, quattus, octussis, nonussis, decussis, centussis. VLP. dig. 28, 5, 51, 2 hereditas plerumque dividitur in duodecim uncias, quae assis appellatione continentur. *sic de hereditate varii in usu sunt ordines*: AFRAN. dig. 28, 5, 48, 1 filiae totus as, postumo dodrans datus est. MARC. dig. 28, 5, 54 alterum assem datum eis videri. PAPIN. dig. 28, 5, 79, 2 asse nominatim dato. CELS. dig. 28, 5, 60, 1 asse descripto (*bis*). IVL. dig. 28, 2, 13 assem distribuendum esse in VII partes. PAPIN. dig. 28, 5, 78 asse toto non distributo. PAVL. dig. 28, 5, 18 si plus asse pater familias distribuisset. VLP. dig. 28, 5, 13, 1 sollemnis assis distributio in duodecim uncias fit. PAPIN. dig. 28, 5, 79, 1 assem in dodrantem esse divisum. VLP. dig. 28, 5, 13, 5 in viginti uncias assem dividendum. *ibid.* asse expleto (28, 5, 17, 3). PAVL. sent. 3, 4ᵇ, 6 impleto asse. PAPIN. dig 28, 6, 41, 5 post completum assem. PAVL. sent. 28, 5, 79, 2 unum assem inter omnes ... factum. *ibid.* ex altero asse portionem ... relictam. dig. 28, 5, 18 eadem ratio est in secundo asse quae in primo. IVLIAN. dig. 35, 2, 87, 4 totius assis ratio haberetur. PAVL. dig. 28, 5, 18 utrumne is assem habiturus foret an id dumtaxat, quod ex dupundio deesset. 28, 5, 80 tantundem in altero asse habebit Maevius, quantum Titius in primo. 37, 11, 12 alium assem occupat. 49, 14, 49 dodrantis an totius assis partem dimidiam ... recipere debeat. SCAEV. dig. 36, 1, 77 totus as meus apud te esse speratur. PAVL. sent. 3, 4ᵇ, 6 heredes ... ad prioris assis semissem aequis portionibus veniunt. VLP. dig. 28, 5, 17, 4 utrum in singulos asses isti duo an in unum assem coniungantur. *similia passim in* DIG. *cf.* QVINT. decl. 336 p 324, 3 assem (an *codd.*) non possum a te petere, semissem petere [non] possum. *creberrima formula* ex asse (GLOSS. V 292, 46 ex asse heres esto: ex integro, ex omni patrimonio. GLOSS. Werth. Gallée 340 ex asse: ex uno sive ex omnibus. *cf.* GLOSS. II 23, 55 asse ὁλοκλήρου. APPEND. Prisc. gramm. II 192, 17 ex asse heredem fecit id est ex duodecim unciis): MART. 3, 10, 5 te moriens heredem ex asse reliquit (7, 66, 1). QVINT. inst. 7, 1, 20 an ille ... heres sit ..., an ex asse heres. PLIN. epist. 5, 1, 9 heredem ... instituisset ex asse (8, 18, 7). MACER dig. 2, 8, 15, 1 qui ... rem soli possidet aut ex asse aut pro parte. GAIVS inst. 2, 259. *passim apud* ICTOS. CORP. XIV 3654 COMM. apol. 723. *translate* SIDON. epist. 2, 1, 1 ut sanguinem ... miserorum, quas ibi ex parte propinaverat, hic ex asse misceret (9, 2, 1). 3, 3, 9 laborum tuorum non ex asse historiam texere, sed pro parte memoriam facere. 1, 11, 7. 3, 14, 2. 4, 18, 1. 6, 11, 1. 6, 12, 8 (*v. p. 746, 35*). 7, 2, 9. 8, 6, 9. 9, 3, 7. 9, 14, 2. CONC. Turon. a. 567 (Mon. Germ. leg. III 1 p. 126, 22) tota ebdomada ex asse ieiunent. *rarius* in assem: VLP. dig. 29, 2, 10 in assem pro herede gessisse. 11, 1, 11, 2 in assem instituta actione convenietur. SCAEV. dig. 39, 5, 35 utrum in assem Sticho actio detur. VLP. dig. 36, 4, 5, 11 suadendum heredi, ut in assem satisdet. 42, 6, 1, 1 etsi non in assem, in aliquid tamen satisfacere. SCAEV. dig. 32, 40, 1 an, cum dodrante⟨m⟩ hereditatis restituerit, hortos in assem vindicare Seia debet. MODESTIN. dig. 20, 6, 9 fundum ... in assem vendidit (*syn.* in solidum). SIDON. carm. 14 praef. 2 aut nihil omnino se aut certe non ad assem Latiari lingua ... disserere (*cf. p. 745, 65. 70*). *unitas in variis numerandi generibus*: HILARIAN. de die paschae (Migne 13, 1111ᵃ) 9 quadrans quater per accessus quatuor annorum efficiens assem *i. unum diem fastis adiciendum.* COMPVT. Carth. (Krusch, Stud. z. Chron. 279) 1, 3 ut unus assis in hoc circulo plus inveniatur. *ibid.* assis unus de acc⟨resc⟩entibus unciis perspicue invenietur praeter illum assem ... feriarum. 1, 4 ut ... ipsum assem ... invenire possis. *ibid.* octogies quater ... decus as uncia faciunt tibi nungentos triginta unum. 1, 5 assem unum hoc est annum unum. 1, 6 unum assem bissextum hoc est quater quadrantes as. 2, 3 incipe numerare a feriam primam ... ab asse primo in septem assibus. PS. BOET. geometr. p. 411, 23 Fr. XXV: hinc si assem abstulero, XXIV progrediuntur.

deriv.: assarius. *comp.*: assipondium, assiforanus. *cf. l. 4 sqq.*

1. āsa, -ae *f. forma pristina vocis* ara, *quam vide.* *de Varronis testimonio (II p. 382, 26) refert etiam* SERV. auct. Aen. 4, 219 veteres 'aras' 'asas' dicebant; postea inmutata littera 's' in 'r' 'aras' dixerunt, sicut 'Valesios Valerios' 'Fusios Furios': quod Varro rerum divinarum in libro quinto plenius narrat. *vetuste loqui voluit* FRONTO laud. fumi p. 213, 17 N. laudabo igitur deos ... Fumum et Pulverem, sine quis neque asae (*sic cod.*) neque foci nec viae ... nec semitae usurpantur. *V.*

2. āsa *v.* ansa.

1. Asa Paulīnī *statio Galliae Lugudunensis in via Luguduno Durocortorum, nunc* Anse. ITIN. Anton. 359, 2. *v. l.* assa pauli. *Diehl.*

2. Āsa *indecl.*, אָסָא, Ἀσά. **1** *nomen regis Iudae*: VVLG. III reg. 15, 8 regnavitque Asa filius *Abiam* pro eo. 15—22 II par. 14—21 *passim.* Ier. 41, 9 Matth. 1, 7 AMBR. obit. Theod. 15 HIER. adv. Pelag. 2, 21. HIER. nom. hebr. p. 40, 26 Asa tollens sive sustollens (EVCHER. instr. 2 p. 142, 16 ISID. orig. 7, 6, 69 HIER. nom. hebr. p. 60, 9). p. 53, 13 (p. 37, 5?) Asa factura. Asaa: CHRON. Gall. chron. I p. 634, 111. Asab: LVCIF. de reg. apost. p. 50, 7 (*cod.* Basa). 9 LIB. gener. chron. I p. 122, 273 ISID. chron. II p. 440, 79 *et* 119 SVLP. SEV. chron. 1, 42, 2 FREDEG. p. 39, 40. Asaf: LIB. gener. chron. I p. 122, 274 (p. 133, 385 *cod. G*). LIB. geneal. chron. I p. 180, 385 Asaf, id est volat. PS. CYPR. pasch. 11 (*cod. b*). Asaph: ITALA Colb. Sab. Matth. 1, 7. 8 = ISID. chron. II p. 440, 79 *et* 119 (*codd. dett.*, Asap *codd. AC*) FREDEG. 27, 23 ISID. orig. 5, 39, 14 (*cod. Gu. 2*). HIER. chron. a. Abr. 1041 Asa iustus (PROSP. chron. I p. 392, 120). INSCR. christ. Rossi II 150, 21 Iustus Asa simulacra patrum lucosque profanos sustulit et matrem regni privavit honore[s]. *cf.* VVLG. III reg. 15, 12—13. **2** *nomen levitae*: VVLG. I par. 9, 16 Barachia filius Asa filii Elcana.

Asabaia *statio militaris in orientali parte Palaestinae trans Iordanem sita.* NOT. dign. or. 37, 32. *cf. Benzinger, PW. II 1513. Seeck contulit* Sabaia NOT. dign. or. 34, 9 *et* 23. *Plenkers.*

Asabias *v.* Hasabias.

Asachaeī, -ōrum *gens Aegyptia.* PLIN. nat. 8, 35 Asachaei vocantur Aethiopes, apud quos maxime nascuntur. 6, 191 Asachae multis nationibus. SOL. 30, 5 Azachaei. *v. Pietschmann, PW. II 1514.*

Asacorum *oppidum Indiae.* RAVENN. p. 47, 4. *cf.* Assaceni.

Asadada *v.* Sedada. **Asadias** *v.* Hasadias. [*Diehl.*

Asāēl, עֲשָׂהאֵל, Ἀσαήλ, *nom. vir. hebr. fere indecl.* VVLG. II reg. 2, 22 locutus est Abner ad Asael. I Esdr. 10, 15 Ionathan filius Azahel, *semel tantum* VVLG. II reg. 2, 30 excepto Asaele. *legitur*: Asahel: VVLG. Cod. Amiat. HIER. nom. hebr. p. 37, 20. 52, 29 sit. et nom. p. 99, 9. Asael: PAVL. NOL. epist. 21, 1 (*cod. opt.* asalael). 21, 5 LIB. geneal. chron. I p. 371 (*var.* asahel, elasel). Azahel: VVLG. I Esdr. 10, 15. **1** *filius Sarviae*: VVLG. II reg. 2, 18 *sqq. passim,* I par. 2, 16. 11, 26. 27, 7. II reg. 2, 18 Asael cursor velocissimus. *cf.* PAVL. NOL. epist. 21, 1. 21, 5 descendam in Cardamatem, id est Asael nostrum, cuius pedes tamquam cervi perfecistis. HIER. nom. hebr. p. 37, 20 Asahel factura dei, id est ποίημα (p. 37, 5?). **2** *levita quidam*: VVLG. II par. 17, 8, *graece* Ἀσιήλ *vel* Ἰασιήλ. **3** *alius levita*: VVLG. II par. 31, 13. **4** Azahel, *pater Ionathan*: VVLG. I Esdr. 10, 15. **5** *nomen loci cuiusdam Palaestinae*: HIER. in Zach. III 14, 5 adiungetur vallis montium usque ad Asael (VVLG. Zach. 14, 5 usque ad proximum), אָצֵל, Ἀσαήλ *cod. Alex.*, Ἰασόδ *cett.* HIER. nom. hebr. p. 52, 29 sit. et nom. p. 99, 9.

Asaf *v.* Asa *et* Asaph.

Asāia, עֲשָׂיָה, Ἀσαίας, *nom. vir. hebr.* VVLG. IV reg. 22, 12 praecepit Asaiae servo regis (II par. 34, 20 Asaae). I par. 15, 11 vocavit ... Asaiam. **1** *servus regis Iosiae*: VVLG. IV reg. 22, 12. 14 II par. 34, 20. HIER. nom. hebr. p. 44, 25 Asaia facienti domino. LVCIF. de non parc. p. 222, 9 Ioas (*cod. Alex.* Ἰασαί). **2** *princeps tribus Simeon*: VVLG. I par. 4, 36. **3** *levita e progenie Merari*: VVLG. I par. 6, 30. 15, 6. 15, 11. **4** *filius Siloni*: VVLG. I par. 9, 5 de Siloni Asaia primogenitus.

Asal *v.* Gebal.

II ***translate*** (*provehi, augeri*): **A** *homines ascendunt*: **1** *ad dignitates, magistratus, alia, quae expetuntur*: ad, in *etc.*: VARRO Char. gramm. I 126, 25 neque ... Callicles ... in pingendo ascendere potuit ad Euphranoris altitudinem. CIC. S. Rosc. 83 qui sua virtute in altiorem locum pervenit, ... qui ascendit per alterius incommodum. Cluent. 110 Sull. 5. Pis. frg. 10 in eam civitatem ... ascendit (*i. ius civium adeptus est*). Deiot. 27 multis ... gradibus officiorum ... ad ... regium nomen. Brut. 241 ad honores (CIRIS 205 *v. p. 756, 43*). VELL. 2, 53, 3 *Pompei* in id evecti, super quod ascendi non potest (2, 76, 4). VAL. MAX. 5, 19 ext. 1 tanti roboris animus (*i. Pericles*) ad Olympii Iovis cognomen ascendit. SEN. epist. 21, 2 ex hac vita ad illam (*sc. sapientis*) ascenditur. CVRT. 7, 1, 28 ad hunc gradum amicitiae tuae. 9, 8, 24 fortunam, in quam postea ascendit, ... ominati. LVCAN. 2, 563 quo potuit civem populus perducere liber, ascendi. TAC. dial. 7 supra tribunatus et praeturas. Germ. 25 *liberti* super ingenuos. PLIN. paneg. 61 quanto ... propius ad magnitudinem tuam ascenderint, tantum ... a sua descendisse videantur. CENS. 1, 6 ad id virtutum fastigium. AMM. 15, 3, 2 ad praefecturam. VVLG deut. 28, 43 advena ... ascendet super te eritque sublimior; tu autem descendes *eqs.* SIDON. epist. 3, 6, 1 ad desideriorum culmina ascendere. FAVST. REI. epist. 5 p. 192 Vind. ad divini timoris cultum vigore cordis. BENED. reg. 7 ad exaltationem ... caelestem ... per ... vitae humilitatem. AVG. civ. 9, 18 p. 393 D. non per corporalem altitudinem, sed per spiritalem ... similitudinem ad deum debemus ascendere. *acc.*: CIC. Mur. 55 unum ascendere gradum dignitatis. off. 2, 62 altiorem gradum. Cluent. 150 summum locum civitatis. NEP. Phoc. 2, 3 quem tenebat, ascenderat gradum. PLIN. epist. 3, 2, 4. LACT. inst. 6, 12, 7 primum gradum *virtutis*. COD. Theod. 13, 3, 16 (COD. Iust. 10, 53 [52], 11). CASSIOD. var. 6, 2, 4 patriciatus culmen. 11, 2, 1 gradum ... primiscriniatus. BENED. reg. 7 humilitatis (*v. quae praecedunt*). *nota* HIL. in psalm. 119, 6 (*de 'cantico graduum'*) gradibus, qui cantantur, ascensis. PAVL. NOL. epist. 9, 4 adscendamus excelsa virtutum per doctrinam prophetarum. *absolute*: CIC. Brut. 281 ad summam amplitudinem pervenisset ascendens gradibus magistratuum. SEN. epist. 79, 8 nemo ab altero potest vinci, nisi dum ascenditur. cum ad summum perveneris *eqs.* 92, 30 *al.* PLIN. paneg. 58. PANEG. 9, 25 *divus pater* adhuc crescit in filio et gloriarum tuarum gradibus ascendit. VOPISC. Aur. 11, 10. CIC. Planc. 67 ego huc (*ad gloriam*) a me ortus et per me nixus (*i. homo novus*) ascendi. Catil. 3, 28 quo. ad Brut. 1, 4, 4 altius. epist. 10, 26, 2 quam alte.

res pro hominibus: CIC. orat. 125 propter quem (*ornatum*) ascendit in tantum honorem eloquentia. SEN. contr. 2, 1, 17 senatorium gradum census ascendit. in caelum ascendere: *v. I A 3.* **2** *ad aetatis gradum*: ENNOD. opusc. 3 p. 337, 13 Vind. vicesimum annum aetatis ascendit. CORP. III 3989 quae vix(i) ann(os) XXXVII ... in XXX et VIII ascendens animam deposui (CARM. epigr. 1084, 4 in sexto et decem ascende(n)s. 149, 5. 1541, 4. 1769, 4. *cf.* CORP. X 4428 ⟨in qu⟩into scandens). *de generatione*: EXC. barb. chron. I p. 104 col. 3, 143 Falec, unde ascendit generatio Abrahae (LIB. gener. *ibid.* col. 1, 172 ducitur). a s c e n d e n t e s *subst. v. infra l. 80.* **3** *cogitando vel dicendo ad altiora, maiora*: CIC. part. 12 aut a minoribus ad maiora ascendimus aut a maioribus ad minora delabimur (*cf.* 54 verba ..., quae ascendunt gradatim ab humilioribus ad superiora). fin. 3, 33 cum ... ab iis rebus, quae sunt secundum naturam, ascendit animus collatione rationis, tum ad notionem boni pervenit. ac. 2, 49 sic ... ascenditis (*sc. academici in interrogatione captiosissima soritarum*): si tale visum ... probabile, cur non ... valde verisimile? cur deinde non, ut difficiliter a vero internoscatur? *eqs.* *figuram 'incrementi' adhibere*: QVINT. inst. 8, 4, 4 *Cicero* per plures gradus ascenderat (*v. praecedentia*). 8, 4, 28 totidem sunt ascendentibus quot descendentibus gradus. SERV. Aen. 2, 365 gradatim ascendit: vias, domos, templa. APVL. met. 10, 2 *lectorem* tragoediam, non fabulam legere et a socco ad cothurnum ascendere. *magis proprie*: VAL. MAX. 8, 12 ext. 3 *artifex sutorem* de crure *statuae* ... disputare incipientem supra plantam ascendere vetuit.

B *res ascendunt*: **1** *crescente vi ac motu*: CIC. de orat. 3, 227 hinc gradatim ascendere vocem. part. 54 *v. supra l. 13.* LVCR. 2, 138 sic a principiis ascendit motus *corporum* (*sc. ad maiora*). QVINT. inst. 12, 10, 67 lene *genus orationis* aut adscendit ad fortiora aut ad tenuiora submittitur. *sim.* LIV. 7, 30, 18 usque ad nos contemptus Samnitium pervenit, supra non ascendit (escendit *recc.*). *nota*: ITALA (Ps. Ambr. laps. virg. 8, 33) Ierem. 8, 22 quare non ascendit sanitas filiae populi mei (ἀνέβη ἴασις. VVLG. est obducta cicatrix). **2** *aucta dignitate, potestate*: VARRO ling. 5, 8 tertius gradus, quo philosophia ascendens pervenit. rust. 1, 9, 3 de aliis generibus admixtae terrae tres gradus (*sc. bonitatis*) ascendunt eosdem. CIC. fin. 5, 40 extremum omnium appetendorum ... multis gradibus ascendit, ut ad summum perveniret. SEN. contr. 1 pr. 7 perpetua ... in rebus omnibus lex est, ut ad summum perducta rursus ad infimum, velocius quidem quam ascenderant, relabantur. VELL. 1, 17, 6 quod summo studio petitum est, ascendit in summum. QVINT. inst. 8, 4, 26 *in 'congerie'* si non per gradus ascendant, tamen velut acervo quodam adlevantur *verba vel sententiae.* **3** *in cor hominis* (*i. veniunt in mentem*): VVLG. Ier. 19, 5 quae non praecepi nec locutus sum nec ascenderunt in cor meum. 32, 35 quod non mandavi eis nec ascendit in cor meum, ut facerent. act. 7, 23. I Cor. 2, 9 quod ... nec auris audivit nec in cor hominis ascendit (ἐπὶ καρδίαν ... ἀνέβη. *cf.* ITALA Tert. spect. 30). VVLG. Luc. 24, 38 quid turbati estis, et cogitationes ascendunt in corda vestra? VVLG. Is. 65, 17 non erunt in memoria priora et non ascendent super cor. Ier. 3, 16 (*synon.* recordabuntur). 44, 21 *al.* *ap. scriptores eccl.*: TERT. idol. 23 malitia in cor hominis. AVG. conf. 9, 5, 12 ascendit in cor meum admonere omnes meos ..., ut. HERM. vulg. sim. 9, 29 in sensum. Palat. *ibid.* in corde (vis. 1, 1, 8 DID. apost. 54, 2). Palat. vis. 3, 7, 2 ascendit illis in corde poeniteri (*sic*). sim. 5, 7, 2 quod corpus peccat. vis. 1, 2, 4 in corde tuo ascendit de ipsa (ἀνέβη περὶ αὐτῆς). LVCIF. reg. apost. 1 in corda illorum, quia. HERM. Palat. sim. 6, 3, 6 ascendit in praecordiis eorum opera sua. HIER. epist. 130, 8 in cogitationes tuas coluber. CASSIAN. conl. 1, 22, 2 ascendentium (*cogitationum tamquam bestiarum*) in eos (*cordis recessus*) vestigia. *cf.* 2, 1, 4. inst. 8, 9 suggestionibus ascendentibus pravis. *similis hebraismus*: VVLG. Ezech. 36, 3 quod ... ascendistis super labium linguae et opprobrium populi (*sc.* ab omnibus blasphemati: HIER. in Ezech. ad h. l. p. 423 Vall.).

singulariter ***transitive***: *i. q. ascendere facio*: ITALA (cod. Laudian.) act. 9, 39 advenientem ascenderunt in superioribus (ἀνήγαγον εἰς; VVLG. duxerunt).

synonyma: *ad I*: adtolli: SEN. nat. 2, 9, 2. conscendere: HIL. in psalm. 119, 6 VOPISC. Aur. 24, 1 (DIFF. ed. Beck 101 inter ascendere et conscendere: ascendere est inchoatio laboris, conscendere paene consummatio; ita alterum initium dat, alterum finem). (crescere. escendere). proferri: SEN. nat. 7, 27, 3. subire: SEN. epist. 123, 14. surgere: SEN. nat. 2, 24, 1. *ad II*: evehi: VELL. 2, 53, 3. (provehi). *opposita*: *ad I. II*: descendere: *passim, v. supra et* QVADRIG. hist. 4 BRVT. Cic. ad Brut. 1, 4, 4 SALL. Iug. 94, 2 SEN. epist. 83, 4 *al.* PLIN. nat. 35, 59 QVINT. inst. 8, 4, 28 PLIN. epist. 8, 20, 8 *al.* GAIVS inst. 3, 219 ITIN. Silv. 4, 1. *ad I*: deferri: SEN. nat. 2, 24, 1. defluere: *ibid.* 2, 9, 2. degredi: LIV. 40, 22, 7. demeare: APVL. Socr. p. 179 Oud. *ad II*: cadere: SEN. epist. 21, 1 *fin.* delabi: CIC. part. 12. relabi: SEN. contr. 1 pr. 7. submitti: QVINT. inst. 12, 10, 67.

part. pro subst.: **ascendentēs**, -ium. *ascendens*: *qui in superiore cognationis gradu constitutus est* (*Dirksen*). PAVL. dig. 23, 2, 68 incestum committit, qui ex gradu ascendentium vel descendentium uxorem duxerit. COD. Theod. 3, 12, 3 de descendentibus filius, filia *eqs.*, de ascendentibus pater, mater *eqs.*, de latere frater *eqs.*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

16, 5, 40, 2 ascendentium ..., descendentium ..., venientium ex latere cognatorum. INST. Iust. 2, 13, 7 ceterorum ... per matrem ascendentium. *singularis*: COD. Iust. 5, 13, 1, 11 per virilem sexum adscendens *pater*. *Hey.*

Ascenez, אַשְׁכְּנַז, Ἀσχανάζ. 1 *filius Gomer*: VVLG. gen. 10, 3 I par. 1, 6. HIER. nom. hebr. p. 2, 20 Aschenez ignis sic aspersus (p. 53, 17). LIB. geneal. chron. I p. 168, 171 Agganaz id est ignis ardens. LIB. gener. chron. I p. 96, 68 Ascanaz de quo Sarmatae (LIB. geneal. chron. I p. 168, 186 FREDEG. chron. III p. 21, 4 ISID. orig. 9, 2, 32). CHRON. Alex. chron. I p. 96, 45 Aschanath a quo Sarmati (LIB. gener. *l. c. codd. dett.*). 2 *gens Armeniae vel Europae septentrionalis* VVLG. Ier. 51, 27. *Plenkers.*

ascēnsa, -ae *f. ascensio.* SACR. Leon. 313 preces in ascensa domini (314 in caelos ascensio mediatoris). SACR. Gelas. 1, 63 tit. orationes et preces in ascensa domini (*ibid. in textu*: ascensione). 1, 65 tit. *de forma cf.* 1, 66 tit. imposita manuum. *v.* assisa.

ascēnsibilis *v.* ascendibilis.

ascēnsio, -ōnis *f. ab* ascendere. *inde a* PLAVTO. GLOSS. ἄνοδος, ἀνάβασις. *plur. v. l. 50. 55. 60.*

I *proprie*: A *animantium*: 1 *actus ascendendi*: PLAVT. Rud. 599 ad hirundininum nidum visast simia, ascensionem ut faceret, admolirier. ITIN. Alex. 44 *viros* ascensionem (*sc. in saxum*) molientes (*cf. ibid.* saxi inscensionem). SERV. auct. Aen. 1, 38 Teucer et Scamandrus ... Troiam venerunt. facta ascensione (escensione?) hospitio ... accepti de advenis cives facti. DICT. 1, 5 iam Alexander ... ascensionem (*sc. in naves*) properabat. HEGES. 5, 28 *Sabinus* ait oboedire se imperiis ascensionis (*in murum*; IOSEPH. bell. Iud. 6, 1, 6 ἀναβαίνω τὸ τεῖχος) paratum. VVLG. Os. 2, 15 iuxta dies ascensionis suae (*i. populi Israel*) de terra Aegypti. *in caelum*: *Christi*: IREN. 1, 10, 1 in carne in caelos ascensionem (ἀνάληψιν) ... Iesu Christi. FILASTR. 29, 1 in caelum (AVG. civ. 22, 5 p. 560 D. *al.*). 71, 2 *al.* FRAGM. Arian. Migne 13, 624[b] in caelis cum carne. AVG. civ. 22, 5 p. 558 D. in supernas sedes. FILASTR. 149, 3 quattuor ieiunia: ... in natale ... in pascha ... in ascensione ... in pentecosten. HIER. epist. 147, 6 crucis et resurrectionis et ascensionis dominicae sacramenta. 120, 9 salvatoris. in Ier. 31, 31 p. 1073 Vall. AVG. civ. 18, 53 p. 340 D. domini. SVLP. SEV. chron. 2, 33, 5. ALC. AVIT. hom. 6 p. 110, 34 ascensionis sacrae cultum. *similia passim ap.* ECCL. *Isaiae*: HIER. in Is. 64, 4 (p. 761 Vall.) ascensio ... Isaiae (EPIPHANIVS haeres. 40, 2 ἀναβατικὸν Ἡσαίου) et apocalypsis Eliae (*libri pseudepigraphi*) hoc habent testimonium. 2 *via, qua ascenditur, vel res, quae ascenditur*: VVLG. Amos 9, 6 qui aedificat in caelo ascensionem suam. Ios. 15, 7 Galgala, quae est ex adverso Ascensionis Adommim (*v.* ascensus *I A 2 a*). *sim.* I paral. 26, 16 iuxta portam, quae ducit ad viam ascensionis. CASSIOD. var. 12, 15, 1 civitas ... in modum botryonis pendet in collibus, non quod difficili ascensione turgescat, sed ut voluptuose campos ... respiciat. B *rerum*: VITR. 9, 1, 5 per ea signa contrario cursu luna, stella Mercurii, *etc.* ... ut per graduum ascensionem percurrentes. AVG. gen. ad litt. imp. p. 492, 18 Vind. de mari ... invisibiliter ... extrahi vaporem, his videlicet ascensionibus, quas nullo modo sentire possumus.

II *translate*: A *hominum*: CIC. Brut. 137 *oratorum* quae fuerit ascensio (*sc. ad culmen eloquentiae*) et quam in omnibus rebus difficilis optimi perfectio atque absolutio, ... existimari potest. VVLG. psalm. 83, 6 ascensiones in corde suo disposuit. *cf.* HIL. in psalm. 133, 1 eloboratae ascensionis perfectum opus esse. B *rerum*: MART. CAP. 7, 738 *in transfusione elementorum* fit ascensio, et ex terra aqua est, ex aqua aer *eqs.* 9, 935 tropi (*in modulatione*) ... sunt ascensionis et descensionis XV (*sic cod. Bern.*; sunt XV *rell.*). HIL. in psalm. 133, 1 finem sumunt cantica graduum, sed ascensiosionibus suis dignum.

ascēnsor, -ōris *m. ab* ascendere. *vocabulum christianae aetatis.* GLOSS. ἀναβάτης, ἐπιβάται. *auriga, eques*: ITALA (Clem. ad Cor. 51) exod. 15, 1 currus ... et ascensores eorum. VVLG. Ier. 51, 21 PS. AMBR. mans. 5. VVLG. Agg. 2, 23 quadrigam et ascensorem eius. GREG. TVR. Franc. 6, 2 *aureos* habentes ... quadrigam et ascensorem. HIER. in Naum 2, 3 (p. 554 Vall.) ascensores curruum. *nota*: VVLG. Is. 21, 9 ascensor vir bigae equitum. AMBR. Iob 1, 1, 2 pii ascensoris (*Heliae*). ITALA (Lucif. non parc. 10) Iudith 9, 7 (*LXX; deest in* VVLG.) in equo et ascensore (ἀναβάτῃ). VVLG. gen. 49, 17 ascensor eius (*equi*). IV reg. 18, 23 *al.* Is. 21, 7 ascensorem asini ... cameli. exod. 15, 1 equum et ascensorem deiecit in mare. 21. Iob 39, 18 (ITALA Aug. Iob p. 620, 11 Vind. equitem et ascensorem). AMBR. Abr. 2, 7, 43. Nab. 14, 64 p. 509, 3 Vind. 'ascendes' ait quasi rectori equorum, non quasi ascensori. HIER. in Is. 30, 15 sqq. (p. 408 Vall.) *ex LXX*: super levibus ascensoribus (ἀναβάταις). GREG. TVR. glor. conf. 8. HIER. apol. adv. Ruf. 1, 32 de ascensore montis dominici (*i. pio; cf.* VVLG. psalm. 23, 3). VVLG. deut. 33, 26 ascensor caeli (*deus*). HEGES. 5, 41 lin. 31 Web. *Iudaeos*, viatores aequoreos, ascensores aetherios *eqs.* HIER. in Is. 14, 13 (p. 252 Vall.) ascensorem diabolum (*i. qui dixit: 'in caelum ascendam'*).

ascēnsus, -ūs. *ab* ascendere. *actus ascendendi; res, quae vel per quam ascenditur. de scriptura v. sub* ascendo. *corruptum in*: **adsensus**: *cod. Monac.* CIC. Planc. 60 (*cod. Berol.* ascensus). escensus: *duo β* CAES. Gall. 7, 46, 1. accensus: *cod. Put.* LIV. 27, 18, 12. [excensu *cum Madvigio puto legendum* CAES. Gall. 7, 86, 4.] *gen. plur. nusquam inveni.* ascensui: PANEG. 7, 19 p. 175, 32. ascensibus: COD. Theod. 15, 1, 45. *nom. acc. plur.*: CIC. Planc. 60 LVCR. 5, 493 CAES. Gall. 1, 21, 1? BELL. Hisp. 8, 4 LIV. 30, 10, 3 (*Putean.*). 36, 24, 4 (*cf.* 37, 32, 4) VITR. 5, 6, 2 AMM. 14, 6, 8. 20, 11, 9 VVLG. I reg. 14, 4 Iudith 4, 6 MART. CAP. 8, 815. *al. ante* CIC. *vocabulum non extat.* GLOSS. ἀνάβασις (III 353, 65 ascensum ἀνάβασις), ἄνοδος.

I proprie: A *hominum etc.*: 1 *actio vel potestas ascendendi*: *in loca superiora, naves al.* (*saepe in re militari de ascensu murorum, munitionum etc.*): *cum* in: CIC. Sest. 131 iter *Ciceronis* a porta, in Capitolium ascensus, domum reditus erat eius modi, ut. PLIN. nat. 29, 57 Gallorum in Capitolium ascensu deprehenso. BELL. Alex. 8, 5 difficultatem ascensum in naves habere, praesertim ex scaphis. LIV. 26, 46, 2 in murum (37, 32, 4 AMM. 31, 15, 13). 44, 33, 4 in ulteriorem ripam. HIER. in Ier. 26, 10 (p. 1027 Vall.) ad domum domini. *c. gen. loci, qui ascenditur*: CIC. dom. 54 homines ... ab eius templi aditu atque ascensu reppulisti. 101 ab ascensu Capitolii. LIV. 40, 21, 3 Haemi. TERT. anim. 32 scalarum. HIL. in psalm. 119, 6 desideratae ... sedis (*templi*). *cf.* 67, 34. VVLG. Sirach 50, 12 SIDON. epist. 1, 5, 2. *de coitu*: COLVM. 6, 37, 10 tergoris ascensum ab editiore parte ... praebeat *equa asino*. *absolute*: CIC. Pis. 81 *Caesaris* imperium, non Alpium vallum contra ascensum transgressionemque Gallorum ... obicio. epist. 6, 7, 3 *scalarum gradibus incisis* ruinae periculum struas, non ascensum pares. CAES. civ. 2, 34, 5 in ascensu ... sublevati a suis (LIV. 21, 35, 11 CVRT. 7, 11, 19 FRONTIN. strat. 3, 9, 3 TAC. hist. 4, 71). VERG. Aen. 2, 303 fastigia tecti ascensu supero (*cf.* CLAVD. 7, 46 ascensu vincere montes). CELS. 1, 2 melius ascensus ... et descensus ... corpus movet (*sc. quam plana ambulatio*). PANEG. 7, 19. AVG. civ. 18, 12 p. 270 D. Lupercorum per sacram viam ascensum atque descensum. *de bestiis*: COLVM. 9, 7, 1 ne ascensus lacertis aut anguibus ... praebeatur (*sc. in apiarium*). PELAGON. 302 aut nimio ascensu aut labore ponderis *morbum contrahit equus*. *in caelum*: CIC. frg. philos. V 97 M. *animis* faciliorem ascensum et reditum in caelum fore. leg. 2, 19 propter quae datur homini ascensus in caelum. VAL. MAX. 8, 15 pr. LACT. inst. 1, 18, 12. MART. CAP. 2, 131 in supera (2, 181 *al.*). *Christi*: COMM. apol. 573 post ... ascensum. ITIN. Silv. 43, 5 de ascensu domini in caelis post resurrectionem. ITIN. Theodos. 9. HIL. in psalm. 67, 1 domini super caelos ... ascensum. HIER. epist. 41, 1 AVG. civ. 18, 52 p. 339 D. epist. 199, 23 cum domini in caelum recens esset ascensus. *Heliae*: ALC. AVIT. hom. 13 tit. 2 *via vel pars, qua aliquo ascenditur*: a *via naturalis*: CIC. Verr. 5, 51 in oppidum noluit accedere, quod erat difficili ascensu atque arduo. de orat. 1, 261 inambulans atque ascensu ingrediens arduo *Demosthenes declamabat.* LVCR. 5, 492 sidebant campi, crescebant montibus altis ascensus. CAES. Gall. 5, 32, 2 vallis ... difficili et arduo ascensu. 2, 33, 2 arduus ad nostras munitiones ascensus. 7, 46, 1 murus ab planitie atque initio ascensus (escensus *al.*) ... MCC passus aberat. 7, 45, 10 *al.* HIRT. Gall. 8, 14, 3 neque resistentes adgrediendos tanto collis ascensu iudicabat. OV. met. 11, 151 freta prospiciens late riget arduus alto Tmolus in ascensu clivoque extensus utroque Sardibus ... finitur. PLIN. nat. 6, 115 Climax ... appellatur locus, arduo montis ascensu per gradus, introitu angusto. FLOR. 2, 23, 7 cunctanti ad ascensum militi. AMM. 18, 8, 11 civitatem in arduo sitam unoque ascensu perangusto meabilem. VVLG. I reg. 14, 4 inter ascensus, per quos nitebatur Ionathas transire. Iudith 4, 6 obtinerent ascensus montium. FAVST. REI. grat. 1, 8 p. 25 Vind. contra ardui montis ascensum. HIER. epist. 51, 5 'introitum ligni vitae' et non 'ascensum' *dixit*. *determinativum locorum in Palaestina* (מַעֲלֵה): VVLG. num. 34, 4 per Ascensum Scorpionis. Ios. 10, 10 per viam Ascensus Bethoron. 18, 18 Ascensus Adommim. IV reg. 9, 27 Gaver. Is. 15, 5 Luith. *cf.* II Esdr. 3, 19 contra ascensum firmissimi anguli. 12, 36. b *ascensus arte factus* (*scalae, basis, sim.*): LIV. 41, 27, 8 *censores* gradibus ... ascensum ab Tiberi in emporium fecerunt. VITR. 4, 8, 1 *aedes rotundae sine cella* tribunal habent et ascensum ex sua diametro tertiae partis. 5, 6, 2 ascensus scalasque inter cuneos *spectaculorum*. 5, 6, 7 gradus ..., itinera, ascensus, pulpita *theatri*. COLVM. 8, 3, 6 ad tabulata per utramque cellam. HYG. castr. 58 ascensus valli duplices et frequentes facere. ITALA (Tert. scorp. 10) Amos 9, 6 qui ascensum (VVLG. ascensionem) suum aedificat in caelos. cod. Lugd. exod. 38, 23 fecit omnia vasa arae ... et ascensum (βάσιν) eius. VVLG. psalm. 103, 3 qui ponis nubem ascensum tuum. cant. 3, 10 *ferculi* columnas ... argenteas, reclinatorium aureum, ascensum purpureum (ITALA Ambr. virg. 3, 5, 21 acclinatorium ... aureum, dorsum ... gemmatum stratum). Ezech. 40, 22 septem graduum erat ascensus eius (*portae*). 40, 34 *al.* HIER. epist. 78, 4 Beelsephon ... 'ascensus speculae'. COD. Theod. 15, 1, 45 (*a. 406*) ascensibus ... his, qui ad superiores porticus ducunt, tam in latiorem modum patentibus quam pro ligneis scalis lapideis gradibus fabricandis. GREG. TVR. Andr. 12 ne viderent ascensum scalarum. CORP. VIII 15497, 3 (*a. 225*) porticum ascensus fori cum spiritis et gradibus ... fecit. XIV 3857, 7 *locus sepulcri* cum ascensu gradum VII (*opp.* descensus).

B *rerum*: PLIN. nat. 11, 138 in ascensu eius (*frontis*) supercilia homini (assensu, ansensu *codd.*). PORF. OPT. 20[b], 8 donec fastigia tota (*ver-*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

suum) ascensu iugi (*i. dum singuli versus singulis crescunt litteris*) cumulato limite claudat *Clio*. AMM. 20, 3, 5 *articuli* coactius ascensus vinciunt et descensus *solis et lunae*. VVLG. II Esdr. 4, 21 ab ascensu aurorae donec egrediantur astra. Ion. 4, 7 ascensu diluculi. DIOSC. 4, 109 solis (κατὰ τὰς ἀνατολάς; *opp.* descensum). MART. CAP. 8, 815 ascensus descensusque ad nos errantium (*siderum*) demonstremus. CAEL. AVR. acut. 1, 15, 116 si ... humor ... faciat ad caput ascensum. 2, 9, 41 materiae post tonsuram ascensus vexabiliter caput poterit onerare. 3, 2, 9 ascensus tumoris ex alto ad superficiem venire videatur (*opp.* descensus). chron. 1, 1, 14 exspirationis. 4, 8, 109 ascensu matricis ..., quem Graeci ἀναδρομὴν vocant (CASS. FEL. 77 p. 188 ad matricis adscensum sive supernum recursum, quem Graeci anadromen dicunt). 2, 9, 120 fluorem vocare id, quod adscensu quodam, non lapsu fertur. ORIBAS. syn. 1, 24 neque ex paludibus ascensum habeat turbulentum *aer*. OPTATVS p. 144, 16 Vind. ne ad deum supplicatio ascensum haberet.

II ***translate*** (*augmentum dignitatis, honoris, virtutis*): **A** *hominum*: CIC. Balb. 40 sibi et liberis ... sit his gradibus (*sc. officiis militaribus*) ascensus ... ad civitatem. har. 43 Clodio gradus ad rem publicam hic primus (*sc. aedilitas*) est aditus ad popularem iactationem atque ascensus. leg. 3, 7 ad honoris amplioris gradum ... primus ascensus esto *aedilitas*. PANEG. 10, 27 p. 234 recuperata ... Italia primus fuit liberandae urbis gradus et ad victoriam facilis ascensus. *c. gen.*: AMM. 14, 6, 8 quam ... sit pulchrum ... ad ascensus verae gloriae tendere longos et arduos. GREG. TVR. vit. patr. 2, 1 cuius sanctitatis fama ... per diversos gratiarum evehitur ascensus. CIC. Planc. 60 in virtute multi sunt ascensus ..., honorum populi finis est consulatus. CASSIOD. var. 11, 25 tribuere promotionis ascensus, quos labor militiae meretur. VENANT. carm. 1, 15, 22 *nobilitati* ascensum proles opima dedit. HIER. epist. 130, 7 *virginis* quanto sublimior ascensus est (*sc. ad sanctitatem*), tanto lapsus periculosior. 14, 8 (*opp.* lapsus). EVCHER. form. 8 p. 49, 19 Vind. ascensus profectus in deum; in psalmo (83, 6): ascensus in corde eius (VVLG. ascensiones). PROSP. in psalm. 119, 6 *deo* appropinquare debemus mentis ascensu. FAVST. REI. grat. 1, 9 p. 28 Vind. in humili Christiano ... subiectio cursus est et ascensus, in Iudaei elatione lapsus est et decursus. RVRIC. epist. 2, 16 p. 400 Vind. humilitas habere non potest casum, cum habeat semper ascensum. BENED. reg. 7 descensus ... et ascensus a nobis intelligitur ... exaltatione descendere et humilitate ascendere (*cf. p. 757, 66*). *nota*: HIER. epist. 7, 3 nobis adhuc in primo ascensu (*sc. perfectionis; allusio ad psalmos graduum*) flentibus. **B** *rerum*: CLEDON. gramm. V 37, 30 ascensus quidam ad amplificandam significationem gradus sunt dicti (*sc. comparationis*). AQVILA rhet. 40 p. 34 κλῖμαξ (*figura*) quod Graeci vocant, ascensus nominetur a nobis. malo enim ascensum quam scalam aut gradiculos, ut quidam, dicere. MART. CAP. 5, 536 κλῖμαξ est ascensus, ut est Ciceronis pro Milone (*Mil. 61*).

epitheta: ascensus: abditus a conspectu: LIV. 10, 14, 14. alius: CAES Gall. 7, 45, 10 *al.* altus: *p. 760, 51.* arduus: *p. 760, 44 sqq. et 53.* HIRT. Gall. 8, 40, 4. LIV. 25, 13, 13 arduo ac difficili ascensu. HIL. in psalm. 119, 6 arduus et angusti itineris ascensus. HEGES. 3, 9, 5 unus accessus arduo ascensu patebat. *cf. l. 63.* arenosus: VVLG. Sirach 25, 27. asper: SALL. Iug. 94, 2. bonus (melior): ITIN. Silv. 2, 3. citus: SIDON. epist. 1, 5, 2. difficilis: *p. 760, 43 et 46* BELL. Hisp. 8, 4 aditus ascensusque difficiles (LIV. 25, 36, 6 *cf. p. 760, 18*). LIV. 27, 18, 13. duplex: *p. 760, 69.* durus (*i. difficilis*): VITR. 3, 4, 4. facilis: CAES. Gall. 1, 21, 1 LIV. 26, 46, 2. 27, 18, 6 *crepido* faciliori ascensu (*sic Madvig*; faciliter in ascensum *cod. Putean.*). COLVM. 6, 37, 10. iniquus: LIV. 28, 16, 7 *al.* longus: *supra l. 25.* mollis: LIV. 27, 18, 14 mollioris ascensus viam. perangustus: *p. 760, 55.* primus: *supra l. 21.* tantus: *p. 760, 50.* terrenus: AMBR. Noe 34, 127. tutior: AMM. 20, 7, 13. PROP. 4, 4, 83 mons ... ascensu dubius. LIV. 5, 47, 2 saxo ascensu (in a. *al.*) aequo. SEN. dial. 6, 9, 3 locum ... arduum ascensu (*cf.* clem. 1, 19, 6). SIDON. epist. 3, 2, 3 colles ascensu salebrosos.

iuncturae verbales: ascensus: patet: VAL. MAX. 8, 15 pr. ascensum: conplanare: TERT. scorp. 10. dare: *p. 760, 35.* CAES. Gall. 7, 85, 6 agger ... Gallis. COLVM. 8, 3, 6 *al.* facere (*i. q. ascendere*): CAEL. AVR. acut. 1, 15, 116. fatigare: MART. CAP. 2, 182 (sescuplo fatigabat ascensum *circus solaris*). festinare: MART. CAP. 2, 181. habere: BELL. Hisp. 8, 4 RVRIC. epist. 2, 16 p. 400 Vind. ORIBAS. syn. 1, 24. parare: *p. 760, 25.* AMM. 31, 15, 13. praebere: LIV. 25, 36, 6. 30, 10, 3 COLVM. 6, 37, 10. 9, 7, 1. tardare: CAES. Gall. 7, 72, 4. temptare: LIV. 36, 24, 4 scalis (37, 32, 4 in muros). 42, 65, 7 AMM. 20, 11, 9 tribuere: MART. CAP. 2, 131 CASSIOD. var. 11, 25. ascensu: arcere: LIV. 7, 35, 5 *cf.* 9, 24, 7. prohibere: CAES. Gall. 5, 32, 2. *nota*: ascensu ascendere: AMBR. Noe 34, 127. ab ascensu: repellere: *p. 760, 18.* OROS. hist. 4, 14, 4.

synonyma: *ad I*: ascensio (clivus, *cf.* Ov. met. 11, 151), (gradus), recursus, scalae. aditus (*cf. l. 55*). *ad II*: profectus, gradiculus, gradus, scala. aditus. *opposita*: *ad I*: descensus (*cf.* LIV. 44, 33, 4), lapsus. transitus. *ad II*: casus, decursus, descensus (*cf.* EVCHER. form. 8 p. 49, 21 Vind.), lapsus.

Ascēnsus (-ī?) *m.* *deus ascensui praefectus. Aust, PW. II 1520.* TERT. nat. 2, 15 taceo Ascensum ⟨a scansione *Oehler*; ab ascensu *Goth.*⟩ et Clivicolam a clivis. *cf.* Scansus. *Hey.*

ascenus, -a, -um, ἄσκηνος. ENNOD. epist. 9, 20 p. 243, 5 scitis pro ascinis a quo veniat retributio si iuventur. *cf. Vogel, Archiv 1 (1884) 269.*

ascer *v.* assaratum.

ascesis, -eos *f.*, ἄσκησις. CANON. const. Migne 56, 790 si ... quemlibet occasione asceseos neglegat.

ascetēs (*vel* **asceta**), -ae *m.*, ἀσκητής. ITIN. Silv. 3, 4 senex integer et monachus a prima vita et, ut hic dicunt, ascitis. 16, 5. 10, 9 *monachos* hic ascites vocant. 20, 5. 12. 13. AVELL. p. 200, 21 ascetarum (ascitarum *cod. V*) scandalum.

asceterium, -ī *n.*, ἀσκητήριον. GLOSS. IV 22, 16 monasterium. COD. Iust. 1, 3, 34 (35) omnia privilegia, quae ... praestita sunt orphanotrophio sive asceteriis vel ecclesiis aut ptochiis seu xenodochiis aut monasteriis (*a. 472*). NOVELL. Iust. 6, 6 liceat eam (*diaconissam*) in aliquo venerabilium asceteriorum ordinari et in illo habitare. 123, 36 in monasteriis et asceteriis feminarum. 59, 4. 5. *in titulo* COD. Iust. 1, 3 *legitur* de episcopis et clericis et orphanotrophis et brephotrophis et xenodochis et asceteriis et monachis, *ut hic pro masc. haberi possit. cf.* archisterium.

ascetria, -ae *f.*, ἀσκήτρια. NOVELL. Iust. 59, 2 ut ex his pecuniis ... distributio fiat et decanis et ascetriis et canonicis et acoluthis. 59, 3. 59, 4. 5. 123, 21 diaconissam aut monastriam aut ascetriam (*inde* GREG. M. Mon. Germ. epist. II p. 414, 21 ascitriam). *Ihm.*

Ascha *v.* Axa. **Aschanath** *v.* Ascenez.

Aschenez *v.* Ascenez.

Aschetos, *acc.* -on, Ἄσχετος. *nom. equi.* STAT. Theb. 6, 462 rapidum Danaeius augur Ascheton increpitans meritumque vocabula Cygnum. *Diehl.*

Aschim (ascim *cod. Basil.*) *vicus Aegypti.* RAVENN. p. 126, 1.

Ascholius (*sic* PS. PROSP. chron. I 498, 380 ab Ascholio *ex* CASSIOD. trip. 9, 6 *cf.* 9, 12) *v.* Acholius, *episcop. Thessalonicae.* *V.*

ascia, -ae *f.* [*cf. esse videtur c. gr.* ἀξίνη, *got.* aqizi '*securis*'. *Th.*] *scriptum est* ascea *in optimis codd.*: CIC. leg. 2, 59 APVL. met. 3, 22; 7, 16 *in* F^1 *est* asteis *pro* asceis (*cf. etiam l. 44*). *contra* ascia, *ut solet scribi in libris et titulis, etiam* NOT. Tir. 119, 89. 131, 105 *legitur. de scriptura* ascea *cf. Vahlen, Z. f. öst. Gymn. 11, 1860, 20.* *definitio*: ISID. orig. 19, 19, 12 est autem *ascia* manubrio brevi ex adversa parte referens vel simplicem malleum aut cavatum vel bicorne rastrum. EXC. Bob. gramm. I 553, 16 ascia σκέπαρνον (*cf.* GRAMM. IV 581, 11). GLOSS. ascia σκέπαρνον; ferramentum, aecsa (*vel* etsa: *ubi* ıetsa *vel* aedsa *Kluge, anglos.*). DIOSC. 3, 141 ipsum ⟨semen⟩ velut assia (astia *P*) duo rostra habet (ὅμοιον πελέκει ἀμφιστόμῳ). *praeterea cf. l. 58.* *etymologia*: ISID. orig. 19, 19, 12 ascia ab hastulis dicta, quas a ligno eximit, cuius diminutivum est asciola. *Blümner, Technol. II 204. 208. III 109; Mau, PW. II 1522 sqq.; Ruggiero, diz. epigr. 712 sqq.; Forcellini-De Vit, Lex. s. v.* ascia; *Daremberg et Saglio, dictionnaire des ant. gr. et rom. I 464.* [*it.* ascia. *M.-L.*]

I ***proprie:*** *instrumentum*: **1** *fabrorum lignariorum ad ligna dolanda et polienda*: LEX XII tab. Cic. leg. 2, 59 rogum ascea ne polito. PLIN. nat. 7, 198 fabricam materiariam Daedalus *invenit*, et in ea serram, asciam, perpendiculum, terebram *eqs.* 16, 207 citissime ascias retundat *tilia*. TERT. apol. 12 in deos vestros ... incumbunt asciae et runcinae et scobinae. DON. Ter. Eun. 515 dolare fabri lignum, id est ascia caedere. VEG. mil. 2, 25 habet *legio* quoque dolabras, secures, ascias, serras, quibus materies ac pali dedolantur atque serrantur. VVLG. Ier. 10, 3 praecidit opus manus artificis in ascia. FAVST. REI. serm. 26 p. 329, 19 Vind. etsi silebat loqui voce, ascia personabat (*de Noë arcam aedificante*). *proverbialiter* (*cf.* securis): PETRON. 74 ipse mihi asciam in crus impegi. APVL. met. 3, 22 me ... sponte asceam cruribus meis inlidere compellis. COMM. instr. 1, 23, 5 ipse tibi figis asciam in crure de verbo. *cf. Otto, Sprichwörter p. 99.* **2** *agricolarum ad terram fodiendam*: PALLAD. 1, 42, 3 ascias in aversa parte referentes rastros. **3** *fabrorum caementariorum*: VITR. 7, 2, 2 sumatur ascia et quemadmodum materia dolatur, sic calx in lacu macerata ascietur. PALLAD. 1, 14 ascia calcem quasi lignum dolabis. *ibid. iterum.* **4** *lapicidarum*: VVLG. psalm. 73, 6 in securi et ascia deiecerunt eam (LXX ἐν πελέκει καὶ λαξευτηρίῳ). HIER. epist. 106, 86 λαξευτήριον autem, pro quo Latinus asciam vertit, nos genus ferramenti interpretamur, quo lapides dolantur. *in titulis provinciae Galliae, maxime Lugudunensibus (perraro aliarum), in quibus saepenumero etiam asciam (adiuncto haud raro in lapidibus Galliae Narbonensis perpendiculo, quod in Lugudunensibus numquam occurrit) exsculptam sive incisam videre licet, frequens est formula* sub ascia dedicare (*sive* ponere, curare *sim.*). *quae quid significet adhuc non satis constat; de variis explicationibus v. Forcellini, Ruggiero, Mau l. l. veri tamen simile videtur significari et monumentum opere nondum perfecto dedicatum esse* (*cf.* CORP. VI 10921 a solo et ab ascia Aelia ... fecit. 8931 ab ascia fecit) *et notari aedificationem imperfectam ob quasdam exonerationes religionis* (*cf.* DIG. 11, 8, 5) *adipiscendas. v. quae contra dicit O. Hirschfeld, Corp. XIII p. 256.* CORP. XII 2012 hoc sax(um) sub ascia ded(icatum) est. 784.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

1193. 1390. 2246. INSCR. Ephem. epigr. VII 889 (*Britann.*). CORP. XIII 1633. 1637. 1828. 1936 (monimentum). 1942 *et passim.* III 1712 (*Dalmat.*) *saepius.* XII 137 filio carissimo fieri curav(it) sub ascia. 3453 sub ascia posuit. XIII 2494 hoc opus sub ascia est (*cf. quae praecedunt*). VIII 8414 (*Mauretania Sitifensis*) e ruinis ascia dedicatum. *per compend. script. ex. gr.* XIII 1856 s(ub) a(scia) d(edicavit). *cf.* 5391 filio dulcissimo a. a. d. p. (*ab ascia dedicatum posuit?*). *nota*: CORP. XII 2041 inscrib⟨endum⟩ et consummandum curaver(unt) et sub ascia dedic(averunt). **II *translate*:** APVL. met. 7, 16 dentium candentium renudatis asceis (asteis F^1) totum me commorsicat. EVCHER. form. 7 p. 46, 1 Vind. ascia: pravorum persecutio.

derivata: asciculus, ascio, asciola. *Prinz.*

Ascia, -ae *nom. mul.* CORP. III 1603 Aur⟨el⟩(ia) Ascia et Aurel(ia) Marcelina. VI 6996 Ascia (*an* Asciana?). *corruptum videtur* X 559. **Asciānus** *cogn.* CORP. VI 16767 C. Decimius Ascianus. *V.*

asciamallia ascia et malleus simul (ascia malleus *b*) GLOSS. II 568, 28. *Prinz.*

Asciānus *v.* Ascia.

Asciburgium, -ī *statio Germaniae inf., nunc* Asberg. *Ihm, PW. II 1523 et suppl. I s. v.* TAC. hist. 4, 33 hiberna alae Asciburgii sita. Germ. 3 Vlixen ... adiisse Germaniae terras Asciburgiumque, quod in ripa Rheni situm hodieque incolitur, ab illo constitutum nominatumque. TAB. Peut. 2, 5 *inter Novaesium et Vetera* Asciburgia (*sic*). RAVENN. p. 227, 19 Ascibugio. *cf. Ptolem. 2, 11, 5 τὸ Ἀσκιβούργιον* (*ασβικουργιον*) *sc. ὄρος in media Germania situm.* *V.*

asciculus *v.* acisculus. **ascilla** *v.* axilla.

[**adscindo.**] CARM. epigr. 149, 5 *traditur* ... o adscindens amimai ..., *sed lectio incerta est* (*Bücheler temptabat*: in quinto adscendens animam deposui meam). *item abiciendae lectiones cod. Nazariani* SEN. benef. 7, 19, 9 adscindit (abscindit *vulg.*, ac scindit *Gertz*) *et cod. Corbeiensis* SALV. gub. 1, 43 adscissas (*vestes*), *quamquam Pauly adnotat hoc verbum fortasse ad exemplum praecedentis* adtritos (*pedes*) *a Salviano novatum esse; vera lectio sine dubio* scissas. *Ihm*

ascinus *v.* ascenus.

1. ascio, -āvī, -ātum, -āre. [*ab* ascia. *Th.*] *i. q. ascia dolare*: *cf.* GLOSS. asciatum *ἀξινῶρυξ*. VITR. 7, 2, 2 sumatur ascia et quemadmodum materia dolatur, sic calx in lacu macerata ascietur. AVG. gen. c. Man. 1, 8, 13 lignarium fabrum ... tam diu lignum caedere atque tractare dolando, asciando, planando vel tornando atque poliendo. in psalm. 30 enarr. 2 serm. 2, 6 quod (*lignum*) doletur, ascietur, deplanetur. *composita*: deascio, exascio, exacisclo. *Prinz.*

2. adscio (asc-), -īre. [*forma temporis praesentis novata pro vetere* ascisco *ad exemplum verborum* accio, -ivi, -itus *et* scio, -ivi, itus. *Th.*] PRISC. gramm. II 510, 15 *v. l. 67 sq.* VERG. Aen. 12, 38 Turno extincto socios sum adscire paratus. TAC. Agr. 19 *Agricola* non studiis privatis nec ex commendatione aut precibus centurionem militesve ascire (milites nescire *codd.*; *sc. ad contubernium?*). hist. 4, 24 adsciri in societatem Germanos. 4, 80 Antonium ... inter comites a Domitiano. ann. 1, 3 Germanicum ... per adoptionem a Tiberio. PRVD. perist. 2, 526 vittatus olim pontifex adscitur in signum crucis (*i. fit christianus*). SIDON. epist. 2, 6, 1 *Menstruanus* in boni cuiusque adscitur (ascitur, adsciscitur *al.*) amicitias. ALC. AVIT. epist. 16 non est ... minus in coniugium (-io *al.*) germanam coniugis quam uxorem fratris adsciri. GREG. TVR. vit. patr. 9, 1 adsciri ... in ordine clericorum. Franc. 2, 29 ut de utero meo genitum regno suo dignaretur adscire *dominus* (vit. patr. 13, 2 *lege*: regno ... adscribi). 9, 27 *pueri* detrahentes puellulam ... toro eius adscirent. LAMPR. Diad. 6, 4 (*de Antonini praenomine quibusdam principibus indito*:) aliud est, cum praenomen adscitur (adsciscitur *ed. pr.*), aliud, cum ipsum nomen inponitur. *Hey.*

asciola, -ae *f. ab* ascia *deminutive.* GLOSS. asciola *v. s.* acisculus. ISID. orig. 19, 19, 12 ascia ..., cuius deminutivum est asciola. [*hisp.* azuela. *M.-L.*] *Prinz.*

Ascion RAVENN. p. 51, 13 *provincia Persarum, Ἀσκῖται Ptolemaei?*

Ascis RAVENN. p. 232, 23 *statio Germaniae sup.* *V.*

adscīsco (asc-), -īvī, -ītum, -īscere. [*cps. ex* ad *et* sciscere. *Th.*] PRISC. gramm. II 510, 11 'ascisco, ascivi, ascitum' ... notandum, quod ab inchoativo 'scisco' composita primitivi, id est 'scio', habuerunt praeteritum, secundum rectam vero proportionem debent eorum quoque perfecta ab 'ascio' et 'descio' esse. *forma* adscisco *maxime in vetustioribus codd. extat, ut in palimpsesto* CIC. rep. 2, 13. 25. 33, *in codd.* LIVI *fere semper* (45, 25, 13 asciverant *Vindob.*), *nec non in lapidibus* (CORP. III 9506, 4. V 3117, 7. XIV 2112, 2, 6). atscisco: *cod. Reg.* CIC. Verr. 5, 115. asscisco: *hic illic in mss.* FRONTO p. 121, 8 N. adscisti. [LIV. 4, 25, 12 *cod. Paris.* adscieturam.] *verbum inde a* CIC. *invenitur apud scriptores pedestres, historicos maxime, et poetas, non apud* PLIN. *maiorem.* PAVL. FEST. 14 adsciscere est adiungere vel adsumere (GLOSS. IV 11, 12 *al.* V 261, 57 *al.* 2, 20 *al.* adsciscenda: adiungenda). GLOSS. *προσλαμβάνω*. adsciscit: *προσαιρεῖται*. adsciscitis: quaeritis. adsciscunt: adsociant (V 261, 11 *additur*: id est consentiunt), adducunt, adnectunt. adsciscet: evocabit, *ἐκάλεσεν*. adscivit: sociavit vel coniunxit, advocavit. adsciveri⟨t⟩: *προσείληφεν*. adscitus: *προσκληθείς*, invitatus. *cf.* accieo.

I adsciscere ***personam*** (*arcessere, adiungere, adsumere aliquem ad aliquid, alicui*): **1** *ad societatem, foedus, amicitiam* (*socium, foederatum facere*): CIC. Catil. 2, 8 nemo ... oppressus aere alieno fuit, quem non ad hoc incredibile sceleris foedus adsciverit *Catilina.* Verr. 5, 21 adsciverunt sibi ... oppidum piratae primo commercio, deinde etiam societate. rep. 2, 13 foedere ... Sabinos in civitatem. 2, 33. Lael. 50 bonos boni ... adsciscant ... sibi. CAES. Gall. 1, 5, 4 Boios ... socios sibi (3, 9, 10 SALL. Cat. 47, 1 LIV. 26, 37, 5 CAPITOL. Alb. 14, 2 OROS. hist. 3, 13, 9). HIRT. Gall. 8, 30, 1 exulibus ... adscitis. SALL. Cat. 24, 3. OV. fast. 4, 883 *Mezentium* suis ... partibus. LIV. 4, 31, 6 *Veientes* voluntarios undique ad spem praedae. 8, 27, 6 ex iuventute quidam ... pretio adsciti (*sc. mercennarii*). 27, 7, 2 *urbes* in societatem (33, 2, 9 ad societatem. AMM. 31, 8, 4). 45, 25, 13 *Caunii* Cibyratarum asciverant auxilia. CVRT. 4, 13, 28 in societatem. 7, 5, 21 *al.* SIL. 16, 663 ascivit reges *Scipio.* TAC. hist. 1, 54 adsciscitur auxiliorum miles (*a legionibus tumultuantibus*). 2, 5. 85 *al.* ann. 14, 40 subdidit testamentum ascitis (*sc. in societatem sceleris*) Vinicio ... et Terentio (*ibid.* sociaverant). 1, 25 in conscientiam facinoris. ann. 1, 60 in commilitium. VLP. dig. 17, 2, 63, 8 ut heres socius non sit, nisi fuerit adscitus (*cf.* 17, 2, 21 qui eum *socium* adsumpsit). APVL. met. 6, 26 comitibus adscitis, qui ... remanserant. 7, 5 illum, qui iam comprobatus videretur, adscisci (*sc. in societatem latronum*). 10, 13 adsciscor ... inter duos illos fratres tertius contubernalis. SOL. 9, 4 *Hermionam* in omnes casus sociam adsciverat *Orestes.* PANEG. 3, 17 adscitis Sacis. AMM. 14, 6, 13 agnitus ... tandem et adscitus in amicitiam *bene nummati.* 14, 10, 14 *Alamannos* auxiliatores pro adversariis adsciscamus. *nota*: VERG. Aen. 11, 308 spem si quam adscitis Aetolum habuistis in armis. **2** *ad varia munera et dignitates* (*arcessere, accire*): *in civitatem* (*cf. supra l. 6*), *senatum, patricios*: CIC. Arch. 4 *Archiam* non modo non segregandum ... a numero civium, verum etiam ... adsciscendum fuisse. Balb. 27 *aliquis* iure nostro ... mutare civitatem ... potest, modo adsciscatur ab ea civitate, cuius esse se civitatis velit. 30 ne quem asciscere civem aut civitate donare possimus (51 rep. 2, 34). rep. 2, 35 patres ... a se (*Tarquinio*) adscitos minorum *gentium.* LIV. 6, 40, 4 ex quo adsciti sumus simul in civitatem et patres (*cf.* TAC. ann. 11, 24. 25 CAPITOL. Aur. 1, 2). 23, 31, 11 *equites* vetere patria relicta in eam, ⟨in⟩ quam redierant, nondum adsciti. 34, 9, 3 ASCON. Pis. p. 5 B. STAT. silv. 2, 2, 136 *Polli* adscite meis *colonis.* 5, 3, 126. TAC. Agr. 9 revertentem *Agricolam* Vespasianus ... inter patricios adscivit (*cf.* ann. 1, 73 inter cultores Augusti). hist. 2, 53 in senatum (*cf.* 3, 52). TRAI. Plin. epist. 10, 115 contra legem adsciti ... cives. *similiter de dis*: CIC. leg. 2, 19 deos ... advenas ... publice adscitos. FEST. 185, 29 Quirinalis, socio imperii Romani Curibus adscito Quirino (*v. adnot. O. Müll.*). LVCR 5, 87 *v. infra l. 67.* *ad magistratus et dignitates*: CIC. Pis. 25 me patronum ... adsciverant *Capuani.* BELL. Alex. 59, 1 *milites* Marcellum ... ducem adsciverunt. CORP. V 3117 (*a. 48*) a Ti. Cla⟨u⟩dio ... adscíto in numerum Saliorum (LAMPR. Comm. 1, 10 in collegium sacerdotum). FRONTO p. 179, 8 N. publice instituendis adulescentulis adsciscatur *magister.* CAPITOL. Pert. 2, 4 vexillis regendis. SPART. Hadr. 8, 1 in contubernium *principis.* LAMPR. Hel. 12, 1 ad praefecturam. AMM. 16, 1, 1 in collegium fastorum a consule Augusto adscitus. 20, 8, 14 ⟨ad⟩ latus imperatoris. 16, 7, 6 in palatium (*i. ad ministeria aulae*). SVLP. SEV. chron. 2, 42, 5 *Hilarius* in societatem *ecclesiae* receptus concilioque (*episcoporum?*) adscitus est. AVELL. p. 64, 8 Vind. (*presbyteri ad imperatorem de electione papae*:) Bonifatium ... presbyterum ... acclamatione totius populi ... ascivimus (64, 4 elegimus). ENNOD. epist. 4, 20 (p. 113, 15 Vind.) in medium adscitus rei publicae. dict. 3 (p. 434, 20) adscitus ecclesiae. op. 2 (p. 290, 10) ad concilium. op. 3 (p. 344, 21) ad sacerdotium. ILDEF. vir. ill. 10 in pontificatum. CASSIOD. var. 8, 19, 3 *quaestorem* merito sibi ... electio triumphalis (*i. rex triumphales homines eligens*) asciverit. 1, 3, 2 quem iustus (*sc. rex*) elegerit, ... quem moderatus ascivit. COD. Theod. 8, 1, 3 (*a. 363*) rudes et nuper adscitos adiutores.

ad regnum vel imperium (*praesertim adoptione*): CIC. rep. 2, 25 regem alienigenam ... sibi ... populus adscivit eumque ... Romam Curibus accivit (*cf.* LVCR. 5, 87 in antiquas referuntur religiones *superstitiosi* et dominos acris adsciscunt, *sc. deos.* 6, 63). TAC. ann. 1, 10 Tiberium ... successorem adscitum (*ab Augusto.* SVET. Tib. 23). hist. 1, 16 nos (*Galba*) bello et ab aestimantibus adsciti. 1, 29 Germ. 22 ann. 12, 10. hist. 1, 22 in imperium (SPART. Sev. 23, 4). 11, 11 in imperium et cognomentum Neronis. PANEG. 12, 12. 7, 5 imperio. SPART. Did. 4, 5 CAPITOL. Macr. 5, 1. PS. LACT. mort. pers. 25 in societatem *imperii* (AMM. 15, 8, 1. 15, 10, 7). AVR. VICT. Caes. 13, 11 ad imperium. 39, 16 *Diocletianum* ascivisse consortio multos. AMM. 14, 11, 11 participem ... eum suae maiestatis adscisceret (adsciso et *cod.*). CASSIAN. inst. 12, 21, 1 Ioas ... rex ... ab Ioiade pontifice adscitus in regnum (ENNOD. op. 3, 101 p. 96, 30 Vogel. 3, 79 p. 92, 2 ad regnum ascitus [accitus *codd.*]. MARC. COM. auct. chron. II p. 104, 30 in regno). IORD. Rom. 379 Baduila iuvenis ... asciscitur (*sc. in regnum Gothorum*).

ad militiam: TAC. hist. 3, 50 ad has copias ... optimus quisque adsciti. AMM. 26, 7, 1 ⟨in⟩ insoliti casus ambigua (*sc. ad militiam*) ... adsciscebantur *mercatores.* 27, 8, 3 adscita ... legionum pube. MARC. COM. chron. II p. 92, 14 Theodericus ... adscitis suis ... advenit (p. 96, 24

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

sibimet). **3** *inter deos* (*in caelum recipere*): Ov. Pont. 4, 9, 127 superis adscite ... Caesar. SEN. dial. 12, 17, 1 *homines* aut adscitos caelo aut proximos. FRONTO p. 229, 7 N. *Somnum* in deum numerum adsciscit *Iuppiter*. APVL. apol. 22 priusquam in caelum ob virtutes ascitus est *Hercules*. TERT. apol. 11 maiestatis *divinae* ... consortio (*cf.* ALC. AVIT. hom. 7 p. 113, 21 ad divinae familiaritatis notitiam ... adscitus *Iudaeorum populus*). IVL. VAL. 3, 42 convivio caelitum. *de mortua*: CARM. epigr. 666, 4 martiribus adscita cluet. *de Loth*: ENNOD. epist. 1, 5 p. 13, 5 Vind. Abrahae meritis ... sanctorum turbis adsciscitur (adscribitur *Sirm.*). **4** *in familiam*: *adoptione (cf. p. 764, 65 sqq.), necessitudine (hereditate)*: VERG. Aen. 11, 472 qui non acceperit ... Aenean generumque adsciverit urbi. LIV. 21, 2, 4 *Hasdrubal* gener ... adscitus (*sc. ab Hamilcare.* TAC. hist. 1, 59 *cf.* ann. 5, 6. PS. LACT. mort. pers. 9, 1 sibi generum). VAL. MAX. 9, 5 ext. 1 *Alexander* Iovem ... patrem ascivit. SEN. dial. 10, 15, 3 ingeniorum familiae sunt: elige, in quam adsciscí velis. STAT. silv. 1, 1, 23 adscitae munere prolis (*i. adoptione Octavi*). 2, 1, 86 adscita ... pignora (*i. filii adoptivi. cf. p. 767, 3*). TAC. dial. 5 adsciscere necessitudines. ann. 15, 19 fictis adoptionibus ... filios. *nota* ann. 4, 57 Augustus Tiberio Germanicum, sibi Tiberium adscivit. hist. 1, 15 Crassi subolem in penates meos adsciscere. PLIN. paneg. 7 adscivit ... te filium ... princeps. PANEG. 5, 7 quem tibi ... affinitate adsciveras et maiestate sociaveras. CAPITOL. Aur. 3, 1 adscitus iam ⟨in⟩ imperatoriam *domum*. SPART. Ael. 2, 6 *Aelius* ascitus in Heliorum familiam, hoc est, in Hadriani transcriptus. 1, 2 adoptione ... familiae principum adscitus. SPART. Hadr. 4, 10 *Hadrianum* in adoptionem adscitum. CAPITOL. Gord. 29, 1 *Gordianus Philippum* in locum parentis. LACT. inst. 4, 20, 13 nos testamento suo adoptavit *deus* et ... in hereditatem regni caelestis adscivit. AVR. VICT. Caes. 4, 15 *privignum* in liberos. 16, 1 in familiam atque imperium. AVSON. 181, 9 non adscito tibi me (*abl.*) nec sanguine iuncto (*de consocero*). SIDON. epist. 5, 10, 2 hunc ... socer ... ultro in familiam patriciam (*sc. nuptiis filiae*). MODEST. dig. 1, 7, 40, 2 spado adrogando suum heredem sibi adsciscere potest. *adsciscere in nomen, cognomentum*: TAC. ann. 1, 31 in suum (*i. legionum Germanicarum*) cognomentum adsciscí imperatores. 2, 60 *cf.* 11, 11. 3, 30 in nomen. SVET. Galb. 17 *Pisonem* testamento ... in bona et nomen adscitum (Claud. 29 in nomen). AMM. 15, 11, 17 *sub II.* *feminas in matrimonium, concubinatum*: CAPITOL. Aur. 29, 10 concubinam sibi adscivit procuratoris ... filiam. AVR. VICT. orig. 9, 5 Laviniam ... in matrimonium. *cf.* AMM. 23, 6, 76 pro opibus quisque adsciscens matrimonia. OROS. hist. 1, 15, 9 Hippolyten matrimonio. 5, 10, 7 privignam ... coniugem. DRAC. laud. 3, 296 thalamis (*dat.?*) asciscere matres. *nota*: CIC. dom. 92 ego mihi sororem virginem (*sc. Minervam: Clodius Ciceronem fratrem eius se ferre dixerat*) ascisco: tu sororem tuam virginem esse non sisti. **5** *ad singularia vel privata negotia*: CIC. carm. frg. 32, 6 Iovis ... numen Mulcebri adscivit manus (*ad Promethea vinciendum*). Ov. trist. 1, 8, 34 *ego* ascitus *ab amico* ... in genus omne loci (ioci?). TAC. ann. 16, 20 *Silia* ipsi (*Neroni*) ad omnem libidinem adscita (*cf.* 14, 51 Tigellinus ... libidinibus adsumptus). GRATT. cyn. 16 adscivere tuo (*i. Dianae*) comites sub nomine divae gentem (*i. se ipsas*) omnes nemorum. FRONTO p. 121, 8 N. comitem tibi ad impetrandum adsciscí exercitum, sed loquentem exercitum, oratione pugnantem. PLIN. paneg. 28 V milia ingenuorum ... liberalitas principis ... conquisivit, invenit, adscivit *ad congiarium*. AVR. VICT. Caes. 40, 8 *adscito* in consilium *Iovio*. vir. ill. 10, 2 iuvenibus regiis ... comes adscitus *Brutus*. AMM. 15, 5, 8 adscito rationali. 18, 2, 1. 18, 3, 2. 19, 9, 5 *Craugasii uxor* supplicaverat regi, ut ... in potestatem suam iuberet ... maritum adscisci (*i. abeunti adiungi*). 22, 9, 13 *Celsum* adscitum ... in consessum vehiculi Tarsum secum induxit (*cf.* 16, 10, 12 *Constantius* per omne tempus imperii nec in consessum vehiculi quemquam suscepit nec in trabea socium privatum ascivit, *i. lateri suo adiunxit*). 28, 1, 19 ad sacrificandum. 28, 4, 26 periti iuris altrinsecus adsciscuntur (*a litigantibus.* ENNOD. op. 2 p. 58, 34 Vogel). AVG. epist. (*Quodvultdeus*) 221, 4 potui ... mecum imperitorum classes adsciscere (*sc. ad te supplicandum*). civ. 15, 13 p. 82 D. Ptolomaeus eos (*septuaginta*) ad hoc opus asciverat. SVLP. SEV. chron. 2, 2, 1. dial. 2, 5, 10 conloquio ... atque convivio. SIDON. epist. 9, 6, 1 arbitris palam adscitis. 9, 13, 4 *contubernales* undique. ENNOD. op. 1 (p. 212, 36 Vogel) ne ... fieret testis inpudentiae, qui adsciscebatur in adstipulatione victoriae (*sc. Choerilus ab Alexandro*). *in imagine*: SIDON. epist. 8, 16, 2 non hic (*i. in hoc opere*) ego commenticiam Terpsichoren more studii veteris adscivi.

II ***rem***: A *homines adsciscunt* (GLOSS. V 3, 5 *al.* ascivit sibi: adiunxit sibi alienum, quod non habuit): **1** *leges* (*recipere. cf.* scisco): CIC. Balb. 21 innumerabiles ... leges de civili iure sunt latae: quas Latini voluerunt, adsciverunt. 20. leg. 2, 11 ea ... laturos, quibus illi adscitis (illis adscriptis *codd.*) susceptisque honeste ... viverent. COD. Theod. 11, 36, 14 (*a. 361*) ad fucum iniquitatis augendum lex nostri genitoris adscita est. **2** *religionem, cultum, mores*: CIC. Verr. 5, 115 *sacra* ab exteris nationibus adscita atque arcessita. 6, 187 sacra ... a Graecis ascita et accepta. har. 27 ex Phrygia. LIV. 1, 20, 6 neglegendo patrios ritus peregrinosque adsciscendo. *cf. p. 764, 42.* CIC. Brut. 209 hanc consuetudinem lubenter adscivimus

II *i. q.* **attribuere**: *alicui rei*: CIC. Flacc. 74 tutor his rebus ... adscribendus fuit. 3, 298 propriis adscribere in horas partibus *signa*. AVIEN. Arat. 270 locus Arcturo ... ⟨hic⟩. *homini*: SEN. dial. 6, 21, 6 habebit quisque quantum illi dies primus adscripsit. benef. 3, 20, 1 corpora obnoxia sunt et adscripta dominis. 7, 7, 3 in iis observari sacrilegium, quae religio numini adscripsit. PLIN. nat. 10, 18 quoniam illi deo ales adscribitur. PAPIN. dig. 31, 69, 2 mater ... tutorem *filio* adscripsit. VLP. dig. 40, 7, 6, 7 hae (*condiciones*) ... personis eorum cohaerent, quibus adscribuntur. PAVL. dig. 19, 2, 54, 1 colonae *servus*. APVL. mund. 38 hinc Νέμεσιν (ennomon *libri*), quod unicuique adtributio sua sit adscripta. TERT. nat. 1, 10 regibus ... etiam sacerdotia adscripta sunt. 1, 16 bona. COMM. instr. 1, 16, 2 fata. MACR. sat. 1, 15, 19 Iunoni cuncti Kalendarum dies videntur adscripti. SIDON. epist. 9, 11, 5 sibi ascripta pagina. *de nomine* (*etiam de rebus*): SEN. epist. 110, 8 quae sint bona, quae mala, quibus hoc falso sit nomen adscriptum (PANEG. 6, 2 p. 150). AVSON. 229, 1 fatale adscriptum nomen mihi Protesilao. AVG. civ. 9, 23 nomen deorum falso ... diis gentium. MART. CAP. 3, 229. *cf. p. 773, 57.* *honori alicuius*: TERT. spect. 8 ova honori Castorum adscribunt. *de eis, quae mente alicui tribuuntur, in his potissimum exemplis*: APVL. apol. 31 vim omnium (omnem *cod.*) medicaminum non mari, sed terrae ⟨a⟩scripsisse. TERT. idol. 5 numquid et nos ... inconstantiam adscribimus omnipotenti? nat. 1, 19 id (*iudicium*) vos Minoi et Radamantho. 2, 3 quod mundi erit, hoc elementis. 2, 6 divinitatem. 2, 7 quod divinas (?) adscripserint foe⟨ditates⟩ divinitati[s] (indignas a. f. divinitatis *Hartel, Patrist. Stud. III 52*). anim. 11 spirare alii substantiae. 16 inrationale naturae. *cf.* 52 mors naturae. *ibid. diabolo* proprietatem naturae alterius. 21 trinitas animae. 32. 36 test. anim. 2 SOL. 1, 94. ARNOB. nat. 2, 76 infortunio voluptatem. FILASTR. 102, 2 AVG. civ. 12, 11 cap. 17, 13 cap. 18, 40 cap. LVCIF. reg. apost. 6 ne hinc ... quicquam tibi adscripseris felicitatis, quod. *librum scriptori, statuam artifici cuidam*: PLIN. nat. 24, 159 hoc volumen eius a quibusdam Cleemporo medico adscribi. 34, 64 *statuam* quidam Polyclito (35, 132). *nota i. q. ad se referre*: PHAEDR. 4, 3, 6 qui facere quae non possunt verbis elevant, adscribere hoc debebunt exemplum sibi. *i. fere q. inrogare*: AVELL. p. 286, 19 doctoribus ecclesiae contumeliam ex supra dictis impietatibus ... ascribere vel inrogare.

i. q. imputare: *alicui auctori* (*cf. l. 71*): CIC. inv. 1, 91 quare hoc incommodum Scipioni adscribendum videtur. LVCAN. 6, 48 Iliacos ... fabula muros ... deis. PLIN. nat. 25, 30 panaces ... dis inventoribus adscriptum (25, 35 Herculi. 25, 62 ipsi Mithridati. MART. CAP. 2, 158 *cf.* CAEL. AVR. chron. 1, 5, 179). ICTI. APVL. Plat. 1, 12 *nullius* mali causa ... deo. TERT. spect. 5 *beneficium Libero* demonstrati (-a *cod.*) gratia vini. IREN. 2, 4, 1. 4, 38, 4 (*cf. infra* imputant).

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

FILASTR. 112, 6. 7. VVLG. ecl. 29, 22 bona repromissoris sibi ... peccator. CLAVD. 22, 81 nec si quid ... impia turba ... audeat, adscribis iuveni. AVG. civ. 4, 9. 4, 13. SVLP. SEV. chron. 1, 42, 3 huic triplex peccatum, ... quod ... quia. *cf.* PLIN. nat. 34, 5 deorum operi. PAPIN. dig. 26, 7, 39, 14 neglegentiae tutorum. HIER. epist. 34, 3 non eius culpae. VVLG. II reg. 12, 28 nomini meo ... victoria. *alicui rei*: SEN. contr. 9, 2, 15 singulorum vitia nemo urbibus adscribit (SEN. epist. 50, 1 locis et temporibus). LVCAN. 9, 853 aetheriis ... causis, quod peream. PLIN. nat. 30, 39 omnia ... his ..., quae nos in gryllis rettulimus. APVL. apol. 84 nubendi ... rationem ... fato. TERT. nat. 1, 12 tertius gradus secundo. 2, 5 anim. 17. IREN. 4, 2, 7 legi. AVG. civ. 5, 4. 12, 11 cap. 14, 5 cap. 14, 16 cap. SVLP. SEV. chron. 1, 21, 7 Moyses ut terram promissam videret tantum nec contingeret, peccato eius adscribitur, quod ... dubitaverit. Mart. 4, 5 ignaviae. dial. 1, 11, 6 CAEL. AVR. acut. 2, 33, 175. SIDON. epist. 5, 20, 3 quod defuisti ..., modestiae. *cf.* καθ' ὑπαλλαγὴν *dicta*: LVCAN. 10, 239 zephyros quoque vana vetustas his ascripsit aquis (*ag. de Nilo*). CLAVD. rapt. Pros. 3, 419 cur autem adscribimus illum his lacrimis? carm. min. 2, 81 quis casum meritis ascribere talibus audet?

cum notione constituendi, praecipiendi, imperandi, destinandi: CIC. dom. 129 imperia ⟨a⟩dscribebantur (?, scribebantur *Lamb. al.*) nova iuventuti. SEN. dial. 1, 5, 9 ut *deus* bonis viris paupertatem *etc.* adscriberet (*in distributione fati*). TERT. orat. 22 idem tegumentum ... virginibus. HEGES. 1, 9, 3 tributa Moabitis iure victoriae adscripta. COD. Theod. 9, 40, 12 (*a. 378*) Campaniae consularibus formam iudicationis ascribimus. 1, 20, 1 multam. AMM. 29, 1, 16 vitae terminis a primigenio ortu adscriptis. *nota*: PAVL. dig. 40, 7, 10 *servum* adscriptum libertati, si. TERT. test. anim. 4 poenae et iudicio. PHAEDR. 4, 11, 8 olim cum adscriptus venerit poenae dies. LEO M. epist. 138 pascha ... in diem XV Kalendarum Maiarum. *cf.* 137, 1. *cf. talia, quae ex notione addendi (v. I B) profecta adiungunt hanc*: CIC. leg. 2, 50 pontifices ... isdem ferias et caerimonias adscribendas putant. GAIVS dig. 36, 1, 65, 8 si dandae pecunia⟨e⟩ condicio adscripta est heredi. MODESTIN. dig. 28, 7, 27, 1 heredi ... codicillis adscripsit (scripsis F^1, ἐπιτίθεσθαι *B*) condicionem. CASSIOD. var. 5, 39, 14 paraveredorum ... subvectiones exigere eos, qui habent veredos adscriptos. 12, 18, 2 paraveredorum adscriptus numerus procuretur. *cf.* 5, 39, 12.

cum notione addicendi, dedendi, adiungendi: SEN. dial. 11, 18, 7 Novatillam, quam sic in me transtuleram, sic mihi adscripseram. PLIN. nat. 29, 6 auditor eius Themison fuit seque inter initia adscripsit illi. IREN. 3, 10, 2 uti eum hominem, qui extra deum abierat, adscriberet deo. 4, 41, 1 omnes, qui sunt abscessionis, ascripsit illi (*diabolo*. 4, 41, 3). COD. Iust. 10, 32, 4 adoptivum filium ... ad vicem naturalis pignoris tibi. TERT. idol. 19 nullus habitus licitus est apud nos illicito actui adscriptus.

III *utraque notione, addendi (I) et attribuendi (II), cum* **accusativo duplici**: CIC. agr. 2, 24 ne ... illum sibi conlegam ascriberetis. Arch. 8 qui hunc ascriptum Heracliensem dicunt. Manil. 58 socius (Att. 14, 17^a, 1 quod volgo hominum opinio socium me ascribat tuis laudibus). Cluent. 34 tutorem (PAVL. dig. 27, 1, 32. 38, 10, 18, 1 qui se filio testatoris ... tutorem adscripsit). Verr. 3, 106 cognitorem. off. 3, 45 se ad amicitiam tertium. Tusc. 5, 63 tertius vobis amicus. VAL. MAX. 3, 8 ext. 3 se publicae dementiae auctorem. SVET. Vit. 14 coheredem (PAPIN. dig. 37, 7, 8). AVELL. p. 392, 25 apostolus dicit ... et qui consentiunt facientibus reos indubitanter adscribi.

structurae: *sequitur acc. c. inf.*, ut (CIC. Att. 10, 15, 4 MARCIAN. dig. 7, 5, 12), *enuntiatum interrogativum* (IAVOL. dig. 35, 1, 39, 1 POMP. dig. 33, 1, 1); *accedit* quod, quia (*l. 3. 8*); *acc. duplex* (*v. l. 47 et* SVET. Galba 2 TREB. Gall. 11, 3). *nota cum* de: LIV. 38, 38, 18 de Hannibale *aliisque* dedendis in hoc quoque foedere adscriptum est. GELL. 14, 7, 7 tum adscripsit de locis, in quibus senatus consultum fieri iure posset.

part. pro adi. **adscrīptus**, -a, -um. DIDASC. apost. 65, 12 qui enim, cum replet aures non intellegentium, adscriptus operarius deputabitur apud d(eu)m (ἔγγραφος λογιστήσεται). COD. Theod. 10, 20, 17 (*Theodos., a. 427*) sive conchyliolegulorum seu adscriptorum progenies fuerit colonorum. *cf.* 11, 3, 2 mancipia adscripta censibus (COD. Iust. 1, 3, 20, 1 censibus adscripti. *cf.* 1, 3, 16 fuerit adnotatus). *pro subst.*: PAVL. FEST. 14 adscripti dicebantur, qui in colonias nomina dedissent, ut essent coloni. LAMPR. Alex. Sev. 15, 3 ne quem adscriptum, id est vacantivum haberet.

adscrīptīcius, -a, -um. *ab* adscriptus. CIC. nat. deor. 3, 39 quos quasi novos et adscripticios cives in caelum receptos putant. PAVL. FEST. 14 adscripticii veluti quidam scripti dicebantur, qui supplendis legionibus adscribebantur ... hos et accensos dicebant ..., quidam velatos ... ferentarios ... rorarios. *cf.* adscriptivi *p. 776, 47.* TREB. XXX tyr. 18, 11 quod ... nullum adscripticium, id est vacantem, haberet et tribunum nullum stipatorem. *de censibus adscriptis (colonis, agricolis censitis; v. Seeck, PW. IV 498 sqq. sub v.* colonatus): COD. Iust. 11, 48, 19 (*Anast.*) NOVELL. 22, 17. GLOSS. ἐναπόγραφος. COD. Iust. [8, 51, 1 (*Alex. Sev.*) partus ancillae vel adscripticiae tuae; *vox a. interpolatione inlata videtur.*] 11, 48, 6 (*Valentinianus et Val., a. 366*) omnes ... fugitivos adscripticios colonos vel inquilinos sine ullo sexus muneris (numeri *codd.*) condicionisque discrimine. 1, 3, 36 pr. adscripticiorum creationes ... nullius ... esse momenti. *ibid.* ad similitudinem ceterorum colonorum in suos adscripticios. 11, 48, 21 quae etenim differentia inter servos et adscripticios intellegetur. 11, 48, 23. 11, 69, 1, 1 adscripticia vel ancilla. COD. Iust. 1, 3, 36 pr. qui cum essent adscripticiae nexibus condicionis conscripti (constricti *dett.*). 1, 4, 24 sive nomine dominii sive adscripticiae sive colonariae condicionis. 2, 4, 43 super servili vel adscripticia condicione. 3, 38, 11 servorum vel colonorum adscripticiae condicionis seu inquilinorum. 11, 48, 24.

ascrīptio, -ōnis. *ab* ascribere. GLOSS. διαγραφή. **I** *additio, adiectio, sim.*: CIC. Caec. 95 declarat ipsa (ista *codd.*) ascriptio esse aliquid; nam nisi esset, hoc in omnibus legibus non ascriberetur. HYG. grom. p. 116, 25 in formis locorum talis adscribtio ... facta est. CASSIAN. conl. 5, 16, 2 in catalogo ... describuntur septem nationes, in expugnatione vero earum sine numeri adscriptione ponuntur. PAVL. dig. 50, 16, 39 subsignatum dicitur, quod ab aliquo subscriptum est, nam veteres subsignationis verbo pro adscriptione uti solebant. SYMM. epist. 9, 10, 2 quod in excusationem sui aut suorum nostros quoque homines falsa adscriptione subdiderint. COD. Theod. 1, 16, 2 (*a. 317*) inspexerint atque probaverint suaque ascriptione signaverint. COD. Theod. 6, 28, 4 (*a. 387*) ascriptio principis exsecutionem fieri oportere. *de ascriptione in libris censualibus, publicis*: COD. Theod. 10, 21, 17 nexum maternae adscriptionis agnoscant. 13, 4, 4 (*a. 374*) ne servos quidem barbaros in censuali ascriptione profiteri. 12, 1, 117 (*a. 387*) quilibet ... fraudulentus in ascriptionibus illicitis ... fuerit inventus. OROS. hist. 6, 22, 7 cunctorum hominum edita adscriptione. *inde i. q. descriptio, constitutio*: COD. Theod. 8, 11, 1, 2 si quicquam pauperes hac adscriptione praebuerint. *cf.* praef. descriptio. 11, 1, 26 in quibus (*provinciis*) haec retinendae plebis ratio adscriptioque servatur. 11, 16, 2 sciant *provinciales* nullam sibi necessitatem indictionis imponi, sed huius adscriptionis necessitatem sublatam. 11, 16, 3 (*a. 324*) quotienscunque aliquam adscriptionem fieri necesse est. 11, 16, 14 ita ut eorum uniuscuiusque adscriptio excusetur. 11, 22, 5 quem ... necessitas publicae ascriptionis astringit. COD. Iust. 8, 11, 12 hoc pacto impendiis ordinandis, ut adscriptio currat pro viribus singulorum. *nota*: CASSIAN. conl. 17, 25, 19 quia filargyriae peste corruptus de adscriptione caelesti ad terrena deiectus est *Iudas*. *t. t. grammaticus*: CAEL. AVR. acut. 1 praef. 11 utrumne partitionum sive adscriptionum an appellationum sint causae. *i. q. scripta*: LEO M. epist. 138 in quibusdam ascriptionibus patrum.

II *i. q. attributio*: AMBR. exam. 5, 18, 58 alius totius paternae sortis ascriptionibus inundatur.

adscrīptīvī, -ōrum *m. ab* adscriptus. *v. Cichorius, PW. I 422.* PLAVT. Men. 183 idem istuc aliis adscriptivis fieri ad legionem solet. VARRO ling. 7, 56 (*ad Plauti versum*) ascriptivi quod olim ascribebantur inermes armatis militibus qui succederent, si quis eorum deperisset. *apud* NON. 57, 4 ab hac supervacaneorum consuetudine adscriptivi. 520, 5 ⟨qui⟩ quidem ascriptivi, cum erant adtributi decurionibus et centurionibus, quia eorum augebant numerum, accensi vocabantur. eosdem etiam quidam vocabant ferentarios. *cf.* adscripticius *p. 775, 75.*

ascrīptor, -ōris *m. ab* ascribere. CIC. agr. 2, 22 videlicet conlegas suos ascriptores legis agrariae non repudiabit. CORP. VI 7517 (*e columb.*) ...⟩ supra adscriptores eorum. CIC. p. red. 1, 9 cum in restituendo *Q. Metellum* auctorem fuisse ascriptoremque videatis. 1, 26 exstitit (dimittit *codd.*) non modo salutis defensor ... verum etiam ascriptor dignitatis meae. *v. Mess.*

[ascronium] *v.* aeschrionium.

Ascua *v.* Oscua.

Asculacae *gens Mysiae.* PLIN. nat. 5, 123 deportant Adramytteum negotia ... Macedones Asculacae (*v. l.* ascelacae *sim.*). *v. Bürchner, PW. II 1527.* *Diehl.*

Asculānus, Asculeus *v.* Asculum.

asculto *v.* ausculto.

Asculum, -ī *opp. Piceni primarium (municipium, postea colonia tribu Fabia), cf. Hülsen, PW. II 527.* Ἄσκλον (τὸ Πικηνόν) *Graeci, sed* PTOLEM. 3, 1, 47 Ἄσκουλον. STEPH. BYZ. (*ex Dionysio*) Ἄσκλος ... ἔστι καὶ οὐδέτερον (*item* Asculus PAVL. DIAC. hist. Lang. 2, 19). *hodie* Ascoli Piceno. CIC. Brut. 169 orationes Asculi habitae. Cluent. 21 apud Asculum. CAES. civ. 1, 15, 3 Asculum Picenum. LIV. per. 72 in oppido Asculo (*om. Nazarianus*). 76 Asculum a Cn. Pompeio captum est. 85. PAVL. FEST. 212 Picena regio, in qua est Asculum ... Sabini cum Asculum proficiscerentur. VELL. 2, 21, 1 VAL. MAX. 6, 9, 9. PLIN. nat. 3, 111 colonia Asculum Piceni nobilissima (*cf.* CORP. IX 5177 *a. 172 et infra sub* Asculanus). FLOR. 1, 14, 2 domiti ergo Picentes et caput gentis Asculum. 2, 6, 9 Asculo (Aesc- *codd. Palatinus et Vossianus*) furor omnis (*belli socialis*) erupit. 2, 6, 14 Asculi (Aesc- *cod. Vossianus*) eversione. OROS. hist. 5, 18, 8 apud Asculum. 5, 18, 26. MARC. COM. auct. chron. II p. 107, 544 Totila obsidet Firmum et Asculum. p. 107, 545. Asclum (*cf.* Ἄσκλον). SIL. 8, 438 inclemens hirsuti signifer Ascli. ITIN. Anton. p. 307, 6 Asclo (Asculo *unus cod.*) (p. 317, 1 Ascolo *codd. plerique*). TAB. Peut. 5, 3 Asclo Piceno. CORP. VI 32519 a II 9 (*a. 141*) M. Aurelius M. f. Fab. Musaeus Ascl(o)

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

praetorianus. **Asculānus** *adi. et incolarum vocabulum, Ἀσκολανός (Ἀσκλαῖος, Ἀσκλίτης).* CIC. Brut. 169 T. Betucius Barrus Asculanus. Sull. 25 est enim ipse a materno genere municipalis, honestissimi ac nobilissimi generis, sed tamen Asculani (Escul- *codd. Vaticanus et Bruxellensis*). VELL. 2, 15, 2 cum id malum ab Asculanis ortum esset. PLIN. nat. 7, 135 in triumpho Asculano. FRONTIN. strat. 3, 17, 8 Asculani. grom. I p. 18 Asculanorum. LIB. col. grom. I p. 227 ager Asculanus. p. 244 in scarifo regionis Asculanorum Piceni. . . . regionis Asculanae. GELL. 15, 4, 3 Asculanos (Aesc-, Esc- *codd. fere omnes*). TERT. nat. 2, 8 Asculanorum (Aesc- *cod. Agobard.*) *deam* Anchariam. apol. 24. VIR. ill. 65, 2 Asculanae et Fregellanae defectionis. LEO M. epist. 103 (exemplar sententiae) Lucretius episcopus Asculanus. AVELL. p. 170, 2 incipit epistola Quintiani episcopi Asculani (Ἀ⟨σ⟩κουλιανῶν; *cf.* Esculianorum CONC. Const. a. 536 [Mansi VIII p. 969 D]). p. 182, 3 explicit epistola Quintiani episcopi Asculitani. GREG. M. epist. 13, 18 Proculus diaconus ecclesiae Asculanae (Aesc- *unus cod.*). FAST. cos. Cap. a. 665 de Asculaneis Picentibus. CORP. IX 6086 XI (*glans Asculana*) Asclanis. 4547 (*Nursiae, periit*) coloniae A⟨scu?⟩-lanorum. 6414b (*Asculi, saec. III*) dec(uriones) et plebs Ascul(anorum). VI 1511 plebs coloniae Asculanorum. XIV 3900 (*imperante Severo Alexandro*) cur(atori) r(ei) p(ublicae) Asculan(orum). XI 1437 patronus coloniae Asculanorum. **Asculeus** *adi.* LVCAN. 2, 468 depellitur arce Lentulus Asculea (Aesc- *Montepessulani corrector, Bernensis, Vossianus 19 f. 63*). *Otto.*

Asculum Apulum *v.* Ausculum.

Asculus, -ī *nom. gent.* CORP. VIII 2457 (*in saltu Aurasio*) Asculus Mizza.

ascupa, ascura *v.* ascopa.

Ascuris palus *Thessaliae.* LIV. 44, 2, 6 Ascuridem paludem (44, 2, 11. 44, 3, 5. AMPEL. 16, 4 *trad.* sgiriam). FLOR. 1, 28, 4 Ascurida (astudam *B*, astundam *NL*) paludem. *cf. Oberhummer, PW. II 1702.*

Ascurum (*acc. sing. an gen. plur.?*) *opp. Mauretaniae.* BELL. Afr. 23, 1 ad oppidum Ascurum accedere coepit. *Diehl.*

ascus (-**um**?) *linter fraxinea, fortasse i. q. bavar.* asch 'Eschen-Nachen'. LEX Sal. 21, 3 si quis navem (ascum *et* vel ascum *habent vel adscribunt aliquot codices*) . . . furaverit. 21, 4 si quis ascum . . . furaverit (*gloss. Est.* 'id est scavola' *i. scaphula*). *Ihm.*

Ascyla, -ae *nom. mul. germ.* GREG. TVR. Franc. 2, 9 Theudomerem regem Francorum . . . et Ascylam (Asculam *B2*, Aschilam *C1*) matrem eius.

Ascyltos, -ī *puer amasius Encolpii apud* PETRON. *passim. nom.* Ascyltos: PETRON. 7. 9 *sqq.* 19 *sqq.* 57. 59. 72. 79 *sq.* 92. 97. 133. *acc.* Ascylton: PETRON. 6. 21. 72. 79 *sq.* 94. *Diehl.*

ascyroīdes *n., ἀσκυροειδές, herba.* PLIN. nat. 27, 37 ascyron et ascyroides similia sunt inter se et hyperico, sed maiores habet ramos quod ascyroides vocatur, ferulaceos, coma rubentes, capitulis parvis, luteis *eqs.* ind. 27, 20. DIOSC. 3, 165 asquiron aut asquiroides (ἄσκυρον οἱ δὲ ἀσκυροειδές) aut androsemon. *v.* ascyron.

ascyron *n., ἄσκυρον, herba.* PLIN. nat. 27, 26 ascyron non absimile est hyperico . . . cauliculis maioribus densioribusque et magis rubentibus *eqs.* 27, 37 (*v. sub* ascyroides). ind. 27, 10. 20. DIOSC. 3, 165 de asquirino. asquiron aut asquiroides . . . aut androsemon. 3, 166 androsemon . . . multi et istum asquiron dicunt, sed est distantia inter androsemon et asquiron et ypericon. *cf.* androsaemon. *Ihm.*

Asdara *statio Cappadociae.* ITIN. Anton. 215. 178 Osdara (211).

Asdingī, -ōrum, *Ἄστιγγοι, stirps Vandalorum.* CASSIOD. var. 9, 1, 2 Hasdingorum stirpem. IORD. Get. 113 Asdingorum stirpe. 91 Astringis. VICT. TONN. chron. II p. 198, 534, 1 Gunthimer et Gebamundum Asdingos (*v. l.* ard-). *nota sing.* VICT. TONN. chron. II p. 198, 531 Oamer Asdingum. *adi.* **Asdingus,** -a, -um. DRAC. satisfactio 22 nominis Asdingui bella triumphigera. *cf. Ihm, PW. II 1528.*

Asdod *v.* Azotus. **Asdrubal, Asdrubās** *v.* Hasdrubal.

Asdula *cogn. vir.* CORP. X 216 (*Grumenti*) Aur. Asdula mil. coh. V pretorie. *Diehl.*

Aseas *v.* Iesaias.

Asebāīm *indecl.*, הַצְּבָיִם, *Ἀσεβωείμ. nom. loci cuiusdam Palaestinae:* VVLG. I Esdr. 2, 57 filii Phochereth, qui erant de Asebaim. *Plenkers.*

Asedia *nom. mul. barbaricum, cf.* Asedus. CORP. III 5107 (*in Norico*) Cotulia Rusci f(ilius) . . . Asediae Maximi f(iliae) co(niugi).

Asednec *v.* Aseneth. [*Otto.*

Asēdōth *indecl.*, אַשְׁדּוֹת, *Ἀσηδώθ. nom. oppidi Palaestinae:* VVLG. Ios. 10, 40. 12, 3. 8. 13, 20. HIER. sit. et nom. p. 89, 5 *sqq.* Asedoth urbs Amorraeorum, quae cecidit in sortem tribus Ruben. appellatur autem addito cognomento Asedoth Fasga. p. 90, 3 *sqq.* CYPR. GALL. Ios. 412 ad . . . sepositam et Phasgam dudumque Asedota vocatum (-am *B*). *Plenkers.*

Asedullus *v.* Sedulius.

Asedus *vel* **Asedius** *nom. vir. barbaricum, cf.* Asedia. CORP. II 6249, 3 (*in cista Lusitana*) Sucnin(us) Asedi f(ilius). *Otto.*

Asēl *indecl.*, אָצֵל, *Ἐσήλ. nom. vir. hebr.* VVLG. I par. 8, 37 Elasa, qui genuit Asel. 38. 9, 43. 44 II par. 17, 8. *Plenkers.*

Asel *opp. Aethiopiae.* PLIN. nat. 6, 193 tertiam (*insulam in Nilo*) Medoen vocant, in qua oppidum Asel. *Diehl.*

asella *v. sub* asellus.

Asellicus, -ī *nom. vir.* CONC. Carthag. a. 411 (Mansi IV 161^e^) Asellicus episcopus ecclesiae catholicae municipii Tusuritani. CORP. XI 1902 (*Arreti*) depositus Aselicus. *Zimmermann.*

asellifer, -a, -um. *ab* asellus *et* ferre. CARM. poet. min. V 68, 57 *circulus solstitialis* inter aselliferi consurgit lumina Cancri.

asellio, -ōnis *m. ab* asellus. *i. q. asinarius.* ENNOD. carm. 2, 24 *titulus:* versus de eo qui dicebatur meretricis filius et asellionis esse (*cf.* 2, 24, 2 quem lupa sordenti conceptum fudit asello). ANON. praedest. haer. (Migne 53, 610) 1, 69 ipse salvatoris nostri cruor ad conservandum coetum catholicae fidei defecit, quem solus Donatus cum aliquantis asellionibus Byzacenis obtinuit (*cf.* PLIN. nat. 17, 41 in Byzacio Africae . . . campum . . . post imbres vili asello et a parte altera iugi anu vomerem trahente vidimus scindi). *Ihm.*

Asellio, -ōnis *nom. serv. et cogn. cum ingenuum tum libertinum.* GELL. 2, 13, 3 Asellio (2, 13, 2 Sempronii Asellionis) sub P. Scipione Africano tribunus militum ad Numantiam fuit resque eas, quibus gerendis ipse interfuit, conscripsit. VAL. MAX. 9, 7, 4 Sempronii Asellionis praetoris urbani (*a. 89 a. Chr.?*). SPART. Sev. 13, 7 Marcum Asellionem *senatorem.* *in lapidibus:* CORP. XI 1861 (*Arreti*) Asellion uxori. X 6700, 586 (*in vase Arretino*) Asellio Saufei. *cf.* II 4970, 49. III 4733 (*in Norico*) Cupitine et Asellioni parentibus. V 502 (*Capodistriae*) L. P. Asellio Plautiae posuit. V 4398 (*Brixiae*) P. Postum. Asellioni. V 5550 (*ad ripam lacus Verbani orientalem*) Asellio vilicus. V 8151 (*Polae*) C. Orbius Asellio.

Asellius, -a *nom. gentis plebeiae. scriptura minus solita:* CORP. VI 12556 Q. Asselli (*lectio inc.*). LIV. 4, 42, 1 M. Asellium (*trib. pl. a. 332 u. c.*). SVET. Tib. 42 Asellio Sabino sestertia ducenta donavit *Tiberius.* INSCR. Le Bas-Waddington 2213 (*Batanaeae a. 188/9*) ἐπὶ Ἀσελλίου Αἰμιλιαν⟨οῦ ὑ⟩πατικοῦ. SPART. Sev. 10, 13, 1 Asellium Claudianum *senatorem.* *in lapidibus passim:* CORP. VI 12512 Asellius Martialis. X 2109 (*Puteolis*) L. Asellio L. f. Mamiliano . . . L. Asellius L. lib. Hermes. IX 2376 (*Allifis*) C. Asellio Rufo. XI 442 (*Arimini*) Asellia. V 1413 (*Aquileiae*) Aselliae Glycerae. XII 4626 (*Narbone*) C. Asellius Austus. II 535 (*Emeritae*) Asellio Mercurio. VIII 3703 (*Lambaesi*) C. Iulius Asellius . . . Asellia Ianuaria. XIII 2881 (*Alesiae*) Asellií Saxsami fil. *al.* *adi.* **Aselliānus:** CORP. XI 1147 (*Veleiae, aet. Traiani*) fund(um) Asellianum. **Asellīnus** *nom. gent.?* CORP. X 8058, 61 (*in signaculo*) M. Asellini. *Zimmermann.*

asellulus, -ī *m. ab* asellus *deminutive.* ARNOB. nat. 3, 16 si aselluli canes porci humanum aliquid saperent fingendique haberent artes.

asellus, -ī *m. ab* asinus *deminutive.* PRISC. gramm. II 109, 14 in 'nus' . . . et in 'lus', si non habeant geminatam l . . . nomina duplicant l ante 'us': 'asinus asellus'. ISID. orig. 12, 1, 38 asinus et asellus a sedendo dictus quasi assedus. assellus: CORP. IV 1555.

1 *bestia quadrupes:* GLOSS. ὀνίσκος *passim* (*plerisque tamen locis piscis intellegendus videtur*). II 384, 3 ὀνάριον asellum. VARRO rust. 1, 20, 4 ubi terra levis, . . . ibi non bubus gravibus, sed vaccis aut asinis quod arant, eo facilius ad aratrum leve adduci possunt, ad molas et ad ea, siquae sunt, quae in fundo convehuntur. in qua re alii asellis, alii vaccis ac mulis utuntur, exinde ut pabuli facultas est. nam facilius asellus quam vacca alitur. 2, 6, 5 greges fiunt . . . mercatorum, ut eorum, qui e Brundisino aut Apulia asellis dossuariis comportant ad mare oleum. CIC. Att. 1, 16, 12 asellus onustus auro. rep. 1, 67 ut . . . in . . . tanta libertate canes etiam et equi, aselli denique liberi sic incurrant, ut iis de via decedendum sit. VERG. georg. 1, 273 oleo tardi costas agitator aselli vilibus aut onerat pomis (*inde* COLVM. 7, 1, 3). COPA 25 lassus iam sudat asellus. PROP. 4, 1, 21 Vesta coronatis pauper gaudebat asellis (*cf.* COPA 26 OV. fast. 6, 311 LACT. inst. 1, 21, 26). PRIAP. 52, 9 salax. OV. fast. 1, 391 caeditur et rigido custodi ruris (*i. Priapo*) asellus. 6, 339 senex, quo vectus erat, Silenus asellum liquerat (*cf.* LACT. inst. 1, 21, 25 *sq.* apud Lampsacum Priapo litabilis victima est asellus *eqs.* inst. epit. 18, 8). OV. fast. 1, 399 venerat et senior pando Silenus asello (*cf.* SEN. Oed. 429 te senior turpi sequitur Silenus asello). 3, 749 pandi tergo residebat aselli (met. 4, 27 ars 1, 543). 3, 755. 1, 433 rudes rauco Sileni vector asellus . . . edidit ore sonos. ars 1, 547 aurito cecidit delapsus asello (am. 2, 7, 15 auritus miserandae sortis asellus. met. 11, 179 aures lente gradientis aselli. fast. 6, 469. *cf.* PHAEDR. 1, 11, 6 auritulus. MART. 6, 39, 16 auribus longis, quae sic moventur, ut solent asellorum). VAL. MAX. 1, 5, 5. 7, 3 ext. 1 asellus, quem ante me agebam (ALF. dig. 9, 2, 52, 2 si quis asellum cum agitasset non retinuisset). 9, 12 ext. 6 PHAEDR. 1, 11, 3. 1, 15, 4. 1, 29, 4. 5, 4, 3 append. 14, 11. 21. COLVM. 6, 37, 8 qualem descripsi asellum, cum est a partu statim genitus, oportet matri statim subtrahi (CHIRON 784). 6, 37, 9 degener ac vulgaris asellus admovetur, qui sollicitet obsequia feminae. 7, 1, 1 principium tenebit minor Arcadico (*cf.* 10, 344) vilis hic vulgarisque asellus (PLIN. nat. 17, 41 vili asello, *v. sub* asellio). 7, 1, 3 omne rus tanquam maxime necessarium instrumentum desiderat asellum (PALLAD. 4, 14, 4 minor . . . asellus maxime agro necessarius est). 10, 81 stercore aselli. PLIN. nat. 18, 45 quidquid per

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

asellum fieri potest, vilissime constat. Ivv. 11, 97 parvis frons aerea lectis vile coronati caput ostendebat aselli, ad quod lascivi ludebant ruris alumni (*cf.* Hyg. fab. 274 p. 149, 7 antiqui ... nostri in lectis tricliniaribus in fulcris capita asellorum vite alligata habuerunt significantes suavitatem inventi). Svet. Aug. 96 asellus cum asinario occurrit, homini Eutychus, bestiae Nicon erat nomen. Apvl. met. 6, 26. 7, 8. 8, 29. 9, 39 iners. apol. 23 agellum ... solus uno asello ... exarabas. Cypr. Gall. iud. 628 tardi (*cf.* Val. Max. 9, 12 ext. 6). Carm. de Philom. 55 oncat asellus (*cf. p. 790, 83*). Itin. Silv. 11, 4 sedendo in asellis. Serm. domin. 4 (Migne 13, 652) Hier. epist. 108, 7 vita Hilar. 14. epist. 27, 3 Zachariae asellus ille. Vvlg. num. 16, 15 scis quod ne asellum quidem unquam acceperim ab eis. Ioan. 12, 14 invenit Iesus asellum (*ὀνάριον*) et sedit super eum. Avg. in psalm. 31 (Migne 36, 272) 2, 23 aut vero non plenum mysterii est, quod asellus (ev. Matth. 21, 7 *ὄνον*, Vvlg. asinum) adductus est domino? Svlp. Sev. dial. 1, 21, 4 qui antea pedibus aut asello ire consueverat, spumantibus equis superbus invehitur. 2, 3, 5. Evg. Tol. carm. 71 (*v. sub* arula). *in picturis, sim.*: Prop. 4, 3, 22 occidat, inmerita qui carpsit ab arbore vallum et struxit querulas rauca per ossa tubas, dignior obliquo funem qui torqueat Ocno aeternusque tuam pascat, aselle, famem (*cf. Pausanias 10, 29, 1*). Plin. nat. 35, 137 piger, qui appellatur Ocnos, spartum torquens, quod asellus adrodit (*pictura Nicophanis*). 142 *Nealces* asellum ... bibentem in litore pinxit et crocodilum insidiantem ei. 112 *Piraeicus* tonstrinas sutrinasque pinxit et asellos et obsonia ac similia, ob haec cognominatus rhyparographos. 116 *Augustus* primus instituit amoenissimam parietum picturam, villas ... litora, qualia quis optaret, varias ibi obambulantium species aut navigantium terraque villas adeuntium asellis aut vehiculis. Petron. 31 asellus ... Corinthius cum bisaccio ... tegebant asellum duae lances. Svet. Aug. 96 utriusque (*asinarii et aselli, cui nomen Nicon erat*) simulacrum aeneum victor posuit in templo. *cf.* Ivv. 11, 97 (Hyg. fab. 274) *supra l. 1 sq. cf. imaginem in aedibus Palatinis pictam asini molam versantis cum inscriptione* Carm. epigr. 1798 labora, aselle, quomodo ego laboravi, et proderit tibi.

proverbialiter vel translate de hominibus dicta: Plavt. Aul. 229 in mentem venit te bovem esse et me esse asellum: ubi tecum coniunctus siem, ubi onus nequeam ferre pariter, iaceam ego asinus in luto, tu me bos magis haud respicias, gnatus quasi nunquam siem (*praecedit v.* 226 venit hoc mihi ... in mentem, te esse hominem divitem, factiosum, me item esse hominem pauperum pauperrimum, *sequitur* 235 hoc magnum est periclum, ab asinis ad boves descendere; *cf. Otto, Sprichwörter p. 42*). Cic. de orat. 2, 258 in hoc genus coiciuntur proverbia, ut illud Scipionis, cum Asellus omnis se provincias stipendia merentem peragrasse gloriaretur: 'agas asellum' et cetera. *comparatur vulgo graecum εἰ μὴ δύναιο βοῦν, ἔλαυνε ὄνον, cf. Otto l. l. p. 42.* Imp. Avg. epist. *apud* Gell. 15, 7, 3 ave, mi Gai, meus asellus (asellus *codd. XII*, ocellus *Beroald.*) iucundissimus, quem semper medius fidius desidero, cum a me abes. *convicium*: Ivv. 9, 92 alium bipedem sibi quaerit asellum. *cf.* 6, 334 si ... desunt homines, mora nulla per ipsam quo minus imposito clunem summittat asello. Petron. 24 hodie enim post asellum diaria non sumo (*quod alii ad piscem referunt*). Lampr. Commod. 10, 9 habuit et hominem pene prominente ultra modum animalium, quem onon appellabat, sibi carissimum. Hier. epist. 27, 3 revertimur ad nostros bipedes asellos. Hor. sat. 1, 1, 90 infelix operam perdas, ut si quis asellum in campo doceat parentem currere frenis (*cf. sub* asinus *et Otto l. l. p. 40*). 1, 9, 20 demitto auriculas ut iniquae mentis asellus, cum gravius dorso subiit onus (*cf. Otto l. l. p. 43*). epist. 2, 1, 199 scriptores autem narrare putaret asello fabellam surdo (*Otto l. l. p. 41*). *sed non proverbialiter* Hor. epist. 1, 20, 15 ut ille qui male parentem in rupes protrusit asellum (*cf. Archiv 3, 1889, 60*). Mart. 12, 36, 13 nulla est gloria praeterire asellos (*cf. Otto l. l. p. 40 et sub* asinus). Arnob. nat. 6, 9 nonne illud est ... quod in vulgaribus proverbiis dicitur, fabrum caedere, cum ferias fullonem, et cum hominis consilium quaeras, ab asellis et porculis agendarum rerum sententias postulare? (*Otto l. l. p. 41*). Hier. epist. 107, 10 experimento didici asellum in via, cum lassus fuerit, diverticula quaerere. *nota*: Hier. vita Hilar. 5 ego, aselle, faciam ut non calcitres, nec te hordeo alam, sed paleis, *ubi* asellus *significat corpus humanum* (*cf.* Pavl. Nol. carm. 24, 617 sit fortis anima mortificans asinum suum. Evcher. form. 4 p. 27, 7 Vind. asinus: corpus humanum vel populus gentium). Avg. in psalm. 31 (Migne 36, 272) 2, 23 (*ad Matth. 21, 7*) populus mitis et mansuetus portans bene dominum asellus est (*similia v. sub* asinus *et* asina). *nota*: *fulcri genus, si recte traditur apud* Pallad. 1, 18, 2 (*in capite* de cella vinaria) quas (*cupas*), ne ambulacra prohibeant, asellis altioribus impositas vel supra dolia possumus conlocare (*in codicibus deterioribus extat* assellis, vassellis, duas sellis, *in edit. a. 1482* vasellis; basellis *fide caret*).

aselli, -ōrum *stellae duae in Cancro*. Plin. nat. 18, 353 sunt in signo cancri duae stellae parvae aselli appellatae. Avien. Arat. 1653 duo propter denique asellos suspice, quorum alius septem vicena trioni astra adolet, tepidum procul alter spectat in austrum. 1659. 1666 procul alterius iuba late flagrat aselli. Hyg. astr. 2, 23. *cf.* Lact. inst. 1, 21, 28 num ergo illud est verius quod referunt ii qui Phaenomena conscripserunt, cum de duabus Cancri stellis locuntur, quas Graeci *ὄνους* vocant, asellos fuisse, qui Liberum patrem transvexerint, cum amnem transire non posset? *v. etiam sub* asinus (asini). *cf. Haebler, PW. III 1460.*

2 *piscis*: Gloss. *ὀνίσκος passim.* II 384, 15 *ὀνίσκος ὁ ἰχθύς.* Cass. Fel. 28 p. 44, 17 asellos quos Graeci oniscos dicunt. Varro ling. 5, 77 vocabula piscium ... translata ... a coloribus ut haec: asellus, umbra, turdus. Laber. *apud* Plin. nat. 9, 61 postea praecipuam auctoritatem fuisse lupo et asellis Nepos Cornelius et Laberius poeta mimorum tradidere. Varro Men. 403 (Gell. 6, 16, 5) muraena Tartesia, aselli Pessinuntii, ostrea Tarenti. ling. 9, 113 item in piscibus dissimilis murena lupo, is soleae, haec ... mustelae, sic aliis, ut maior ille numerus sit similitudinum earum quae sunt separatim in murenis, separatim in asellis, sic in generibus aliis. Ov. hal. 133 tam deformi non dignus nomine asellus. Plin. nat. 9, 61 asellorum duo genera, collyri minores et bacchi, qui non nisi in alto capiuntur, ideo praelati prioribus. 32, 145 peculiares ... maris: accipenser, aurata, asellus. 32, 146 callarias, asellorum generis *pessimus.* 9, 58 quidam ... aestus impatientia mediis fervoribus sexagenis diebus latent, ut glaucus, aselli, auratae. 32, 113 ex asello pisce lapilli, qui plena luna inveniuntur in capite, alligantur in linteolo. Apvl. apol. 40 *Aristoteles* aselli piscis solius omnium in media alvo corculum situm pro maximo memoravit. Apic. 4, 133 pulpas piscis aselli fricti. Pol. Silv. chron. min. I p. 544, 11. Cael. Avr. chron. 1, 1, 22 pisces teneros, ut sunt scari, aselli, iulides. Cass. Fel. 1 p. 7, 1 piscem tenerum, ut est turdus, gobio aut asellus vel scorpius aut scarus. 46 p. 119, 13 torpedines, aselli, murenae. Evstath. hexaem. 7, 2. *cf. A. Marx, PW. II 1532.*

f. **asella,** -ae. Gramm. suppl. 96, 3 diminutiva nomina feminina in a desinentia primae sunt declinationis, ut haec ... asella. 70, 27 asina asella. Ov. fast. 6, 318 pumiceas versat asella molas (*cf. imago picta in aedibus Palatinis asini molam versantis cum inscriptione supra p. 779, 33 sq.*). 6, 312 ecce coronatis panis dependet asellis et velant scabras florida serta molas. ars 3, 290 ridet, ut rudit a scabra turpis asella mola. medic. 58. Ivv. 6, 469 illo lacte fovetur propter quod secum comites educit asellas. Ser. Samm. 338 niveus ... ex ubere sucus asellae. Cypr. Gall. num. 597 vatis conscendit asellam. Sedvl. carm. pasch. 1, 160 adfatur asella sessorem per verba suum. *Ihm.*

Asellus, -a (*ad nominis originem Scipionem Aemilianum alludentem facit* Cic. de orat. 2, 258) *cogn. cum ingenuum lib. reip. aetate iam extans, tum libertinum ex nom. servili profectum, crebrum apud christianos. nobilissimi Claudii Aselli*: Liv. 24, 8, 3 summus Romanus eques Asellus Claudius (*215 a. Chr.*). Ti. Claudius Asellus *tribunus militum a. 207 et aedilis plebei a. 205*: Liv. 27, 41, 7 Ti. Claudium Asellum tribunum militum. 29, 11, 13 Ti. Claudius Asellus et ... plebei aediles fuerunt. Ti. Claudius Asellus *praetor a. 206*: Liv. 28, 10, 3 creati ... Ti. Claudius Asellus (*praetores*). Claudius Asellus *consularis* (*circiter a. 152*): Liv. per. 48 Publicia et Licinia, nobiles feminae, quae viros suos consulares necasse insimulabantur. Val. Max. 6, 3, 8 ... item Licinia, quae Claudium Asellum viros ... necaverant. Ti. Claudius Asellus *trib. pleb. accusator Scipionis Aemiliani*: Gell. 3, 4, 1 P. Scipioni Pauli filio, postquam de Poenis triumphaverat censorque fuerat, diem dictum esse a Claudio Asello tribuno plebis, cui equum in censura ademerat. *alii nobiles*: Cic. Verr. 2, 21 P. Anni senatoris. 1, 104 P. Annius Asellus. *cf.* Corp. VI 34411 ... Anniae Asellae .... Schol. Hor. epist. 1, 13 per quem Vinnium Asellum solitus erat Horatius carminum suorum libellos Augusto dirigere. Corp. VI 1668 (*c. a. 469*) Fl. Eugenius Asellus v. c. praef. urb. *cf.* Sidon. epist. 1, 7, 4 ab hospite Flavio Asello comite sacrarum largitionum. Cod. Theod. 6, 30, 1 Impp. Gratianus Valentinianus et Theodosius AAA. Asellae. *humiliores*: Corp. XI 6700, 99 (*in vasculo Arretino*) Aselli. XV 7172 Asellus servus Praeiecti .... III 7844 (*Salatnae*) d. m. Calventia As⟨e⟩lla ... libertae *et passim nude. christiani*: Asella *filia Albinae, ad quam misit* Hier. epist. 45 *et de qua scripsit panegyricum ad sororem eius Marcellam* epist. 24. Inscr. christ. Rossi 1, 440 (*a. 396*) Asella que .... Canon. Migne 56, 874^{a} Philippum et Asellum presbyteros. Conc. Rom. a. 487 (Mansi VII 1172^{b}) ... residente venerabili viro papa Felice una cum ... Asello. *cf.* Mansi VIII 177^{c}. Conc. Afr. (Mansi IV 510^{b}) Asellus presbyter. Conc. Barcin. a. 540/541 (Mansi IX 109^{c}) ... sancti episcopi, id est ... Asellus Dortosanus *al. ad scripturam nota etiam*: Corp. XII 2197 (*prope Viennam*) filio Aselo. VI 33899 Aselles. *cf.* X 8139 (*Stabiis*) Aselies. VI 9663 Asellos. *Zimmermann.*

Asem *v.* Esem.

Asemōna *indecl.*, עַצְמוֹן, *Ἀσεμωνᾶ. nom. oppidi Palaestinae*: Vvlg. num. 34, 4. 5 Ios. 15, 4. Hier. nom. hebr. p. 16, 14 Asamona os eius, ab osse, non ab ore (p. 24, 5). sit. et nom. p. 87, 25 Asemona civitas in deserto ... (*cf.* p. 85, 30). *Plenkers.*

asemus, -a, -um, *ἄσημος*. Lampr. Alex. Sev. 33, 4 clamides hirtas Severi et tunicas asemas vel macrocheras ... ad usum revocavit suum. *Ihm.*

asēna *v.* harena.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Asena *indecl.* 1 אַסְנָה, Ἀσσα (Ἄσνα *A*). *nom. opp. Palaestinae*: VVLG. Ios. 15, 33. HIER. sit. et nom. p. 92, 28 Asna in tribu Iuda. 2 אַסְנָה, Ἀσενά, *nom. vir. hebr.* VVLG. I Esdr. 2, 50.

Asenaphar, אָסְנַפַּר, Ἀσσεναφάρ. *nom. Assyrii cuiusdam*: VVLG. I Esdr. 4, 10.

Aseneas *v.* Sinaeus.

Āseneth *indecl., aegypt.* es-Neit *i.* Neit deae dicata, אָסְנַת, Ἀσενέθ (Ἀσεννέθ *A*). *nom. fem. aegypt.*: VVLG. gen. 41, 45. 50 Aseneth filia Putiphare. 46, 20 AVG. quaest. hept. 1, 136. HIER. nom. hebr. p. 3, 13 Aseneth ruina. sit. et nom. p. 144, 13. *traduntur etiam formae* Asenet: SVLP. SEV. chron. 1, 11, 9 (Asenec *P*). Asennet: LIB. geneal. chron. I p. 177, 343 (asenech *G*). Asennes: CYPR. GALL. gen. 1294 . . . coniunx cui nomen Asennes. Asednec: ITALA cod. Lugd. gen. 46, 20. *Plenkers.*

Asenius *v. sub* Assius.

Asenneus, Asennus *v.* Sinaeus.

aseptus, -a, -um, ἄσηπτος. ITALA (*cod. Monac. ed. Ziegler p. 22, 11*) exod. 37, 4 columnas altas VIII de lignis aseptis (στύλους ἀσήπτους, VVLG. de lignis setim). 37, ? (*p. 23, 2 Ziegler*) columnae eius XVIII in lignis aseptis. *Ihm.*

aser (*correctum ex* asperser) cui lingua ligatur naturaliter GLOSS. II 568, 35. *hebraicam vocem esse arbitratur Rönsch, Rhein. Mus. 31 (1876) 457, vix recte.* *V.*

Āsēr *indecl.*, אָשֵׁר, Ἀσήρ. 1 *nom. vir. hebraicum. filius Iacob*: VVLG. gen. 30, 13. 35, 26 *et saepius.* CYPR. GALL. gen. 1097 Zelfa creat Gadumque Aserumque. *inde nomen tribus Israelitarum*: VVLG. num. 1, 13 de Aser Phegiel. 2, 27 iud. 1, 31. 5, 17 *etc.* *et terrae in qua haec tribus habitavit*: VVLG. Ios. 17, 7 fuitque terminus Manasse ab Aser. Ezech. 48, 3. AMBR. patr. 9 Aser . . . significat divitias. HIER. epist. 54, 16 Aser vel in beatitudinem vel in divitias vertitur. nom. hebr. 3, 7 Aser beatitudo vel beatus. 24, 16. *passim* (*cf.* LIB. geneal. chron. I p. 175, 319 ISID. orig. 7, 7, 16). EVCHER. instr. 2 p. 141, 16 Aser latitudo sive beatus. *cf. etiam* Asir. 2 *nom. oppidi Palaestinae*: HIER. sit. et nom. p. 93, 28 Aser civitas tribus Manasse. ITIN. Burdig. p. 19, 24 Aser, ubi fuit villa Iob (VVLG. Ios. 17, 10 in tribu Aser). *cf. Benzinger, PW. II 1533.* *nom. aliorum oppidorum v.* Asergadda *et* Asor. 3 *cf. sub* Assyr. *Plenkers.*

Aserai *v.* Hesrai. **Aserehel** *v.* Asriel.

Aserga *statio ad sinum Carmanium sita.* TAB. Peut. 12, 1. *Diehl.*

Asergadda, חֲצַר גַּדָּה, Σερί (Ἀσεργαδδά *A*). *nom. oppidi Palaestinae*: VVLG. Ios. 15, 27. HIER. nom. hebr. p. 24, 9 Asergadda atrium adcinctionis eius. *solo nomine* Aser *appellatur* HIER. sit. et nom. p. 92, 19 Aser in tribu Iuda. *cf.* Asor. *Plenkers.*

Asericinehae *vel* **Aserecinehae,** *cogn. matronarum dearum.* INSCR. Rhen. Bramb. 517 matronis Asericinehabus. INSCR. Bonn. Jahrb. 83 (1887) p. 137 nr. 216 Aserecinehis. nr. 217 Asere⟨cinehis⟩. *cf. Ihm, PW. II 1533.* *Diehl.*

Aseriē *v.* Asseria. **Asernai** *v.* Enan.

curia **Asernia** *Caeritum.* CORP. XI 3593 (*Caere*) deos curiales, genium Ti. Claudí Caisaris Augusti p. p. curiae Aserniae A. Avillius Acanthus, M. Iunius Eutychus dictatores de suo posuer(unt). *Otto.*

Aserōth (**Aserīm**), **Aserotum** *v.* Haseroth.

Iuliae **Asertidi** (*dat.*) CORP. VI 7483 (*e columb.*).

1. Ases *cogn. vir.* CORP. IX 5464 (*Falerione*) Q. Annalius Q. l. Ases Annalia Q. l. Stratonice heic requiescunt. *cf.* 2. Ases.

2. Ases, Ἄσσις, *pastorum rex Aegyptius.* Ios. Cassiod. c. Ap. 1, 81. *cf.* 1. Ases.

Asetium, -ī *opp. Campaniae.* LIB. colon. 1 p. 230 L. *cf. Hülsen, PW. II 1533, qui auctore Mommseno contulit* Casentium *in eodem libro bis memoratum.*

Asēus, -a, -um, *adi. pertinens ad* Ἀσέα, *Arcadiae oppidum, de quo disseruit Oberhummer, PW. II 1528.* PRISC. perieg. 408 Alpheus, qui Messene discingitur undis Eurotae. terris ambo nascuntur Aseis.

quae desunt sub **asf-** *v. sub* asph-.

asfalatro *v.* aspalathus.

Asfynis *statio Aegypti, Aegyptiorum veterum* Hasfunt, *nunc* Asfun. NOT. dign. or. 31, 11 Asfinis. 31, 40 *sub duce Thebaidos* equites felices Honoriani, Asfynis. *v. Pietschmann, PW. II 1533.* *Diehl.*

Ashur *indecl.*, אַשְׁחוּר, Ἀσχώ (Ἀσδώδ *A*). *nom. vir. hebr.* VVLG. I par. 2, 24. *Plenkers.*

asia, -ae *f.* [*fortasse leg.* sasia, *cf. c. cambr.* haidd *'hordeum', ind.* sasyám *'fruges'. Stokes, Ficks Vergl. Wörterb. d. indogerm. Spr. II⁴ 292. Th.*] PLIN. nat. 18, 141 secale Taurini sub Alpibus asiam vocant, deterrimum et tantum ad arcendam famem, fecunda sed gracili stipula, nigritia triste, pondere praecipuum. admiscetur huic far, ut mitiget amaritudinem eius, et tamen sic quoque ingratissimum ventri est. ind. 18, 40. *cf. Holder, altcelt. Sprachsch. s.* sasia. *Ihm.*

Asia, -ae *f.*, Ἀσία. *ad orthogr. nota* Assia GLOSS. V 268, 59. *cf.* Assian- *p. 784, 79 et 785, 20.* *ad decl.*: PRISC. gramm. III 476, 10 cuius declinationis est Asia? primae (ARS Bern. gramm. suppl. p. 95, 36). QVINT. inst. 1, 5, 17 plus exigunt subtilitatis quae accidunt in dicendo vitia, quia exempla eorum tradi scripto non possunt, nisi cum in versus inciderunt, ut divisio 'Europaï, Asiaï' (PAPIN. CASSIOD. gramm. VII 158, 14). *nota gen. graec.* CORP. X 3720 (*Literni*) Cossiniae Asies. *adde* CORP. III 14195 (*Ephesi*) . . .⟩rénsi et Asiaé. VI 1311 in Asiá. III 14188¹ (ad 355) Asiá(e). *ad structuram*: VITR. 2, 6, 5 Achaia Asia omnino trans mare ne nominantur quidem *fossicia harenaria* (*at* in Asia 2, 3, 4. 3, 3, 8. 9, 2, 1). TREB. POLL. Gall. 2, 5 Asiam primum venit. TAC. ann. 4, 13 civitati Cibyraticae apud Asiam, Aegiensi apud Achaiam. *ad prosodiam*: PRISC. perieg. 133 Āsia. *sed cf.* SERV. georg. 1, 383 *qui docet quid intersit inter* Ăsia *et* Āsia. A *terra*: VARRO ling. 5, 31 Asia dicta ab nympha, a qua et Iapeto traditur Prometheus. *inepte interpretatur* HIER. nom. hebr. p. 72, 19 elevans. p. 73, 26 elevata sive gradiens. p. 78, 29 elevatio. p. 80, 10 elatio. p. 76, 2 auferens sive pergens. *significat tam tertiam (vel dimidiam) partem orbis terrarum* (*in mythicis Priami patriam, velut* VERG. Aen. 2, 193. 557. 3, 1 *al.* PROP. 2, 3, 36 OV. am. 2, 12, 18 SEN. Ag. 203. 785 *al.* IVV. 10, 266 *unde orta sit* GLOSS. V 268, 59 Assia provincia Troiae), *quam Asiam nobis appellatam minorem et provinciam Romanam*: VARRO ling. 5, 16 nam et Asia, quae non Europa, in quo etiam Syria, et Asia dicitur prioris (prior *Spengel*) pars Asiae, in qua est Ionia ac provincia nostra (*cf.* ISID. orig. 14, 3, 1). CIC. epist. 15, 4, 4 de Syria, . . . de mea provincia, de reliqua . . . Asia. LIV. 37, 45, 14 *Asia* quae cis Taurum montem est. SOL. 40, 1 *Asia*: non eam Asiam loquor, quae in tertio orbis divortio terminos amnes habet ab Aegyptio mari Nilum (*cf.* TAB. Peut. 9, 1), a Maeotio lacu Tanaim: verum eam, quae a Telmesso Lyciae incipit, unde etiam Carpathius auspicatur sinus (PLIN. nat. 5, 102 MART. CAP. 6, 684). AVG. quaest. in hept. 6, 15 et pars quaedam quae proprie dicitur Asia, quamvis Asiam vel dimidiam terrarum orbem quidam, vel alii tertiam partem orbis (SERV. Aen. 3, 1 GLOSS. IV 478, 41) posuerint. POL. SILV. laterc. prov. 7 in Asia XII *provinciae*: Asia ipsa, in qua est Ilium. *unde opponuntur vel coniunguntur passim*: *Europa atque Asia*: *apud scriptores*: VARRO ling. 5, 16. 5, 31. 9, 27 rust. 1, 2, 4 CIC. ad Brut. 1, 2, 1 NEP. Milt. 3, 4. 4, 1 Them. 5, 3 VERG. Aen. 1, 385. 7, 224. 10, 91 LIV. 9, 16, 19. 35, 32, 14. 35, 48, 7. 36, 7, 10 *saepius* VAL. MAX. 6, 9 ext. 2. 8, 1 damn. 1 CVRT. 4, 1, 38. 6, 2, 13. 7, 8, 13 *al.* PLIN. nat. 2, 205. 6, 1 *al.* TAC. ann. 12, 63 FLOR. 1, 40, 3. 8. 13. 2, 6, 7 FRONTO p. 206, 7 N. SOL. 12, 1 *cf.* 15, 29. 16, 2. 23, 15 IVL. VAL. 1, 13 PAVL. NOL. carm. 19, 79 OROS. hist. 5, 3, 5 VEN. FORT. carm. 8, 3, 173. *Europam et Asiam disterminant Tanais* (OV. Pont. 4, 10, 55 CVRT. 6, 2, 14. 7, 7, 2 LVCAN. 3, 273 PLIN. nat. 4, 78 SOL. 40, 1 VIB. SEQ. geogr. p. 151, 23 ITIN. Alex. 35 HYG. astr. 1 p. 27, 15 B. TAB. Peut. 8, 5 *alii*), *Danubius* (SEN. nat. 6, 7, 1), *Hellespontus* (LVCAN. 2, 674. 9, 957 PLIN. nat. 4, 49. 75. 5, 141), *Thracius Bosphorus* (MELA 1, 101 PLIN. nat. 9, 50), *Cimmerius* (PLIN. nat. 4, 87), *Bosporus* (PLIN. nat. 5, 150. 6, 18). *in mythicis*: PROP. 2, 3, 36 OV. am. 2, 12, 18 SEN. Tro. 896 (*cf.* Ag. 205) Ag. 274 VAL. FL. 2, 614. 4, 728. 8, 396 STAT. Ach. 1, 82. 410. 730. *Europa Asia Africa*: SALL. Iug. 17, 3 in divisione orbis terrae plerique in parte tertia Africam posuere, pauci tantum modo Asiam et Europam esse, sed Africam in Europa *cf. l. 57.* VELL. 2, 40, 4 MELA 1, 8. 19 *sq.* LVCAN. 9, 872 *sqq.* PLIN. nat. 2, 173. 3, 3. 6, 210 FLOR. 1, 18, 2. 1, 24, 1 APVL. mund. 7 ANTHOL. 403 COSMOGR. geogr. p. 71, 11 *sqq.* p. 90, 7 *sqq.* AVG. civ. 16, 17 OROS. hist. 1, 2, 1. 6, 1, 6. 6, 17, 4 MART. CAP. 6, 622 IORD. Get. 4. ISID. orig. 14, 2, 1 Asia . . . Europa . . . Africa, quae et Libya nuncupatur. *vel Europa Asia Libya*: LVCAN. 6, 817. 9, 415 *sqq.* MART. 5, 74 AMPEL. 6, 2 (*cf.* 11, 1) SOL. 23, 16 AGENN. grom. p. 62, 7 L. ANTHOL. 400. 455. 456 PANEG. 11, 27 IVL. VAL. 1, 36. 3, 46 AVIEN. orb. 17 (PRISC. perieg. 15) *cf.* 812. 806. AVSON. 409, 17 *et* PAVL. NOL. carm. 2, 1 *sq. memores Sallusti.* VEN. FORT. vit. Mart. 3, 490. *Graeciam Asiamque saepe coniunxerunt* LIV. *et* PLIN. nat. *praeter hos*: SISENN. GELL. 12, 15, 2 CIC. Brut. 50 *sq.* VAL. MAX. 2, 2, 2. 9, 1, 5 MELA 2, 34 *al.* SVET. Iul. 28 SVET. (DON.) vita Verg. p. 62 Reiff. PANEG. 5, 18 IVST. 4, 3, 5 *alii. item Asiam et Achaiam* (OV. trist. 1, 2, 77. *alios invenies locos sub* Achaia *I, 383, 65*), *Asiam et Athenas* (CIC. de orat. 2, 360. 365. 375 Brut. 315 OV. trist. 1, 2, 77 PETR. 2 *alii*): *plerumque agitur de scientiae ac litterarum sedibus celeberrimis.* *epitheta*: INSCR. templi Ardeatis PLIN. nat. 35, 115 Asia lata. STAT. silv. 1, 4, 80 magnae. AVIEN. orb. 196 inmensae. HOR. sat. 1, 7, 19 ditem (AVIEN. orb. 696. 821. *cf.* LVCAN. 3, 162 dites Asiae populi. *idem* STAT. silv. 5, 3, 188). OV. met. 13, 484 florentis. LIV. 9, 19, 10 inbellem. MANIL. 4, 753 potentem (680 SEN. Ag. 785 LVCAN. 9, 1002. STAT. silv. 5, 2, 56 potentis [*Heinsius*, -tes *M*] mille urbes Asiae. PRISC. perieg. 951). SEN. Tro. 7 pollentis. SEN. Ag. 205 ferocis. IVST. 15, 4, 1 maiore (OROS. hist. 3, 23, 43). prol. 30 superiore (35). OROS. hist. 1, 2, 26 Asia regio vel, ut proprie dicam, Asia minor (ISID. orig. 14, 3, 38 *saepius*). CIC. Manil. 14 Asia tam opima est ac fertilis, ut et ubertate agrorum et . . . facile omnibus terris antecellat. PLIN. epist. 8, 20, 2 Achaia Aegyptos Asia aliave quaelibet miraculorum ferax commendatrixque terra.

Asia regio *v. l. 48.* Asia provincia: CIC. Flacc. 100 Deiot. 36 epist. 12, 7, 2. 12, 13, 3. 12, 15, 1 LIV. 38, 58, 8 VELL. 2, 18, 3 VAL. MAX. 4, 1 ext. 9 QVINT. inst. 11, 3, 162 IVL. HONOR. 31 geogr. p. 41, 10 (COSMOGR. 31 *ibid.* p. 85, 24) AVELL. p. 708, 20 GLOSS. IV 478, 42. provincia Asia: MON. Ancyr. 4, 49 VAL. MAX. 9, 7 mil. Rom. 1 LIV. per. 83 TAC. ann. 13, 43 Agr. 6 ITIN. Theod. 26 INSCR. *passim.* COD. Theod. 10, 1, 3 (*a. 381*) in Asia nec non proconsulari atque Asiana

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

dioecesi. *tractantur*: urbes Asiae (*inde a* CATVLL. 46, 6) *et praecipue* civitates Asiae (*inde a* LIV. 1, 45, 2 MON. Ancyr. 4, 49) *per totam latinitatem, semel tantum inveni* Asiae oppida: CAPITOL. Pius 9, 1. *satis saepe enotavi* Asiae populos, *primum e* VERG. catal. 3, 4 MANIL. 4, 622 *et* 671, *semel* Asiae gentes MANIL. 1, 770. CIC. Att. 5, 21, 7 Asiae nostrarum dioecesium. TRAG. Cic. orat. 163 frugifera et efferta arva Asiae (*plerique ll.* Asia: *sunt qui cogitarint de* Asius *sub* Asia palus). HOR. epist. 2, 3, 5 pingues Asiae campi (IVL. HONOR. 37 geogr. p. 44, 17 COSMOGR. *ibid.* p. 87, 19). LIV. 38, 16, 12 mediterranea Asiae. 45, 23, 16 totam Asiae regionem. SEN. epist. 94, 65 angulos. VAL. FL. 4, 211 ingens Asiae plaga. SIL. 1, 195 ingens Asiae latus. IVST. 38, 7, 6 caelo. AVIEN. orb. terr. 1230 *Caspia claustra* Asiae dixere fores (*cf.* PRISC. perieg. 951 Asiae ... claustra potentis). 832 molem. ITIN. Anton. 333 a Traianopoli Callipoli ad traiectum Asiae. *ibid.* a Callipoli traiectus in Asiam. *huc non appono exempla dictionum* ora Asiae, litora, confinia, insulae, montes *sim. haud magis* imperium Asiae, regnum (-a), res. *rariora tamen sunt haec*: OV. epist. 15, 175 sceptra. VVLG. I Macc. 13, 32 diadema Asiae (11, 13). STAT. silv. 1, 4, 80 quid geminos fasces magnaeque iterata revolvam iura Asiae? OV. fast. 6, 420 Ilus adhuc Asiae dives habebat opes. PROP. 1, 6, 14 Asiae veteres ... divitias. CLAVD. 20, 578 Lydos Asiaeque uberrima vastant ignibus. IORD. Get. 37 Asiae bona avidus mercator importat. LIV. 38, 17, 18 amoenitas ... Asiae (38, 49, 4. *cf.* 39, 1, 3. LACT. inst. 1, 7, 1). TAC. ann. 3, 7 per amoena Asiae atque Achaiae. hist 1, 10 in secretum Asiae sepositus. PLIN. nat. 5, 120 Ephesum alterum lumen Asiae. CATVLL. 68, 89 Troia ... commune sepulcrum Asiae Europaeque. MANIL. 1, 512 fatis Asiae iam Graecia pressa est. CLAVD. 21, 8 taedas. AVSON. 345, 17 res Asiae quantas leto dedit inmeritas fraus. 336, 73 prosa *v. l. 74.* CIC. Flacc. 60 Mithridatem deum, illum patrem, illum conservatorem Asiae ... nominabant. VERG. Aen. 2, 557 regnatorem Asiae (*Priamum*). 12, 15 desertorem (*Aenean*). STAT. Ach. 1, 530 eversorem (*Achillen*). IVL. VAL. 1, 36 Macedonum rex ... rex regum maximus Asiae seu Europae vel Libyae. CIC. ad Q. fr. 1, 1, 31 te parentem Asiae et dici et haberi. HOR. sat. 1, 7, 24 solem Asiae Brutum appellat stellasque salubris appellat comites. AVSON. 232 flos Asiae *Astyanax. cf.* IVV. 5, 56 flos Asiae ante ipsum *scil. graditur* (SCHOL. *ad l.* pulcher puer Asianus caro pretio comparatus). RVFIN. gramm. VI 576, 6 rhetoricis Asiae placuit bis fine trochaeus (*cf.* CIC. orat. 212). SEN. dial. 4, 5, 5 proconsule Asiae (PLIN. epist. 4, 3, 1 SVET. Cal. 57 TAC. ann. 3, 66. 3, 68. 13, 1. 16, 10 VOPISC. Aurel. 40, 4 AMM. 29, 2, 19 HIER. chron. a. Abr. 2142 NOT. dign. or. 1, 25 *sqq.* 20, 1. 20, 5. 20, 19 OROS. hist. 7, 13, 2 COD. Theod. *et* Iust. *passim* NOVELL. 8 notit. 2 INSCR. *passim*). PLIN. epist. 3, 7, 3 pro consulatu Asiae (SVET. Aug. 3 Dom. 10 TAC. ann. 16, 23. 16, 30 Agr. 42 CAPITOL. Pius 3, 5 LAMPR. Comm. 7, 1). TAC. ann. 4, 15 procurator Asiae. INSCR. *saepe, veluti* CORP. V 875 (*Aquileiae, a. 105, in antica*). II 1970 (*Malacae*). III 431 (*Ephesi*). CIC. epist. 12, 14, 5 procurationem. AMM. 27, 9, 6 Asiae vicarius (COD. Iust. 12, 49, 1 *a. 334.* 12, 23, 1 *a. 346.* 1, 6, 1 *a. 377.* 9, 46, 8 *a. 385 saepius.* LEX Burg. 14, 6). LAMPR. Diad. 8, 4 legatus Asiae. INSCR. *saepe.* COD. Iust. 11, 50, 2 comiti. *ad* proconsul provinciae Asiae, procurator, legatus (prov. proc. pr. pr.), quaestor *plurima collegit Ruggiero diz. epigr. I 716 sqq. rariora adiunxerim*: CORP. X 7583 (*Caralibus*) proc. Augg. item ⟨ad ve⟩ctig. XX her. per Asiam (7584). 6977 (*Messanae*) qui exiebat in officio Asiae ark. XX hered. III 6077 (*Ephesi*) arcarius provinciae Asiae. 431 (*ibid.*) proc. hered. et proc. pro⟨vin⟩ciae Asiae. *cf.* 7116. 7127 (*ibid.*) dispensator rationis extraord. provinc. Asiae. *cf.* 7130. 6753 (*Ancyrae*) proc. fam. glad. per Asiam. 7121 (*Ephesi*) tabular. provinc. Asia⟨e⟩. *in gemino graeco*: ταβλάριος ἐπαρχείας Ἀσίας. *cf.* 6075. 447 (*ibid.*) quadragesimae port⟨oriorum⟩ Asiae vilicus (*cf.* 7149 κοινωνῶν τεσσαρακοστῆς λιμένων Ἀσίας οἰκονόμος). *sim.* 7153. *contulerim* CIC. Att. 11, 10, 1 operas in portu et scriptura Asiae pro magistro dedit. *cf. Brandis, PW. II 1533.* *describunt* MELA 1, 49 *sqq.* PLIN. nat. 5, 47 *sqq.* OROS. hist. 1, 2 ISID. orig. 14, 3. TAB. Peut. 9, 2—10, 1 ASIA. RAVENN. *quo pertineat Aegyptus v. I 957, 63.* *ut fit saepe dicitur pro Asiae incolis*: CIC. Mur. 12 Att. 2, 16, 4. 5, 14, 2. ad Q. fr. 1, 1, 9 in luce Asiae, in oculis clarissumae provinciae. 1, 1, 30 *et* 34 epist. 15, 15, 2 NEP. Them. 5, 3 VERG. Aen. 2, 193 PROP. 2, 3, 36 OV. am. 2, 12, 18 LIV. 37, 15, 3. 45, 33, 3 SEN. dial. 11, 7, 2. PLIN. nat. 13, 24 Antiocho rege Asiaque devictis (33, 51. 148. 34, 14. 34). 13, 116. 18, 312. 19, 15 TAC. ann. 13, 33 hist. 2, 8. 4, 17 FLOR. 1, 41, 2 IVST. 2, 3, 17 AVSON. 240 SVLP. SEV. chron. 2, 38, 2 *al.* *nota translationem pro* rhetores Asiani: CIC. orat. 212 *cf.* de orat. 2, 95. AVSON. 336, 73 prosa Asiae in causis numeros imitata chororum. **B** *nympha*: *v. p. 782, 9 sq.* **C** *nom. serv. mul., cogn. lib. in titulis inde ab ultima lib. rei publ. aetate.* CORP. VI 3952 (*e monumento Liviae*) Asia Liviae *serva.* 26783 Statiliae Asiatice Asia sorori geminae. XIV 620 (*Ostiae*). X 3720 *cf. p. 782, 1. adde* 3508 (*Miseni*). XII 4818 (*Narbone*). III 14741 (*Salonis*). *cf.* 14195[41]. CORP. VI 2247 (= I 1034) Caecilia A. et Cn. l. Asia. 2223 Fannia (mulieris) l. Asia. Fannia (mulieris) l. Sura mater. 9411 vivit Gavia C. C. l. Asia. *ibid.* vivit C. Gavius C. l. Dardanus. 9435 v. Babbia (mulieris) l. Asia. 13542 *et* 28781 *v. sub* Asiaticus *p. 785, 77 et 786, 1.* 24829 Arria (mulieris) l. Asia. 27835 Mallia (mulieris) l. Asia. X 1010 (*Pompeis*) Melissaea Cn. l. Asia. *cf. p. 786, 39.* 4655 (*Calibus*) Patercilia C. l. Asia. XII 5038 (*Narbone*) Octavia (mulieris) l. Asia. 5170 (*ibid.*) Herenniae L. l. Asiae. CORP. VI 17112 Egnatiae Asiae. 29658 Aelia Asia. 32509 Clodiae P. f. Asiae. 34541 & Ateia Asia. XI 6580 (*Sassinae*) Sassinatiae Asiae. V 1190 (*Aquileiae*) Dindiae Asiae. 6388 (*Laude*) Variae Asiae. XIII 2180 (*Luguduni*) Iulia Asia. *derivata*: *graec.* **Asiāticus,** -a, -um, Ἀσιατικός, *vel subst.* Asiaticus, -a *sing. et plur., lat.* **Asiānus,** -a, -um, *vel subst.* Asianus, -a *sing. et plur.* *ad Asiam tam orbis terrarum partem, quam Asiam, quam dicimus minorem, et provinciam Romanam pertinet.* Asiāticus *semper fere adi., satis crebro legitur inde a* VARRONE (ling. 8, 56) *et* CIC. *praecipue et* LAEVIO (frg. 18), *rarius dicitur de oratoribus illis* (CIC. Brut. 51. 325 *ter* orat. 231 SVET. Aug. 86 IVL. SEV. rhet. 3 p. 356, *at subst.* CIC. orat. 230) *et substantive de incolis* (*semel plur.* PANEG. 9, 5. *sing.*: AVG. civ. 9, 4. *ex titulis addas l. 84 sqq.*). Asiānus *tam subst. quam adi. imprimis trahitur ad rhetores, saepius significat Asiae (provinciae) incolam (incolas) quam Asiaticus, Ciceroni qui primus usurpavit* Asiani *sunt conductores vectigalium* (Att. 1, 17, 9, Asiam *cod. Malaesp.; sed cf. Boot ad l.*), *latiore sensu adi. et subst. inde a* PLIN. nat. 2, 171 (*subst., uno hoc loco*) *et* IVV. 3, 218. 7, 14. VARRO ling. 8, 56 quoniam similia nomina sunt Asia Libya, dicemus Asiaticos et Libyaticos homines. PRISC. gramm. III 476, 8 *aliud derivativum vocis Asiae* Asianus et Asiaticus et invicem supra dicta tria (*accedit* Asius) pro sese proferri possunt. proprie autem Asius possessivum est, Asianus gentile, Asiaticus victoriae. **A** *ad Asiam pertinentia*: **I** *adi.*: **1** *ad animantia*: IVV. 3, 218 Asianorum veterum ornamenta deorum. PROSP. chron. I p. 495 Asianis episcopis. IVV. 7, 14 equites. VVLG. II Macc. 10, 24 equitatu Asiano. LIV. 39, 6, 7 exercitu. IVST. 38, 3, 8 Asiano. VAL. MAX. 1, 7 ext. 5 gentes. SOL. 2, 51 gens. CIC. Phil. 5, 20 gladiator. LIV. 36, 17, 5 Graeci. CIC. epist. 12, 15, 7 milites (CVRT. 10, 3, 5. IVST. 31, 6, 9 Asiani). Phil. 6, 10 myrmillone (12, 20). CORP. XI 5068 (*Mevaniae*) negotiator Gallicanus et Asiaticus. PALLAD. 12, 13, 5 oves. COLVM. 6, 1, 1 pecudes. AMM. 15, 9, 7 populos. AMM. 23, 6, 34 regibus (SVLP. SEV. chron. 2, 25, 4 Asianorum). CIC. Flacc. 60 testibus (65 *cf.* 66). Verr. 6, 146 venales. **2** *ad res*: FLOR. 1, 27, 4 Asiatica amoenitate. CIC. Manil. 19 belli (FLOR. 1, 24, 8. 1, 25, 1. 1, 35 inscr. 1, 35, 7 PANEG. 5, 11). IVL. HONOR. 37 geogr. p. 45, 1 campis (COSMOGR. 37 *ibid.* p. 87, 21). PLIN. nat. 35, 38 *cerussa* Asiatica, ... quae et purpurea appellatur. 25, 154 cicutae. SOL. 40, 5 cladibus. CAES. civ. 3, 40, 5 classe. CIC. Flacc. 37 creta. Att. 15, 11, 1 curatione. epist. 13, 67, 1 διοικήσεις. *ceterum semper* dioecesis Asiana: GROM. p. 267, 4 imp. Constantinus Aug. ad ... comitem dioeceseos Asianae (LATERC. Veron. 3. NOT. dign. or. 1, 31 *vicarius. idem* 24, 1. 11. 20. 29. 1, 64 per Asianam *scil. diocesim. idem* 1, 95. 2, 4. 2, 30. 11, 47. COD. Theod. *et* IVST. *saepe.* NOV. Theod. 5, 1, 1. NOV. Iust. 8, 2 *bis.* 23, 3, 1. CORP. III 352, 3, 24 *in Phrygia, a. 331* rationalem). CIC. Att. 6, 1, 15 edicto. CORP. II 4114 (*Tarracone, saec. II ex.*) expeditione Asiana (IVST. 2, 5, 1 MARC. COM. chron. II p. 81, 9). VI 8570 proc. fisc. Asiatic. 8571 tab. fisci Asiatici (8572 a commentariis. 8577 adiut.). SOL. 40, 15 flumina. ORIBAS. syn. 7, 18 galla Asiana. VAL. MAX. 3, 71^{d} gazae. FLOR. epit. 1, 47, 3 hereditate (1, 47, 7). VELL. 1, 6, 1 imperium. SOL. 40, 6 ingenia. AMPEL. 15, 18 insulas. CIC. Att. 4, 15, 2 iter (epist. 6, 7, 5). ad Q. fr. 1, 1, 17 itineribus. Flacc. 100 iuris dictioni (PLIN. nat. 5, 95 MART. CAP. 6, 682). FIRM. math. 1, 2, 4 lascivitas. CIC. Verr. 2, 34 legatione (LIV. 38, 53, 10 ASCON. Scaur. p. 21 B.). SOL. 38, 13 limitem. MELA 3, 36 litore. AVG. civ. 3, 21 luxuria (*ibid.* Asiana). PLIN. nat. 5, 102 mare (SOL. 23, 16 FLOR. 1, 41, 10 MART. CAP. 6, 684). MACR. sat. 7, 5, 24 mensa. AMM. 16, 7, 6 moribus. CIC. Mur. 31 nationes. CAES. civ. 3, 5, 3 navibus (3, 7, 1. 3, 106, 1). CIC. epist. 6, 8, 2 negotiationis. LAEV. frg. 18 ornatu. SOL. 15, 13 parte. CIC. Manil. 19 pecuniis. COL. 10, 412 *Persica* (PLIN. nat. 15, 39 *sq.*). PRISC. perieg. 937 per loca quae tendunt Asianae ad moenia petrae (Dionys. perieg. 1013 ὀφιήτιδος ... πέτρης). PLIN. nat. 35, 75 *genus picturae.* FLOR. 1, 40, 15 plagae (SOL. 10, 21. 17, 3. 19, 3). CIC. epist. 13, 72, 1 possessiones. CVRT. 10, 2, 25 praeda. VAL. MAX. 6, 9, 7 publici. HIL. syn. 63 Asianae ... provinciae (HIER. chron. a. Abr. 2211). MARC. med. 36, 54 pulveris Asiani, id est de lapide Magnesio ... unciam unam. MELA 2, 100 regionibus (AVIEN. orb. terr. 1254 Asianarum). APVL. mund. 26 regnum. SOL. 15, 5 Scythiae (15, 22). 40, 2 templa. AMM. 31, 2, 16 tractus. PLIN. nat. 35, 22 victoriae. AVELL. p. 701, 17 urbes et ecclesiae tam Ponticae quam Asianae. **II** *subst.* Asiānus, -ī. *plur.*: *Asiae incolae*: PLIN. nat. 21, 171 VLP. dig. 1, 16, 4, 5. CORP. III 870 *a. 235, Napocae.* FIRM. math. 1, 2, 3 luxuriosi semper Asiani ⟨et⟩ voluptatibus occupati. AVELL. p. 38, 6 LIB. gener. chron. I p. 107, 197, 39. p. 108, 205, 4 CHRON. Alex. *ibid.* p. 107, 167, 39. p. 108, 176, 4 CONC. Const. a. 536 Mansi VIII 969^{e}. *singuli*: CORP. X 6800 (*in Aenaria insula*) Ti. Cl. Pison. cen⟨t⟩. III Venere n. Asianus. FRG. Murat. 84 una cum Basilide Assianom. VVLG. act. 20, 4 Asiani ... Tychicus et Trophimus. HIER. chron. a. Abr. 2186 Apollinaris Asianus Hieropolitanus episcopus (PROSP. chron. I p. 429, 683). *ibid.* Melito Asianus Sardensis episcopus (vir. ill. 24 PROSP. *l. c.* p. 429, 682). a. Abr. 2023 Philistio mimografus natione Magnes Asianus. vir. ill. 37 Rhodon genere Asianus. Asiāticus, -a, *cf. l. 14. adde ex titulis*: CORP. IV 2393

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Dapnus Asiaticus cum sua ⟨D⟩apna Ionice hic et ubique. 2394 Dapnus Asiaticus. VI 9907 Tímotheus structor Laudica Asiatica. *cf.* XII 5837 (*Arausione, saec. I*): *ethnica potius hic habes quam cognomina.* **B** *ad rhetores*: **1** *adi.*: SEN. contr. 1, 2, 23 Asianus ... declamator. QVINT. inst. 12, 10, 1 Asianus eloquens *differt* Attico. CIC. de orat. 3, 43 eruditissimos homines Asiaticos quivis Atheniensis indoctus ... facile superabit. Brut. 51 oratores (SVET. Aug. 86 RVFIN. gramm. VI 575, 1. IVL. SEV. rhet. 3 p. 356, 15 Romanus orator Asiatico pressior). orat. 231 rhetorum. *cf.* opt. gen. orat. 8. EMPOR. rhet. p. 561, 8 characteres ... Asianum Atticum Rhodium. CIC. Brut. 325 dictionis. *ibid.* Asiatico in genere *orationis. ibid.* genus ... orationis Asiaticum. QVINT. inst. 12, 10, 17 Attici limati quidam et emuncti ... Asiana gens tumidior alioqui atque iactantior. CIC. orat. 27 more Asiatico canere. HIER. epist. 125, 6 qui Asianum tumorem Attico siccabant sale. **2** *subst. plur.*: SEN. contr. 9, 1, 12 rhetor ex Asianis non proiecti nominis. 9, 6, 16 QVINT. inst. 8 prooem. 17. 9, 4, 103. 12, 10, 16 Atticos atque Asianos. AVREL. ad Front. p. 86, 25 N. ius et aequom omnibus Asianeis erit apud te paratissimum. IVL. SEV. rhet. 3 p. 356, 14 Asianorum licentia. *ibid.* Asiatico *oratore. huc traxerim* GLOSS. IV 478, 43 Asiani Graeci (V 268, 31 A s s i a n i). *sing.*: SEN. contr. 10, 5, 21 Craton, venustissimus homo et professus Asianus (asinius *codd.*), qui bellum cum omnibus Atticis gerebat. QVINT. inst. 12, 10, 12 *Ciceronem* incessere audebant ut tumidiorem et Asianum et redundantem *eqs.* (12, 10, 24 *Platonem*). AMM. 17, 9, 3 *Iulianum* Asianum appellans, Graeculum et fallacem et specie sapientiae stolidum, *nisi adi. est.* **C** *ad* Assos. *cf. sub voce. adv.* **Asiānē.** QVINT. inst. 12, 10, 18 neque enim Attice pressi, neque Asiane sunt abundantes. **Asiāticus,** -ī, Ἀσιατικός. **1** *epitheton*: FAST. Capitol. a. Varr. 564 L. Cornelius P. f. L. n. S⟨ci⟩pio qui postea Asiaticus appellatus est. *cf.* CORP. I 1² p. 194 n. XIV ⟨L. Corneli⟩us P. f. S⟨cipio Asia⟩ticus ⟨cos.⟩. LIV. 37, 58, 7 *L. Scipio* ne cognomini fratris cederet, Asiaticum se appellari voluit. VAL. MAX. 4, 1, 8 Africano et Asiatico Scipionibus. *ibid. praeterea bis.* 5, 5, 1. PLIN. nat. praef. 10 L. Scipio Asiaticus (GELL. 6, 19, 5. 7 VIRI ill. 53, 1. 55, 1 CAPITOL. Gord. 21, 5). **2** *cogn. vir.*: *ad orthographiam et prosodiam*: CORP. VI 16167 C. Cornelius Asiatichus. VIII 12879 (*Carthagine*) Asiáticus Aug. lib. próc. regiónis Assurítánae. *cf. p. 786, 30. cogn. corrupt. ex* Africani TAC. orat. 14 (*cf.* QVINT. inst. 10, 1, 118). *nonnulli apud auctores, notissimi* Valerii Asiatici *consules et libertus Vitelli. duo christiani. satis crebro in titulis occurrit, imprimis Romanis.* SEN. nat. 2, 26, 6 Valerio Asiatico consule iterum (dial. 2, 18, 2 TAC. ann. 11, 1 *et* 3 *bis.* 13, 43. CORP. XIV 2412 *Bovillis* M. Valerio Asia⟨tico ... cos.⟩. CHRONOGR. a. 354 chron. I p. 57, 46 Asiatico II et Silano, *quique ab eo pendent* CONS. Const. Ital. PROSP. *v. Prosop. imp. Rom. III 352 et* Asiaticianus). *cuius fort. filius* TAC. hist. 1, 59 Valerius Asiaticus Belgicae provinciae legatus. 4, 4 consul designatus (*cf.* CORP. VI 1528). *idem videtur* CORP. XIII 5012 (*in Helvetia*) D. Valerio Asiatici libert. Sissi (sex)viro col. Eq(uestrium). CORP. III dipl. 26 (16) M. Lollio Paullino Valerio Asiatico Saturnino *cos. suff. a. 93* (XIV 4240 *Tibure. vix idem* VI 21482 M. Lollius Asiaticus). TAC. hist. 2, 57 ut libertum suum Asiaticum equestri dignitate donaret *Vitellius.* 2, 95 libertus Vitellii Asiaticus. *ibid.* misera civitas ... inter Vinios Fabios, Icelos Asiaticos varia et pudenda sorte agebat. 4, 11 (SVET. Vitell. 12 SIDON. epist. 5, 7, 3 *cf. Plut. Galba 20*). TAC. hist. 2, 94 Asiaticus et Flavus et Rufinus duces Galliarum. COD. Iust. 10, 70, 1 imp. Gordianus A. Asiatico. AVG. epist. 176 inscr. Asiaticus ... ex concilio Milevitano (CONC. Milev. a. 416 Mansi IV 334ᵉ). CONC. Mansi X 483ᵈ episcopus Tarraconensis metropolitanae civitatis. CORP. VI 7517 (*e columb.*) Asiatico *lib.* 10350 Asiatici Caesaris (27882). XII 759 (*Arelate*) Asiatici Confuleiorum o. h. s. s. III 2099 (*Salonis*) líb. XII 5686, 79 (*in vasculo*) Asiatici m. (XIII 10010, 178. VII 1336, 94. III 12014, 132). XIII 10010, 178 Asiaticus fe(cit). VII 1336, 95 Asiatici of. III 7027 (*a. 147*) off. Asiat. 7032 (*a. 164*) off. Asiatic. *cf.* T. Atili Asiatici *amphorarum*: XII 5683, 36. XIII 10002, 113. CORP. VI 33743 (*ad* 8680) P. Cornelio Scipione Asiatico *cos. a. 68* (471 III dipl. 6 *bis*). III 13580 (*in Aegypto a. 90/91*) L. Antistio Asiatico praef. Beren. XIV 3713 (*Tibure*) Valeri Asia⟨tici p⟩raefec. urbis (VIII 2747 *Lambaesi* Asiatico II et Aquilino cos. *a. 125.* IX 1617 *Beneventi* Valeri Asiatici praet. urb. 3917 *et* 3925 *Albae.* XV 504 *in latere* Val. Asiat. II. 505 Asiat. II 1114 Valer. Asiat. II. *cf.* CHRONOGR. a. 354 chron. I p. 58, 125 Asiatico II et Aquilino. CONS. Const. Ital. PROSP. *v. Prosopogr. imp. Rom. II 296*). VI 975 (*a. 136*) 4, 56 L. Volusius L. f. Asiaticus *magister vici.* III 1967 (*Salonis, a. 316*) Aur. Asiaticus. CORP. VI 10683 L. Aelio L. l. Eroti Asiatico *teste Sabino cod. Ottob. f. 142. cf.* 21021 L. Laelio Eroti Asiatico *teste Sabino cod. Ottob. f. 141′*: *cetera nomina non congruunt.* 12514. 12722 T. Attius Asiaticus. 13542 *?*⟩ Bellicio Asiatico filio piissimo Bellicia Asia b. m. f. 19854 C. Iulius Asiaticus. 22985. 25153 Publiciae Asiaticeni filiae dulcissimae ... Publicius Asiaticus et Val. Onagris parentes fec. 27571 C. Trausi Pudens et Asiaticus et Caesia Veneria coniun⟨x *eqs.* 27572 Trausia Asiatice vixit an. II di. XXX. Trausius Pudens vixit mens. IIII di. XXIII, CC. Trausi Pudens et Asiaticus et Caesia Veneria natis carissimis fecerunt. *postea adiecta*: Trausia Asiatici (*debuit* Asiatice) v. m. III d. XI. 28781 L. Vi(vio) Asiatico Vivia Asia vernae suo carissimo. 35654 L. Laevius Asiaticus. XIV 283 (*Ostiae*) A. Hostilius Asiaticus (V suppl. ital. 1090, 5 *in lamina plumbea, stilo exaratum*). 589 (*ibid.*) Antoniae′ Pelagiae T′. Staberius Asiaticus lib. patronae′ benemerenti fecit. 1762 (*ibid.*). 2620 (*Tusculi*) 1, 10 C. Oppius C. f. Asiaticus. IX 25 (*Lupiis*) Q. Volumnius Asiaticus aedilis flamini quaestor dumvir. 2477 (*Saepini*) C. Ennius C. l. Atticus C. ⟨Enni⟩us C. l. Asiatic. fratres *cf.* V 7111 *l. 18.* IX 3625 (*Aveiae*) M. Cocceio M. f. Pap. Asiatico. 4241 (*Amiterni*) C. Aufidio Asiatico et Gnesio. 4856. 6078, 78 (*in tegula*) Cn. Domiti Asiatici opus dol. X 446. 3617 (*Miseni*) L. Pompeío Ásiatico (triere) Sole nat. Alexandr. 613 (*Salerni*). 7374 (*in Thermis Himeraeis*). Ephem. epigr. VIII (ad CORP. X) 714 ⟨F⟩lavius Asiatic(us) ⟨A⟩lbinovan(us?). CORP. XI 2906 (*prope Volsinios*) P. Caprutí Asiatici. V 7512 (*Aquis Statiellis*) Vibio Asiatico (7513 C. Vibio C. f. Asiatico. 7514 genio Asiatici). *cf.* XII 4014 (*Nemausi*) C. Víbií Asiaticí. V 4482 (*Brixiae*) M. ⟨Va⟩le⟨r⟩i⟨u⟩s M. l. Pol. Anteros Asiaticus VI vír. 7592 (*in agro Hastensi*) Dianae Amandus Q. Valeri Asiatici. 7111 (*Taurini*) T. Sulpicius Attic⟨us⟩ T. Sulpicio Asiatic⟨o⟩ fratrí. *cf.* IX 2477 *l. 7.* V 6353 (*Laude*) L. Caesius Asiaticus VI vir flavialis. 747 (*Aquileiae*) VIII 12753 (*Carthagine*) C. Geminius Asiaticus ... Asiaticus pater pius fecit. 18931 (*Thibili*) Q. Antisti Asiatici. 21830 (*in Maur. Tingit.*) M. Antonius Navillus Asiaticus filius v. e. proc. Aug. XII 288 (*Fori Iulii*) ⟨G⟩aio Iulio Asiatico. 427 (*Massiliae*). 1613 (*in Luco Augusti*). VII 221 M. Ingenuius Asiaticus dec. al. Ast. III 329 (*Nicomediae*). 1800 (*Naronae*) T. Flavius Asiaticus T. Flavius Surus. 1998 (*Salonis*) 8896 (*ibid.*). 4870 (*Viruni*) C. Publicius Viruniensium lib. Asiaticus. 7044 (*in Phrygia*). 12234 (*in Asia*). **3** *signum*: CORP. VI 15159 Ti. Claudio Niceroti qui et Asiaticus. **4** *nom. gent., si re vera eiusdem originis est.* CORP. VI 1058 (*a. 210*) 2, 62 L. Asiatícus Maximus *miles.* **Asiātica** (-ē), -ae (-ēs *vel* -ēnis), Ἀσιατική, *cogn. mul.* CORP. VI 7899 (*e columb.*) Asiatice *dat.* 15624 Asiaticae *dat.* 11775 Anniae Asiatice. 12738 Mutilia Asiatica. 24031 Petroniae Asiatice. 25153 Publiciae Asiaticeni *cf. p. 785, 79.* 26783 Statiliae Asiatice Asia sorori geminae. 27571 *cf. p. 785, 80.* 28316 Vampia L. f. Asiatica. XV 7380 (*in fistula, saec. II med.*) Aemiliae Paulinae A s i a t i c e. *eandem puto* VI 28224 (*e Fabrettio*) d. m. Valeriae Iucund. coniuci b. m. fec. Saturninus Paulinae Asiaticae ser. IX 1910 (*Beneventi*) Cerrinia Asiatice. 1734 Afiniae Asiatice. *cf.* 3366. X 1011 (*Pompeis*) Melissea Sp. f. Asiatice. *cf.* 1010 Melissaea Cn. l. Asia. CARM. epigr. 430 (*Careis inter Romam et Caere rep.*) namque ego te semper, mea alumna Asiatica, quaeram. *praescr.* Terentiae P. f. Asiaticae. CORP. VIII 20614 (*in Maur. Sitif.*) Iulia Asiatica (20617). XII 1997 (*Viennae*) Ceria Asia⟨t⟩ica. *scaenici* **Asiāticiānī** et qui in eodem corpore sunt CORP. XII 1929 (*Viennae*): *traxerunt ad* Valerium Asiaticum *Viennensem, de quo cf. p. 785, 41 sqq.* **Asiānus,** -a *cogn.* CORP. VI 7027 (*e columb.*) Asianus vetranus. V 1766ᵃᵈᵈ· (*Fori Iulii*) Ti. Cl. Asianus (sex)vir Aquil. ACTA lud. sept. 4, 27 (CORP. VI 32329) Ta⟨///⟩a Cornelia Asiana Nummi Faustiniani. IX 1480 (*apud Ligures Baebianos*) d. m. s. Petilio Asiano Tintirius Asianus patri b. m. f. **Asiānī,** -ōrum *gens Scythica v. sub voce in ordine abecedario. adi.* **Asius,** -a, -um, *Ἄσιος. PRISC. gramm. III 476, 1 *derivativum vocis Asiae* Asius Asia Asium ... Asius possessivum est. *cf. p. 784, 22 sqq.* **Āsius** *nom. propr. et adi. v. sub voce et sub* Asia palus. *adi.* **Asius** *pro* Assius *vide sub* Assos. **Āsis** terra, Ἀσὶς γαῖα. OV. met. 5, 648 super Europen ... et Asida terram. 9, 448 Aegaeas metiris aquas et in Aside terra moenia constituis. *deriv. graec.* **Asias,** -adis, Ἀσιάς. PETR. 44 nec sudavit unquam nec expuit, puto eum nescio quid Asiadis habuisse. *adi.* **Asiacus,** -a, -um, *quasi* Ἀσιακός, *ad Asiam pertinet.* AMPEL. 18, 18 Asiacae provinciae. 47, 5 Asiacas gentes. **Asiagenus** (-ēs), -ī (-is). [Asiagenes *cogn. Graecorum modo fictum, forma* Asiagenus *propius accedit ad vocabula vere latina. Th.*] CORP. VI 1291 (= I 36, *in sepulcro Scipionum*) Co⟩rnelius L. f. L. n. ⟨Sci⟩pio Asiagenus comatus annoru gnatus XVI. *pertinere videtur ad nepotem eius qui Antiochum regem vicit.* LIV. 39, 44, 1 L. Scipioni Asiageni. EVTR. 4, 4, 3 nomen ... *Scipio* ad imitationem fratris Asiagenis accepit, quia Asiam vicerat, sicuti frater ipsius propter Africam domitam Africanus appellabatur. SVLP. SEV. chron. 2, 19, 4 Lucius Scipio Asiagenus (asyana *cod. Palat.*) *cf. Bernays, Ges. Abhandl. 2, 184.* SIDON. carm. 7, 80 Sulla Asiagenes Curius Paulus Pompeius. *cf.* Asiaticus *1.* **Asiarcha,** -ae *m.*, Ἀσιάρχης. **1** ἀρχιερεὺς τῆς Ἀσίας, *de quo multa docuerunt et composuerunt Brandis, PW. II 1564 et Ruggiero, Diz. epigr. I 728.* FIRM. math. 4, 21, 5 faciet ... gymnasiarchas, Asiarchas, provinciarum sacerdotes. AVG. epist. 29, 12 epistulam Asiarchae misimus. COD. Theod. 15, 9, 2 (*a. 409*) exceptis alytarchis syriarchis agonothetis itemque asiarchis, quorum nomen votiva festivitatis solennitas dedicavit. CORP. III 6835 (*Antiochiae Pisidiae, post Hadrianum*) agonothe(tae) perp. certam. qq. talant(iaei) Asiarch(ae) templ(i) splend(idissimae) civit. Ephes. (6836 A⟨s⟩iar. 6837 Asiarc.). *cf.* VVLG. act. 19, 31 Asiae principibus (Ἀσιαρχῶν). **2** *cogn. vir.* CORP. VI 13029 M. Aureli Aug. lib. Asiarchae. 21231 L. Licini Asiarchae. **Āsia** palus, Ἄσιος λειμών, *prope Caystrum Lydiae.* VERG. Aen. 7, 701 (SERV. *ad l.*). VIB. SEQ. geogr. p. 147, 17 Caystros per Hypaepam decurrit proximus paludi Asiae. p. 154, 5 *inter paludes* Asia

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Asiae, cui Caystros prope est. SERV. georg. 1, 383. *adi.* **Āsius,** -a, -um, *coniungitur aliis subst.* CATVLL. 61, 22 myrtus Asia. VERG. georg. 1, 383 Asia ... prata Caystri. SERV. *ad l.* Caystrus ... fluvius est, Asia vero palus, unde fecit 'prata Asia', et de palude Asia 'a' longa est; nam de provincia corripit 'a' (Aen. 7, 701). *fort. hinc orta est* Asia Deiopea VERG. georg. 4, 343 (HYG. fab. praef. p. 10, 20).

Asiac( ) *in lucerna Tarentina.* EPHEM. epigr. VIII (ad CORP. IX) 243, 2.

Asiacēs, *Ptolemaeo* Ἀξιάκης, *fluviolus Ponti, a quo nominati* **Asiacae.** MELA 2, 7 Asiaces proximus inter Callipidas Asiacasque descendit. 2, 11 Asiacae furari quid sit ignorant. PLIN. nat. 2, 230 in Ponto fluvius Asiaces (*trad.* Astaces) rigat campos. 4, 82 Asiacae cognomines flumini. SOL. 15, 14 (*ex* MELA 2, 11) *trad.* Asiatae. *v. Tomaschek, PW. II 2625 sub* Axiakes.

Asiācum monasterium *Galliae.* VEN. FORT. vit. Alb. 11, 30. *Diehl.*

asiadarides *vocabulum magicum in incantatione apud* CATONEM agr. 160 incipe cantare in alio s. f. (= *sic fertur?*) moetas vaeta daries dardaries a s i a d a r i d e s una petes, usque dum coeant. motas vaeta daries dardares a s t a t a r i e s dissunapiter, usque dum coeant. *confusae duorum codicum lectiones, cf. Skutsch apud Heim, Incantamenta magica p. 565 sq. (add. ad p. 533 sq.).* *Ihm.*

Asiānī *gens Scythica.* IVST. prol. 41. 42. *v. Tomaschek, PW. II 1605 sub* Asioi.

Asiaritānus *ethnicum videtur esse in titulo Risinitano parum certae lectionis* CORP. III 8397.

Asiatae *v.* Asiaces. **Asibel** *v.* Asbel.

Asice Sardinia TAB. Peut. 4, 1. *Diehl.*

Asicius *v.* Assius.

asida struthio *vel* in caelo i. stella vel aves *vel* miluus GLOSS. *v. Goetz, thes. gloss. 1 p. 102.* *Ihm.*

Asidius, Asidonius *v.* Assius.

Asido, -ōnis, *Ptolemaeo* Ἄσινδον, *opp. Hispaniae Baeticae, nunc* Medina Sidonia. *cf. Hübner, Corp. II p. 176; PW. II 1579.* PLIN. nat. 3, 11 in mediterraneo *latere Baeticae* Asido quae Caesarina. RAVENN. p. 317, 9 A s s i d o n e. NOT. Gall. add. inc. chron. I p. 573 civitas A s i d o n a. IOH. BICL. chron. II p. 212, 571 Asidonam fortissimam civitatem. *adi.* **Asidonēnsis,** -e. *subst. et plur. eiusdem oppidi incola (-ae).* CORP. II 2249 (*Cordubae*) Fabiae Cn. f. Priscae Asidonensi. EPHEM. epigr. VIII (ad CORP. II) 306 (*saec. II med.*) Caesarini Asidonens(es). CONC. Hisp. a. 619 (Mansi X 569ᵃ) Rufinus ... ecclesiae Asidonensis episcopus. Tolet. a. 633 (*ibid.* 642ᶜ) Pimenius Asidonensis ecclesiae episcopus. *cf.* Caesarinus. *Diehl.*

Asiēl *indecl.*, עֲשִׂיאֵל, Ἀσιήλ. *nom. vir. hebr.* VVLG. I par. 4, 35. Saraiae filii Asiel. *Plenkers.*

Asifa *signum.* CORP. III 14793² (*Salonis*) Iulio Crescenti qui et Asifa. '*nomen fortasse hebraicum*'; *cf. I Esdr. 5, 29* υἱοὶ Ἀσιφά. *Diehl.*

asifolium *herba.* [*ex* assus *et* folium *cps. esse videtur. Th.*] DIOSC. 4, 30 ἄγρωστις ... Ῥωμαῖοι γράμεν, οἱ δὲ ἀσιφόλιουμ (alphab. cod. Const. fol. 39ʳ ἀσιφόλλιουμ *i. q.* ἄγρωστις ἢ ἐπιμήλωτος). PS. APVL. herb. 77 Latini gramen, alii assefolium (*sic cod. Casin.*, assifolium *cod. Vrat.*, asyphylium *vulg.*, *cf. Archiv 10 p. 91*).

asignae κρέα μεριζόμενα GLOSS. II 24, 6 [*i. q. marrucin.* asignas *nom. plur., quod vocabulum rem sacram aliquam designat, quae in pompa fertur. de origine non constat; v. Planta, Grammatik d. osk.-umbr. Dial. 1, 381; Bücheler, Archiv 1, 103 sq.; Conway, the Italic dialects p. 603. Th.*]. *Ihm.*

Asignius, -ī. *nom. vir.* CONC. Const. (Mansi IX 175ᵃ) Asignio ... episcopo Traianopolitano.

Asīlās. SERV. auct. Aen. 12, 127 etruscum nomen. VERG. Aen. 9, 568 Emathiona Liger, Corynaeum sternit Asilas. 10, 175 hominum divumque interpres. 12, 127 fortis (12, 550). 11, 620. *cf.* Asilus.

Asīlī, -ōrum *gens Picena.* SIL. 8, 443 tellus possessa Pelasgis, quis Aesis regnator erat fluvioque reliquit nomen et a sese populos tum dixit Asilos. *cf.* Asilas *et* Asilus.

Asilia *v.* Absilia.

Asiliac (?) *in lucerna tarentina.* EPHEM. epigr. VIII (ad CORP. IX) 243, 3. *Diehl.*

Asilius *et* **Asillius** *v.* Assius.

asīlus, -ī *m.* [*inc. orig. Th.*] *proprie*: NIGID. frg. *apud* Serv. auct. georg. 3, 147 Nigidius de animalibus: asilus est musca varia, tabanus, bubus maxime nocens. hic apud Graecos prius myops vocabatur; postea ⟨a⟩ magnitudine incommodi oestrum adpellarunt (*cf.* SCHOL. Bern. georg. 3, 147). GLOSS. II 24, 11 οἶστρος τὸ ζῷον. 381, 19 οἶστρος ὁ μύωψ tabanus asilo (*sic cod., item nomin. traditur* II 374, 40. IV 311, 22. V 339, 12, *qui videtur natus esse ex Vergilii loco*). III 258, 27 ὁ οἶστρος asilus tabanus oestrum. II 568, 13 genus muscae. IV 21, 52 asilum (*trad.* assillum) tabanum *et saepius.* V 169, 17 asilum, quem graece oestrum, rustici tabanum appellant. *confunditur cum voce* asylum GLOSS. IV 480, 54 asylum locus sacer Romae vel genus vermis [vel] pecoribus permolestum *et similiter* V 268, 58, *neque raro in codicibus per* y *scribitur.* [*it.* assillo *M.-L.*] VERG. georg. 3, 147 est lucos Silari circa ilicibusque virentem plurimus Alburnum volitans, quoi nomen asilo (asylo *cod. P*) Romanumst, oestrum Grai vertere vocantes, asper, acerba sonans, quo tota exterrita silvis diffugiunt armenta .... hoc quondam monstro horribilis exercuit iras Inachiae Iuno pestem meditata iuvencae (*vide ad h. l.* PROB. genus est tabani adeo acre, ut soleat armenta bucera inquietare; vocatur graece οἶστρος. SERV. οἶστρος ... graecum est: latine asilus, vulgo tabanus vocatur. *cf.* HIER. in Os. 1, 4 p. 44 Vall. ISID. orig. 12, 8, 15). SEN. epist. 58, 2 quem Graeci oestron vocant pecora peragentem et totis saltibus dissipantem, asilum (asylum *codd. aliquot*) nostri vocabant (*affert versus Vergilianos supra laudatos*) ... puto intellegi istud verbum interisse. PLIN. nat. ind. 11, 34 reliqua scarabaeorum generis, asilus, papiliones. 11, 100 quibusdam aculeus in ore, ut asilo, sive tabanum dici placet, item culici. 32, 10 omnium piscium adipe camelos perungui in eo situ (*scil. Arabiae*), ut asilos ab iis fugent odore. VAL. FL. 3, 581 volucri ceu pectora tactus asilo emicuit Calabris taurus per confraga saeptis obvia. *translate*: GLOSS. II 28, 10 asilus furor οἰστρομανία (*sequitur* οἶστρος τὸ ζῷον). SCHOL. Stat. Theb. 1, 32 oestro: instinctu, stimulo, quem Romani asilum (asylum *cod. Monac.*), Graeci oestrum. *huc pertinere putat Rigaltius* TERT. pudic. 10 ebrietatis idolum et moechiae asilum (*trad.* asylum). *cf.* oestrus. *Ihm.*

Asīlus, -ī *nom. vir. cf.* Asilas *et* Asili. SIL. 14, 149 miles Tyrrhenus, Asilo nomen erat. *Diehl.*

Asima, אֲשִׁימָא, Ἀσιμάθ. *nom. deae Syrorum.* VVLG. IV reg. 17, 30 viri de Emath fecerunt Asima. *scribitur etiam* Asimath AVELL. p. 772, 7, Asama HIER. nom. hebr. p. 44, 19 Asama delictum. *inde* HIER. sit. et nom. p. 98, 1 Asima oppidum in terra Iudaeae, quod aedificaverunt hi, qui ad eam venerant de Emath. *Plenkers.*

Asimitius *cogn. vir. barb.* CORP. II 4118 (*Tarracone, ca. a. 166*) 1, 7 Flavius Asimitius. *Diehl.*

asina *v. sub* asinus.

Asina *cogn. vir. a duobus solis Scipionibus, quod sciam, consulibus a. 494 sive 500 et 533 usurpatum — cf.* FAST. Cap. L. Cornelius L. f. Cn. n. Scipio Asina *cos. 494 et 500*, P. Cornelius ... Scipio Asina *cos 533 —, nam de* Vinnio Asina *dicit* SCHOL. Hor. epist. 1, 13: hac epistula adloquitur Vinnium, qui alio nomine A s e l l u s vocabatur a patre, qui Asina dictus (*sc. ab Horatio*) a b u s i v e. *de Scipionum cognomine fabellas affert* MACR. sat. 1, 6, 29, *lepidiorem dat Wölfflin, Arch. 7 (1892) 279.* **Asinus** *cogn. sive agn. vir.* CORP. VIII 18997 (*Thibili*) M. Iavolen⟨i⟩us M. filius Quirina Victor Asinus. 13305 (*Carthagine*) M. Quintili⟨us A⟩sinus. **Asinārius,** -ī *nom. vir.* CORP. X 7868 (*Fori Traiani*) d. m. Asinarius. VIII † 13468 (*Carthagine*) Asinarius ⟨fi⟩delis in pace. *Zimmermann.*

Asinaeus *v. sub* Asine.

asinālis, -e. *ab* asinus. APVL. met. 4, 23 tandem ... asinali verecundia ductus, aegerrime tamen digrediens rivulo proximo sitim lenio. CHIRON 686 rutam mustelinam et origanum asinale super carbones ponito. 189 oportet ... fumigare rebus austeris: origano asinali (*cod.* asmali) et aspalto. *item* asmale *trad.* 353 (ὀνῖτις ὀρίγανος).

asināricius, -a, -um. ITALA cod. Rehdig. Marc. 9, 42 si circumdaretur mola asinaricia collo eius (μύλος ὀνικός, mola asinaria VVLG. *et cod. Amiatinus*). *cf.* asinarius.

asinārius, -a, -um. *ab* asinus. CATO agr. 10, 4 molas asinarias. 11, 4 (ITALA codd. Rehdig. Matth. 18, 6 mola asinaria, μύλος ὀνικός. HIER. in Mich. 1, 3 p. 471 Vall. *et* in Malach. 2 p. 961. VVLG. Marc. 9, 42. *cf.* asinaricius). CATO agr. 11, 2 iugum asinarium. APVL. met. 7, 8 mulierem. *nota*: APVL. met. 10, 19 nec ullam vaesanae libidini medelam capiens ad instar asinariae Pasiphaae complexus meos ardenter expetebat. GLOSS. II 68, 3 herba ⟨a⟩sinaria ῥοδοδάφνη (*suppl. a*, spinaria *c*). **Asināria,** -ae *f.* **1** *nomen fabulae Plautinae*: PLAVT. Asin. 12 Asinariam volt esse. VARRO ling. 7, 79 in Asinaria. FEST. 198 Plautus in Asinaria. GELL. 6, 17, 12. SCHOL. Stat. Theb. 6, 775. *saepius* apud GRAMM. **2** *et via et porta Romana. cf. Hülsen, PW. II 1581.* FEST. 282 infra viam Ardeatinam et Asinariam usque ad Latinam. CVRIOS. urb. 24, 8 REG. urb. 25, 8. PROCOP. Goth. 1, 14 p. 75 διὰ πύλης ἣν καλοῦσιν Ἀσιναρίαν. 3, 20 p. 360. 362. **3** *possessio*: GREG. M. epist. 9, 91 possessionem eam quae Asinaria (Asanaria *unus cod.*) dicitur. *subst.* **asinārius,** -ī *m.* [*it.* asinajo. *M.-L.*] GLOSS. II 24, 9 ὀνηλάτης, *et passim.* II 568, 28 asinorum pastor. CATO agr. 10, 1 bubulcos III, asinarium I (11, 1 VARRO rust. 1, 18, 1). VAL. MAX. 7, 3 ext. 1 (*asinarius cum asello*). SVET. Aug. 96 asellus cum asinario occurrit, homini Eutychus, bestiae Nicon erat nomen. APVL. met. 6, 20. SERV. georg. 1, 273 agitator (*sc. aselli*) verberator, ab agendo dictus (*auct.*: ac per hoc asinarius). *nota collegium asinariorum Potentiae Lucaniae*: CORP. X 143 coll(egium) mul(ionum) et asinar(iorum). EDICT. Diocl. 7, 17 camelario sibe asinario et burdonario (*in capite* de mercedibus operariorum). **asinārii** *per convicium dicebantur christiani*: TERT. nat. 1, 11 et hoc forsitan crimini datis, quod inter cultores omnium tantum asinarii sumus. apol. 16. *cf. sub* asininus *et* asinus *p. 789, 43 et 794, 24 sq.*

Asinārius *v. sub* Asina.

asinastra *ficus.* [*ab* asinus. *Th.*] CLOATIVS Macr. sat. 3, 20, 1 *Cloatius* diversas ficos ... dinumerat: Africa albula harundinea asinastra *eqs.* *cf. F. Seck, Archiv 1 (1884) 397.* *Ihm.*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Asinē (-a), -ae, Ἀσίνη. **1** *opp. Messenes*: MELA 2, 50 inter Taenaron et Acritan Asinaeus *sinus dicitur*. 51 in Asinaeo *sinu* flumen Pamisum *est notum*; ... nomen dedit urbs in litore sita ... Asine. PLIN. nat. 4, 15 sinus Asinaeus ab oppido *vocatus* Asine. LVCAN. 8, 195 Asinae (sasinae *BG*) cautes (SCHOL. *ad l.* insula. alii castellum Spartanorum). TAB. Peut. 7, 5 RAVENN. p. 376, 11. Guido p. 538, 19 Asinne. *v. Oberhummer, PW. II 1582, 2.* **2** *insula Hadriae*: MELA 2, 114. sinus **Asinaeus,** ὁ Ἀσιναῖος κόλπος. MELA 2, 50 *sq.* PLIN. nat. 4, 15. 4, 56.

Asinēs, *Thucyd. 4, 25* Ἀκεσίνης. *flum. prope Tauromenium.* PLIN. nat. 3, 88 flumen Asines. VIB. SEQ. geogr. p. 146, 10 Asinius. RAVENN. p. 405, 12 Asignus. *cf. Hülsen, PW. I 1164 sub Akesines 2.*

Asinī, -ōrum *gens Indica.* PLIN. nat. 6, 77 Asini, trium urbium incolae. [*Diehl.*

asinīnus, -a, -um. *ab* asinus. *proprie*: GLOSS. II 384, 7 ὄνειον χρέας asinina caro. III 316, 61 ὄνεια asinina (*scil. caro*). 571, 38 onargia (ὀνάγρεια?) i. asinina s. caro. VARRO rust. 2, 8, 2 pullum asininum a partu recentem subiciunt equae (PLIN. nat. 28, 164. 200. 226. 227). 1, 38, 3 Cassius secundum columbinum scribit esse hominis, tertio caprinum et ovillum et asininum *stercus* (*cf.* COLVM. 11, 3, 12). PLIN. nat. 17, 54 asininum *fimum*. 19, 138. 28, 233. PALLAD. 4, 10, 3 stercus. PELAGON. 231 stercoris asinini manum plenam. THEOD. PRISC. eup. 99. 44 fimi. VARRO rust. 2, 8, 2 quod id lacte (*scil. equae*) quam asininum ad alimonia dicunt esse melius. 2, 11, 1 quod *lacte* maxime perpurget, est equinum, tum asininum, dein bubulum, tum caprinum. CELS. 2, 12, 1 lac vel asininum vel bubulum vel caprinum *purgat*. 4, 31 asinino lacte epoto. 5, 27, 12. SCRIB. LARG. 57 gargarizatione lactis asinini *confirmantur dentes*. 179. 181. 186. 191 PLIN. nat. 20, 193. 22, 112. 26, 33 lacte asinino (*sic cod. Tolet.*, asini *codd. rell.*). 28, 129. 158. 180. 183. 196. 197. 203. 211. 250. 30, 87. 32, 53. 103 PELAGON. 38. 379 (γάλακτος ὀνείου). PLAC. med. 12, 9 asininum lac (*sic vulgo*, asininae lacte *cod. Casinensis, cf.* 12, 6 *ubi Casin.* asinis caseus, *vulg.* asinae caseus). CAEL. AVR. chron. 1, 4, 133. 3, 1, 11 *et saepius* (*v. etiam sub* asina). PLIN. nat. 28, 230 carnes asininae ex iure sumptae (ORIBAS. syn. 4, 8 caro. *cf.* GLOSS. *supra l. 16 sq.*). 28, 244 medullae. 16, 172 *tibiae* ludicrae ... e loto ossibusque asininis et argento fiunt. 30, 140 pelle. 28, 187 sebo (28, 222 245. 261). 28, 167. 251 ungulae. APVL. met. 8, 28 ne ... ut quorundam hominum lactem, sic illa sanguinem concupisceret asininum. FVLG. myth. 3, 9 *Apollo Midam* asininis auribus depravavit. (HYG. fab. 191 p. 122). AVG. civ. 15, 27 equinum ... atque asininum genus. *nota*: TERT. nat. 1, 11 somniastis caput asininum esse deum nostrum (apol. 16) ... credatur deus noster asinina aliqua persona (*cf. sub* asinarius). AVG. epist. 187, 24 nam quando deus voluit, etiam iumentum mutum rationabiliter est locutum (VVLG. num. 22, 28 aperuit dominus os asinae): nec ideo sunt admoniti homines in deliberationibus suis asinina expectare consilia. *translate*: APVL. met. 6, 26 inepta et prorsus asinina cogitatio. AVG. c. Iul. op. imp. 4, 56 quem tantae stoliditatis perdere deberet, etiamsi tibi asinina frons esset. quant. anim. 14, 24 illud ... saltem concedet plus asino sapere apiculam, quorum comparare magnitudines plus profecto est quam asininum. PLIN. nat. 15, 41 ingens ... turba prunorum versicolor: [nigra *del. Mayh.*] candida hordearia appellata ... alia eodem colore seriora maioraque, asinina cognominata a vilitate. GLOSS. III 568, 25 lupia id est malva asinina. 613, 40 (asenina 592, 11. 625, 57). *cf. Dynamid. lib. II apud Mai, auct. class. 7 p. 454* althaea hoc est hibiscus sive malva asinina. [*Ihm.*

? **asinis** *inter nomina natantium* POL. SILV. chron. min. I p. 544, 6.

Asinius, -a *nom. gentis plebeiae Teate Marrucinorum profectae, cf.* SIL. 17, 452 cui (*sc. Herio Asinio*) nobile nomen Marrucina domus clarumque Teate ferebat *et* CATVLL. 12, 1 Marrucine Asini (*est frater Pollionis*). *praetor Marrucinorum* (*90 a. C.*): LIV. per. 73 C. Marius ... Marsos fudit Herio Asinio praetore Marrucinorum occiso. *notissimus* C. Asinius Cn. f. Pollio *cos. a. 40 a. C. nominatur plene ex. gr.* FAST. Cap. *al.* Corp. I² p. 60. *filii eius*: SEN. contr. 4 praef. 5 Herium filium amisi (*ante a. 4 p. C.*). SERV. ecl. 4, 1 suscepit filium, quem a capta civitate Saloninum vocavit. TAC. ann. 1, 12 Asinius Gallus ... Pollionisque Asinii patris. CORP. V 4201 (*Brixiae*) C. Asinio Gallo ... cos (*8 a. C.*). *filii huius*: CORP. XI 3613 (*Caere*) M. Asinio Agrippa Cosso Cornelio Lentulo cos (*p. C. 25*). TAC. ann. 4, 61 Asinium Agrippam insignem claris maioribus quam vetustis. FRONTIN. aq. 102 Ser. Asinio Celere ... consulibus (*a. 38 p. C.*). CORP. X 1682 (*Puteolis*) Cn. Asinio Pollionis et Agrippae nepoti. SVET. Claud. 13 Gallus Asinius et ... Pollionis ... nepotes. PLIN. nat. 33, 32 C. Asinio Pollione ... cos (*23 p. C.*). TAC. ann. 3, 75 obiere eo anno viri illustres Asinius Saloninus M. Agrippa et Pollione avis ... insignis. *minus insignis senator ille voluntarius, ut iocatur* CIC. Phil. 13, 28 est etiam Asinius quidam senator voluntarius lectus ipse a se *eqs.* *alii nobiles Asinii*: *Pollionis pronepos cos. a. 54* CORP. IV Suppl. 5, 7 M'. Acilio Aviola M. Asinio Marcello cos. TAC. ann. 14, 40 ... et Asinium Marcellum ... Marcellus Asinio Pollione proavo clarus .... *huius filius vel nepos cos. a. 104 cf. fast. Cap.* Suburano et Marcello *et Hermes 3 (1869) 132 eqs.* *cum hoc fortasse cognatus cos. suff. a. 96 cf. Bull. del Istit. 1886 p. 128 et* CORP. XV 330 ... fig(linis) ... Q. A(sini) M(arcelli) *et* 846 Q. Asini Marcel(li). Asinius Pollio Verrucosus *cos. a. 81*: CORP. VI 2059 (*act. Arv. a. 81*) Asinio Pollione Verrucoso cos. C. Asinius Praetextatus *cos. a. 242*: CORP. VI 2133 C. Asinio Praetextato cos *cf.* IX 3429. Asinius Dento: CIC. Att. 5, 20, 4 centurionemque primi pili nobilem sui generis Asinium Dentonem. Asinius Rufus *praetor, pater Asinii Bassi, cui quaestura expetitur* PLIN. epist. 4, 15 decorus erit quaestor patre quaestorio. C. Asinius Tucuritanus *proc.*: CORP. X 7516 (*Sulcis Sardiniae*) C. Asinius Tucuritanus pro cos. Asinius Pollio *praef. al. a. 69*: TAC. hist. 2, 59 ... Asinius Pollio alae praefectus ... opprimuntur. C. Asinius Nicomachus Iulianus *proc. cons.*: INSCR. Graec. Ital. 283 ⟨*T.* Ἀσίννι⟩ον Νεικόμαχο(ν) Ἰουλιανὸν λαμπρότατον ὕπατον ἀνθύπατον Ἀσίας ... Ἀσίννιος Ἀμίαντος ἐπίτροπος. *cf.* CORP. inscr. graec. 3866, *ubi* C. Asin. Protimus Quadratus ὑπατικός *memoratur*. M. Asinium Sabinianum v. c. *cognoscimus ex t.* CORP. VI 1067 M. Asinius Sabinianus v. c., *quem dedicavit imp. Antonino Severi filio — estne idem atque proconsul memoratus Bulletin de corr. hell. 11 (1887) 98? —* C. Asinius Quadratus *procos. Achaiae et cos. des. Arch. Zeit. XXXVIII (1880) p. 55 n. 342*: ἀνθύπατον, ὕπατον ἀποδεδειγμένον. — *idem atque* Asinius Quadratus? — *cf. Prosopogr. imp. rom. I 159 eqs.* *in lapidibus passim*: CORP. VI 12517—12553. CORP. II 3675 (*Palmae*) d. m. Asiní ... contu(bernali) et collegae. 6257, 22 (*in vasculo*) P. Asini Po(...). III 8897 (*Salonis*) C. Asinio Vitali. 10765 (*Emonae*) M. Asinius Maximus. V 4355 (*Brixiae*) Sextiae T. f. Asiniae Pollae M. Noni Arri (*cos. p. C. 201*). 6047 (*Mediolanii*) Q. Cass. Asinio. VI 12529 L. Asinnius Mercurius L. Asinnio Hermaisco. 25907 Asinnia Philumene. *cf. Plut. Pomp. 72* Ἀσίννιος. VI 12522 C. Asiní C. l. Bellicei. VIII 2714 (*Lambaesi*) M. Asinius Sagu(ntinus?). IX 1702 (*Beneventi*) Asiniae C. l. Tarentinae. 1263 (*Aeclani*) Fl. Asinia. 5905 (*Anconae*) T. Asinio Severo ungentario. EPHEM. epigr. VIII 896 (*Minturnis*) Asinia Nomas. CORP. X 2110 (*Puteolis*) Cn. Asinio Felici. XI † 2549 (*Clusii*) Asiniae Felicissime. 4199 (*Interamnae*) Asinia Saturnina patrono. XIV 623 (*Ostiae*) Asinia Severa ... Asiniae Thetidi. 622 (*Ostiae*) Q. Asin(ius) ... et As(ini) patro(ni?). *adi.* **Asiniānus,** *ab Asinio quodam appellatus*: FRONTIN. aq. 21 ... ad hortos Asinianos. **Asiniānus** *nom. et cogn. vir.* CORP. VI 7498 d. m. C. Iulius ⟨A⟩sinianus .... VI 68 Felix publicus Asinianus pontific(um) Bonae Deae. VLP. dig. 5, 1, 2, 3 idem (*divus Pius*) adversus Asinianum. **Asinīnus** *nom. vir.* CORP. XV 4731 (*in amphora picta*) ⟨A⟩sinini. **Asinio,** -ōnis *cogn. vir.* CORP. V 4048 (*inter Mantuam et Veronam*) L. Valerio Asinioni. LEO M. epist. 97 (*p. 948 M.*) ... et pro ... Asinione episcopo ecclesiae Curiensis primae Rhaetiae.

Asinoe *v.* Assino. [*Zimmermann.*

asinus, -ī *m.* [*orig. inc. Th.*] *inde a* PLAVTO. ISID. orig. 12, 1, 38 asinus et asellus a sedendo dictus quasi assedus. PRISC. gramm. II 109, 14 *de deminutivis*: asinus asellus. GLOSS. ὄνος, asini ὄνοι. ISID. orig. 12, 1, 39 onager interpretatur asinus ferus. ὄνον ... Graeci asinum vocant. SCHOL. Germ. Bas. p. 70 *et* 71 Br. [*it.* asino, *francog.* âne, *hisp.* asno. *M.-L.*]

I proprie: 1 *animal quadrupes*: APVL. met. 3, 25 non avem me sed asinum video. *ibid.* exibis asinum statimque in meum Lucium ... redibis. 3, 26 ego ... quamquam perfectus asinus ... sensum tamen retinebam humanum (AVG. civ. 18, 18 sicut Apuleius in libris, quos asini aurei titulo inscripsit, sibi ipsi accidisse, ut accepto veneno humano animo permanente asinus fieret, aut indicavit aut finxit). TERT. anim. 33 qui laboribus atque servitiis puniendi in asinos utique et mulos recorporabuntur (AVG. serm. ed. Mai 56, 2 quia non potest esse homo, *ut Plato putat*, asinus aut camelus). LACT. inst. 3, 19, 18 si *Plato* aut barbarus aut mulier aut asinus denique natus esset. GLOSS. III *saepe sub* de quadrupedibus. GAIVS dig. 9, 2, 2, 2 quadrupedes, quae pecudum numero sunt ... veluti ... asini. POL. SILV. chron. min. I p. 543, 3 nomina ... quadrupedum. ... asinus (*cf.* COLVM. 6 praef. 6 PLIN. nat. 25, 94 *al.*). *prodigiose*: LIV. 42, 20, 5 Calatiae asinum tripedem natum. VARRO rust. 2, 1, 12 ut sit una *pars scientiae* de minoribus pecudibus ..., altera de pecore maiore, in quo sunt ... boves asini equi (LAMPR. Hel. 8, 3 non ... minuta animalia, sed boves ... asinos). LVCIL. 956 uti pecudem te (tu *codd.*) asinumque ut denique nasci praestiterit. *de natura*: *totius corporis*: APVL. met. 3, 24 pili mei crassantur in saetas (sęta *F*), cutis ... duratur in corium ... digiti coguntur in singulas ungulas et de spinae meae termino grandis cauda procedit. iam facies enormis et os prolixum et nares hiantes et labiae pendulae. sic et aures immodicis horripilant auctibus (*cf.* 11, 13 *de reformatione, ubi et leguntur* venter obesus, cervix procera, dentes saxei). PHYSIOGN. 119 qui ad huius animalis (*asini*) speciem referuntur homines, necesse est sint cruribus crassis, longo capite, auribus crassis longis, labiis demissis, voce deformi. *partium singularum*: PLAVT. Asin. 590 *iocose et in imagine*: qui verberarem asinos, si forte occeperint clamare hinc ex crumina. PHAEDR. 1, 11, 6 HYG. astr. 2, 23. VARRO Non. 450 asinos rudere (*cf.* OV. fast. 6, 342 cum rudit ille [*asellus*] sono). FEST. 265 PLIN. nat. 10, 204 FRONTIN. strat. 1, 5, 25. SVET. rell. 161 Reiff. asinorum rudere vel oncare (*cf.* CARM. de Philom. 55 oncat asellus). APVL. met. 7, 13 rudivi for-

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

titer, immo tonanti clamore personui. 8, 29 intus aedium audito ruditu meo. SERV. Aen. 7, 16 ruditus ... proprie est clamor asinorum (GLOSS. IV 280, 48). 8, 248. AVSON. 76 asinos ... rudere dicas. SPART. Geta 5, 5 asini ragiunt (*BP*) *sive* rugiunt (*M*). AMM. 27, 3, 1 asinus ... rugiens. SCHOL. Germ. Sang. p. 297 M. (129/30 Br.) diro cum murmure rugissent *asini*. *ibid.* eorum rugitu *et* asinorum rugitibus. ISID. diff. 1, 607 asinus ragit vel rudit. SCHOL. Arat. p. 296 M. asini ... raclaverunt (*corrupt.? gr.* ὀγκήϑησαν). GLOSS. V 329, 55 rudans asinus vox (?) *cf.* III 432, 15 ragit pullus ὀγκᾶται πῶλος. III 462, 63 rugitus ὄγκημα *sim.* APVL. met. 3, 29 'o' disertum ac validum clamitavi. 7, 3 volui dicere 'non feci'. et verbum quidem praecedens semel ac saepius immodice clamitavi, sequens vero nullo pacto disserere potui, sed in prima remansi voce et identidem boavi. 8, 29 'porro Quirites' proclamare gestivi sed ... processit 'o' tantum sane clarum ac validum et asino proprium. PHYSIOGN. 78 canibus et simiis et asinis voces similes sunt in hominibus. SIDON. epist. 7, 14, 5 vocem, cui non cesserit asinus claritate. VARRO rust. 2, 8, 6 iubam et caudam ... similem asini. PLIN. nat. 11, 265 *caudae caulis* asinis longior quam equis. PAVL. FEST. 8 a magnis auribus ... ut sunt asinorum. PHAEDR. 1, 11, 6 auritulus. PERS. 1, 121 auriculas asini quis non habet? APVL. met. 9, 15 auribus grandissimis praeditus. HIER. epist. 125, 18 auriculas agitari asini. AVG. serm. (Migne 38, 1038) 204, 2 animal auritum. AVIAN. fab. 5. PHAEDR. 1, 29, 7 *asinus* demisso pene *ad aprum*: simile est hoc rostro tuo. COLVM. 6, 37, 7 si discolores pilos asinus in palpebris aut auribus gerit. PLIN. nat. 11, 115 PALLAD. 4, 14, 3 CHIRON 782. PLIN. nat. 8, 124 *color villo* asini similis. PLIN. nat. 9, 7 beluae ... equorum asinorum taurorum capitibus. PLIN. nat. 11, 169 asinorum genus tricensimo mense ... *dentes* amittit. APVL. met. 8, 23 qui de dentibus meis aetatem computabant. PELAGON. 276 asinus XXXII *dentes habet.* VVLG. iud. 15, 15 maxillam, id est mandibulam asini (*bis*). 15, 19 molarem dentem in maxilla asini (SVLP. SEV. chron. 1, 27, 5 arrepto osse asini). APVL. met. 4, 22 iam ... tertium qualum rumigabam.

PLIN. nat. 11, 183—233 *de* corde, iecore, ossibus, sanguine, mammis. APVL. met. 6, 26 illa ... magia ... victum laboresque tibi tantum asini, verum corium non asini crassum ... circumdedit. VVLG. Ezech. 23, 20 quorum carnes sunt ut carnes asinorum. *de generatione*: PLIN. nat. ind. 8, 68 de asinis. generatio in his. VARRO rust. 2, 6, 4 admittuntur *asini* ante solstitium, ut eodem tempore alterius anni pariant: duodecimo enim mense conceptum semen reddunt (PLIN. nat. 8, 167 CHIRON 746). COLVM. 6, 37, 6 ut sit *admissarius* amplissimi corporis, cervice valida *eqs.* (PALLAD. 4, 14, 3 CHIRON 782. 783). VARRO ling. 9, 93 ut in equis et asinis (aetas ut in is *F, corr. Groth.*), cuiusmodi faciant pullos. HIER. in Is. (Migne 24, 341) 30, 6 πώλους, id est pullos asinorum. *sic saepe de partu.* *vulgatissimum est adulterium asini et equae*: VARRO Men. 236 nemo est tam neglegens, quin summa diligentia eligat asinum, qui suam saliat equilam. COLVM. 6, 37, 5 asinum destinare mularum generi seminando. PLIN. nat. 8, 167. 10, 180 ut *equae* asinorum coitum patiantur. VLP. dig. 47, 2, 52, 20 si quis asinum ... in equas suas τῆς γονῆς dumtaxat χάριν admisisset. APVL. met. 7, 14 daturus dominis equarum inscensu generoso multas mulas. 7, 16 equas opportunissimas iam mihi concubinas futuras eligebam. AMBR. exam. 5, 3, 9 coeunte asinorum equarumque inter se genere. VARRO ling. 9, 28 ex ⟨asino et⟩ equa mulus *sive* mula. rust. 2, 8, 1 COLVM. 6, 37, 3 PLIN. nat. 8, 167. 172 PALLAD. 4, 14, 1. ISID. orig. 12, 1, 61. *de concubitu asinae et equi vide sub* asina. COLVM. 6, 37, 10 quae (*equa*) cum ex asino conceptum edidit. PLIN. nat. 8, 172 conceptum ex equo *ab asina* secutus asini coitus abortu perimit, non item asini equus. *de libidinis humanae in asinis supplendae more cf.* CAT. 97, 10 APVL. 10, 19—22. *gignuntur scarabaei et vespae ex cadavere*: PLIN. nat. 11, 70 SERV. georg. 4, 286.

6 *de aqua, ventis, sim.* (*exagitatus, turbulentus*): ENN. sat. 10 Neptunus saevus undis asperis pausam dedit. VERG. Aen. 5, 767 quibus aspera quondam visa maris facies et non tolerabile nomen. 6, 351 maria aspera iuro. HOR. carm. 1, 5, 6 aspera nigris aequora ventis (GERM. frg. 3, 19). OV. met. 15, 720 pontus. LIV. 37, 16, 5 MANIL. 4, 678. GERM. 298 spuma. VAL. MAX. 4, 2 pr. placidum mare ex aspero. CVRT. 8, 9, 8 magno ... motu amnis uterque colliditur: quippe asperum os influenti obicit nec repercussae aquae cedunt. MELA 1, 51 *Nilus* (*opp.* navigia patiens). 3, 72 procellosum asperum mare. PLIN. nat. 2, 234 naturam asperam *maris*. 17, 434 STAT. Theb. 1, 119 AVIEN. Arat. 663 HIER. epist. 95, 1. *neutr. pro subst.*: TAC. ann. 4, 6 infecunditati terrarum aut asperis maris obviam iit *Tiberius* (*in annona procuranda*). SIL. 6, 359 aspera ponti (PAVL. NOL. carm. 13, 16). *in imagine*: VAL. MAX. 9, 12 pr. *vitae* cursus, prout fortuna gubernaculum rexit, modo aspero, modo tranquillo motu peragitur. TERT. nat. 1, 16 lata vada et aspera erroris. *de nubibus*: LVCR. 6, 134 ramosa videmus nubila ... atque aspera (*i. scissa?*) ferri. *de ventis, frigore, sim.*: MANIL. 4, 591 Boreas (STAT. Theb. 1, 352). SEN. Ag. 598 maria asperis insana coris. VAL. FL. 2, 405 aspera ... Plias (*i. ventosa*). VARRO rust. 1, 34, 2 ubi maturius frigora fiunt asperiora. SIL. 3, 553 rigor. GLOSS. IV 22, 3 *al.* aspera hiems: violenta tempestas. SALL. Iug. 37, 3 hieme aspera. VERG. Aen. 2, 110 saepe illos aspera ponti interclusit hiems. OV. met. 11, 491 aspera crescit hiems. VELL. 2, 113, 3 PLIN. nat. 9, 57. 18, 225 *al.* TAC. ann. 3, 5 asperrimo hiemis. CLAVD. 1, 270 *hiems* non aspera ventis. SVLP. SEV. Mart. 3, 1 solito asperior. MELA 3, 33 gens ... ut caeli asperioris, ita ingenii. PLIN. nat. 18, 343 asperam ... tempestatem (AVIEN. Arat. 1710). SVET. frg. 152 p. 233 Reiff. mutatio tempestatis ... in asperius. IVST. 2, 1, 13 caelum asperius. AVIEN. ora 161 asperum septentrionem. TAC. Germ. 2 Germania aspera caelo. MANIL. 4, 717 asperior solidos Hispania contrahit artus. CLAVD. 8, 442 Raetia. *nota*: HOR. carm. 3, 10, 3 me ... asperas porrectum ante fores (*sc. in terra Scythica*) obicere incolis plorares aquilonibus. **7** *generaliter de corporibus non levibus*: CIC. ac. 2, 21 canorum illud *est*, hoc bene olens, hoc asperum. Tusc. 5, 73 neque quicquam ad nos pertinere, nisi quod aut leve aut asperum in corpore sentiatur. fin. 2, 36 quid indicant sensus? dulce amarum, leve asperum *eqs.* CIC. ac. 2, 121 qui asperis et levibus et hamatis uncinatisque corporibus concreta haec esse dicat. nat. deor. 1, 66 corpuscula ... levia ..., aspera, rotunda. LVCR. 2, 404 e levibus atque rutundis esse ea, quae sensus iucunde tangere possunt, at contra quae amara atque aspera cumque videntur, haec magis hamatis inter se nexa teneri. 2, 424. 471 mixta ... aspera levibus esse principiis. 2, 477. 3, 202. 4, 662 aspera ... hamataque *corpora* (659 levissima). 4, 1005. 6, 453. 778. VITR. 2, 6, 6 *ignis vis*, quod est molle et tenerum, exurit, quod autem asperum, relinquit. PLIN. nat. 2, 222 exhausto inde (*e mari*) dulci tenuique ... omne asperum crassiusque linquatur. VINDICIAN. 23 si lenia fuerint atque aequalia et tenuissima exterius sive interius irruentia corporum, suavitatem facere: si autem aspera et concisa, dolorem.

B *asper gustu* (GLOSS. V 561, 52 asperum gustu probatur): *de vino, aliis potionibus* (*cf.* GLOSS. II 554, 8 *marg.* αὐστηρός, inde austerus, id est durus, asper. NON. 244 asperum ... insuave): TER. Haut. 458 quid vini absumpsit 'sic hoc' dicens, 'asperum, pater, hoc est: aliud lenius sodes vide'. CATO agr. 109 vinum, asperum quod erit, lene et suave si voles facere. CELS. 2, 24 fin. vinum austerum, licet etiam asperum sit. 2, 30 p. 72 D. *al.* SEN. epist. 36, 3 *vinum* recens durum et asperum visum est. PLIN. nat. 17, 250. CAEL. AVR. chron. 5, 10, 122 vinum mediocriter asperum. QVINT. decl. 321 p. 264 *potionem* tristem visu, ... gustu asperam. DIOSC. 2, 47 ovillum (*lac*) asprum et dulcem et pinguem ... est. CELS. 4, 22 p. 148 D. muria dura quam asperrima. SEN. nat. 3, 2, 1 aliae *aquae* dulces sunt, aliae varie asperae. PLIN. nat. 2, 222 asperi saporis (*aqua marina*). 20, 97 aceti quam asperrimi. *de melle*: PLIN. nat. 14, 55 *vina* in speciem redacta mellis asperi (*i. q. inquinati, crudi?*). 30, 28 *mel Corsicum* asperrimum. *de variis cibis*: VERG. georg. 4, 277 asper in ore sapor (*sc. amello. cf.* NON. 244). PLIN. nat. 12, 42. SEN. epist. 63, 5 poma ... suaviter aspera (*ibid.* amaritudo). PLIN. nat. 12, 27 *inane piperis semen* asperrimum est. 15, 129 bacis gustatu non asperis (21, 107 *al.* gustu). 19, 93 vis asperior *saporis* (*aliter* 28, 85). 20, 259. 22, 108 iucundo sapore atque non aspero. 27, 62 vehementer aspero gustu (25, 159). SOL. 46, 4 malum ... sapore asperum et amaritudinis merae. PALLAD. 12, 7, 22 castanea ... ex salice tardius maturat et fit asperior in sapore. CELS. 4, 9 p. 132 D. cibi ... neque nimium acres neque asperi. 6, 18, 7 p. 258 D. AVELL. 2, 78 p. 28, 18 Vind. oleo ... escas asperiores mitigans. medicamenta aspera: *v. sub II A 5.* *ad tactum, non ad gustum pertinent*: APVL. met. 10, 13 ut ... cenarem asperrimum faenum. CLAVD. carm. min. 29, 19 aspera ... alimenta (*magnetis, sc. ferrum*). *neutr. pro subst.*: CELS. 2, 30 p. 72 D. *alvum adstringunt* omnia dura, macra, austera, aspera, tosta. PLIN. nat. 11, 282 omnia in cibis acria, aspera *eqs.* *singulariter de odore*: PLIN. nat. 27, 64 odoris asperi (*crocodileon*). 32, 86.

C *asper auditu* (*raucus*): **1** *de sonis et litteris*: GLOSS. IV 6, 38 (*cod. Cassin.*) aspera vox est rauca et quae dispergitur per minutos et indissimiles pulsus. CIC. de orat. 3, 216 plura genera *vocis sunt*: lene (leve *al.*) asperum, contractum diffusum *eqs.* nat. deor. 2, 146 vocis genera permulta, canorum fuscum, leve asperum *eqs.* QVINT. inst. 11, 3, 15 *vox* et levis et aspera. 11, 3, 63. OV. fast. 5, 481 aspera mutata est in lenem ... littera (*i. 'r' in 'l'*). QVINT. inst. 9, 4, 37 consonantes ... asperiores. PRISC. gramm. II 20, 14 in levibus consonantibus, ... in asperis (*i. aspiratis*). MAR. VICTORIN. gramm. VI 6, 21 *liquidae* non asperum sonum faciunt. DIOM. gramm. I 428, 22 syllabae, ut ait Varro, aliae sunt asperae, aliae leves *eqs.* PRISC. gramm. II 51, 24 spiritus asper (*opp.* lenis). SIL. 14, 601 tussis (MART. 11, 86, 1). STAT. silv. 5, 3, 279 sonet asper ianitor (*Cerberus*) ore. **2** *de verbis* (*aliter sub II A 6, quamquam nonnulla hic posita illuc quoque trahi patiuntur*): RHET. Her. 4, 10 haec (*i. verba graeca latine versa*) asperiora primo videantur necesse est. *ibid.* quod commodi esset in hoc libro ..., quod asperius et inusitatum. QVINT. inst. 8, 3, 17 rebus atrocibus verba ... ipso auditu aspera magis convenient. 9, 4, 119. GELL. 17, 2, 3 verbum poeticum ..., sed non absurdum neque asperum. *cf.* 11, 16, 4 TERT. spect. 12 *ex.?* nat. 1, 3 *Chrestianorum* nomen ... non incommodum linguae, non auribus asperum. AVG. dial. 6 lene est auribus, cum dicimus 'voluptas', asperum est, cum dicimus 'crux'. PRISC. gramm. II 372, 1 turpia vel aspera prolatu. **3** *de ipsa compositione orationis et de genere dicendi*: CIC. de orat. 3, 171 conlocationis est componere et struere verba sic, ut neve asper eorum concursus neve hiulcus sit, sed quodam modo coagmentatus et levis. part. 21 *cf.* orat. 150. 20 aspera, tristi, horrida oratione neque perfecta atque conclusa (*opp.* levi et structa et terminata). Att. 2, 6, 2 Theopompio genere (*sc. scribendi*) aut etiam asperiore multo. MANIL. 3, 150 aspera sive foro per litem iurgia temptet. SEN. contr. 3 pr. 18 compositio aspera et quae vitaret conclusionem (conpositionem *codd.* QVINT. inst. 9, 4, 142 duram ... atque asperam compositionem). 9, 3, 11 qui asperiorem dicendi viam sequeretur. SEN. epist. 100, 6 *conpositionem* quidam ... volunt esse ex horrido comptam, quidam ... aspera gaudent *eqs.* (114, 15 praefractam et asperam). SIL. 11, 70 clamor. STAT. Theb. 1, 284 non ille gravis dictis, quamquam aspera motu, reddidit haec. 2, 392. QVINT. inst. 2, 8, 4 dulci, aspero, nitido *genere dicendi*. 6, 1, 52 e confragosis atque asperis evecti. 8, 6, 62 aspera et dura et dissoluta et hians oratio. DIOM. gramm. I 456, 21 dissonans et aspera structura orationis. FORTVN. rhet. p. 127, 12 *structura* aspera et confragosa. *ibid.* 18 aspera duarum consonantium conflictu (SERV. Aen. 1, 51). MART. CAP. 5, 514 *compositiones* hiulcas et asperas. 515. AVG. gramm. V 517, 3 euphonia ... aspera temperet. *de poematis*: HOR. epist. 2, 2, 122 *scriptor* nimis aspera (*cf.* 116) sano levabit cultu. VELL. 1, 17, 1 nisi aspera ac rudia repetas ..., in Accio ... Romana tragoedia est. MALL. THEOD. gramm. VI 585, 10 quid in poemate quasi mollius ac blandius, quid asperius ac durius esset. *de homine*: CIC. Brut. 129 Fimbria ... *orator* habitus est sane, ut ita dicam, lutulentus, asper, maledicus. fin. 4, 78 *v. p. 813, 21.*

II *translate de eis, quae animum offendunt* (*non suavis, non lenis*): **A** *res*: **1** *victus, vita, sim.*: PLAVT. Capt. 188 asper meus

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

victus sane est. :: sentesne essitas? 497 ad cenam asperam. PHAEDR. 3, 7, 12 in silvis asperam vitam trahens. SEN. epist. 5, 2 asperum cultum et intonsum caput. MELA 1, 41 victus asper et munditiis carens. 2, 12 habitantium ritus asperior ... incultior regio. 2, 16 asper atque indecens corporum habitus. SOL. 33, 17 victus (15, 15 ritus. 22, 2 PRISC. perieg. 178). IVST. 18, 6, 4 asperiorem vitam. SALV. gub. 1, 17 vita ... aspera atque acerba. VERG. Aen. 8, 318 quis neque mos neque cultus erat, ... sed rami atque asper victu venatus alebat. 2 *varii status et actus*: LAEV. carm. frg. 22 expavida gravis dura fera asperaque famultas. CIC. div. Caec. 8 censorium nomen ... asperius antea ... iam populare et plausibile factum est. Balb. 22 periculosis atque asperis temporibus. Mur. 60 doctrina non moderata nec mitis, sed ... asperior et durior. SALL. Iug. 41, 4 quod in adversis rebus optaverant otium, postquam adepti sunt, asperius acerbiusque fuit. orat. Cott. 8 fortuna. MANIL. 2, 937 (*in versu a Breitero damnato*) tempus. VAL. MAX. 9, 2 ext. 11 asperis adversae valetudinis incommodis. VAL. FL. 3, 362 aspera curis nox. 642 fama (*i. rei tristis*). TAC. ann. 13, 1 custodia. ANTHOL. 453, 2 nimis aspera *vincla amoris* rumpam. LAMPR. Diad. 8, 2 ob incivilem patris atque asperum principatum. VVLG. Sirach 6, 21 sapientia. CLAVD. 26, 632 pauperies. CIC. Tull. 8 iudicia ... paulo graviora atque asperiora. Planc. 33 asperioribus facetiis (TAC. ann. 15, 68 MACR. sat. 2, 4, 20 *cf.* 3, 4, 10). rep. 3, 37 servos asperiore imperio coerceri (VAL. FL. 1, 200 AVIEN. Arat. 213 AVG. civ. 14, 23 p. 48 D. EVGIPP. Sev. 8, 2). CAES. Gall. 5, 45, 1 gravior atque asperior oppugnatio. SALL. Iug. 89, 6 res (*i. potiri oppido*). 98, 1 in eo tam aspero negotio. HOR. carm. 3, 24, 53 tenerae ... mentes asperioribus formandae studiis. LIV. 3, 40, 7 sententia asperior in speciem. 21, 18, 4 legatio verbis ... lenior ..., re asperior. 21, 30, 10 Romam ... petentibus quicquam ... asperum atque arduum videri. 39, 44, 1 tristis et aspera in omnes ordines censura (43, 16, 1 VELL. 1, 10, 6. *cf. supra l. 10*). 39, 25, 11 equum ... non parentem frenis asperioribus castigandum esse. VAL. MAX. 2, 7, 14 aspero ... et absciso castigationis genere. 2, 10, 6 asperrima Sullae victoria (AVR. VICT. Caes. 34, 8). 4, 7 pr. durae atque asperae condicionis. COLVM. 4, 24, 21 plagae asperae atque inaequales vites lacerant (*i. aspero ferramento factae*). CELS. 3, 18 p. 98 D. asperioribus coercitionibus (*sc. phreneticorum*). VAL. FL. 1, 725 rerum ... asperrima versat. 5, 488 regum iuga. SIL. 3, 701 coepta. 5, 154 hortamenta. 15, 103 labor. QVINT. inst. 5, 13, 57 factum ... asperius aut mitius. 4, 3, 9 legem (decl. 251 p. 28 quicquid asperrimum leges, quicquid crudelissimum habent iura. CAPITOL. Aur. 13, 4). 4, 3, 10 si quid erit asperum, praemolliemus. 5, 13, 17 asperum crimen (*sc. quia de militum cibariis detraxerit*. INST. Iust. 4, 18, 6). 9, 2, 90 ius asperius petitur ..., fit tamen spes ... clementiae. 10, 2, 23 in asperis gravibusque causis (11, 1, 3 *opp.* lene *genus dicendi*). 11, 1, 61 quid asperiorem habere frontem potest ..., quam cum est filio ... in matrem perorandum? FRONTIN. strat. 4, 1, 43 expeditionem asperam et insidiosam. TAC. ann. 2, 47 lues (*i. motus terrae*). AMPEL. 27, 1 Coriolanus ob asperiorem annonam in exilium actus. CAPITOL. Ant. 2, 7 clementissimus ... nihil temporibus suis asperum fecit (VOPISC. Aur. 36, 5 LAMPR. Alex. 3, 4 TREB. trig. tyr. 2, 4). AMM. 24, 4, 20 nihil asperum militi. 28, 4, 1 factum ... aut dictum. 29, 1, 22 *sententia*. 29, 5, 23 hoc ut dirum vituperant et asperrimum. 26, 10, 14 proscriptiones et exilia ... quamquam sint aspera. VVLG. gen. 21, 12 non tibi videatur asperum super puero (*sc. quod iussi super puero Ismael eiciendo*). MACR. sat. 5, 11, 15 educationem tamquam belualem et asperam criminatur. MART. CAP. 8, 807 tam tristibus asperisque saturae alioquin lepidulae verberibus demulcatus. IORD. Get. 5, 41 Martem Gothi asperrima placavere cultura (*i. victimis humanis*). *pro substantivo sunt infinitivi vel enuntiata*: SALL. Cat. 26, 5 quae occulte temptaverat, aspera foedaque evenerant. Iug. 85, 3 bellum parare *etc.* ... asperius est. PS. SALL. rep. 2, 1, 1 quam difficile et asperum factu sit consilium dare (*cf.* 1, 1, 1). TERT. nat. 1, 15 hoc asperius, quod ... summergitis. SOL. 47, 1. CLAVD. 8, 265 tum vivere caste asperius, cum prompta Venus; tum durius irae consulitur, cum. SIDON. epist. 7, 14, 2 si ... proveniat, esse asperum, utcumque tolerabile tamen. 3 *bellum, pugna, militia, sim.*: SALL. Iug. 48, 1 bellum asperrumum (orat. Cott. 10 PS. SALL. rep. 2, 10, 7 HOR. epist. 2, 1, 7). VERG. Aen. 9, 664 pugna aspera surgit (*δριμεῖα μάχη*. 11, 635). 12, 124. OV. epist. 8, 26 aspera ... bella. 20, 54 trist. 4, 1, 71 *al.* LIV. 5, 32, 3 bellum ... certamine haud sane asperum. 9, 16, 14 militiam (TAC. hist. 1, 51). 10, 24, 12 bellum asperum ac difficile. 34, 46, 12. 45, 36, 4 militiam ... horridiorem asperiorem⟨que⟩ bellantibus ... futuram. VELL. 2, 105, 1 VAL. MAX. 6, 9, 6 SIL. 17, 481 STAT. Theb. 12, 519 QVINT. inst. 6, 4, 4 FRONTIN. strat. 1, 5, 15 SOL. 1, 105 TREB. Claud. 11, 4 IVST. 5, 9, 10 AMM. 29, 5, 12. 20, 8, 7 *al.* CLAVD. 7, 24 AVG. civ. 18, 22 p. 284 D. OROS. hist. 5, 5, 12. LIV. 33, 11, 6 dura atque aspera belli ..., pacis gratiam et fructum. 4 *mores, affectus, sim.*: RHET. Her. 4, 50 acrimonia ... si nimium fuerit aspera, mitigabitur laude. CIC. Vat. 8 aspera mea natura, difficilis aditus, gravis voltus. SALL. Cat. 20, 13 domi inopia, foris aes alienum, mala res, spes multo asperior (STAT. Theb. 11, 715 saevae spes aspera mortis). PS. SALL. rep. 2, 7, 7 virtus *sine gloria* amara atque aspera est (SIL. 7, 51 STAT. Theb. 11, 161). VERG. Aen. 2, 96 verbis odia aspera movi (VAL. FL. 4, 254 SIL. 17, 462 STAT. Theb. 5, 73). SEN. contr. 4 pr. 3 strictum eius (*Pollionis*) et asperum et nimis iratum ingenio suo iudicium. VAL. MAX. 5, 9 pr. asperam severitatem (*opp.* mitiores ... mores). 6, 3 pr. SEN. dial. 4, 31, 4 etiam in bonis moribus aliquid existet asperius. MELA 3, 93 asperis efferisque moribus. SIL. 8, 121 horror. FLOR. 1, 1, 17 ingenium. LACT. Phoen. 16 metus. AVG. civ. 13, 6 p. 563 D. sensum. 14, 15 p. 37 D. carnis ... passio, vel aspera ... vel lenis (*i. dolor et voluptas*). MACR. sat. 2, 7, 2 Labenium, asperae libertatis equitem. *attributum sollemne* d o l o r i s *apud philosophos, maxime Stoicos* (*τραχύς?*): CIC. fin. 1, 71 nihil esse prosperum nisi voluptatem, nihil asperum nisi dolorem. 4, 52 asperum esse dolere, molestum, odiosum, contra naturam, difficile toleratu. Tusc. 2, 18 *dolor* tristis ... res est ..., aspera, amara, inimica naturae, ad patiendum tolerandumque difficilis. *cf.* 2, 35 dolor *est* ... motus asper in corpore, alienus a sensibus. fin. 1, 33 asperiores dolores. Tusc. 2, 67 asperis et odiosis doloribus. *cf.* fin. 4, 53. 72. 5, 78. 93 Tusc. 2, 17 *al.* 5 *morbi et remedia*: CELS. 2, 8 p. 47 D. mitiora signa et asperiora (*sc. morbi*). LVCAN. 9, 806 inpressit dentes haemorrhois aspera Tullo. PLIN. nat. 25, 23 asperrimi cruciatus esse calculorum *morbum* (QVINT. decl. 260 p. 65). 34, 147 vulnera (STAT. Theb. 2, 605). VAL. FL. 7, 242 incendia mentis. SIL. 15, 51 sitis (STAT. Theb. 4, 754). FRONTO p. 4, 13 N. asperrimam nequissimamque valetudinem. PS. QVINT. decl. mai. 12, 15 fames. aspera tussis: *v. p. 810, 44.* CELS. 2, 13 p. 58 D. si febris est, asperioribus medicamentis opus non est. SEN. clem. 1, 13, 4 CVRT. 5, 9, 3 QVINT. inst. 2, 4, 12. 6 *verba et dicta* (*i. non comia; aliter sub I C 2*): CIC. Att. 11, 13, 2 Quinctus mihi ... satis facit multo asperioribus verbis quam cum gravissime accusabat. ad Q. fr. 1, 2, 7 quorum regum summo imperio nemo umquam verbum ullum asperius audivit. TIB. 3, 10, 14 dicit in aeternos aspera verba deos. OV. Pont. 2, 6, 8 aspera confesso verba remitte reo. SIL. 10, 272 dolor verba aspera dictat. QVINT. inst. 12, 1, 25 AMM. 30, 5, 3. CIC. Planc. 72 fuit illud (*sc. dictum*) asperius, me, quae ... dicerem, mentiri. Scaur. 32 ego ... dicam, quod ... in illum minime durum aut asperum possit esse. Cael. 25 tam triste ... et tam asperum genus orationis. LIV. 33, 11, 3 Aetolorum asperior oratio (CVRT. 6, 9, 28. SVET. Iul. 73 *syn.* acerbitas). SEN. contr. 7, 2, 13 color *orationis* ... asperior. 10 pr. 15 colores ... duros et asperos. CVRT. 7, 1, 22 vox asperior (*ibid.* 21 blanda oratione). SIL. 1, 442 dicta. SVET. Aug. 51 epistulam. APVL. met. 1, 25 quem ... voce asperrima increpans. 9, 5. AMM. 24, 1, 8 sermone cum leni, tum aspero et minaci. VVLG. psalm. 90, 3. SVLP. SEV. dial. 2, 11, 5 aspera increpatione verborum. SIDON. epist. 3, 9, 1 ut stilus noster sit officiosus in titulis, asper in paginis. CARM. epigr. 1189, 7 mens aequa ..., non aspera lingu(a). 7 *res asperae, sim.*: CIC. de orat. 2, 346 non fractum esse fortuna, retinuisse in rebus asperis dignitatem. fin. 5, 78 si potest esse beatus is, qui est in asperis reiciendisque rebus. off. 1, 80 non perturbari in rebus asperis. LIV. 22, 27, 3 *al.* SALL. Cat. 10, 2 labores, pericula, dubias atque asperas res. Iug. 7, 6 imperator omnis ... res asperas per Iugurtham agere. LIV. 2, 9, 7 asperis ... rebus, in obsidione et fame. VAL. MAX. 7, 2 ext. 1 in contextu rerum asperarum quasi laetae materiae facere dilectum. PANEG. 9, 15 post res asperas. AMM. 27, 6, 8 tolerantia rerum ... asperarum. 31, 16, 3. SALL. Cat. 52, 28 res (*sc. cives interficere*) ... aspera est. SEN. epist. 66, 21 honesta res, sed tristis atque aspera. CIC. Phil. 7, 6 in asperrimis belli civilis periculis. VERG. Aen. 6, 882 fata aspera (*i. mors*). OV. Pont. 3, 6, 14 mollibus et verbis aspera fata leves (STAT. Theb. 1, 173 AVIEN. Arat. 224). VAL. MAX. 4, 2, 2 in aspero ac difficili temporum articulo (*cf.* 4, 6 ext. 2). CELS. 8, 9, 1 p. 343 D. si tota costa perfracta est, casus asperior est. SEN. Med. 431 o dura fata ... et sortem asperam (SIL. 10, 44 STAT. Theb. 1, 196). Phaedr. 993 clades. SIL. 5, 478 exitus. 8 *aliquid etc., neutr. pro subst.*: CIC. Q. Rosc. 11 quid est in iudicio? directum, asperum, simplex ... quid est in arbitrio? mite, moderatum. CIC. Att. 1, 19, 8 nihil ... a me asperum in quemquam fit, nec tamen quicquam populare ac dissolutum. SALL. Cat. 40, 4 nihil tam asperum neque tam difficile esse, quod non ... facturi essent. Iug. 89, 3 maiora et magis aspera aggredi. PS. SALL. rep. 1, 6, 3 omnia aspera ... pervade. HOR. epist. 2, 2, 21 aspera multa pertulit *Vlixes*. PANEG. Mess. 190 licet asperiora cadant spolierque relictis. PROP. 1, 18, 13 multa tibi dolor hic meus aspera debet. OV. Pont. 4, 10, 36 qui fert asperiora fide. LIV. 23, 42, 8 quae aspera adversaque tunc acciderunt. 25, 6, 23 asperrima quaeque ad laborem periculumque deposcimus. 26, 36, 2 quae dura atque aspera essent (SEN. dial. 1, 5, 1 multa accident dura, aspera, sed quae molliat et conplanet ipse *sapiens*. epist. 31, 7. 98, 3 *al.* TAC. ann. 3, 54 COD. Theod. 9, 4, 1 *a. 393* AVG. civ. 1, 1 p. 5 D. BENED. reg. 58). PAVL. FEST. 122, 15 *miles*, quod nihil molle, sed potius asperum quid gerat. 332, 4 scrupi dicuntur aspera saxa et difficilia attrectatu, unde scrupulosam rem dicimus, quae aliquid in se habet asperi. CELS. 3, 5 p. 83 D. *in aegro* verendum est, ne, si quid ... moverimus, fiat aliquid asperius. SEN. Thy. 314 istud, quod vocas saevum, asperum agique dure credis. 417. dial. 1, 3, 1 quae tu vocas aspera, quae adversa et abominanda. 2, 15, 2 aspera et ... toleratu gravia. 6, 12, 5 lenirent aspera placide ferendo. 7, 7, 1. clem. 2, 4, 3 inclinatio animi ad asperiora (TAC. ann. 1, 29 SVET. Iul. 14). epist. 66, 6 *animus* asperis blandisque pariter invictus. SIL.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

2,576 telum ingens contra aspera mors est (4,35). 9,371 aspera semper amans et par cuicumque periclo (*cf.* CYPR. GALL. Ios. 30). QVINT. inst. 12,1,37 asperiora ... adhuc dictu (*sc. quam liberos necare*) ... facere. 9,4,141 aspera ... et maledica ... iambis grassantur. PLIN. paneg. 7 nec te prospera et laeta stationis istius, sed aspera et dura ad capessendam eam conpulerunt. PS. AVR. VICT. epit. 40,19 quaedam ... aspera iubebat. AMM. 24,3,8 imperatoris inter secunda et aspera medii. 29,5,2 multa et aspera congerentes in Firmum SALV. gub. 4,34 aspera et adversa.

B *homines* (*bestiae*): 1 *de moribus vel animo singulorum*: GLOSS. ἀπότομος τῷ ἤθει, ταραχώδης, αὐστηρός, ἀφειδής, ὀργίλος, districtus (*i. severus*), durus. aspera: iracunda, ferox. asperrima: saevissima, acerbissima. QVINT. inst. 8,6,6 necessitate (*sc. transferendi*) nos 'durum hominem' aut 'asperum' *dicimus*. a *de viris saevis, trucibus, duris* (*sive natura tales sunt sive certa de causa exasperantur*): LVCIL. 1009 Samnis in ludo ac rudibus cuivis satis asper. CIC. Verr. 4,4 cavendum ..., ne qua in re asperior aut inhumanior fuisse videare. Mur. 66 *Panaeti* praeceptis ... asperior non est factus *Scipio*, sed ... lenissimus. Sull. 7 me ... ferum praeter ceteros, me asperum, me inhumanum ..., me singulari immanitate et crudelitate praeditum. Planc. 40 natura ... asperos atque omnibus iniquos. fin. 4,78 *Stoici* horridiores ..., asperiores, duriores et oratione et moribus. Tusc. 2,17 Epicuro, homini aspero et duro. rep. 1,50 utrum comi domino an aspero serviant. ad Q. fr. 1,2,6 in patrem ... asperior. VERG. Aen. 7,647 Mezentius. 8,330. 365 rebus ... veni non asper egenis, *Aenea* (*loquitur Euandrus; cf.* CARM. epigr. 4,1 re sua d⟨if⟩eidens asper afleicta parens). 9,61 asper et improbus ira saevit in absentis. HOR. epod. 6,11 in malos asperrimus *poeta* ... tollo cornua. ars 163 *iuvenis* monitoribus asper. 221 asper *fabulae satyricae scriptor* incolumi gravitate iocum temptavit. OV. met. 14,485 Acmon fervidus ingenio, tum vero et cladibus asper. trist. 3,1,75 nobis ... minus asper ... Caesar. fast. 3,580 asperior quovis aequore frater. LIV. 3,69,4 consules ... acerbe tuendo iura ordinis asperiorem domando multitudinem fecisse. 4,2,9 non mitiorem in se plebem, sed asperiorem. 22,59,7 *Romanos* asperrimcs ... ad condiciones pacis. 32,27,2 Cato ... asperior ... in faenore coercendo. 36,32,5 Quinctius sicut ... adversantibus asper, ita (asperae irae, ita *Bamb.*), si crederes, ... placabilis. 39,40,10 *Cato* asperi ... animi et linguae acerbae ... fuit. 45,10,8 vir asper ingenio augebat atrocitatem ... voltu truci. 45,25,2 *Cato* asper ingenio tum lenem mitemque senatorem egit. SEN. contr. 2,4,9 personam ... introduxerunt duram et asperam. VAL. MAX. 6,3,5 praetorem nimis asperum. PHAEDR. app. 18,1 dominum naturae asperae. SEN. Med. 62 asperi Martis. Phaedr. 804 asperos pugnacesque deos. Tro. 402 domino (*Plutoni, cf.* STAT. silv. 3,3,187). dial. 3,4,2 amarum ... acerbumque dicimus nec minus stomachosum, rabiosum, clamosum, difficilem, asperum, quae omnia irarum differentiae sunt. 5,7,2. benef. 1,9,2 lingua asper, vultu gravis. VAL. FL. 3,271 deus asper utrisque. 4,222 protinus asper (*i. iratus*) Iason. SIL. 1,148 asper amore sanguinis *Hannibal*. 2,327 inpatiens asperque coquebat ... iras. *nota*: 6,20 *Bruttius* asper ense. 6,60 agit asper acerba ... Mago attonitos ... hasta. 9,643. 12,348 *Hostus* asper paci (*i. infestus*). 12,551 stat celsus et asper ab ira ... senatus. 14,530 mens aspera *Cyclopis*. 17,85 *Scipio* asper monitis frustra nitentibus. MART. 12,70,4 udorum tetricus censor et asper. QVINT. inst. 1,7,34 recte loquendi asper ... exactor. 1,10,15 *secta*, quae aliis severissima, aliis asperrima videtur (*Stoa, cf.* 12,1,38). 3,8,51 asperi, lenes (4,1,17). 10,1,71 mitium, asperorum. 11,1,40. 90 verborum ... moderatione detrahi solet, si qua rei est invidia: si asperum dicas nimium severum. decl. 305 p. 197 neminem ... tam asperum et trucem. 328 p. 288 asperiorem ... adversus suos. PLIN. epist. 7,17,13 timor est emendator asperrimus. FRONTO p. 198,9 N. ad cetera ⟨minime⟩ serii, in iudicando tamen asperi. GALLIC. Av. Cass. 3,4 trux et asper ... mitis et lenis. SPART. Geta 4,1 adulescens ... moribus asperis, sed non impius. CAPITOL. Opil. 11,4 histrio ... turpis, gravis, asper, iniquus. 13,3. CAPITOL. Maximin. 2,2. LAMPR. Alex. 25,2 et 'Severus' est appellatus a militibus ob austeritatem, et in animadversibus asperior in quibusdam fuit. AMM. 26,1,4 *Aequitius* asper et subagrestis. 27,6,3 asper ... et formidatus *Severus*. 31,14,2 iudicibus inimicus asper et vehemens. 14,10,4 *militem* in ordinarias dignitates asperum semper et saevum. 18,6,8 suopte ingenio inritabilis et asperrimus. HIER. epist. 82,3 fin. ne ... filios ... nimietate duritiae ... lenissimos asperos esse compellant. CLAVD. 18,181 asperius nihil est humili, cum surgit in altum. AVG. civ. 6,9 p. 264 D. *Silvano*, aspero, horrendo, inculto, utpote silvestri. SVLP. SEV. dial. 1,2,4 illum ... asperiorem nobis fuisse. CAEL. AVR. acut. 1,3,40 asperrimi atque audaces ... aegrotantes. SIDON. epist. 7,4,3 aequanimiter fero asperos mihi. *in amore*: TIB. 1,5,1 asper eram et bene discidium me ferre loquebar. 1,6,2 es misero tristis et asper, Amor. b *de feminis, maxime de puellis amorem spernentibus et de viraginibus* (*trux, iracunda, inexorabilis, dura*): CIC. Att. 5,1,4 nihil ... fratre lenius, nihil asperius ... sorore. VERG. Aen. 1,279 aspera Iuno ... consilia in melius referet (PROP. 4,9,71 VAL. FL. 6,590 STAT. Theb. 11,211). 11,664 aspera virgo (*Camilla*). *nota*: VERG. Aen. 7,505 pestis (*i. Allecto*) ... latet aspera silvis (*cf.* STAT. Theb. 8,66. 9,166). HOR. carm. 1,33,5 Pholoe (*sc. inexorabilis amatori*). TIB. 1,9,2 asperaque est illi difficilisque Venus. OV. amor. 2,4,15 aspera si visast *puella* rigidasque imitata Sabinas. ars 2,185. met. 13,803 *Galatea* asperior tribulis. SEN. Med. 87 virginis asperae (*Dianae, cf.* STAT. Theb. 2,237). SIL. 10,434 (*Pallas*). STAT. silv. 1,2,199 aspera coepit flectere corda *Asteris* ... et ... sibi dura videri (Theb. 5,445). QVINT. decl. 343 p. 357 *puellam* severam ... et asperam. SPART. Hadr. 11,3 uxorem ... morosam et asperam. CLAVD. Pros. 2,20 *virgo* tristibus aspera bellis (*Minerva*). MART. CAP. 2,170 *Luna* cornigera et aspera. PRVD. perist. 3,14 *Eulalia martyr* terruit aspera carnifices supplicium sibi dulce rata. *nota*: MANIL. 4,565 Fortuna ... invidet in facie saevitque asperrima fronti (*abl.*). *similiter de re tamquam persona*: AVG. civ. 22,2 p. 55 D. sol oculis sauciatis ... asper quodammodo ex miti ... efficitur. c *de vultu, oculis, sim.*: SEN. dial. 5,4,1 *vultum* asperum et acrem. benef. 5,20,2 tristem frontem et asperam. STAT. Theb. 10,645 aspera ... ora *Virtutis*. QVINT. inst. 11,3,75 *oculi* superbi, torvi, mites, asperi. VERG. Aen. 1,291 aspera ... positis mitescent saecula bellis. 10,87 corda aspera (*Rutulorum*). SIL. 6,480 iuvenes ..., aspera ferro (*dat.?*) pectora. STAT. Theb. 1,478 corda aspera. MART. 10,103,12 (*opp.* placida ... mente). *neutr. pro masc.* LIV. 4,50,4 Postumius asperiora omnia fecit acerbis quaestionibus. SEN. dial. 5,8,7 difficiles quoque et indomiti natura blandientem ferent: nihil asperum territumque (tetricumque *Haupt*) palpanti est. d *de bestiis feris*: LVCIL. 112 annicula, aspera, praecox (*equa?*). LVCR. 5,33 asper, acerba tuens, immani corpore serpens (VERG. Aen. 9,791 *de leone circumvento*). VERG. georg. 3,57 *bos* interdum ... aspera cornu et faciem tauro propior. 3,149 *asilus* asper, acerba sonans. 4,245 crabro. 3,434 *anguis* saevit agris asperque siti atque exterritus aestu (NON. 244 nocens). HOR. carm. 1,23,9 tigris. 1,37,26 serpentes. 3,2,10 lacessat ... asperum tactu leonem (PORPH. 'asperum tactu' ..., qui (quia?), si tactus est, id est laesus, asperatur. *cf.* GLOSS. II 217,20 asper tactu ἄγριος τῇ ἁφῇ). TIB. 1,5,56 aspera turba canum. OV. am. 1,2,15 equus. met. 11,402 lupus ... dulcedine sanguinis asper. COLVM. 6,2,4 si nimis asperi erunt *iuvenci*, patere ... desaeviant. simulatque iras contuderint *eqs.* PLIN. nat. 8,76 asperrimam ... feram monocerotem. 8,80 *lupos* asperos trucesque. 8,212 feminae (*sues*) in partu asperiores. VAL. FL. 3,706 aspera nunc pavidos contra ruit agna leones? SIL. 3,387 sonipes crudo ... vigore asper (4,597. 17,136 STAT. silv. 4,4,69). 6,160 *serpens* (STAT. Theb. 2,411 iacto velut aspera saxo. 4,315). STAT. Theb. 10,575 fremit aspera nubes *apium*. MART. 11,69,2 *canis venatrix* silvis aspera, blanda domi. SERV. Aen. 10,750. DRAC. satisf. 78 blanda columba avis est, aspera vultur avis. STAT. Ach. 1,280 non aspera praebet ora lupis *equus*. AVIAN. fab. 28,2 aspera mordaci subdere colla iugo (*de iuvenco*). *de victu*: HOR. sat. 2,6,82 *rusticus mus* asper et attentus quaesitis.

2 *de cultu, moribus, animis populorum urbium, sim.* (*ferus, ferox, barbarus, bellicosus*): PLAVT. Capt. 884 quid tu per barbaricas urbes iuras? :: quia enim item asperae sunt, ut tuom victum autumabas esse. CAES. civ. 1,57,3 Albici ... homines asperi et montani. SALL. Iug. 18,1 Gaetuli et Libyes, asperi incultique. orat. Cott. 14 cum omnes provinciae, regna, maria terraeque aspera aut fessa bellis sint. VERG. Aen. 1,14 Karthago ... studiis ... asperrima belli (GLOSS. IV 430,47 asperrima: bellicosissima. *cf.* IV 431,42 *al.*). 5,730 gens dura atque aspera cultu. 7,729 Saticulus asper. HOR. carm. 1,35,9 Dacus. VAL. MAX. 7,3,6 gens barbara, aspera et regi difficilis. CVRT. 6,5,11 gens ... cultu vitae aspera. MELA 1,106 *Mossyni* asperi, inculti. 2,77. 3,28. LVCAN. 3,269. SIL. 3,280 mensis asper populus victuque maligno. 4,469 Libys. SIL. 15,314 Dolopum vis. STAT. Theb. 9,610 gens aspera ritu. FRONTIN. strat. 2,4,6 asperrimi hostes (*Teutoni*). FLOR. 1,22,54. *nota*: SOL. 17,4 gens silvis aspera, copiosa immanibus feris. 50,1 Anthropophagi, gens asperrima. CAPITOL. Aur. 22,2. IVST. 2,3,7 gens laboribus et bellis aspera. 24,4,4. AVIEN. orb. 870. 882 ora 523 *al.* AMM. 15,12,5 asperiore Allobrogum gente. 22,12,1.

structurae: *de causa asperitatis*: *asper aliqua re*: ENN. ann. 416 VERG. georg. 3,434 Aen. 1,14. 5,730 HOR. carm. 1,5,7 *al.* ab ira: SIL. 12,551. *supina*: accessu: MELA 2,66. auditu: VAL. MAX. 6,3 pr. factu: PS. SALL. rep. 2,1,1. gustatu: PLIN. nat. 15,129. nisu: VAL. FL. 5,157. perpessu: CIC. carm. frg. 33,1 AMM. 17,9,4. tactu: VARRO rust. 2,5,8 LVCR. 6,778. 1149 HOR. carm. 3,2,10 (*v. supra l. 29*) PLIN. nat. 27,90 DIOSC. 2,123. tract⟨at⟩u: PLIN. nat. 17,44. visu: STAT. Theb. 12,121. asperior in sapore: PALLAD. 12,7,22. *asper alicui homini*: *v. sub II B 1. alicui rei*: VERG. Aen. 8,365? SIL. 12,348 (paci). *in aliquem*: *v. sub II B 1 et p. 811, 30.* in quibusdam (*masc.*): LAMPR. Alex. 25,2. *adversus aliquem*: QVINT. decl. 328 p. 288. *ad aliquid*: LIV. 22,59,7 AMM. 22,3,7. *neutr. pro subst.*: *sing.*: *p. 809, 20. 59. 812, 78. plur.*: *p. 808, 80. 810, 29. 55. 71. 812, 65 sqq. (c. gen.:) p. 807, 83. 808, 28. 75. 76. 809, 31. 45. 47. 811, 37. 77. 813, 5.*

synonyma et coniuncta: *ad I*: (amarus), austerus, confragosus, hamatus, hirsutus (*adde*: SCHOL. Medic. Verg. ecl. 7,53), hirtus, horridus, inaequalis, incultus, invius, lanuginosus, montanus (*adde*: COLVM. 6,2,12 *al.*), montuosus, petrosus, pilosus (*adde*: GALEN. alf. 79), praefractus, saxosus, scaber, senticosus, silvestris, spinosus, (villosus). *ad II*: abscisus, acer (MART. 5,61,8. 10. *cf.* OV. fast. 3,93 *et*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

STAT. Theb. 7, 354), acerbus, adversus, alienus natura, amarus, arduus, austerus, crudelis, difficilis (*adde*: CIC. Tusc. 2, 17. 29), dirus, durus (*adde*: CIC. Tusc. 2, 29 QVINT. decl. 260 p. 62 PLIN. epist. 5, 19, 2 *al.*), efferus, ferox (GRAMM. suppl. 276, 23 inter asperum et ferocem hoc interest, quod ferox natura, asper ad tempus. *sed rectius* GLOSS. V 561, 52: asprum natura vel actu fit), ferus, gravis (*adde*: CIC. carm. frg. 33, 1 BENED. reg. pr.), horridus, incivilis, incommodus (CIC. fin. 5, 78), incultus, inhumanus, iniquus, inmitis (VERS. popul. in Tib. 1 p. 359 Baehr.), inprobus, insuavis (HIER. epist. 148, 10), minax, molestus (*adde*: LVCR. 2, 424), morosus, odiosus (*adde*: CIC. Tusc. 2, 17), pugnax, rabiosus, reiciendus (CIC. fin. 5, 78), rigidus (*adde*: PS. QVINT. decl. mai. 18, 3), rudis, saevus, severus (severitas: QVINT. decl. 300 p. 183), subagrestis, tetricus, tristis (*adde*: CIC. Tusc. 2, 29), trux (*adde*: OV. ars 2, 186).

opposita: *ad I*: comptus, cultus (STAT. silv. 4, 6, 57), dulcis, iucundus, lenis, lēvis (*adde*: HOR. carm. 2, 20, 11 SORAN. 9), lubricus, mollis, pinguis, placidus, planus (*adde*: SEN. epist. 66, 44. conplanare: SEN. dial. 1, 5, 9), suavis, tener, tranquillus. *ad II*: blandus (*adde*: QVINT. inst. 7, 4, 27), comis, delicatus (*cf.* VAL. MAX. 6, 9, 6), dissolutus, favorabilis (QVINT. inst. 4, 1, 21. 5, 10, 112), lenis, mitis (mitigo. *adde*: QVINT. decl. 260 p. 68 *al.*), moderatus, mollis (*cf.* SEN. epist. 100, 6. 66, 44 QVINT. inst. 9, 2, 62 HIER. epist. 117, 5 in Is. 40, 4), officiosus, placabilis, placidus (*cf.* SEN. dial. 6, 12, 5), plausibilis, popularis, prosper, secundus, tener.

composita: perasper, subasper.

adv. **asperē**. *inde a* CIC., *nisi quod* CAECIL. *loco dubio, v. infra l. 49. comp. (nota l. 79) et superl. usitati. apud poetas ne comp. quidem habetur. verbis tantum adiungitur.* SEN. epist. 82, 2 'male'...: dure, aspere, laboriose. I *ad* asper *I A* (*superficie aspera, motu aspero*): CIC. Sest. 19 vestitus aspere nostra hac purpura plebeia ... capillo ita horrido, ut. VITR. 7, 3, 5 parietes quam asperrime trullissentur. SEN. nat. 1, 2, 11 sidera ... aëra luce leni non pugnaciter nec aspere feriunt. AVG. dial. 6 leniter vel aspere sensum tangunt *res*.

II *ad* asper *I C* (*sono aspero, verbis asperis*): CIC. de orat. 3, 45 sic locutum esse eius patrem ..., non aspere ..., non vaste, non hiulce, sed presse et aequabiliter et leniter. 3, 172 verba ... ita iungantur, ut neve aspere concurrant neve vastius diducantur. SEN. dial. 11, 5, 6 verbum '*malum*' ... persuasione quadam et consensu iam asperius ad aures venit. QVINT. inst. 1, 1, 37 ex ... asperrime coeuntibus inter se syllabis. 12, 10, 32 syllabae nostrae in b litteram et d innituntur adeo aspere, ut plerique ... mollire temptaverint. DIOM. gramm. I 442, 26 ecthlipsis est conlisio quaedam difficilis ac dura consonantium cum vocalibus aspere concurrentium (PS. PROB. gramm. IV 264, 10). CHAR. gramm. I 51, 16 *verba* non aspere .. enuntientur. PRISC. gramm. III 498, 26 sonant (AVG. gramm. V 516, 41). VEL. LONG. gramm. VII 78, 6 '*coniux*' asperius auribus accidet. SERV. Aen. 3, 464 'a' (*in* 'gravia') finalitatis ratione producitur, sed satis aspere.

III *ad* asper *II* (*animo aspero, sim.*): 1 *cum verbis agendi*: CAECIL. com. 43 duriter vos educavit atque aspere (asperiter *Bothe, metri causa*). CIC. Att. 1, 20, 1 in iis rebus, quae mihi asperius a nobis ... et iniucundius actae videbantur, moderatissimum fuisse. ad Q. fr. 2, 4, 5 eum nimis aspere tractat. VAL. MAX. 5, 4, 3 AMM. 20, 8, 20 *al.* CIC. epist. 6, 6, 10 in eius persona multa fecit asperius (HIRT. Gall. 8, 44, 1 *opp.* lenitatem). SALL. Iug. 40, 5 quaestio exercita aspere violenterque. LIV. 3, 50, 14 nihil placet aspere agi (SALV. epist. 9, 8). VELL. 2, 7, 4 asperrime ... saevierant (TREB. trig. tyr. 9, 3). VAL. MAX. 7, 2, 6 ob nimis aspere actam censuram. 9, 3, 4 nimis aspere puniti. SEN. dial. 3, 15, 1 corrigendus ... et admonitione et vi, et molliter et aspere. benef. 2, 7, 1 beneficium ab homine duro aspere datum. QVINT. decl. 297 p. 174 si tecum asperius contenderem. 323 p. 270 aspere ... irate ... iudicii faciem intueri. NOVELL. Marcian. 5, 1 pr. sanctiones ... aut durius aut asperius latas. APVL. met. 5, 30 castiget asperrime nugonem. CAPITOL. Gord. 23, 3 quae fuerant aspere gesta, mitigaret (AVG. civ. 1, 7 p. 11 D.). AMM. 24, 2, 14 cum certaretur asperrime. 27, 3, 12. 29, 2, 24 quae egit asperrime. AVG. civ. 5, 24 p. 237 D. quod aspere coguntur ... decernere, misericordiae lenitate ... compensant. *nota*: PS. SALL. rep. 2, 10, 5 quanto in secundis rebus florentior fuit, tanto in adversis asperius magisque anxie agitat.

2 *cum verbis sentiendi, patiendi, sim.*: CIC. Att. 9, 2^a, 1 hoc (*sc. me abesse*) idem accipiet asperius. TAC. hist. 3, 56 ita formatis principis auribus, ut aspere (-ra *cod.*), quae utilia, acciperet (ann. 4, 31). LAMPR. Alex. 63, 2 neque tristius ... neque asperius. SEN. dial. 5, 36, 4 admoneri bonus gaudet, pessimus quisque rectorem asperrime patitur (PS. SALL. rep. 1, 1, 6 pessumus quisque asperrume rectorem patitur). 12, 17, 2 tulerunt ... nec nimis acerbe et aspere, quod acciderat, nec molliter et effeminate. AMM. 22, 9, 10 inimicum, cum quo discordabat asperrime. 22, 16, 5 *Alexandria* seditionibus ... aspere fatigata. SCHOL. Germ. Bas. p. 95, 1 Br. qui (*Canis, sc. sidus*) cum flagraret amore (*sc. Oporae*) nec posset frui, magis asperius urebatur. AVG. civ. 19, 8 p. 368 D. cum ... mortibus ... nunc mitius, nunc asperius affligatur vita mortalium. CANON. 1, 43 (Migne 56, 409^c) si ... episcopus forte iracundus ... cito et aspere commovetur adversus presbyterum. 3 *cum verbis dicendi (scribendi)*: CIC. epist. 1, 5^b, 1 a Catone aspere et acerbe ... est accusatus (APVL. apol. 7). agr. 2, 63 non consuevi homines appellare asperius ... nisi lacessitus. Cluent. 140 multa in equites Romanos ... asperius dicta. Planc. 33 aspere et ferociter et libere dicta. orat. 127 pro reis multa leniter dicantur et in adversarios aspere. de orat. 2, 339. Brut. 164 (*opp.* leniter). epist. 13, 29, 4 nihil aspere, nihil acerbe. SEN. epist. 100, 10. QVINT. inst. 2, 8, 15 dicere presse ... aut subtiliter aut aspere (8, 3, 40. 10, 2, 23). 5, 13, 40. 6, 3, 28 contumeliose et aspere. 11, 3, 23 aspere ... concitateque (*cf.* 10, 2, 23 decl. 301 p. 185). decl. 316 p. 243 graviter et aspere dicere contra filium. SVLP. SEV. dial. 3, 18, 2 dices illi, sed non aspere, non acerbe. MART. CAP. 5, 472. *nota*: LIV. 2, 27, 1 asperrime ... ius ... dicere. CIC. Lael. 91 alterum (*i. monere*) libere facere, non aspere. QVINT. inst. 5, 7, 27 verecundos non aspere incessere. LIV. 26, 12, 11 non libere modo, sed etiam aspere ... incusabant. AMM. 28, 1, 21 iudicum ... asperius interpretantium facta. CIC. Sest. 14 asperius in quosdam homines invehi. Tusc. 1, 104 durior Diogenes et is quidem ⟨idem⟩ sentiens, sed ut Cynicus asperius, proici se iussit (SPART. Hadr. 10, 2). Planc. 33 asperius ... locutus est. de orat. 1, 227 aspere ... et vehementer. Att. 2, 22, 2 de nobis asperrime loqui. 6, 2, 2 (*opp.* lenivi iratum). LIV. 35, 17, 3. QVINT. inst. 6, 5, 5 aspere an leniter an etiam submisse loqui. AMM. 23, 2, 4 VVLG. gen. 31, 24. CIC. Att. 5, 1, 4 absurde et aspere verbis voltuque responderat. 9, 15, 5 asperius me, quam mei patiantur mores, de Dionysio scripsisse. 10, 12, 3 *al.* SALL. Iug. 65, 4. CIC. de orat. 2, 349 vituperari ... satis insignite atque aspere.

synonyma: *ad I*: pugnaciter. *ad III*: acerbe, duriter, ferociter (*adde* LIV. 35, 17, 3), iniucunde, vehementer, violenter. *opposita*: *ad III*: effeminate, leniter, mitius, molliter. libere.

adv. **asperiter**. PRISC. gramm. III 71, 1 Plautus (frg. 59) ... aequiter, asperiter. NON. 513 aspriter (*sic, vel* aspiter, aspiciter *codd.*). Sueius (carm. frg. 2): ubi tu nequaquam cubares aspriter (*codd. ut supra*). *Hey.*

Asper, -ī *nom. serv. et cogn. ing. de declinatione cf.* PROBI app. gramm. IV 201, 31 inter Asprum et asperum hoc interest, quod Asprum vocabulum hominis esse intellegitur, asperum autem non leve esse demonstratur. *cf.* PRISC. gramm. II 228, 15. *at* LIV. 3, 65, 4 Aspero, CONSENT. gramm. V 402, 15 secundum Asperum, GRAMM. suppl. p. 40 ars Asperi, CORP. V *christ.* 6201 Aspero ... p. c. Asperi. *nom.* Asprus EXC. Bob. gramm. I 534, 39 (*cf. Lyd. de mag. 1, 7* ὁ Ῥωμαῖος Ἄσπρος). *in libris* L. Trebonius Asper *tribunus plebis* (*447 a. C.*): LIV. 3, 65, 4 insectandis patribus, unde Aspero ... inditum est cognomen. Sulpicius Asper *centurio* (*65 p. C.*): TAC. ann. 15, 49. Asper *irrisus*: MART. 8, 49. Aemilius Asper *grammaticus*: AVSON. 408, 22 Harmonio, quem Claranus, quem Scaurus et Asper. 470, 20 Aemilium aut Scaurum Berytiumve Probum. *al.* CC. Iulii Aspri *pater et filius consules a. 202*: COD. Iust. 5, 16, 1 *etc.* duobus Aspris conss. CORP. VI 2003 C. Iulio Aspro II C. Iulio As⟨pro⟩ cos. TERT. adv. Scap. 4 Asper *filius*. Asper *ad quem impp. Diolectianus et Maximianus a. 291 rescripserunt*: COD. Iust. 9, 41, 12. INSCR. *passim*: CORP. I 755 (*in tessera consulari*) Asper Statii sp. II 1810 (*Gadibus*) M. Fannius Asper. 4969, 14 (*in lucerna*) L. Caes. As⟨pri⟩. III 56 (*Thebis Aegypti*) C. Calpurnius Asper. 13849 (*Nefertarae*) ⟨As⟩pro et Orfito cos. (*ann. incert.*). V 3936 (*in pago Arusnatium*) C. Ligurius L. f. Vol. Asper. VI 25399 A. Resio Aspro. 28782 L. Vibio L. f. Ani. Aspro. VIII 11348 (*Sufetulae*) C. Octavi Aspri. IX 6082, 11 (*in cretaceo*) Asper f(ecit) *cf.* XI 6699, 25. X 8059, 59 (*in signaculo*) C. Av. Aspri. 532 (*Salerni*) ... Aspri. XI 1736 (*prope Arnum*) C. Gavius L. f. Asper. XII 543 (*Aquis Sextiis*) Q. Cornelio Q. f. Aspro. 1090 (*Aptae*) M. Alfius Asper. XIII 1711 (*ad aram Romae et Augusti*) C. Vlat⟨tio⟩ ... Aspri fi⟨lio⟩. XIV 2523 (*in agro Tusculano*) M. Pompeio M. f. Ani. Aspro. XV 3623 (*in amphora*) Tittio Aspro. INSCR. Rhen. Bramb. 1163 G. Minicius G. f. Stellatina Asper. **Aspra** *cogn. mul.* INSCR. Rhen. Bramb. 450 Albania Albani f. Aspra. **Aspro** *nom. vir.* CORP. III 5478 (*in valle fl. Mur.*) Quinta Aspronis. **Asprius**, -a *nom. gent.* CORP. X 7845, 15 (*Vseli*) C. Asprius Felix. XII 2633 (*Genavae*) Aspria Verecunda. *auctori artis* Asper *erat nomen an* Asperius? *cf.* GRAMM. suppl. p. LXXX. **Aspriānus** *cogn. vir.* VOPISC. Car. 17, 7 Fulvium Asprianum. **Asprilla** *deminutive ab* Aspra *sive* Aspria. CORP. III 651 (*Philippis*) Cornelia P. fil. Asprilla. 652 (*ibid.*) Cornelia Longa Asprillae mater. **Asperinia** *nom. mul.* (*gent.?*). CORP. II 539 (*Emeritae*) Asperinia mater. **Asprio** *cogn. vir.* CORP. V 5068 (*Anauni*) Lumenones (*nom. gent.*) Arvetius ... Asprio. *hucne referendum est* CORP. XIII 314 (*prope Lugdunum Convenarum*) **Aspercius** f(ilius)? **Asprēnus** *nom. gent.?* CORP. X 2848 (*Puteolis*) Philippo Aspreni (*gen.*). **Asprēnās**, ātis *cogn. ingenuorum, rarius nom. gent. et serv., ab loco quodam ductum. de e longa cf.* CORP. VI 811 Asprénâte *et Appian. civ. 3, 7* Ἀσπρήναν ... ὁ Ἀσπρήνας ... τῷ Ἀσπρήνᾳ. *de declinatione*: MAR. PLOT. gramm. VII 476, 2. 3 Maecenas Maecenae aut tertiae '-tis', Asprenas Asprenae Asprenatis. *at* QVINT. inst. 1, 5, 62 nam si (*Pelias, al.*) ut ... Asprenas dicerentur, genetivo casu non 'e' littera sed 'tis' syllaba terminarentur. *gen. plur. Asprenatum*: (PLIN. nat. 30, 63). *nobilissimi Asprenatum* Nonii: PLIN. *ibid.* consularis Asprenatum domus. *Nonii Asprenates cos. a. 6. 29. 38. 94. 128 p. C.*: CORP. X 4881 (*Venafri*) L. Nonio Asprenate cos. (*6. p. C.*), *cf.* FAST. Cap. IV 1555 L. Nonio Asprenate A. Plotio cos. (*p. C. 29*). X 6638

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

(*Antii*) M. Aquila I(uliano) P. Nonio Asprena⟨te⟩, *cf.* VI 811 *et* FASTOS (*p. C. 38*). VI 25527 L. Nonio Torquato Asprenate T. Sextio Magio Laterano cos. (*p. C. 94*). VI 1048, 5 ⟨Nonio⟩ Torquato Asprenate II et Annio Libone cos. (*p. C. 128*). *pater primi proconsul bello Africano*: BELL. Afr. 80 castris praesidio Asprenate proconsule... relicto. L. P. ⟨Nonios⟩ Asprenates *rhetores commemorat* SEN. contr. 10 praef. 2 *etc.* suas. 7, 4. *in* Calpurnia *quoque gente* Asprenates, *cf.* TAC. hist. 2, 9 Galatiam ac Pamphyliam provincias Calpurnio Asprenati regendas Galba permiserat. *dubium ad Nonios an Calpurnios pertineat is* Asprenas, *de quo Appian. civ. 3, 7 τῶν δημάρχων τινὰ Ἀσπρήναν. in lapidibus passim*: CORP. I 767 L. Aspr. A. Plaut. (*cos. p. C. 29*), *cf.* IV 1555. II 4622 (*Gerundae*) L. Plotio L. f. Gal. Asprenati aed. III 2960 (*Iader*) M. Iulio T. f. Ser. Asprenat⟨i⟩. 4929 (*Viruni*) Tib. Iul. Asprenas. V 1168 (*Aquileiae*) P. Asprena⟨...?⟩. VI 253 ⟨L. Nonio⟩ Torquato Asprenate ... cos. (*a. 168?*). 9356 Olympus Asprenatis (*nom. gent.?*) Caesiani disp. 1370 Asprenans (*sic*) Calpurnius Torquatus. VIII 4946 (*Thubursici*) Naevia Matrona Asprenatis uxor. IX 3431 (*Peltuini*) Asprenati aedili quaest., *cf.* 5659. X 7301 (*Panhormi*) A. Agrilio A. f. Asprena⟨ti⟩. 6699, 26$^{a.\,b.\,c.\,d.\,e}$ (*in lucerna*) Asprenas. XII 3527 (*Nemausi*) T. Comini Asprenatis, *cf.* 1748. XV 6312 (*in lucerna*) Asprenas. *nom. gent. videtur*: XI 4119 (*Narniae*) ⟨Se⟩x. Asprenati ⟨... Cr⟩u(stumina) ... Expectato ⟨A⟩sprenas Clemens. *Zimmermann.*

asperātio, -ōnis *f.* *ab* asperare. CAEL. AVR. acut. 2, 7, 33 membranas capitis in tumore constitutas iugiter excitare sine dubio asperatio passionis est. *Hey.*

[**aspergillum** *v. l. 31.*]

1. aspergo *vel* **aspargo** *vel* **aspargen,** -inis *f.* [*cf. c.* aspergere. *Th.*] GLOSS. aspergine: περικλύσματι; aspersio est. aspargine: asparsione (*cf.* VERG. Aen. 3, 534). II 404, 22 περιραντηρ⟨ίῳ⟩: ⟨a⟩spargine (*quod olim legebatur περιραντήριον* aspergillum). GLOSS. *aliquot codicum* PRISC. gramm. II 169, 8 aspergo: ἡ προσράντισις. *forma* aspargo *in codicibus saepe traditur*: LVCR. 6, 525 VERG. Aen. 3, 534 STAT. Theb. 2, 674. 7, 70 (*sed* 5, 406 aspergine *Putean.*) CALL. dig. 14, 2, 4, 2 *med.* SERV. Aen. 1, 173 FVLG. myth. 1 praef. p. 8, 6 AMBR. exam. 3, 5, 21 (*praeter C m*³ *N*) ENNOD. carm. 2, 82, 5. 2, 128, 3 NOT. Tir. 64, 96 GLOSS. II 404, 22. IV 22, 1. *praeterea cf.* VEL. gramm. VII 75, 7 (*v. p. 818, 51*). *formam* aspargen *testatur* MAR. VICTOR. gramm. VI 7, 19 finitivae litterae... femininorum... sunt sex, a n o r s x, ut Roma, aspargen (*sic cod. Val.*; aspergen *B*), virgo *eqs.* *de genere*: PRISC. (*secundum* PROB. de dubiis gen.) gramm. II 169, 8 vetustissimi ... inveniuntur confudisse genera, nulla significationis differentia coacti, sed sola auctoritate, ut 'hic' et 'haec aspergo'. ENNOD. carm. 2, 128, 3 madefacto (-a *Sirm.*) aspergine (*at fem.* carm. 2, 82, 5). *primum invenitur apud* CATONEM. *plur. legitur apud* PLIN. nat. 13, 29. 22, 63 APVL. met. 10, 35 AMM. 20, 11, 26. 20, 11, 28. 23, 6, 67. 27, 4, 14 CAEL. AVR. acut. 2, 38, 218 chron. 3, 7, 93. 4, 2, 18. 4, 3, 36. 5, 2, 39. 5, 4, 76.

I *proprie*: **1** *res aspersa, plerumque liquida, rarius concreta*: **a** *absolute*: *de aqua, imbre, nive*: CATO agr. 128 ita neque aspergo nocebit (VITR. 5, 11, 1 uti cum tempestates ventosae sint, non possit aspergo in interiorem partem pervenire. PLIN. nat. 36, 167 aspergine et gelu pruinisque rumpuntur in testas *tofi*. 13, 29 tectorii vicem ... *frutex* praestat contra aspergines). VERG. Aen. 3, 534 salsa spumant adspargine cautes (*cf.* PAVL. PETR. Mart. 2, 411 *mare* inlidit ... spumanti aspargine cautes). OV. met. 1, 572 Peneus ... summis ... adspargine silvis impluit (*cf.* SIDON. epist. 2, 2, 16 superiectae asperginis fragor. carm. 22, 132). 11, 498 videtur pontus ... adspargine tangere nubes. 3, 683 multa ... adspergine rorant. SIL. 4, 654 irrorat ... aspergine cristas. 5, 621 lacus ... lavit ... ignota aspergine silvas. PLIN. epist. 5, 6, 20 aqua ... platanos ... leni aspergine fovet. CALL. dig. 14, 2, 4, 2 *med.* si aspargine ... res *navis* deteriores fiunt. AMM. 20, 11, 26 umoris spiramina ... disiecta in aspergines parvas. 20, 11, 28 intermicante asperginum densitate. SERV. Aen. 1, 173 sales tabentes: ... madefactos aspargine. AMBR. exam. 3, 5, 21 cautes nivea rorant aspargine. *nota*: OV. met. 14, 796 flammifera ... fumant adspargine *venarum vaporantium* postes. *de rore*: AMM. 23, 6, 85 umores ex lunari aspergine capiunt *conchae* (*cf.* SOL. 53, 24 lunaris imber). ENNOD. carm. 2, 128, 3 astrorum populus ... fundebat rutilos madefacto (*sic*) aspargine crines. *de sanguine*: OV. met. 4, 729 maduere graves adspergine pennae. 3, 86 sanguis ... virides adspergine tinxerat herbas. STAT. Theb. 7, 70 dira ... aspargine ... mutat agros. *de re concreta in pulverem imminuta*: *i. q.* σύμπασμα: CAEL. AVR. chron. 5, 4, 76 adhibito usu asperginum, quae Graeci συμπάσματα vocaverunt (*cf.* 3, 7, 93. 5, 2, 39 acut. 2, 38, 218). acut. 2, 37, 197 probandam etiam asperginem, quae suo frigore ... constringat (*sequuntur*: terra samia et cimolia, rosa arida, *al.*). chron. 3, 2, 40 fricatio cum aspergine corporea (*i. pulveris cuiusdam*) facta. 4, 3, 36 erunt detergendi et asperginibus cohibendi. **b** *accuratius definitur genetivo adposito* (*adiunctam praepositionem v. p. 818, 21*): *de aqua, imbre*: LVCR. 6, 525 ubi sol ... adversa fulsit nimborum aspargine contra. OV. met. 7, 707 silices ... concipiunt ignem ... adspergine aquarum (SOL. 50, 2. AMM. 23, 6, 67 asperginibus crebris). fast. 4, 427 aspergine multa ... aquae (PETRON. 102 TERT. bapt. 5. poen. 6 quis tibi ... asperginem unam cuiuslibet aquae commodabit? *quibus verbis alludit* TERT. *ad baptismum*; *cf.* APVL. met. 4, 3 liquoris aspergine *et l. 9*). SIL. 14, 486 ora ... feriunt remorum aspergine rores. STAT. Theb. 5, 406 cana rorantem aspargine ponti (PLIN. epist. 2, 17, 14 longinqua aspergine maris). APVL. met. 10, 35 prope ipsas fluctuum aspergines (*cf.* SIDON. epist. 2, 9, 8 undae ferventis aspergine). AMM. 27, 4, 14 roris asperginibus gelidis. FVLG. myth. 1 praef. p. 8, 6 Gorgonei fontis adspargine. MACR. sat. 5, 13, 21 asperginem collectae sordis (ἁλὸς ἄχνην) exspuere. *nota*: *de aqua baptismi*: FVLG. FERR. epist. 1 (= FVLG. epist. 11, Migne 65, 214), 2 salutaris lavacri necdum fuerat aspergine mundatus. *cf. etiam l. 2.* *de sanguine*: OV. met. 4, 125 adspergine caedis. STAT. Theb. 2, 674 taetra morientum aspargine manant. PRVD. perist. 11, 143 recalenti adspergine sanguis. S. C. de sumpt. lud. glad. min. (*a. 176/7* Corp. II 6278) 7 cruoris humani adspergine contaminata. *de re concreta*: TERT. resurr. 16 aspergine florum honorabitur. SOL. 27, 21 cineris aspergine carnes pollutae. PRVD. perist. 5, 225 crepante adspergine ... salis (CAEL. AVR. chron. 5, 11, 135). CAEL. AVR. chron. 5, 11, 133 arenae aspergine. 4, 2, 18 asperginibus pulveris ex ture et nitro et sulphure confecti. acut. 3, 21, 204 cum aspergine corticis mali punici. *nota*: CAEL. AVR. acut. 2, 38, 223 reprobamus etiam aspergines ex calce atque faecibus. *liberius*: MACR. sat. 7, 5, 14 potus (*sc. vinum*) ... cerebrum ... ferit fumi calentis aspergine. *de luce*: MACR. somn. 1, 15, 6 *stellae* diffusae lucis aspargine continuum iuncti luminis corpus (*i. lacteum circulum*) ostendunt. **2** *singulariter*: *locus umore aspersus*: PLIN. nat. 22, 63 umbrosas petras parietumque aspergines ... sequitur *adiantum*.

II *translate*: FRONTO p. 195, 2 N. cuius infamiae aspergo inquinat multos. IVVENC. 3, 167 mentem possunt aspergine labis polluere. PRVD. apoth. 937 omni culparum adspergine liber (MAR. VICTOR aleth. 3, 77). AVG. pecc. mer. (Migne 44, 199) 3, 21 sanctitatis asperginem. MACR. somn. 1, 8, 9 *animi defaecati* et ab omni mundi huius aspergine presse pureque detersi. AVELL. p. 117, 22 qui nulla damnatae impietatis sit infectus aspergi⟨ne⟩. *nota*: *de colore admixto*: ENNOD. carm. 2, 82, 5 candentem crocea gestans aspargine frontem *Glycerius*.

2. aspergo, -spersī, -spersum, -spergere *vel* **aspargo,** -sparsī, -sparsum, -spargere. [*ab* ad *et* spargere. *Th.*]. GLOSS. aspergo: ῥαίνομαι, ῥαντίζω. reni (*i. ῥαίνει*): aspargo; roro. asperserit: προσκλύσῃ. aspersum: respersum. aspargere voces: multa narrare (*cf.* VERG. Aen. 2, 98). *formae in* a *saepe in codicibus traduntur*: VARRO rust. 1, 38, 1. 1, 57, 2. 2, 11, 4. 2, 11, 6 (qua spargi *codd.*). 3, 16, 35 *bis* (*contra* 3, 14, 3 aspergant). RHET. Her. 4, 62 (*HPB*). CIC. epist. 2, 16, 7 (*M*). LVCR. 1, 719 (*at* 3, 20 aspergunt). COLVM. 7, 8, 4 (*S*). PLIN. nat. 28, 80 (*VR*). STAT. silv. 3, 1, 13 AMPEL. 8, 16 ITALA (Priscill. tract. 1 p. 27, 23) apoc. 19, 13, cod. Lugd. gen. 31, 12 *et saepius*, cod. Ottob. exod. 24, 8 SER. SAMM. 482. 850 PALLAD. 3, 25, 2 DICTYS 3, 20 AMBR. exam. 6, 8, 50 HEGES. 1, 46, 2. 3, 20, 2 DIDASC. apost. 78, 25 AVG. conf. 2, 2, 14. 7, 17, 23 MARC. med. 36, 3 APIC. (*semper*) CHIRON 459. 496. 765 NOT. Tir. 64, 91. 64, 94. *adde* INSCR.: CARM. epigr. 525, 6 ACTA lud. saec. Sept. (Corp. VI 32328) III 82. *cf. artificiosam distinctionem apud* VEL. gramm. VII 75, 7 sane aspergo et aspargo habent differentiam suam, si quidem aspergo verbum ⟨est⟩, aspargo nomen. *verbum primum legitur apud* PLAVT., *frequens est apud medicos et in* PLIN. nat., *deest, si plenos indices respexeris, apud poetas* TER. LVCIL. CATVLL. PVBLIL. GRATT. GERM. PHAEDR. PERS. CALP. VAL. FL. MART. *et apud prosae orationis scriptores* CATON. CAES. BELL. Alex. Afr. Hisp. SALL. VITR. VELL. ASCON. FRONTIN. TAC. PLIN. epist. FLOR.

I ***proprie*: 1** *aliquid minutatim fundens sive spargens aliquo adicio*: **a** *obiectum nude positum est*: *liquores*: PLAVT. Bacch. 247 *et* Truc. 366 aspersisti aquam (*in imagine*; *cf. sub* aqua *II p. 362, 69. proprie*: PLIN. nat. 20, 131 modice. 24, 178. 28, 143 marinam *sc. aquam*. 27, 69. 32, 85 *al.*). VARRO *v. l. 71.* CIC. div. 1, 23 aspersa temere pigmenta. LVCR. 1, 719 aequor ... glaucis aspargit virus ab undis. PROP. 1, 12, 16 non nihil aspersis gaudet Amor lacrimis. SCRIB. LARG. 207 haec ... oportet ... minutatim aspergere. LVCAN. 1, 620 asperso ... sanguine (STAT. Theb. 2, 717). PLIN. nat. 24, 163 urina aspersa. 34, 154 *squama ferri* adspersa paulisper. 34, 122 mel adspergitur (*cf.* 22, 134). FRONTO p. 229, 12 N. leti guttam. HEGES. 1, 46, 2 aromata. VVLG. Sirach 43, 19 aspergit nivem *deus*. *res solidas*: VARRO rust. 2, 11, 6 qui aspargi (qua spargi *cod.*) solent sales (PLIN. nat. 13, 7. 15, 25 *saepius*). 1, 57, 2 alius aliut adfriat aut aspargit, ut chalcidicam aut caricam cretam aut absinthium. 3, 14, 3 furfures. SCRIB. LARG. 45 paulatim ... aeris florem. 75 glycyrrhizam contusam et cribratam ... sensim (*cf.* 157 aphronitrum). 209 pix adicienda est, deinde cera, ... ultimum alumen aspergitur. 232 cinerem ... cribratam. 267 adicitur crocum ..., deinde murra trita per se aspergitur, ultimum nitrum (*cf.* PLIN. nat. 31, 114) et A⟨s⟩sius lapis. PLIN. nat. 20, 154 tritum *semen* (20, 227). QVINT. inst. 9, 3, 3 asperso quodam condimento. SVET. Aug. 18 floribus aspersis. THEOD. PRISC. eup. faen. 90 cadmiae pulvis aspersus. 91 sulphur. *saepius*. *de semine, quod seritur* (*cf. p. 819, 23*): PALLAD. 3, 25, 33 castanearum semen aspargi *nunc potest*. 3, 25, 2. 12, 1, 3. *nota*: *de libatione ante mensas secundas sollemni (Marquardt, Pr.-L.² p. 326) intelle-*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

gendum mihi videtur: CASSIOD. hist. trip. (Migne 69, 1053[b]) 6, 33 cum staret iste (*puer fidem christianam animo amplexus*) ante imperatoris (*Iuliani*) accubitum et epulas sollemniter aspersisset, repletus horrore *fugit.* *liberius de frigore, tenebris* (*cf. p. 820, 1*): PLIN. nat. 18, 282 luna ... roscidum frigus aspersit. CORIPP. Ioh. 1, 256 manu ... aspergens tenebras. **b** *adiungitur quo sive ubi*: *liquores*: VARRO rust. 2, 11, 4 pro coagulo addunt de fici ramo lac et acetum, aspargunt item aliis aliquot rebus. VERG. georg. 3, 419 pecori ... aspergere virus. VAL. MAX. 9, 1, 2 aceto ... liquatos ... uniones potionibus. CELS. 2, 17 p. 63 D. aqua super *ferrum* leviter adspergitur. 4, 8 p. 131 polentam ... potioni (*cf.* 4, 18 p. 144). PLIN. nat. 10, 181 aceto ... naturae (*i. genitali*) adsperso. 12, 34 liquor adspersus oculis. SER. SAMM. 1084 leporis ... coagula vino. AMBR. off. 3, 17, 100 aquam ... super ligna. VVLG. levit. 8, 30 aspersit *unguenta* super Aaron et vestimenta eius. Is. 63, 3 aspersus est sanguis ... super vestimenta. levit. 4, 16 inferet sacerdos ... de sanguine eius in tabernaculum ... tincto digito aspergens septies contra velum (16, 14 asperget digito septies contra propitiatorium. num. 19, 4). DIDASC. apost. 78, 25 sanguem (*sic*) asparsit in limine. *nota imaginem*: RHET. Her. 4, 62 cui aliquid mali ... lingua aspergere (*cf. p. 818, 39*) possit *vir ut draco per forum serpens.* *paronomasiam*: CIC. Cluent. 71 conditor totius negotii Guttam aspersit huic Bulbo. *res solidas*: VARRO rust. 1, 38, 1 id (*stercus*) ut semen aspargi oportere in agro (*cf.* PALLAD. 1, 6, 5 faba ... in umida *terra* debet aspargi). VERG. georg. 4, 62 huc tu tunsos (iussos *codd.*) asperge sapores, trita melisphylla et cerinthae ignobile gramen. VAL. MAX. 4, 6 ext. 1 extincti ossa potioni. SEN. Herc. O. 734 tura ... focis. COLVM. 12, 56, 1 salem inter incisuras raporum ... minutum aspergito (PLIN. nat. 13, 38 non radicibus *arboris*, sed paulo longius. QVINT. inst. 6, 3, 19 *sal* in cibis paulo liberius adspersus). SCRIB. LARG. 46 *nari* gallam ... vel chalcitim. 47 asperso super acetum utro libuerit ... medicamentorum. 54 semine carbonibus (*cf.* PLIN. nat. 19, 143). 263 cetera contusa temperatis. PLIN. nat. 8, 136 corpus eius (*animalis*) exustum (*i. cinerem*) ... aliis carnibus (*cf.* 17, 261 cineres ... ficis. 23, 4. 28, 80. 28, 198. 32, 72 VVLG. II reg. 13, 19). 9, 157 ovis ... vitale ... virus. 17, 49 radicibus *pulverem* (*cf.* THEOD. PRISC. eup. faen. 29. 78 *saepius*). 20, 173 in potione aspersā *cunilā sativā.* 24, 93 *rhus* obsoniis. 38, 249 *farinam* potioni. SER. SAMM. 482 medio ventris ... terram. CHIRON 459 oportebit autem et ordeum eis (*animalibus*) fieri tamquam tisanae et aspargi cum aqua mulsa. VVLG. Iob 18, 15 in tabernaculo ... sulphur.

2 *aliquid sive aliquem aliqua re minutatim fundendo spargendove adficio*: **a** *materia adficiens nominata est*: *liquore*: PLAVT. Epid. 554 guttula pectus ardens mi aspersisti (*in imagine; cf. p. 818, 61*). VARRO rust. 3, 16, 35 aspargi eas (*apes*) ... aqua mulsa (CHIRON 459 quodcumque fuerit, ex aqua mulsa asperges). RHET. Her. 4, 31 sanguis ... parietes ... aspersit. 4, 68 iste ... sanguine aspersus (OV. met. 5, 40 SEN. contr. 7, 5, 10. VAL. MAX. 9, 2, 2 caedis vestigiis. SEN. Herc. f. 372. Thy. 94 ne sacras manus violate caede neve furiali malo adspergite aras. Tro. 255 caede dira ... umbras. SIL. 5, 142 clipeum ... aspersum ... caedibus. APVL. met. 1, 18 cruore. VVLG. exod. 12, 22 ex eo (*sc. sanguine*) superliminare. levit. 5, 9 de sanguine ... parietem. 6, 27 *al. saepe*). LVCR. 3, 19 quas (*sedes quietas*) ... nubila nimbis aspergunt. VERG. Aen. 3, 625 sanie ... adspersa ... limina (SIL. 1, 102 tabo. 4, 791). HOR. epist. 1, 11, 12 imbre lutoque adspersus (AMPEL. 8, 16 *lucernam* pluvia aspargit. AMM. 23, 4, 11 limo). TIB. 1, 2, 47 infernas ... catervas ... lacte. PROP. 2, 24, 3 cui non ... aspergat tempora sudor? 3, 14, 15 crines aspersa *femina* pruinā. LIV. 41, 13, 1 vaccam aeneam ... ab tauro ... initam ac semine aspersam. MANIL. 4, 262 fluctibus astra (STAT. silv. 3, 1, 13 pelago montis latus. TERT. bapt. 12 fluctibus adspersi. AVIEN. orb. terr. 1306). PAVL. FEST. 3 aqua aspersi *coniuges* (87. SEN. nat. 1, 3, 2 leviter. dial. 4, 2, 1 frigida *om. verbo* aqua. PLIN. nat. 15, 26 *et* 27. 18, 73 exigua aqua. AVREL. ad Front. p. 66, 23 N. paululum pluviae aspersi sumus. VVLG. num. 19, 12 ex hac aqua. *al. saepe*). CELS. 4, 18 p. 144 D. vini guttis ... potionem (SIL. 15, 365 atris arma ... guttis). SEN. dial. 2, 2, 3 caput purgamentis oris. 2, 11, 2 crines ... sputo (PLIN. nat. 28, 73 saliva). COLVM. 6, 13, 3 boves ... vino (*cf.* PLIN. nat. 26, 92. 31, 126). SCRIB. LARG. 136 particulas ... aceto (PLIN. nat. 29, 102 fimum. 31, 126. 34, 106 SER. SAMM. 850 *al.*). PLIN. nat. 15, 67 pensilibus *uvis* contra vespas remedio est oleo adspergi ex ore (29, 34 *lanam*). 15, 33 noxia animalium amurca (18, 305). 33, 91 paraetonium ... atramento. VVLG. num. 19, 18 asperget ex eo (*hyssopo*) omne tentorium. *nota*: *de bibente*: MACR. sat. 7, 3, 4 vino vel infusum vel aspersum *hominem*. PAVL. NOL. epist. 21, 6 cum raris et minutis calicibus adspergeretur. *in imagine*: CIC. epist. 6, 6, 9 eodem fonte se hausturum intelleget laudes suas, e quo sit leviter aspersus (*eodem sensu dictum quo exempla p. 820, 77 allata*).
re solida: FEST. 141 eo (*sale*) molito hostiae aspergantur (COLVM. 7, 8, 4. 12, 49, 8. 12, 55, 2 PLIN. nat. 15, 21. 32, 123). SEN. dial. 2, 18, 1 capitis destituti et emendicatis (ēmdacitatis A^1) capillis aspersi deformitas. nat. 1, 1, 8 ramenta sulphure aspersa. PLIN. nat. 14, 134 cinere et sarmentis *dolia* aspergi vel argillā. 21, 123 siccis *foliis* femina adsperguntur. SIL. 16, 309 odoriferis ... floribus aras (CARM. epigr. 525, 6). DICTYS 3, 20 pulverem reliquaque humi purgamenta capiti. HEGES. 3, 20, 2 excusso cerebro cautes. VVLG. II Macc. 10, 25 caput terra aspergentes. *de lumine* (*cf. p. 819, 4*): SEN. Herc. f. 135 aspersa die dumeta rident. SIL. 15, 223 Titan ortu terras aspergit Eoo. *praeterea cf. l. 11.* *translate*: AVG. conf. 7, 17, 23 quo lumine aspargeretur. **b** *abl. subauditur*: SEN. nat. 1, 3, 2 in illo aëre adsperso *sc. aqua.* COLVM. 6, 4, 4 cibi asperguntur *sc. amurca.* PETRON. 27 digitos ... paululum adspersos *sc. aqua.* PLIN. nat. 18, 116 grana ... leviter adspersa. 20, 192 polenta aspersa *sc. aneso.* 20, 151 aspersā potione *sc. farinā mentae.* QVINT. inst. 6, 3, 90 quod ab equo suo esset adspersus *sc. luto.* ACTA lud. saec. Septim. (Corp. VI 32328) III 82 aram adsparsit. *nota*: CLAVD. 28, 174 Cygni (*sideris*) ... lacteus ... adspargit circulus alas *sc. lacteo lumine. cf. l. 1.*
singulariter: *in imagine*: VVLG. Hebr. 10, 22 *nos* aspersi corda a conscientia mala et abluti corpus aqua munda (ῥεραντισμένοι τὰς καρδίας ἀπὸ συνειδήσεως πονηρᾶς).

II ***translate***: 1 *aliquid alicui rei leviter immiscere vel addere vel obiter impertire*: **a** *obiectum nude positum est*: CIC. epist. 2, 16, 7 hoc aspersi (*cf. l. 33*) *sc. huic epistulae*, ut scires *eqs.* (*cf.* GELL. 1, 7 *lemm.* aspersa pauca de modulis numerisque orationis. MIN. FEL. 31, 2 Fronto ... convicium ut orator adspersit. TERT. apol. 19 per quae probari possint, adspersimus). MANIL. 2, 636 Scorpius (*i. Scorpione regnante natus*) aspergit noxas sub nomine amici. QVINT. inst. 8, 3, 25 *verba, qualia sunt* olli ... quianam ..., adspergunt (*sc. dictioni*) illam ... vetustatis imitabilem arti auctoritatem. QVEROL. p. 32, 6 si nummos adsperseris (*cf. l. 28 sqq.*). **b** *adiungitur quo sive ubi*: CIC. Caecin. 17 Aebutio sextulam (*de hereditate*) aspergit. SEN. benef. 6, 17, 1 super constitutum aliquid adiecimus; ... et gubernatori et opifici vilissimae mercis in diem se locanti corollarium adspersimus. PLIN. nat. 18, 232 bubus glandem. QVEROL. p. 59, 8 viatici nobis aliquid. CIC. orat. 87 huic generi orationis aspergentur etiam sales. Balb. 56 idcirco illa in omni parte orationis ... aspergi (*i. innecti, immisceri*) videbatis: tum pecuniam ..., tum luxuriam (*cf. l. 17 et* VAL. MAX. 2, 10 ext. 1 domesticis *exemplis* aspersa *alienigena.* GELL. 9, 4, 5 ea ... his commentariis aspersi. AVG. civ. 19, 23 nonnulli ... huic iam operi. MACR. sat. 1, 24, 18 *philosophiam Vergilius* parcus operi suo aspersit). Mur. 66 si illius comitatem et facilitatem tuae gravitati severitatique asperseris. Vat. 15 ne qua ... labes illius dignitati aspersa videatur (*cf.* 41 clarissimo viro labeculam. VLP. dig. 37, 14, 17, 1 notam ... filio. COD. Iust. 2, 11 (12), 17 existimationis maculam; *opp.* verecundiam onerare). ad Q. fr. 2, 8, 1 mihi ... epistula hoc adspersit molestiae. AVG. civ. 12, 26 desideria motusve animae matris valeant aliquid liniamentorum aut colorum aspergere teneris mollibusque conceptibus. ISID. sent. 3, 46, 15 si opus est aliquam salutem medicamenti verbo increpationis aspergere.

2 *aliquid sive aliquem aliqua re leviter adficere*: **a** *res adficiens nominata est*: OV. Pont. 1, 4, 1 iam mihi deterior canis aspergitur aetas (*cf. infra l. 82.* SIL. 16, 468 *iuvenis* aspersus prima lanugine malas. IORD. Get. 35, 182 *vir* canis aspersus). MELA 1, 91 is (*mons*) ... parvis urbibus aspersus est. PLIN. nat. 37, 155 quae (*gemma*) ... aureis guttis aspersa sit (SOL. 13, 3). STAT. Ach. 1, 716 vario aspersas nebridas auro (AVG. serm. ed. Mai 31, 2 *rex* aspersus auro). IVV. 5, 104 aspersus maculis Tiberinus *piscis* (*huc pertinere videtur* GLOSS. II 24, 8 aspersus εἶδος ἰχθύος κατάστικτον. *praeterea cf.* CLAVD. 15, 494 ora licet maculis adsperserit occiduus sol. *v. etiam l. 61*). VVLG. levit. 13, 15 caro ... viva si lepra aspergitur. CIC. de orat. 1, 218 dicendi facultas non debet esse ieiuna atque nuda, sed aspersa atque destincta multarum rerum iucunda quadam varietate (*cf.* GELL. 17, 21, 1 *ut* 'noctes' *Gellii* ... historiae flosculis leviter iniectis aspergerentur. SYMM. epist. 1, 23, 1 *pagina* Atticis salibus aspersa). 2, 241 sive habeas vere, quod narrare possis, quod tamen est mendaciunculis aspergendum (SEN. nat. 7, 16, 2 *opus* mendacio). Planc. 30 hunc tu vitae splendorem maculis (*cf. l. 53*) aspergis istis? (COD. Iust. 10, 11, 3 nulla macula vel crimine ... adspergitur is). Cael. 23 qui istius facti non modo suspicione, sed ne infamia quidem est aspersus (NEP. Alc. 3, 6 *et* SVET. Nero 3 *et* TERT. cult. fem. 2, 2 infamia. LIV. 23, 30, 12 suspicione. VAL. MAX. 9, 14, 3 *et* APVL. met. 8, 2 contumelia. AMBR. exam. 6, 8, 50 maledico ... opprobrio. inst. virg. 7, 46 convicio. COD. Theod. 2, 19, 3 infamiae ... vitiis. *inde dictum est* CAPITOL. Maximin. 29, 10 quibus *sc. rebus veneriis et amatoriis* eum Cordus aspergit). VAL. MAX. 1, 7 ext. 4 dextram nefariae caedis crimine voluit aspergi (*cf. l. 62 et exempla similia p. 819, 47 sqq.*). 3, 3 ext. 1 ne sacrificium ... edito gemitu re⟨li⟩gio⟨ne⟩ aspergeret. GELL. 13, 20 (19), 5 laudo te ..., quod ... auditiuncula quadam de Catonis familia aspersus es (*i. leviter imbutus*). TREB. trig. tyr. 8, 2 a M. Tullio tali aspersus est ioco (PS. AVR. VICT. epit. 35, 7). AVG. conf. 2, 2, 4 *deus* aspargens offensionibus ... illicitas iucunditates meas. *nota*: DRAC. Romul. 6, 31 aspargant nostrum tua carmina pectus.
b *res adficiens tacetur*: *ex exemplis supra l. 8 et 61 sqq. allatis nata est locutio* aliquem aspergere *i. paululum dedecorare, infamare; cf.* HOR. sat. 1, 4, 87 quavis adspergere cunctos. SEN. benef. 7, 30, 2 superioris dignitatem querendo etiamsi non inquinavit, adspersit. CVRT. 10, 10, 19 quos rumor adsperserat (QVINT. decl. 325 p. 281, 18). *praeterea cf. p. 819, 74.* aspersus *i. q.* varius (*cf. l. 49*): ITALA (cod. Lugd.) gen. 31, 12 hircos et arietes ... cinericios asparsos (ῥαντούς. VVLG. respersos).

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

structurae: *ad I1a*: *additur unde per praepositionem* ab *c. abl.*: LVCR. 1, 719. *ad I1b et II1b*: *additur quo*: *dativo*: VARRO RHET. Her. CIC. VERG. *al. passim*. *per praepositiones*: super: CELS. SCRIB. LARG. AMBR. VVLG. inter: COLVM. contra: VVLG. *adverbio*: huc: VERG. *additur ubi per praepositionem* in *c. abl.*: VARRO CIC. PLIN. nat. QVINT. PALLAD. VVLG. DIDASC. apost. *ad I2 et II2*: *additur unde*: *per praepositionem* ex: CIC. epist. 6, 6, 9 CHIRON 459 VVLG. exod. 12, 22 num. 19, 12. 19, 18. de: VVLG. levit. 5, 9. 6, 27. *structura graeca*: PROP. 3, 14, 15 SIL. 16, 468 VVLG. Hebr. 10, 22. *adduntur adverbia*: crebro, leviter, minutatim, modice, paulatim, paulisper, paululum, sensim, sollemniter (*cf. p. 819, 3*), temere.

synonyma: *ad I1*: addo (VARRO rust. 2, 11, 4), adicio (SCRIB. LARG. *saepius*), adfrio (VARRO rust. 1, 57, 2). *ad II1a*: adicio (SEN. benef. 6, 17, 1). *opposita*: inquino (SEN. benef. 7, 30, 2). infusus *opp.* aspersus (MACR. sat. 7, 3, 4). *compositum*: superaspergo. *Prinz.*

asperitās, -tātis *f.* *ab* asper. PRISC. gramm. II 128, 17 asper . . . asperitas (GRAMM. suppl. 69, 7). AVG. dial. 6 quis . . . 'asperitatem' non et ipso nomine (*i. sono*) asperam iudicet? *pluralis* (*proprie et translate*): GLOSS. II 24, 19 asperitates τραχύτητες. CIC. de orat. 1, 3 nat. deor. 2, 98 SALL. Iug. 75, 2 LIV. 28, 1, 6 VITR. 10, 15, 7 IVL. VAL. 3, 50 NON. 461 AMM. 24, 5, 12. 31, 8, 4. 31, 10, 15 HEGES. 4, 2 SALV. eccl. 49. *nota, quod numero plurali metonymia magis perspicua fit, quamquam habetur etiam singulari; v. l. 30. 40. 80. vocabulum inde a* VARRONE *invenitur, raro apud poetas* (LVCR. HOR. OV. SIL. LAVS Pis.). [*francogall.* âpreté. *M.-L.*]

I *proprie* *de eis, quae sensus offendunt*: **A** *asperum tactu vel superficie* (τραχύτης): **1** *de cute etc.*: *de tumore ulcerum, sim.*: CELS. 6, 5 p. 224 D. ephelis . . . asperitas quaedam et durities mali corporis. SEN. epist. 64, 8 asperitas oculorum conlevatur, . . . palpebrarum crassitudo tenuatur (THEOD. PRISC. eup. 37. CASS. FEL. 29 p. 55 trachomata, id est asperitates palpebrarum). PLIN. nat. 24, 93 medetur . . . asperitati linguae (THEOD. PRISC. log. 4. CAEL. AVR. acut. 2, 3, 17 linguae ariditas atque asperitas. 2, 6, 30 *al.* ORIBAS. syn. 6, 43 tit.). 30, 32 faucium. MARC. med. 19, 27 corporis asperitatem (*de elephantiasi, sim.*). 34, 10 omni asperitate *pernionum* levigata. CAEL. AVR. chron. 4, 3, 42 ulcerum mitescit asperitas. PLIN. nat. 11, 77 *bombyces* pedum asperitate radentes foliorum lanuginem. 11, 93 asperitas praeacuta in dorso *scorpii*. 11, 181 asperitas ut scobina fabri. 11, 172 *lingua* imbricatae asperitatis ac limae similis. 11, 201 venter solidipedum . . . denticulatae asperitatis. **2** *de virgultis*: VARRO rust. 3, 16, 16 vitiles *alvos* fimo . . . oblinunt . . ., ne asperitate (*sc. viminum*) absterreantur *apes*. CIC. nat. deor. 2, 99 *homines* non patiuntur eam *terram* nec immanitate beluarum efferari nec stirpium aperitate vastari. PLIN. nat. 21, 17 foliorum asperitate, levore. SIDON. epist. 4, 13, 4 dumorum. NON. 448 edolare . . ., cum materiarum conplanatur asperitas. **3** *de montibus, saxis, locis saxosis, sim.*: VARRO rust. 2, 10, 3 callium difficultatem ac montium arduitatem atque asperitatem. CIC. nat. deor. 2, 98 speluncarum . . . altitudines, saxorum asperitates. CVRT. 6, 4, 5 *flumen* torrens et saxorum . . . asperitate violentior. FRONTIN. strat. 2, 5, 38. IVST. 12, 7, 12 saxum mirae asperitatis. NON. 461 murices . . . saxorum asperitates. CIC. Phil. 9, 2 longitudo itineris, . . . asperitas viarum. LIV. 28, 1, 6 asperitates viarum et angustiae (43, 21, 6 angustias . . . et asperitatem). AMM. 15, 10, 10. SALL. hist. frg. 4, 26 asperitas et altitudo Siciliae (*i. litoris eius*) aestum relidit (*ibid.* mollioris Italiae). BELL. Alex. 17, 4 propter asperitatem loci (*i. Phari*). SALL. Iug. 17, 2 quae loca et nationes ob calorem aut asperitatem . . . minus frequentata sunt. 50, 6 asperitas et insolentia loci. 75, 2 omnis asperitates (*sc. locorum*) supervadere. 75, 10 *al.* OV. Pont. 4, 44, 22 asperitas . . . iniqua loci. 4, 14, 36 LIV. 28, 2, 7 *al.* 32, 12, 6 angustiae locorumque asperitas. CVRT. 7, 3, 6 locorum asperitas hominum quoque ingenia duraverat. QVINT. inst. 2, 13, 3 collibus, silvis, asperitate alia prohibebitur. IVL. VAL. 3, 50 asperitates (*locorum?*) . . . impedimento erant. PALLAD. 4, 13, 4 ungularum firmitas de asperitate (*soli*) nil sentiat. AMM. 15, 10, 2 invia locorum asperitate confisus. 24, 2, 1 asperitas edita (*ibid.* locum immenso . . . vertice tumescentem). 27, 12, 6 munimentum positum in asperitate montana. 31, 8, 4 per asperitates scruposas. 31, 10, 15 contra asperitates aggerum contendere. HEGES. 4, 2 locus adversus, difficiles asperitates, iniqua in angusto decertandi condicio. VITR. 2, 3, 1 propter asperitatem *laterum*. 2, 4, 1 *harena* terrosa . . . non habebit asperitatem. **4** *de variis rebus arte factis*: VITR. 10, 15, 7 per quorum (*rudentum*) asperitates. PLIN. nat. 27, 32 asperitate . . . vestium tenaci. LAMPR. Alex. 40, 11 cum ⟨ad⟩ asperitatem *purpurae* adderetur rigor (*sc. auri intexti*). HIER. epist. 130, 4 ieiuniorum laborem, asperitatem vestium, victus continentiam. 108, 15 mollia linteamina . . . asperitate cilicii commutanda (VICT. VIT. 3, 43). ANON. de mach. bell. 15 armorum ponderi et asperitati (*ibid.* ponderis asperitate). PLIN. nat. 31, 139 *de vasis argenteis*: nunc anaglypta asperitatemque exciso *argento* circa liniarum picturas quaerimus. *nota*: VITR. 3, 3, 9 columnarum circum aedem dispositio ideo est inventa, ut aspectus propter asperitatem intercolumniorum habeat auctoritatem (*similiter* 7, 5, 5). **5** *generaliter de rebus non levibus*: CIC. nat. deor. 2, 47 *globi figura* nihil asperitatis habere, nihil offensionis potest (Tim. 17). LVCR. 4, 551 *v. l. 17.* 626 quo quaeque (*sc.* manantis corpora suci) magis sunt asperitate repleta. **6** *de ventis, frigore, sim.*: OV. fast. 4, 88 densa . . . cedit frigoris asperitas. TAC. Agr. 12 frigorum (AMM. 27, 2, 8). ann. 4, 56 hiemis (HIER. epist. 17, 3 MAR. AVENT. chron. II p. 238, 566). PLIN. epist. 3, 5, 15 caeli. **7** *de motu*: VINDIC. epist. Pentad. p. 489 R. cholera nigra facit pulsum plus tenuem, sed habentem veluti percussum et asperitatem (*cf. p. 807, 54*). **B** *gustu*: LVCR. 4, 626 *v. l. 2.* PLIN. nat. 9, 120 *aceti* asperitas visque in tabem margaritas resolvit. 12, 37 asperitate aquarum *maris* . . . *arbores* ali. 12, 38 pomum . . . propter asperitatem intactum omnibus animalibus. 14, 120 gypso mitigat asperitatem *vini* (*ibid.* lenitatem excitat). 20, 65. 20, 241 ut asperitas suci mitigetur. HIER. hom. Orig. in Luc. 34 *non solum oleo*, sed et vino mundat vulnera, asperitatis aliquid admiscens. HIER. vita Hilar. 3 ut . . . cibi . . . eius asperitatem nulla umquam infirmitas frangeret. **C** *auditu*: CIC. orat. 158 in altero *verbo* esset asperitas, nisi litteram sustulisses. LVCR. 4, 551 asperitas . . . vocis fit ab asperitate principiorum et item levor levore creatur. QVINT. inst. 1, 5, 42 quod (*'scripsere' pro 'scripserunt'*) evitandae asperitatis gratia . . . mollitum est. TAC. Germ. 3 adfectatur . . . asperitas soni et fractum murmur obiectis ad os scutis. DIOM. gramm. I 439, 12 *modulatio sermonis fit* asperitatis . . . vitandae gratia. PRISC. gramm. III 463, 16 nemo . . . dicit . . . 'tonsrix' propter asperitatem pronuntiationis. SERV. gramm. IV 419, 24 AVG. gramm. V 517, 4 PHOC. *ibid.* 429, 24. BEDA gramm. VII 250, 31 temperamento *soni vocalis* eius (*litterae r*) levigetur asperitas. SERV. Aen. 3, 457 propter asperitatem sermonis. AVG. dial. 6 lenitas vel asperitas litterarum. MART. CAP. 3, 279 mytacismi.

II *translate* *de eis, quae animum offendunt*: GLOSS. τραχύτης, ἀγριότης. ὠμότης? (*glossa truncata*). **A** *de rebus*: **1** *de verbis, oratione*: CIC. Phil. 8, 1 propter verbi (*sc. 'bellum'*) asperitatem. OV. met. 14, 526 verborum. SEN. benef. 2, 4, 1 beneficia asperitate verborum et supercilio in odium adducunt. QVINT. decl. 333 p. 312. TAC. ann. 5, 3 verba inerant quaesita asperitate. CIC. de orat. 3, 28 gravitatem (*sc. orationis*) Africanus, lenitatem Laelius, asperitatem Galba . . . habuit. 2, 64 genus orationis . . . sine hac iudiciali asperitate et sine sententiarum forensibus aculeis. 2, 212 asperitas contentionis (*sc. forensis*. QVINT. inst. 10, 5, 14). 3, 44 neque solum rusticam asperitatem, sed etiam peregrinam insolentiam fugere discamus. orat. 164. LIV. 2, 61, 5 ut ex consueta . . . asperitate orationis . . . aliquid leniret atque submitteret. QVINT. inst. 1, 8, 11 poeticis voluptatibus (*i. versibus actioni insertis*) aures a forensi asperitate respirent. 2, 5, 8 quanta in maledictis asperitas, in iocis urbanitas. 10, 2, 25 vim Caesaris, asperitatem Caeli, diligentiam Pollionis . . . adsumere. 11, 1, 85 mollienda est . . . asperitas orationis. AVG. epist. 148 *fin.* de illa asperitate litterarum mearum. **2** *de variis difficultatibus et malis*: CIC. de orat. 1, 3 in eis vel asperitatibus rerum vel angustiis temporis (AMM. 18, 6, 22. 24, 5, 12 asperitatibus ante gestarum rerum). fin. 5, 94 de asperitate . . . eius (*doloris*) fortiter ferenda. leg. 1, 31. SALL. Iug. 29, 1 belli . . . asperitatem ostendere (APVL. mund. 31. VOPISC. Aur. 21, 5 seditionum asperitas). 67, 3 in ea tanta asperitate (*cum inulti obtruncantur*). 92, 4 aliam rem aggreditur, non eadem asperitate . . ., ceterum haud secus difficilem. QVINT. inst. 4, 1, 25 non ante conciliato eius (*iudicis*) animo nuda quaestionum committetur asperitas (CALL. dig. 48, 18, 15, 1). decl. 311 p. 224 si quid asperitatis in lege est. TAC. ann. 1, 44 asperitate remedii. GAIVS inst. 3, 189 asperitas poenae (AMM. 25, 4, 9). VEG. mil. 3, 4 laboris. AMM. 16, 7, 10 filiam vexatam asperitate morborum (25, 3, 19. CAEL. AVR. chron. 3, 1, 12 in impetu vel asperitate passionis. 1, 5, 176 furoris). AVG. civ. 1, 30 p. 47 D. remota omni molestiarum asperitate diffluere. 2, 19 p. 77 utili virtutum asperitati. SALV. eccl. 49 ut mollitiem praeteritae voluptatis praesentium asperitatum dura compensent. SIDON. epist. 7, 7, 4 veritatis. COD. Iust. 8, 34 (35), 3 pr. legis (*cf.* 5, 4, 28, 2). INST. Iust. 3, 2, 3ᵃ iuris civilis. 4, 8, 7. **B** *de hominibus* (*severitas, ferocitas*): CIC. fin. 4, 79 *Stoicorum* tristitiam atque asperitatem (*ibid.* acerbitatem sententiarum). Lael. 87 si quis asperitate ea est et immanitate naturae, congressus ut hominum fugiat. NEP. Att. 5, 1 *Caecili* asperitatem veritus est. HOR. epist. 1, 18, 6 asperitas agrestis et inconcinna gravisque, quae se commendat tonsa cute, dentibus atris, dum vult libertas dici mera. 2, 1, 129 *poeta* asperitatis et invidiae corrector. OV. ars 2, 145 capit indulgentia mentes, asperitas odium saevaque bella movet. Pont. 1, 6, 8 pectora mollescunt asperitasque fugit. met. 9, 752 patris. LIV. 45, 12, 5 pro asperitate animi (*de Popilio. v.* IVST. 34, 3, 3). VELL. 2, 89, 4 senatus sine asperitate nec sine severitate lectus. LAVS Pis. 130 mitis et acri asperitate carens. VAL. MAX. 5, 8 pr. comicae lenitatis hi patres, tragicae asperitatis illi (*sequitur*: de severitate patrum in liberos). PLIN. nat. 22, 111 haec animi asperitas seu potius animae (*sc. ira, luctus, al.*) dulciore suco mitigatur. PLIN. epist. 8, 24, 5 absit superbia, asperitas. SIL. 11, 202 audita asperitate viri coeptoque feroci. QVINT. inst. 10, 2, 23. TAC. ann. 2, 80 hinc militum, inde locorum asperitas. 11, 18 magnis delictis inexorabilem . . ., cui tantum asperitatis etiam adversus levia. PLIN. epist. 8, 18, 6. GAIVS inst. 1, 53 dominorum. LAMPR. Alex. 63, 2 successoris asperitas atque rusticitas Maximini. CAPITOL.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Opil. 11, 2 '*Severus*' *et* '*Pertinax*', duo ... asperitatis nomina. VOPISC. Aur. 44, 2 AMM. 14, 1, 1 *al.* HIER. epist. 112, 2 nihil asperitatis et sordium inter huius saeculi turbines in sensibus suis esse monstrabat. 117, 10 paedagogum ..., qui asperitate frontis terreat (*cf.* PHYSIOGN. 38). OROS. hist. 4, 23, 11 asperitatem ... expavescerem. SIDON. epist. 8, 13, 1 *te* sine asperitate constantem. GREG. M. epist. 2, 20 p. 117, 24 duros valde in asperitate (*opp.* in caritate). *de nationibus incultis, feris*: SALL. Iug. 17, 2 *v. p. 821, 58.* AMM. 23, 6, 62. 27, 4, 4. MACR. somn. 2, 10, 15 *homines rudes* asperitatem ... vagae feritatis exuti. C *de feris*: SEN. dial. 5, 8, 3 retunditur omnis asperitas *domitarum* paulatimque inter placida dediscitur. epist. 85, 41 domitores ferarum, qui saevissima animalia ... hominem pati subigunt nec asperitatem excussisse contenti usque in contubernium mitigant. PLIN. nat. 8, 212 maribus (*suibus*) in coitu plurima asperitas. 25, 72. VLP. dig. 9, 1, 1, 5 si canis ... asperitate sua evaserit. MACR. somn. 2, 10, 6 ferarum asperitate.

synonyma: *ad I*: durities, offensio. *ad II*: acerbitas, feritas, immanitas, severitas, tristitia. *opposita*: *ad I*: levor. *ad II*: indulgentia, lenitas, mollities, urbanitas. severitas (*cf. p. 822, 75*). *Hey.*

asperiter *v.* asper *in fine.*

asperitūdo *v.* aspritudo.

aspernābilis, -e. *ab* aspernari. *contemnendus, contemptibilis*: ACC. trag. 555 ne haec aspernabilem taetritudo mea ... faxsit (*sc. me*). GELL. 11, 3, 1 res ... hominibus non bene eruditis aspernabiles. 16, 8, 16 huius disciplinae ... cognitio ... taetra et aspernabilis ... videri solet. 20, 1, 10 non levis existimator neque aspernabilis est populus Romanus. ARNOB. nat. 6, 17 non improba neque aspernabilis ratio. PRISCILL. tract. 2, 46 quamvis ... aspernabile sit Christianis sensibus talium miseriarum vel repetere doctrinas. SYMM. epist. 2, 72 (71) credo iudicium meum tibi aspernabile non videri. AVG. mag. (Migne 32, 1210) 9, 25 huic rei tam foedae et aspernabili (*sc. coeno*). *cf.* mor. Manich. (Migne 32, 1350) 8, 12 quid stercore a s p e r n a b i l i u s? quaest. Simpl. (Migne 40, 138) 2, 2, 1 quod etiam hominibus aspernabile videatur. CAPITOL. Max. Balb. 6, 2 moribus aspernabilis ac tamen iustus. *syn.*: taeter, levis, improbus, foedus.

aspernāmentum, -ī *n. ab* aspernari. *non legitur nisi in scriptis christianis.* ITALA levit. 18, 22 *et* 20, 13 (coll. Mos. 5, 1) qui manserit cum masculo mansione muliebri, aspernamentum est. deut. 27, 15 (Tert. scorp. 2) maledictus homo, qui fecerit sculptile aut fusile aspernamentum (*βδέλυγμα κυρίῳ*, VVLG. abominationem domini). Is. 2, 20 (Tert. adv. Marc. 3, 23) ex die, qua secundum Esaiam proiecit homo aspernamenta sua aurea et argentea (*βδελύγματα*, VVLG. idola). TERT. adv. Marc. 4, 14 sancite eum, qui circumscribit animam suam, qui aspernamento habetur a nationibus et famulis et magistratibus (*locus ut videtur litterarum sacrarum, sed a Tertulliano inaccurate allatus*). pudic. 8 *Iudaeus* odio habens traducentem in portis et aspernamento sermonem sanctum. HILARIAN. curs. temp. p. 169 Fr. sanctum ipsum pollutum est feminino aspernamento. *syn.*: odium.

aspernanter *v. sub* aspernor.

aspernātio, -ōnis *f. ab* aspernari. *absolute et cum gen. obiectivo*: CIC. Tusc. 4, 31 quorum (*animorum*) omnes morbi et perturbationes ex aspernatione rationis eveniunt (Tusc. 4, 59). *cf.* Tusc. 3, 24 cum omnis perturbatio sit animi motus ... rationem aspernans. SEN. dial. 4, 2, 1 ad quosdam tactus aspernatio. epist. 82, 15 sui amor est et permanendi conservandique se insita voluntas atque aspernatio dissolutionis. 121, 21 naturales ad utilia impetus, naturales a contrariis aspernationes sunt. TERT. test. anim. 3 Satanan ... in omni vexatione et aspernatione et detestatione pronuntias. VVLG. Sirach 22, 1 omnes loquentur super aspernationem illius (*pigri*). AVG. sol 1, 10, 17 cum horrore atque aspernatione talia recordor. util. cred. 17, 35 totius huius mundi aspernatio. CASSIAN. inst. 10, 2, 1 fratrum ... minus spiritalium aspernationem ... atque contemptum.
synonyma: detestatio, horror, contemptus. *opposita*: appetitus, voluntas, impetus.

aspernātor, -ōris *m.* TERT. adv. Marc. 4, 15 debeo creatorem divitum quoque aspernatorem probare, sicut probavi mendicorum advocatorem. AMBR. in Luc. 4, 46 aspernator ... dominus invidorum est.

aspernor, -ātus sum, -ārī [*cf. c.* ab *et* spernere. *Th.*] *inde a* PLAVTO (*deest apud* CAES. LVCR. HOR. OV.). PRISC. gramm. II 379, 6 antiqui tam activa quam passiva significatione protulisse inveniuntur ... 'aspernor'. *active*: GLOSS. asperno (*ter*). IV 5, 2 aspernatus contemptus. IV 473, 32 aspernit (*sic*). CIC. epist. frg. II 2/3 M. qui habet, ultro appetitur, qui est pauper, aspernatur (PRISC. gramm. II 383, 3 passive, *ἐξουθενεῖται*). BELL. Afr. 93, 3 regem ... ab omnibus aspernari. ARNOB. nat. 5, 25 aspernatam sumit atque ebibit potionem. 3, 6 neque aspernamus (-amur *Sabaeus*) quocumque invitaveritis accedere (*cf.* DICT. 4, 17). DON. Ter. Phorm. 371 est ... *aspernor* dictum a sperno. PRISC. gramm. II 435, 10 'sperno spernis' activum, *compositum* 'aspernor aspernaris' deponens. GLOSS. aspernatur *ἀπαναίνεται, ἀπαρνεῖται, ἐξουθενίζει* (*cf.* PRISC. gramm. II 383, 3), *ἀναξιοπαθεῖ*, contempnit, despicit, detestatur, dedignatur, fastidit. aspernanda neganda, contempnenda, reicienda. BEDA gramm. VII 267, 5 contemno hostem, despicio, sperno, aspernor ex uno graeco veniunt, quod est *καταφρονῶ*. DON. Ter. Phorm. 371 'aspernari' est averti, non solum corpore, sed etiam animo. 'aspernari' recusare, avertere, non agnoscere. SERV. auct. georg. 1, 228 aspernabere ... id est contemnes. SERV. Aen. 11, 106 non aspernanda: iusta, non contemnenda. *cf. lectionem cod. V:* LIV. 6, 4, 5 contemnentium, *ubi veri testes exhibent* aspernantium. *nota*: LIV. 32, 38, 7 ut ... non aspernatos modo, sed abominatos etiam nomen tyranni audivit. *adv.* aspernanter *v. p. 826, 24.*

1 *cum accusativo, aliquem, aliquid.* a *aspernantur homines*: PLAVT. Asin. 643 meum *complexum* ... aspernatur. Most. 189 *quae* alios asperneris. TER. Phorm. 371 ob hanc ..., quam is aspernatur nunc tam inliberaliter. VARRO Lact. inst. 1, 6, 10 regem ... aspernatum pretii magnitudinem. CIC. Pis. 81 si semper aspernaretur amicitiam meam (LIV. 35, 46, 12. 36, 12, 2). S. Rosc. 4 auctoritatem. de orat. 3, 62 *dignitatem.* epist. 15, 6, 2 honorem (SIL. 6, 460. 10, 639 STAT. Theb. 5, 22 silv. 3, 1, 141 ITIN. Alex. 53). Rab. Post. 44 bonitatem. epist. 3, 10, 8 benevolentiam. agr. 2, 12 liberalitatem (Tusc. 5, 91 epist. 4, 9, 4). Cluent. 27 impudentiam. Font. 48 preces (Sest. 30 LIV. 3, 58, 3 VAL. MAX. 2, 6, 8). CIC. Verr. 5, 113 querimonias. Cluent. 47 sermonem (APVL. met. 8, 9. LIV. 31, 27, 3 dicta. 37, 10, 6. 44, 45, 11 orationem). S. Rosc. 153 proscriptionem. de orat. 2, 154 *philosophiam.* Att. 7, 17, 3 litteras. epist. 2, 1, 1 studium. de orat. 3, 67 animi sensusque iudicium. ac. 2, 148 sententiam (LIV. 22, 50, 5). part. 81 voluptates (fin. 1, 32 nat. deor. 1, 113. Lael. 47 lubidinem). rep. 3, 33 naturam hominis. Lael. 89 veritatem (LACT. inst. 4, 5, 1). epist. 5, 12, 3 gratiam. 15, 12, 1 frumentariam rem. ad Q. fr. 1, 1, 33 nomen publicani (*cf.* LIV. 27, 19, 6. 32, 38, 5). 2, 10, 5 iocum. PS. BRVT. Cic. ad Brut. 1, 17, 4 servitutem. CIC. ac. 2, 123 qui ista non aspernor. fin. 1, 31 alterum esse appetendum, alterum aspernandum. 3, 16 quod ... salutaria appetant parvi aspernenturque contraria. Tusc. 2, 46 nihil tam aspernandum. CIC. Cluent. 41 nemo illum aditu ... dignum iudicavit, omnes aspernabantur, omnes abhorrebant. div. in Caec. 3 supplices (SVLP. SEV. chron. 1, 21, 4). leg. 1, 32 quae *natio* superbos ... maleficos ... crudeles ... ingratos non aspernatur, non odit? epist. 13, 38, 2 utrum aperte hominem asperner et respuam. CATVLL. 64, 301 Pelea. BELL. Alex. 36, 2 munera (CVRT. 5, 2, 19 APVL. apol. 4 MART. 4, 19, 3 dona). NEP. Cim. 1, 4 talem condicionem. VERG. georg. 1, 228 curam ... lentis. 3, 393 vocantem *Panem.* PROP. 2, 13, 41 nos aspernata sepultos. LIV. 1, 17, 2 peregrinum regem. 1, 22, 7 legatos. 7, 33, 2 nec quemquam aspernari parem. 9, 41, 2 pacem petentis (30, 31, 7). 21, 34, 4 *principes.* 29, 24, 12 id genus militum. 29, 34, 5 aliarum gentium equites. 32, 21, 36 hos si socios aspernamini. 34, 40, 2 oratorem. 39, 28, 6 tria milia talentum ... pollicentem ... Antiochum. 2, 41, 9 mercedem regni (6, 4, 5 imperium. 25, 14, 3 CVRT. 4, 1, 5. 5, 7, 2. 10, 2, 5. 10, 5, 12 SOL. 4, 2). 3, 31, 8 rem (10, 10, 3. 36, 32, 4). 5, 36, 3 pacem (8, 13, 2. 37, 19, 1). 7, 3, 2 placamina irae. 8, 2, 6 deditionem. 24, 22, 11 consilia (TAC. Germ. 8 hist. 3, 40). 27, 34, 12 mentionem eius rei. 36, 35, 6 legationem (TAC. ann. 15, 27). 40, 4, 3 nuptias (APVL. apol. 70). 42, 44, 1 societatem (CVRT. 6, 10, 22). 42, 62, 7 aequa. 45, 23, 6 auxilia. VELL. 2, 65, 1 concordiam. VAL. MAX. 9, 5 extr. 3 Maharbalem. CVRT. 5, 10, 6 proditionem. LAVS Pis. 118 rara domus tenuem non aspernatur amicum. CALP. ecl. 4, 72 scimus ... quam te non aspernetur Apollo. 4, 157 carmina (MART. 5, 30, 5). STAT. Theb. 6, 574 formae laudem. 10, 447 comites non aspernabitur umbras Euryalus. 12, 786 tecta hostilia. Ach. 1, 837 tunc molles gressus, tunc aspernatur amictus. QVINT. inst. 2, 16, 6 cibos (SVET. Iul. 53 oleum. Nero 48 panem). 12, 11, 27 laudem. TAC. hist. 1, 5 veterem disciplinam (ann. 1, 16). 2, 36 tam infestam militiam (ann. 1, 27. 11, 10). 3, 33 obvia. 3, 34 consensus Italiae emptionem talium mancipiorum aspernantis. 3, 80 condiciones pacis. 4, 26 dilectum tributaque. 4, 65 condiciones metus futuri. ann. 2, 28 indicium (3, 41). 3, 21 obsidia. 4, 38 talem sui cultum. 13, 2. 14, 42. 53. 58. 16, 16. 4, 30 id quoque aspernatus est. 12, 17 quod aspernati sunt victores. 13, 56. 16, 11. hist. 1, 45 nec aspernabatur singulos Otho. 1, 31 cohors non aspernata contionantem. 3, 39 Vitellium. ann. 1, 42 nos. 4, 57 matrem dominationis sociam. PLIN. epist. 5, 16, 8 nunc omnia, quae audiit, saepe quae dixit, aspernatur. SVET. Iul. 87 tam lentum mortis genus. Nero 35 Octaviae consuetudinem. gramm. 30 R. arripiente eo condicionem nec iudicibus aspernantibus. VLP. dig. 36, 1, 23 (22) 1 personam cogentis. PAPIN. dig. 37, 6, 8 consilium mutantis (-em?). APVL. met. 1, 23 hospitium tenue. 1, 24 *pretium.* 3, 29 clamorem. Plat. 1, 2 picturae ... artem. apol. 27 iuvenem. 98 amicos serios. TERT. spect. 17 doctrinam saecularis litteraturae. SPART. Sept. 22, 7 quod cum esset aspernatus *Septimius.* TREB. Gall. 17, 5 vitrum. LACT. inst. 5, 11, 3 corpora beluarum. IVST. 2, 2, 7 aurum et argentum. AMM. 17, 13, 21 dominos. 28, 1, 34 legata. 28, 2, 26 pacis ... pignora. HYG. astr. 2, 8 quem (*olorem*) Nemesis non aspernata amplexum tenens. VVLG. Luc. 18, 9 aspernabantur ceteros (*ἐξουθενοῦντας τοὺς λοιπούς*). SVLP. SEV. chron. 1, 15, 3 eremum. 1, 25, 8. CAEL. AVR. chron. 1, 5, 177. MACR. sat. praef. 1, 10 ea quae iam tibi sunt cognita. MART. CAP. 6, 693 aliarum gentium homines. SIDON. epist. 4, 8, 5 vers. 5 clientem. COD. Iust. 6, 30, 22, 14^{a} constitutionem. 6, 61, 8, 6^{a} iudicium. *nota*: GRATT. 190

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

ne vanum totas genus *canum Aetolarum* aspernere per artes. *aspernantur animus, mens, sim.:* Cic. fat. 47 quod omnium mentes aspernentur ac respuant. off. 3,119 non recipit istam coniunctionem honestas, aspernatur, repellit. Tusc. 3,24 animi motus rationis expers rationem aspernans vel rationi non oboediens. de orat. 3,99 quam cito id, quod valde dulce est, aspernatur *gustatus* ac respuit! orat. 178 quae magis etiam aspernantur aures (Liv. 8,28,3). Sall. Cat. 3,4 quae tametsi animus aspernabatur. Lvcan. 1,164 mensasque priores aspernata fames. Sol. 16,2 quod ratio aspernatur. Lact. ira 18,3 quam (*molestiam castigandi*) sedatus animus et quieta mens aspernatur ac renuit. **b** *animalia, bestiae, arbores, herbae:* Cic. fin. 2,33 ut *animal* ea ... appetat asperneturque contraria. *cf.* 1,30. 2,31. Varro rust. 2,4,13 quod *porci* matres aspernantur propter exiguitatem lactis (*bis*). Liv. 41,23,8 cum ferae bestiae cibum ad fraudem suam positum plerumque aspernentur et refugiant. Phaedr. 5,4,4 quas (*reliquias hordei*) aspernatus ille (*asellus*). Colvm. 7,5,16 fomenta non aspernatus *pecus* lactis caprini. 8,5,23 aves omnem aspernantur uvam. Plin. nat. 17,247 veluti cupressus et aquas aspernatur et fimum et .... 18,138 non aspernatur ... umbrosa *satio novissima.* 20,119 capras id (*ocimum*) aspernari. Stat. Theb. 9,209 hunc (*equum*) aspernantem tumido nova pondera tergo. Sol. 10,19 *hirundines* aspernantur peritura quoquo modo tecta. 15,8 canis ... cibum. Pallad. 14,101 roboris externi librum aspernata *cydonea.*
c *alia:* Cic. Tusc. 2,30 omnia, quae natura aspernetur. off. 3,35. Colvm. 10,207 nec genetrix (*Terra*) nati (*Iovis*) nunc aspernatur amorem (*i. imbrem*). Sil. 4,62 non Pyrenen Rhodanumque ferocem iussa *Hannibalis* aspernatos. Plin. epist. 5,6,4 caelum est hieme frigidum et gelidum; myrtos, oleas, quaeque alia adsiduo tepore laetantur, aspernatur ac respuit. Gell. 2,17,3 quid dicemus de praepositione 'pro', quae ... observationem hanc ... M. Tullii aspernata est? Apvl. Plat. 2,12 quam (*voluptatem*) aspernetur natura ipsa.

iuncturae et structurae notabiliores: Cic. Pis. 45 qui vos non ... animo aspernetur. Pis. frg. 2 qui colore ipso patriam aspernaris. Cael. 42 oculis pulchritudinem rerum. Cato 42 voluptatem ... ratione et sapientia. Val. Max. 4,3 ext. 3 quam (*meretriculam*) nec tactu nec sermone aspernatus. Tac. Germ. 11 fremitu *sententiam* (hist. 3,10 fremitu et clamore). Svet. Vesp. 8 adulescentulum nutu. Apvl. apol. 60 totam rem vultu. Plavt. Capt. 542 quid istuc est, quod meos te dicam fugitare oculos ... proque ignoto me aspernari? Apvl. apol. 3 cuius (*philosophiae*) magnitudo vel minimam reprehensionem pro maximo (p**ximo *P, corr. Elmenhorst*) crimine aspernatur. Lact. inst. 6,7,3 quae homines pro malis ac turpibus aspernarentur. 6,21,5 divinarum litterarum simplicem communemque sermonem pro sordido. Cic. fin. 1,30 omne animal ... dolorem aspernari ut summum malum (2,31). Liv. 4,45,7 curam urbis ut ingratam ignobilemque. 8,2,6 postquam patres ut seram eam (*deditionem*) ultimaque tandem necessitate expressam aspernabantur. Sen. epist. 120,12 quicquid inciderat, non tamquam malum aspernatus est ... sed quasi delegatum sibi. Stat. Ach. 2,74 aspernatusque Tonantem est ut generum. Tac. Germ. 27 monumentorum arduum et operosum honorem ut gravem defunctis. hist. 1,89 omnem cunctationem ut Neroni exitiosam. 2,52 ut falsum rumorem. ann. 2,1 regem ... ut externum. 13,56 quod ille ut proditionis pretium aspernatus. Svet. Tib. 62 Tiberium ut ex adulterio conceptum. Tert. spect. 17 doctrinam saecularis litteraturae ut stultitiae apud deum deputatam.
Cic. Cluent. 194 cuius ego furorem atque crudelitatem deos immortalis a suis aris atque templis aspernatos esse confido. fin. 1,15 ego a philosopho, si afferat eloquentiam, non asperner. *nota gerundivum:* Verg. Aen. 11,106 quos (*oratores*) bonus Aeneas haut aspernanda precantis prosequitur venia. Val. Fl. 4,163 nec vestros comes aspernandus in actus. Gell. 9,16,2 libros ... non medius fidius usquequaque aspernandos.

2 *obiecto omisso, sed facile ex iis quae antecedunt supplendo:* Varro rust. 2,8,2 hic (*pullus asininus*) ita educatus a trimo potest admitti: neque enim aspernatur propter consuetudinem equinam. Cic. Planc. 35 si quid est quod mihi scitum esse videatur ... non aspernor. de orat. 2,88 hunc ego ... Sulpicium primum in causa parvola adolescentulum audivi .... non sum aspernatus. epist. 15,10,1 peto a te, id quod facillimum factu est, non aspernante ... senatu, ut. Liv. 1,23,6 legatum praemissum nuntiare Tullo iubet ... opus esse colloquio .... haud aspernatus Tullus. 2,48,3. Cvrt. 6,6,7 amicos ... et equites ... aspernantes quidem, sed recusare non ausos Persicis oneraverat vestibus. Tac. *passim, velut* hist. 3,31 orant, ut causae suae deprecator adsistat. aspernantem tumentemque lacrimis fatigant. ann. 1,13 M'. Lepidum dixerat capacem *loci principis*, sed aspernantem (*v. Greef, Lexicon Tac. s. voce*). Svet. Nero 6 neque ipse serio *dixit*, sed per iocum et aspernante Agrippā. Apvl. met. 1,17 ille odore ... umoris percussus, quo me Lamiae illae infecerant, vehementer aspernatur. Capitol. Gord. 19,5 vixit in deliciis ... nec pater aspernatus est. Arnob. nat. 7,47 si ... invitari ad urbem deus Aesculapius iussus est ... et venit non aspernatus.
cum infin. sive acc. c. inf.: Stat. Theb. 12,530 aspernanturque precari *Amazones.* silv. 1,2,105 illa (*Venus*) refert vultum (-u *Itali*) non aspernata rogari. Mart. 6,64,9 quibus (*nugis*) aurem advertere totam non aspernantur proceres urbisque forique. Tac. ann. 4,46 *Thraeces* pati dilectus et validissimum quemque militiae nostrae dare aspernabantur. Vlp. dig. 2,2,1 praef. quis ... aspernabitur idem ius sibi dici quod aliis dixit vel dici effecit? 29,4,10 praef. nec ... aspernari debet obesse sibi factum heredis scripti. Tert. anim. 55 aspernati ... in Abrahae sinu expectandae resurrectionis solacium capere. Sol. 15,23 non aspernabimur persequi qualitatem *lapidum.* 25,8 *elephanti Mauretani* aspernantur ab his (*Indicis*) videri. Paneg. 8,5 medici non aspernantur vulnera inspicere. Lact. inst. 6,2,9 quod homines aspernantur attingere. Serv. auct. Aen. 2,513 *Daphne* aspernata viro iungi. Ambrosiast. in Rom. 16,5 inimicitias Iudaeorum ... subire non aspernati sunt. Mar. Victor aleth. 2,254 *Cain* ... non aspernatur ... dignum affatu censere deus.

synonyma: non dignum iudicare, abhorrere, neglegere (Cic. S. Rosc. 4 Verr. 5,113), refutare (Cic. Rab. Post. 44), abnuere (Sil. 6,460), contemnere, non accipere (Liv. 24,22,1), odisse, fugere, respuere, horrere (Cic. ad Q. fr. 1,1,33), non temere credere (Liv. 10,10,3), non credere (Liv. 37,10,6), averti, repellere, non recipere (Cic. off. 3,119), non oboedire (Cic. Tusc. 3,24), renuere, refugere, exprobrare (Tac. dial. 34).

opposita: complecti, augere, appetere, desiderare (Cic. off. 3,35), subire (Tac. hist. 4,26), cupere (Tac. ann. 1,16), arripere, adsciscere (Cic. Tusc. 2,30).

translate de ***mentis*** *aspectu haec potissimum dicuntur*: CIC. de orat. 2,160 *Aristoteles* eadem acie mentis, qua rerum omnium vim naturamque viderat, haec quoque aspexit quae ad dicendi artem ... pertinebant. 1,161. fin. 4,42 cum ex appetitione rerum virtutis pulchritudinem aspexissent. Lael. 100 quae (*virtus*) cum ... ostendit suum lumen et idem aspexit adgnovitque in alio. PVBLIL. B 4 bonum est fugienda aspicere in alieno malo. CARM. epigr. 1077 sei qua renascentes optant certamina laudis, ex nostra aspiciant facta priora fide. STAT. silv. 2,2,139 discussa rerum caligine verum. APVL. mund. praef. facillime ea ... anima divinis suis oculis aspexit agnovit. TERT. pudic. 5 (*imag.*). OROS. 3,23,61 angustissimos senectutis ac vitae suae terminos non aspicientes. CIC. Att. 12,5,2 etsi quod magis placeat, ego quantum aspicio, non facile inveneris. *sequitur sententia interrogativa*: HOR. epist. 1,7,96 qui semel adspexit, quantum dimissa petitis praestent. OV. epist. 20,28 quantus sit nobis adspicis ipse labor. trist. 2,561 aspicies, quantum dederis mihi pectoris ipse. 5,14,35 ut ... teneat ... nomen inextinctum Penelopea fides. QVINT. decl. 372 p. 409. *cum acc. c. inf.*: VITR. 1,6,2 id ... verum esse ex aeolipilis aereis licet aspicere. 6,1,9 a serpentibus. LVCAN. 9,611 ductor ut aspexit perituros fonte relicto. *cum acc. duplici*: STAT. Theb. 3,71 iamque ut mihi prodiga vitae pectora et extremam nihil horrescentia mortem aspicias.

accedit quo modo (*non multum abest a notione habere pro, passive videri*): SEN. dial. 1,6,4 isti quos pro felicibus adspicitis (-cis *A*), si non qua occurrunt, sed qua latent videritis, miseri sunt. SEN. dial. 11,13,2 si ultimum diem non quasi poenam ... aspicis (TAC. ann. 14,31 templum ... quasi arx aeternae dominationis. 14,62 facinorum ministri quasi exprobrantes aspiciuntur. *cf.* SVLP. SEV. chron. 2,28,3 optimi quique ab improbis quasi exprobrantes). epist. 18,13 si *opes* tamquam exituras (-us *codd. dett.*) semper aspexeris (93,6). 65,21 quod equidem non aliter aspicio quam vinclum aliquod libertati meae circumdatum. CASSIOD. var. 11,6,1 illis reverendus aspiceris. *quasi numerare inter res quasdam*: PLIN. nat. 37,168 hormiscion inter gratissimas (*gemmas*) aspicitur.

C *generaliter de* ***videndi facultate***, *de* ***oculorum aspectu***: OV. Ib. 261 nec plus aspicias quam quem sua filia rexit (*Tiresias*). *cf.* HIER. in Is. 26,14 caecus non videt lumen quamdiu caecus est; sin autem receperit sanitatem, lumen aspiciet. PLIN. nat. 11,152 cancri in oblicum adspiciunt (*cf.* 151 cernerent). EVTR. 2,6,3 ne rectum posset aspicere.

D ***locutiones et formulae***: *aspicere desiderata, inopinata, dira vel generaliter eventum quoddam*: PLAVT. Truc. 892 ne istum ecastor hodie aspiciam (hastis *codd.*) confectum fallaciis. VERG. Aen. 11,56 non ... pudendis vulneribus pulsum ... aspicies (*i. filium*). TIB. 2,6,16. PROP. 3,10,7 nullos ... dolentes. OV. ars 2,691 met. 13,522. EPICED. Drusi 139 nunc primum aspiceris consul ... parenti? 273 SEN. Herc. O. 338. dial. 12,12,5 illum consortem patris. SIL. 10,287. 16,93 HIER. epist. 69,8. CIC. inv. 1,2 nemo nuptias viderat legitimas, non certos quisquam aspexerat liberos. Mil. 92 si in nostro omnium fletu nullam lacrimam aspexistis Milonis. Tusc. 1,31 arbores seret ... agricola, quarum aspiciet bacam ipse numquam. Tim. 45 terminum malorum. Att. 11,13,4 neque ipsi eam pecuniam aspeximus. OV. met. 14,168 iterum Polyphemon ... adspiciam. VAL. MAX. 2,5,1 statuam auratam ... *nemo* prius aspexit, quam a ... Glabrione ... poneretur. 9,1,6 forum nostrum et patris gravissimum supercilium et filii *aes alienum* aspexit. CARM. epigr. 980,5 nihl simile aspicias. SEN. Phoen. 531 maius ... nefas. VAL. FL. 6,324 alium hic aspicis annum. SIL. 5,640 ne terga Libys ... consulis aspiciat. STAT. Ach. 1,85. silv. 5,3,67 primaevi coniugis ignem (IVV. 10,241 *rogum*). FLOR. 1,36,17 Iugurtham in triumpho. SIDON. epist. 3,5,2 fundi ... integritas familiae suae dominium ... aspexit. SEDVL. carm. 3,142 inopina ... vota parentes. COD. Iust. 6,61,6,1ª quae ex suis laboribus possessa sunt, ad alios transferenda adspicientes. *cum acc. c. inf.*: HOMER. 335 mox illum nostris succumbere turpiter armis aspicies. STAT. silv. 5,2,107.

cum animi quodam motu: PLAVT. Cas. 938 nec *scio* meam ut uxorem aspiciam contra oculis (VERG. Aen. 11,374 *de hoste*. VVLG. exod. 3,6 non ... audebat aspicere contra deum). PLAVT. Most. 423 ut ne etiam aspicere aedis audeat, capite obvoluto ut fugiat. CIC. Verr. 2,1 ora iudicum aspicere ... auderet. NEP. Eum. 8,3 in acie. HIER. epist. 123,17 AVG. civ. 1,30. CIC. Verr. 3,58 aspicere te postea non potuisset. Sull. 20 neque P. Sullam supplicem ferre, neque eosdem Marcellos pro huius periculis lacrimantes aspicere ... potui. Catil. 2,12 Sest. 106 Phil. 2,68. 12,20. Tusc. 2,65 hostem. epist. 4,6,2 curiam. Att. 9,6,2. VERG. Aen. 12,151 non pugnam aspicere hanc oculis, non foedera possum. NEP. Tim. 1,4 ne aspicere quidem fraternum sanguinem voluit. EPICED. Drusi 190 pudet (STAT. silv. 2,5,15). SIL. 10,633 pigebat. HIER. epist. 22,30 non valebat. CIC. dom. 110 quem satis mirari quibus oculis aspicere audeas non queo. Mil. 33. VERG. Aen. 4,372 aequis, *de dis* (9,207. SEN. dial. 9,9,2 paupertatem. HIER. epist. 54,15). PRIAP. 1,8 quibus hanc (*i. mentulam*) oculis aspicis, ista lege. OV. epist. 9,124 captiva ... invitis oculis adspicienda. met. 13,70 iustis. 2,748. 3,577 *cf.* 6,34 torvis (?). VAL. MAX. 6,9 ext. 5 liberis ac laetis. 8,7 ext. 2 plenis venerationis. LVCAN. 4,523 umentibus. SVET. Aug. 16 rectis (VVLG. I reg. 18,9). CIC. Mur. 89 in ea ... provincia quo animo C. Murenam fratrem suum aspiciet? Phil. 5,29 aequo. CVRT. 8,4,25. PROP. 4,6,33 quali aspexit ... Agamemnona *vultu* (*Apollo*). OV. Pont. 3,1,166 *di* tuas ... non duris lacrimas vultibus aspiciant. met. 10,610 molli vultu. SEN. suas. 6,20 laetiore. LVCAN. 7,683 non inpare. 7,709 *cf. p. 831, 52.* STAT. silv. 3,4,19 placidae quem fronte ministrum Iuppiter Ausonius ... *et* Iuno aspiciunt. CIC. Phil. 14,10 quis coniugem aspicere poterat sine fletu? frg. A 9,18 sine gemitu. Att. 1,18,3 sine suspiritu. SEN. dial. 6,13,3 non sine motu. epist. 41,6 non sine timore aspici. PLIN. nat. 27,99 nec quicquam inter herbas maiore equidem miraculo aspexi. *cum adiectivis*: CIC. Phil. 2,76 at etiam aspicis me et quidem, ut videris, iratus. div. 1,73 *Dionysius* equum alacrem laetus aspexit (LIV. 10,13,7 se ... ad suam gloriam consurgentes alios laetum aspicere. SEN. dial. 9,2,4). CVLEX 235 vinctus sedet ... Otos, devinctum maestus procul aspiciens Ephialten. SEN. dial. 2,6,3 securus (clem. 1,12,3 nat. 6,32,4. HIER. epist. 75,2 ille iam securus et victor te aspicit de excelso). 4,10,7 propitius. 9,2,9 invitus adspicit se sibi relictum (QVINT. decl. 311 p. 223 num inviti eos tristesque in numero civitatis aspicimus?). epist. 123,5 placidus. PLIN. nat. 35,12 quales clupeos nemo non gaudens favensque aspicit. SIL. 7,240 quos mitis euntis Iupiter aspexit. 9,49 nec frigidus ... hostem. *cum adverbiis*: CASS. orat. Quint. 6,1,43 quam potuit truculentissime eum adspexit. VAL. MAX. 2,1,5 et videre sancte et aspici mutuo pudore custodiebatur. SEN. benef. 3,8,4 superbius. dial. 9,1,15 familiariter. epist. 85,25 secure pericula. FLOR. 1,13,28 nihil libentius populus Romanus aspexit quam ... illas ... cum turribus suis beluas (APVL. met. 3,15 iuvenem quempiam libenter. HIER. epist. 107,13. VVLG. gen. 28,8 filias Chanaan). SEDVL. ep. Admac. 1 p. 2,9 deus clementius *me*. *varia*: CIC. Catil. 2,12 quis *eum* ... ita aspexit, ut perditum civem ac non potius ut importunissimum hostem? *ibid.* quo modo (Phil. 13,26 eodem modo haec aspicitis, ut ...). QVINT. decl. 291 p. 160 alienam matronam aliter, quam leges permittunt. CIC. off. 1,112 Catoni ... moriendum potius quam tyranni vultus aspiciendus fuit. Att. 3,10,2 ne aut illius luctum squaloremque aspicerem aut ... (VERG. Aen. 12,642). COLVM. 6,2,5 ut accedentem consuescant aspicere *boves*. SIL. 4,406 pulsa formidine tantum aspicite! TAC. ann. 4,8 vix propinquorum adloquia tolerari, vix diem aspici a plerisque lugentium. AVSON. 470,22 set quo nostrates ... multos conlatus, set non subditus, adspicerem.

de dignatione: *non aspicere aliquem vel aliquid*: PACVV. trag. 166 cum neque me aspicere aequales dignarent meae (HIER. epist. 125,7). CIC. Q. Rosc. 30 aspicere nemo posset (*histrionem*). Cluent. 170 quem ... nemo adloqui, nemo aspicere vellet (Brut. 295 *istam orationem*). Verr. 5,101 id ... adamasti, quod antea non aspexeras. Tusc. 5,62 nec plenum artis argentum *aspiciebat Damocles*. Pis. 53 quis *te* hospes aspexit? VVLG. prov. 1,24 non fuit, qui aspiceret. *cf. sine negatione*: CIC. nat. deor. 2,107 in primis aspicienda est figura capitis. *neglegenter aspicere*: AVELL. p. 96,17 quae regula dum neglegenter aspicitur, malum non vitatur. *aspicere aliquem cum veneratione, admiratione*: NEP. Chabr. 4,1 eum ... magis milites quam qui praeerant aspiciebant (suspiciebant *ed. Fleckeisen*). SEN. epist. 94,40 *bonorum virorum conversatio* vim praeceptorum obtinet frequenter aspici, frequenter audiri. 104,23 *homo* profert se, laudari et aspici gestit (*Pincianus*, credit *codd.*).

de dis, plerumque curandi, favendi vel animadvertendi causa, cf. de hominibus p. 837, 1: CAT. 76,19 o dii, ... me miserum aspicite! VERG. Aen. 4,208 Iuppiter, ... aspicis haec? 2,690 aspice nos hoc tantum! SEN. Herc. f. 600 quisquis ex alto aspicit terrena. SIL. 6,105. STAT. Theb. 7,32 aspiciam (*Iuppiter*) terras pacemque iubebo omnibus. 10,67 sacrilegas ... arces. PS. QVINT. decl. 16,9 si quod nos in illa necessitate numen aspexit. IVV. 15,71 VVLG. psalm. 83,10 Sirach 35,21 Is. 38,11. II Macc. 7,6 deus aspiciet veritatem. AVG. civ. 10,4 sacrificium (*opp.* reprobavit). SEDVL. ep. Admac. 1 p. 11,9 DRAC. satisfact. 211 ENNOD. dict. 20 p. 482, 20. ITALA (Hil. in psalm. 13,1) Is. 66,2 super quem aspiciam? (VVLG. Iud. 9,7). VVLG. psalm. 101,20 dominus de caelo in terram aspexit (118,132 in me. AVG. civ. 15,7 in sacrificium eius). PROSP. expos. psalm. 103,32 ad terram (VVLG.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

terram). aequis oculis *sim. v. p. 836, 11.* *cf. de hominibus*: Cic. Phil. 13, 9 qua pace Cn Pompei filium res publica aspiciet suoque sinu . . . recipiet. *cf.* Ov. trist. 3, 7, 17 primus id (*ingenium*) aspexi teneris in virginis annis. Hier. epist. 16, 1 ut parvum magnus aspicias.

de praesentia et conversatione: Plavt. Trin. 590 o pater, enumquam aspiciam te? Cic. Phil. 12, 22 ut quam primum illud pignus libertatis populi Romani, D. Brutum, aspicere possim. Lael. 87 ut aliquis . . . deus . . . hominis omnino aspiciendi potestatem eriperet. Att. 3, 9, 1 ut . . . illum . . . tanto in maerore aspicerem . . . aut ab illo aspici paterer. Cat. 65, 11 numquam ego te . . . frater . . . aspiciam posthac. Verg. Aen. 2, 285. Tib. 2, 3, 5 cum aspicerem dominam, quam fortiter illic (*ruri*) versarem . . . solum. Prop. 2, 14, 5 Electra salvum cum aspexit Orestem. Ov. am. 1, 4, 4 dilectam tantum conviva puellam adspiciam? Val. Max. 2, 6, 16 liberos suos non prius ⟨quam⟩. Stat. Ach. 1, 931 aspiciamne iterum? *visere*: Cic. Verr. 6, 65 potestas aspiciendi nemini facta est. Ov. Pont. 3, 3, 77 ut tamen aspicerem consolarerque iacentem. *cf.* 4, 4, 46. Frontin. strat. (*addit.*) 2, 11, 6 *cf.* Tac. ann. 14, 9. *cf.* Ov. trist. 1, 1, 107 aspicies (*liber*) illic positos ex ordine fratres. Pont 4, 9, 42 mente . . . praetextam (⟨et⟩ *add. Ehwald*) fasces aspiciamque tuos.

locum quendam, patriam: Cic. Caec. 39 an eadem vi . . . mihi ante occuratur, ne non modo intrare, verum aspicere aut aspirare possim (*sc.* possessionem). ad Q. fr. 2, 5, 4 ire in Pompeianum, rediens aspicere Cumanum. Verg. Aen. 2, 786 non ego Myrmidonum sedes . . . aspiciam. 6, 155 lucos Stygis (6, 375. Ov. met. 14, 591 semel. Hor. sat. 2, 6, 60 *rus*. Prop. 3, 22, 7. Ov. epist. 15, 179 Ilion (177 videbis). met. 7, 384 inde . . . Letoidos . . . arva. 14, 227 terram . . . petitam. fast. 4, 565 trist. 3, 1, 58 Lvcan. 9, 970 patriam: Verg. Aen. 2, 578 haec Spartam incolumis patriasque Mycenas aspiciet. Hor. sat. 2, 5, 5 patrios . . . Penatis. Ov. epist. 10, 68 *Creten Ariadne.* trist. 1, 1, 57 Romam (5, 4, 3). 3, 8, 8 patriae . . . solum. forum: Cic. de orat. 2, 75 cum ipse nunquam forum, nunquam ullum iudicium aspexerit. Liv. 9, 1, 11 nemo *militum* forum aut publicum. *locus quidam hominem*: Ov. met. 14, 426 ultimus adspexit Thybris *Camenam.* trist. 1, 2, 94 aspiciat vultus Pontica terra meos. Sil. 2, 573 nos . . . Carthago aspiciet victrix.

lucem aspicere (*cf. p. 835, 83*): Lic. Crass. orat. Cic. de orat. 2, 226 tu lucem adspicere audes, tu hos intueri? Sest. 20 qui . . . ne lucem quidem insolitam aspicere posset (*ibid.* intueri) (Att. 3, 7, 1 vix possum). 53 nemo . . . vellet. Cic. S. Rosc. 63 propter quos hanc suavissimam lucem aspexerit. har. 49 lucem non aspicere, carere publico. Brut. 12 me istis scito litteris ex diuturna perturbatione tanquam ad aspiciendam lucem esse revocatum. nat. deor. 2, 96 *ex aeternis tenebris* subito. div. 2, 51 patefactus aratro (*deus*). Liv. 9, 6, 3 etsi velut ab inferis extracti tum primum lucem aspicere visi sunt.

II *translate de rebus*: *de sideribus* (*quasi animatis*): Verg. Aen. 7, 101 qua Sol utrumque recurrens aspicit Oceanum. 7, 218 regnis, quae maxima quondam extremo veniens Sol aspiciebat Olympo. Hor. epod. 9, 16 inter . . . signa . . . militaria . . . canopium. epist. 1, 16, 6 dextrum latus *agri.* Ov. met. 2, 32 Sapph. 165 Manil. 1, 242. Sen. nat. 1, 8, 7 rectiore . . . linea. apocol. 4. Plin. nat. 29, 91 ne sol aspiciat (Stat. Theb. 1, 362). Sil. 15, 249. Cens. 8, 9 *κατὰ τρίγωνον.* 11, 9 unde conceptionis initium quadratus. Mart. Cap. 8, 863. Hor. carm. 2, 17, 17 seu Libra . . . me . . . aspicit. Ov. fast. 2, 268 tertia post Idus nudos aurora Lupercos aspicit. trist. 4, 3, 7 Pont. 1, 5, 74 Stat. silv. 1, 3, 6. *cf.* Avien. orb. 577 illos prima dies, celer istos aspicit auster. *varia*: Ov. her. 5, 61 adspicit immensum moles nativa profundum. met. 8, 164 *Maeandrus* occurrens . . . sibi venturas adspicit undas. Lvcan. 3, 251 quorum iam flexus in austrum aether non totam mergi tamen aspicit Arcton. Plin. nat. 3, 54 *Tiberis* pluribus . . . adcolitur adspiciturque villis. 5, 80 mons . . . cuius . . . altitudo quarta vigilia orientem per tenebras solem aspicit. 16, 238 arbores . . . cum in tantum adcrevere, ut Ilium aspiciant. 17, 24 e longinquo maria (*de arboribus*). Anth. 413, 4 quam procul a te aspicis heu cineres, Roma, iacere tuos! *de tempore*: Ov. fast. 6, 247 aspicit instantes mediis sex lucibus Idus illa dies. *de situ i. q. spectare ad*: *cf. talia, ut*: Ov. Ib. 410 quique trabes pressas in humum mittebat in auras, aequoris aspiciens huius et huius aquas. Tac. Agr. 30 in ipsis penetralibus (*Britanniae*) siti nec servientium litora aspicientes. Colvm. 4, 24, 2 vitis . . . totidem caeli regiones aspicit (5, 5, 9 arb. 17, 4). 8, 8, 2 in edito fieri tabulatum oportet, quod aspiciat hibernum meridiem. Sil. 1, 198 qua diversas clementior aspicit Arctos (*Libye*). Stat. silv. 2, 2, 46 haec domus ortus aspicit. Tac. Agr. 24 pars Britanniae quae Hiberniam aspicit. Germ. 5. Plin. epist. 5, 6, 21 cenatio quae areolam illam . . . aspicit. 5, 6, 29 cryptoporticus . . . quae non aspicere vineas, sed tangere videtur. Pallad. 1, 9, 5. Avien. orb. 107 unus Europam *scopulus*, Libyam procul aspicit alter. 974 Vvlg. exod. 28, 26 Lib. geneal. chron. I p. 169, 200. Censor. 3, 8 aspiciunt inter se stellae ex quinto signo, quod dicitur trigonum. Oros. 1, 2, 99 *promunturium* aspicit ad aquilonem (*ibid.* respicit). Chronogr. a. 354 chron. I p. 100. 101. Lib. geneal. chron. I p. 168, 164 *contra* orientem. *v. Mess.*

aspidiscus, -ī *m.*, **aspidisca,** -ae *f.*, *ἀσπιδίσκος, ἀσπιδίσκη.* Gloss. V 624, 42 uncinus croccus vel aspidiscus. 268, 60 aspediscos astutia (scutula?) uncinos. IV 476, 39 aspe[re]discus uncinus. Avg. quaest. hept. 2, 115 p. 167 Vind. aspidiscas (aspediscas *cod. Novar.*) in veste sacerdotali quas dicat. utrum scutulas, quae ab scuto latine appellantur, quia et Graeci scutum *ἀσπίδα* appellant? an aspidiscas propter diligenter conligandum dicit ab aspide serpente, sicut etiam muraenae appellantur? (exod. 28, 13 *ἀσπιδίσκας*, Vvlg. uncinos). Evcher. instr. 2 p. 149, 9 Vind. aspidicas (aspedicos *duo codd.*) uncinos. *Ihm.*

Aspidius, -ī *cogn. vir.* Conc. Carth. a. 411 (Mansi IV 94ᶜ) episcopus plebis Tacaratensis. Ioh. Bicl. chron. min. II p. 214, 575, 2 Aspidium loci seniorem (*Aregensium montium Cappadociae?*). *Diehl.*

? **aspiralis** (Sanqualis *Heraeus*) est masculus aquilarum Gloss. V 615, 22.

adspīrāmen (asp-), -inis *n. ab* aspirare. Val. Fl. 6, 465 da, precor, artificis blanda adspiramina formae ornatusque tuos terra caeloque potentes. Cassiod. anim. 9 tertius (*sensus*) odoratus est, qui diversos odores assumens vim redolentium corporeum, quasi quodam invisibili fumo naribus suscepto, competenti aspiramine perpendit.

πνοή, αὔρα **aspīrāmentum,** aura Gloss. III 426, 38. *cf. Funck, Archiv 8, 371.* *Ihm.*

aspīrātio (adsp-), -ōnis *f. ab* aspirare. Avg. civ. 13, 24 I p. 595, 12 D. quod itaque Graece *πνοὴ* dicitur, nostri aliquando flatum, aliquando spiritum, aliquando inspirationem vel aspirationem, quando etiam dei dicitur, interpretati sunt; *πνεῦμα* vero numquam nisi spiritum, sive hominis . . . sive pecoris . . . sive istum corporeum, qui etiam ventus dicitur, . . . sive iam non creatum, sed creatorem (*cf.* anim. 1, 14, 19 et hic quod ait, aspiratio, vel inspiratio, in graeco est *πνοή*, qui in illis prophetiae verbis interpretatus est flatus). Gloss. *δασεῖα, δασύτης, πρόσπνευσις*; cum aspiratione *μετὰ προσπνεύσεως* (*pertinent ad 2*). *formas plurales v. l. 59 et p. 839, 54 et 71.* *locus corruptus*: Chiron 528.

1 *de spiritu vel vapore, qui trahitur aut efflatur*: Cic. div. 1, 130 ut eius caeli adspiratio gravis et pestilens futura sit. 1, 79 quae omnia fiunt ex caeli varietate et ex disparili aspiratione terrarum. nat. deor. 1, 79 animantes . . . adspiratione aeris sustinentur. Itala prov. 1, 23 (Clemens ad Cor. 57) proferam vobis meae aspirationis verba (*ἐμῆς πνοῆς ῥῆσιν.* Vvlg. spiritum meum. *cf.* Ambr. serm. Sess. 3, 10 Migne 18, 138 labiorum adspiratione, qua dixit). Ambr. exam. 5, 4, 11 fit pulmo pervius, unde facilius ad eum potest aspiratio spiritus pervenire. Abrah. 2, 8, 57 nares iugi flatu aspirationem recipiendo vitalem continuato quodam substantiam hominis cibo pascunt. Physiogn. 84 p. 113, 1 *μυκτηρισμὸς* subsannatio vel aspiratio est narium et concussio prima vultus ac reductio oris. Cael. Avr. chron. 1, 4, 64 cum aspiratione tarda. 2, 6, 91 hirta vel aspirationis tractu gravata locutio. 2, 13, 179 sed sit aequalis atque ordinata aspiratio. 3, 9, 99 solius aspirationis odore ex rabido cane adducto. Oribas. syn. 1, 2 finis . . . exercitii esse debet frequens et spissa adspiratio. 1, 5 omnis adspiratio in suo processu per clamorem gravitatem vocis emundat. 5, 49 cordis natura si sit calida, signum est, in quo grandis adspiracio fit. *de flatu vel vento*: Tert. anim. 9 cum deus flasset in faciem hominis flatum vitae, . . . flatum illum . . . divina aspiratione densatum omni intus linea expressum esse. 25 *Plato dicit animam* prima adspiratione nascentis infantis adduci, sicut exspiratione novissima educi. *ibid.* animam de semine induci . . . , non de prima aspiratione nascentis (*cf.* 26). Iren. 5, 1, 3 quae fuit a deo adspiratio (spiratio *et* inspiratio *alii codd.*) vitae. Lact. inst. 7, 3, 25 ventorum diversa et utilis aspiratio (*cf.* 7, 4, 7). *in imagine*: Symm. epist. 1, 64 ut voti tui adspiratio vela faciat impetratis. *pluraliter*: Ambr. exam. 4, 7, 30 ut mare . . . in quo spectatur ampotis, . . . tamquam lunae quibusdam aspirationibus retrorsum trahatur.

2 *terminus grammaticorum, cuius nota apud Graecos spiritus asper* (ⱶ), *apud Latinos h littera est. graece δασεῖα, δασύτης, πρόσπνευσις* (*v. supra* Gloss. *l. 28*). Varro Char. gramm. I 82, 7 Graccus et ortus sine aspiratione dici debere (*cf.* Char. gramm. I 75, 13 *al.*; *opponitur* cum aspiratione. Prisc. gramm. II 19, 3 absque aspiratione). 73, 17 pulchrum Varro adspirari debere negat, ne duabus consonantibus media intercedat aspiratio. *idem ap.* Serv. Aen. 1, 172 arena si ab ariditate dicitur, non habet aspirationem, si ab haerendo, . . . habet (*cf.* Serv. Aen. 1, 169). Cic. orat. 160 ita maiores locutos esse, ut nusquam nisi in vocali aspiratione uterentur. Pavl. Fest. 37, 1 corona cum videatur a choro dici, caret tamen aspiratione (*cf.* Diom. gramm. I 452, 12 *v. p. 839, 18.* Prisc. gramm. II 13, 3). 30, 10. 52, 12 unde (*a χάσκειν vel hiare*) Ianus detracta aspiratione nominatur (*cf.* Serv. Aen. 9, 81 subtrahi). 71, 4 aspiratione dempta. Fest. 290, 7 pro aspiratione ponentes ⟨s⟩ litteram (*cf.* 292, 7. 349, 7). Qvint. inst. 1, 4, 9 an . . . aliae *litterae* redundent praeter illam adspirationis (notam *add. Gibson, sic saepissime apud* Gramm. Mart. Cap. 3, 252), quae si necessaria est, etiam contrariam sibi poscit. 1, 5, 6 quis nescit alios barbarismos scribendo fieri, alios loquendo? . . . hoc secundum divisione, complexione, aspiratione, sono contineri? (*cf.* Donat. gramm. IV 392, 24 Serv. gramm. IV 444, 30. Consent. gramm. V 391, 33 diximus per adiectionem . . . aspirationis fieri barbarismum . . . per detractionem . . . aspirationis . . . per immutationem aspirationis . . . per transmutationem aspira-

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

tionis). QVINT. inst. 1, 5, 19 per aspirationem, sive adicitur vitiose sive detrahitur. 6, 3, 55 adiecta et detracta adspiratione (12, 10, 57 CHAR. gramm. I 266, 11). 1, 6, 21. VEL. gramm. VII 52, 12 *versus* adspiratione supplentur. 58, 18 *v littera* sonat cum aliqua adspiratione. 69, 15 *grammatici* censent adspirationem consonanti non esse iungendam (PRISC. gramm. II 14, 20 *et* 22). TER. SCAVR. gramm. VII 22, 18 non adiecta illa (*h littera*) aspirationem in y litteram secundum haec nomina (*quae ab y littera incipiunt*) intellegi, quoniam nusquam y littera praecedens exiliter enuntietur . . . ita satis per se positam aspirationem sui declarare, nisi opicus legat (*cf.* MACROB. gramm. V 609, 5). PORPH. Hor. serm. 1, 8, 39 cum adspiratione secundae syllabae. (MAR.) VICTOR. gramm. VI 193, 26 adspirationem nobis h littera ... repraesentat (CHAR. gramm. I 232, 26 DIOM. gramm. I 424, 23). DONAT. Ter. Andr. 2, 2, 16 prehendit pro prendit: adspiratione geminavit syllabam. Eun. 2, 3, 16. DIOM. gramm. I 423, 15 si t proposita fuerit aspirationi, pro ϑ ponitur Graeca. 435, 21 ceterum δασεῖαν et ψιλήν apud nos h vocali addita vel detracta demonstrat, id est scripta adspirationem, non scripta levigationem significat. 452, 1 *et* 12 per adiectionem aspirationis . . . adiectione aspirationis; hoc et scripto et sono proditur, ut cum dicimus choronam cum adspiratione, cum debeat leviter pronuntiari (*cf.* PAVL. FEST. 37, 1 *v. p. 838, 71*). PROB. gramm. IV 146, 17 'hei' *interiectio* si simpliciter, hoc est sine adspiratione, 'ei' proferatur. SERV. Aen. 8, 330. georg. 3, 223 *verbum inchoo* maiores aliter scribebant aspirationem interponentes duabus vocalibus. HIER. vit. Hil. 22 ut non stridor, non aspiratio, non idioma aliquod Palaestini deesset eloquii. epist. 78, 24 cum aspiratio duplex sit in extrema syllaba. MACROB. gramm. V 609, 1 ἔχω ... et ἕξω circa aspirationem certa ratione dissentiunt. 609, 8 futurum . . . ἕξω subducta aspiratione necessitate χ litterae. MART. CAP. 3, 259 si . . . h aspirationi dabitur. CONSENT. gramm. V 392, 19 adspirationem addat priori syllabae. 392, 22 perversa aspiratione. PRISC. gramm. II 11, 27. 17, 7 Aeolis *digamma* ubique loco aspirationis ponebant, effugientes spiritus asperitatem (*cf.* 35, 15). 36, 2 nunc Graeci *h signum* diviserunt et dextram eius partem supra literam ponentes psiles notam habent, quam Remmius Palaemon exilem, Grillius vero . . . levem nominat, sinistram autem contrariae aspirationis, quam Grillius flatilem vocat. 446, 13 'triumpho' Graecum est ἀπὸ τοῦ 'ϑριαμβεύω'; sed translatio fuit aspirationis a prima ad postremam syllabam . . ., Latini pro 'ϑρίαμβος' 'triumphus' per transmutationem aspirationis protulerunt. III 5, 5 *pronomen 'hic'* aspirationem . . . ubique servavit (6, 19). 520, 15 dasia, quod interpretatur aspiratio . . . . psile, quod interpretatur siccitas vel parum vel ubi h littera deesse debet. GRAMM. IV 526, 2 crassitudo . . . in spiritu est, unde etiam Graeci adspirationem appellant. V 439, 11 aspiratione adiuncta. 439, 12 praeposita aspiratione (*cf.* 440, 21). 440, 39 cum aspiratione antecedente (*cf.* 439, 19). 440, 37 *nomina* ignorant aspirationem. VI 274, 26 omnis syllaba ingenitam sibi habet . . . aut lenitatem aut aspirationem. 275, 2 adspirationem h adscripta praestabit; si adscripta non erit, siccitatem. CASSIOD. gramm. VII 152, 11 *Varro* vult . . . efficere, ut h prius ponatur ea littera, cui adspirationem confert. 154, 5 auferemus (aut amovebimus *al. codd.*) adspirationem. GRAMM. VII 357, 21 aspiratio, exilitas. suppl. 224, 38 est . . . aspiratio sonus uberius elatus (cui contraria est prosodia, sonus aequaliter flexus *addit* ISID. orig. 1, 4, 11). *et saepissime apud* GRAMM. *pluralis*: FRONTO p. 221, 11 N. libros . . . de verborum aspirationibus et rationibus. HIER. de nom. hebr. (p. 2 Lagarde) prooem. Ain . . . et He . . . et Heth *litterae* aspirationes suas vocesque commutant. PRISC. gramm. III 111, 23 aspirationes vocalibus adiunctae. **3** *translate sive metaphorice*: *i. q. inspiratio*: TERT. apol. 22 eadem . . . obscuritate contagionis adspiratio daemonum (LACT. inst. 2, 14, 10 *v. infra l. 71*) et angelorum mentis quoque corruptelas agit. IREN. 1, 15, 6 divinae adspirationis senior (ὁ ϑεῖος πρεσβύτης) et praeco veritatis. 3, 21, 2 per adspirationem dei (κατ' ἐπίπνοιαν τοῦ ϑεοῦ) interpretatae sunt scripturae. 5, 8, 2 nullam habentes adspirationem divini spiritus (ἐπιϑυμίαν ϑείου πνεύματος). AMM. 15, 2, 8 adspiratione superni numinis. 26, 1, 5 Valentinianus . . . numinis adspiratione caelestis electus est. HIER. Didym. spir. sanct. 29 iustos viros . . . spiritus sancti aspiratione completos. AVG. anim. 1, 14, 19 aspiratio . . . omnipotentis est, quae docet. quaest. hept. 3, 36 Aaron . . . hoc divina aspiratione dixisse. CASSIOD. var. 11, 2, 7 *divinitas* ipsa nobis faciat cives caelesti aspiratione gratissimos. *pluralis*: LACT. inst. 2, 14, 10 magorum ars . . . ac potentia horum (*daemonum*) adspirationibus constat.

synonyma: *ad 1*: flatus, spiritus. *ad 2*: dasia (*v. p. 838, 28*). *opposita*: *ad 2*: psile (*gr.* ψιλή), levigatio, siccitas, lenitas, exilitas, inaspiratio. *Oertel.*

aspīrātīvus, -a, -um. *ab* aspiratus aspirare. CASSIOD. gramm. VII 153, 15 *Y littera* per se adspirativa est, et quocumque vocabulo primum locum habuerit, adspiratur, Yacinthus Yllus Ymettus. VIRG. gramm. p. 170, 18 errant qui in copulativa 'ac' aspirativam 'h' scribunt. *Ihm.*

aspīrātus, -ūs *m. ab* aspirare. EXPLAN. in Don. gramm. IV 526, 3 crassitudo . . . in spiritu est, unde etiam Graeci adspirationem appellant. nam omnes voces aut aspirando facimus pinguiores, aut sine aspiratu pronuntiando tenuiores.

adspīro (asp-), -āvī, -ātum, -āre. [*ab* ad *et* spirare. *Th.*] GLOSS. προσπνέω; adspirat προσπνεῖ βοηϑήσει[ν] (βοήϑησιν *v. l.*), favet (*cf.* SERV. Aen. 2, 385. 9, 525), afflat, adsentit. SERV. Aen. 12, 352 'adspirat' apud maiores accedit significat . . . . sed hic figurate dixit 'aspirat equis' pro 'ad equos', id est . . . nec ad equos Achillis accessit. *additam.*: sane 'adspirat' est tractum ab his, qui insequentes spiritu suo proximos adflant. PS. ASCON. div. in Caec. p. 107 B. accedere est proximum fieri, aspirare, in eam partem, qua quid quaesitum est, vultum et oculos ac spiritum oris advertere. *de structura*: ARVS. gramm. VII 457, 21 adspirat illi . . . adspirat ad illud . . . . *lectio incerta* VARRO frg. (Non. 465, 25), *ubi* aspeirarent *coni. Müller.* *locus corruptus*: AMM. 28, 4, 26.

I *proprie*: **1** *flo, afflo, spiro*: *de vento, umore, frigore, sim. intransitive et transitive. adduntur*: ad, ex (unde), *coniungitur cum dat.*: VARRO rust. 1, 57, 1 ad quae (*granaria*) nulla aura umida ex propinquis locis adspiret. CATVLL. 68, 64 nautis lenius aspirans aura secunda venit. VERG. Aen. 5, 764 creber et adspirans rursus vocat auster in altum. 7, 8 adspirant aurae in noctem nec candida cursus luna negat. AETNA 315 eminus adspirat fortis et verberat umor. HOR. ars 204 tibia . . . adspirare et adesse choris erat utilis. CELS. 2, 17 p. 63, 25 D. ut neque ad eum frigus adspiret. SEN. benef. 6, 7, 3 *ventus* licet lenis et secundus adspiret. PETRON. 119, 38 (*versus*) mutoque in litore tantum solae desertis adspirant frondibus aurae. PLIN. nat. 13, 124 si minima aspiret aura. SIL. 15, 163 levis inde secundā aspirans aurā propellit carbasa flatus. APVL. met. 10, 31 laciniam (*pallium Veneris*) curiosulus ventus . . . nunc lasciviens reflabat, ut dimota pateret flos aetatulae, nunc luxurians aspirabat, ut adhaerens pressule membrorum voluptatem graphice liciniaret. SOLIN. 23, 7 equae . . . adspiratae (aspirante *v. l.*) favonii vento concipiunt. CET. FAVENT. 2 p. 288, 21 R[1]. cum ventus aliquis adspirasset. VVLG. Sirach 43, 17 in voluntate eius (*domini*) aspirabit notus (καταιγὶς βορέου καὶ συστροφὴ πνεύματος). act. 27, 13 aspirante (ὑποπνεύσαντος) . . . austro. *nota*: VERG. Aen. 5, 607 Irim de caelo misit Saturnia Iuno . . . ventosque aspirat eunti. *in imagine*: RHET. Her. 4, 34, 45 magno se praedicat auxilio fuisse, quia paululum in rebus difficillimis aspiravit. AVIEN. orb. terr. 608 cumbae ducatur cursus ab unda gurgitis occidui: precor, aspirate, camenae, inter et opposita intendite lintea terras (*v. p. 841, 12*). AMM. 19, 6, 1 adspiravit auram quandam salutis Fortuna. AMBR. exam. 3, 5, 23 sancti spiritus aura salutaris aspirat. QVINT. inst. 3, 1, 4 (*versus Lucretii*) medentes prius oras pocula circum inspergunt (*coni. Haupt*, inspirant *A*, adspirant *B*, contingunt *Lucr. codd.*) mellis dulci flavoque liquore. SOL. 27, 8 (10) Tanatus insula adspiratur freto Gallico. *de spiritu*: CIC. Caecin. 39 ne non modo intrare, verum aspicere aut aspirare possim. nat. deor. 2, 136 qui (*pulmones*) tum se contrahunt adspirantes, tum in respiratu (re spiritu *codd.*, intrante spiritu *Madv.*) dilatant. VVLG. Sirach 33, 21 dum adhuc superes et aspiras. CARM. epigr. 1846, 1 Pontia sidereis aspirans vultibus olim hic iacet: aetherio semine lapsa fuit. *de plantis odoriferis*: VERG. Aen. 1, 694 *Venus Ascanium* tollit in altos Idaliae lucos, ubi mollis amaracus illum floribus et dulci adspirans complectitur umbra. *i. refrigesco*: VVLG. cant. 2, 17 *et* 4, 6 donec aspiret dies (διαπνεύσῃ ἡ ἡμέρα) et inclinentur umbrae. **2** *terminus technicus grammaticorum de h littera sive spiritu aspero Graecorum* (*cf.* aspiratio *2*): *absolute, transitive cum acc. vel passive, intransitive et passive cum dat.*: VARRO Char. gramm. I 73, 17 pulchrum Varro adspirari debere negat, ne duabus consonantibus media intercedat aspiratio. NIGID. Gell. 13, 6, 3 rusticus fit sermo, si adspires perperam. PAVL. FEST. 99, 10 cui (*heluo nomini*) aspiratur, ut aviditas magis exprobretur; fit enim vox incitatior. QVINT. inst. 1, 4, 14 Graeci aspirare φ solent. 1, 5, 20 ne consonantibus adspirarent. IREN. 1, 15, 4 Graeci confitentur . . . semetipsos *ad Cadmi litteras* adinvenisse . . . adspiratas (τὰ δασέα). CHAR. gramm. I 266, 11 barbarismus fit, cum . . . aut adspiramus aut adspirationem subtrahimus non postulante ratione. DIOM. gramm. I 365, 17 *verbum inchoo* Verrius et Flaccus in postrema syllaba aspirandum probaverunt. 422, 24 *vocalibus* solis adspirari quidam existimant. SERV. gramm. IV 422, 12 aspirare non debemus, nisi quando sequitur vocalis. 526, 2 omnes voces aut aspirando facimus pinguiores, aut sine aspiratu pronuntiando tenuiores. Aen. 1, 169 anchora . . . cum in Graeco, unde originem ducit, aspirationem non habeat, in Latino aspiratur. PRISC. gramm. II 18, 6 quotiens ab ρ incipit dictio, quae solet aspirari. 31, 16 r sine aspiratione ponitur in Latinis, in Graecis vero principalis vel geminata in media dictione aspiratur (*cf.* II 45, 16). 373, 4. 582, 3 illa (ὅς, ἥ, ὅ) apud Graecos aspirantur, ea (*hic, haec, hoc*) quoque apud Latinos . . . aspirationem habent. EVTYCH. gramm. V 470, 29 *verba bacchor et stomachor* licet in chor aspiratum desinunt. AVD. gramm. VII 200, 21 vocalem adspiratam. GRAMM. VI 274, 23 reliqui . . . quattuor *accentus*, longus brevis lenis adspiratus, tenores potius quam accentus dictionis sunt existimandi. *et saepissime apud* GRAMM.

II *translate*: **1** *inspiro, induco, cogo. vide et II 2. absolute vel alicui vel aliquid alicui*: VERG. Aen. 8, 373 Venus . . . Volcanum adloquitur . . . et dictis divinum adspirat amorem. catal. 9, 61 si laudem adspirare (*carminibus*) humilis . . . possumus. TIB. 2, 1, 35 *Messalla*, huc

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

ades aspiraque mihi, dum carmine nostro redditur . . . gratia. MANIL. 5, 142 quibus (*Pleiadibus*) aspirantibus almam in lucem eduntur (*Scal.*, educunt *codd.*) Bacchi Venerisque sequaces (*cf.* 175 quibus aspirantibus orti te, Meleagre, colunt). VAL. MAX. 8, 3, 3 revixit . . . muliebri stirpe Q. Hortensius verbisque filiae aspiravit. STAT. Theb. 4, 361 Boeotis urbibus ultrix adspirat ferri rabies. QVINT. inst. 4, 1, 5 ut *deus*, quantum nobis expectationis adiecit, tantum ingenii adspiret dexterque ac volens adsit. APVL. Plato 2, 14 *amor* divinus . . . adspirante caelesti cupidine in animos hominum credatur (-itur *edd.*) venire. TERT. anim. 18 quod aut deus postea aut diabolus adspirarit. SERM. Arian. 17 (Migne 13, 624) per filium omnes prophetae dixerunt aspirati, quod ipse filius venturus esset. AVIEN. orb. terr. 608 (*in imagine v. p. 840, 38*). 818 carmine nunc Asiam formet stilus: incute doctam, Phoebe, chelyn! totis Helicon aspiret ab antris. AVSON. 369, 18 p. 95 P. *sol* aspirans tenues per inertia *foetus* pondera motus. AMBR. in psalm. 47, 21 in specie Iesu Nave veri salvatoris significabatur ei adspiratura praesentia, per quem fierent omnes docibiles dei. CLAVD. 14, 16 aspirate novam pectoribus fidem (facem *v. l.*) mansuramque facem (fidem *v. l.*) tradite sensibus. CASSIAN. conl. 1, 23, 2 agnoscitur domini gratiam pro merito ac desiderio audientium disputantibus adspirare sermonem. LEO M. epist. 5, 1 *admonitionem* domino credimus aspirante contingere. AVELL. p. 72, 25 deo pariter cunctorum mentibus aspirante (*cf.* 350, 4. 354, 1 VICT. VIT. 2, 77). SED. op. pasch. 2, 3 puellae (*i. Mariae*) credentis in utero fidelis verbi mansit adspirata conceptio. 2 *faveo, de animantibus et rebus incorporeis. coniungitur cum dat. hominis vel rei* (*v. et III*): VERG. Aen. 2, 385 adspirat primo Fortuna labori. 9, 523 vos, o Calliope, precor, adspirate canenti. CIRIS 99 praecipue nostro nunc adspirate labori (*Pierides*). TIB. 2, 3, 71 quibus aspirabat Amor. OV. met. 1, 3 di, coeptis . . . adspirate meis. VAL. MAX. 3, 8 ext. 2 ubi pravo consilio propitius *casus* aspirat. 6, 5, 5 si fortuna aspirasset. 7, 4, 4 Iuppiter . . . ducum . . . sagacibus consiliis propitius aspiravit. SEN. benef. 3, 2, 2 ad reddendam gratia[m] . . . opus est . . . et aspirante fortuna (*cf.* CVRT. 3, 8, 20). CVRT. 4, 14, 19 licet felicitas adspirare videatur. DECL. in Cat. 79 quodsi votis sceleratorum hominum successus aspiravisset. HOMER. 166 sitque auctor Apollo aspiretque libens operi per singula nostro. STAT. Theb. 12, 197. TIBERIAN. 4, 26 (*in parenthesi*) precor, aspires (*omnipotens*). HEGES. 1, 26, 4 Caesaris adspirante sibi gratia. 1, 45, 12 foris secundae ei res adspiraverunt. 4, 17 cum divina gratia . . . prophetae benedictionibus adspiravisset. MACR. sat. 1, 2, 10 intellego non studium tantum tuum, sed ipsam quoque, ut aliquid abs te mihi fiat commodi, consentire atque adspirare fortunam. AVELL. p. 501, 3 domino adspirante. PAVL. PELL. 5 te, deus omnipotens, placidus mihi, deprecor, adsis adspirans operi placita tibi coepta secundes. ENNOD. epist. 9, 11 p. 237, 3 Vind. in alterius servi tui copula serenus adspira. GREG. M. epist. 3, 57 Mon. Germ. I 217, 13 deus . . . vobis aspiret. 3 *adnitor, appropinquo, pervenio* (*cf.* CIC. Caecin. 39 *v. p. 840, 44*): *de animantibus, deinde de rebus; absolute, cum praepositionibus* ad *et* in *c. acc.* (quo), *cum dativo*: LVCIL. sat. 825 qui prope ad ostium aspiraverint. CIC. Pis. 11 cum tu . . . ad eum (*Ciceronem*) . . . numquam aspirasti. epist. 7, 10, 1 ad quem (*Caesarem*) ceteri, non propter superbiam eius, sed propter occupationem, adspirare non possunt. Verr. 6, 97 quo neque Karthaginiensium gloriosissimae classes . . . umquam aspirare potuerunt. Tusc. 5, 13 (12) haec etiam in eculeum coiciuntur, quo vita non adspirat beata. 5, 27 occupavi te, . . . Fortuna, . . . omnisque aditus tuos interclusi, ut ad me adspirare non posses. Att. 2, 1, 8 aspiravit nemo eorum (*i. equitum*), quorum concursu . . . consules . . . rem publicam defendere solebant. 2, 24, 3 Caesar . . . Vettium . . . in eo loco constituit, quo Bibulo consuli adspirare non liceret. COLVM. 8, 14, 9 ne coluber, ne vipera felesque aut etiam mustela possit aspirare *ad pullos*. VAL. FL. 7, 585 non incendia Colchis adspirare sinit *Medea*. SIL. 5, 270 ubi plurima virtus nullique aspirare vigor, decus inde petebat *Appius*. 5, 442 aspirare viro (*i. Othryi*) propioremque addere Martem haud ausum cuiquam. 6, 605 Tarpeium accedere collem murisque aspirare veto. AVG. mor. eccl. 1, 1, 2 in christianae fidei lucem aspirare. BOET. mus. 1, 19 p. 205, 16 duobus semitoniis, quae sicut ad integrum sonum non aspirant, ita ultra integrum semitonium prodeunt. *nota*: AVSON. Mos. 474 si quis honos tenui volet adspirare camenae. SYMM. epist. 5, 94 (92) superest, ut proposito religionis tuae melior adspiret eventus. AMM. 24, 3, 8 miles . . . cunctorum adspirante consensu auctoritatem *imperatoris* . . . extollebat. *in comparatione de hominibus ac rebus, cum praepositione* ad: CIC. Brut. 84 ex bellica laude aspirare ad Africanum nemo potest. FRONTO p. 96, 12 N. cum eum adspirare ad pulchritudinem ingenii tui posse negarem. GELL. 2, 3, 21 ad horum . . . sinceritatem veritatemque verborum an adspiraverit Caecilius, consideremus. 10, 3, 15 M. Catonis . . . orationem, ad cuius vim et copiam Gracchus nec adspiravit. 10, 22, 3 cum ad proprietates eorum nequaquam possit latina oratio aspirare. 13, 31 (30), 1 ad quae conicienda adspirare posse neminem dicebat. 4 *appeto, ambio, adfecto*: *de animantibus et rebus; coniungitur cum dat., cum acc., cum praepositionibus* ad, in (quo), contra: CIC. Quinct. 89 dixi domum Romae fuisse, quo iste ne aspirarit quidem. div. in Caec. 20 in eius modi re quisquam tam impudens reperietur, qui ad alienam causam invitis eis, quorum negotium est, accedere aut aspirare audeat? (*cf.* 51). Verr. 2, 142 quisquam ad meam pecuniam me invito aspirat, quisquam accedit? 3, 76 quando . . . homo tantae luxuriae atque desidiae nisi Februario mense aspirabit in curiam. Sull. 52 num quis est . . . qui tum dicat in campum aspirasse Sullam? (*cf.* PANEG. 9, 14). orat. 140 haec nisi collocata et quasi structa et nexa verbis ad eam laudem, quam volumus, aspirare non possunt. VERG. Aen. 12, 352 nec equis adspirat Achillis *Dolon* (*cf.* SERV. Aen. ad h. l. *v. p. 840, 3*). LIV. 4, 35, 6 *plebs* ad spem consulatus in partem revocandam (-di *M*) aspirare non auderet. DECL. in Cat. 24 si qua ratione magistratibus aspiravisset. VLP. dig. 3, 1, 15 adspirare . . . ad novum *magistratum*. 48, 22, 7, 22 ad maiores *honores* (*antecedit* honorem petere). PAVL. sent. 4, 10, 1 *filii* ad legitimam matris hereditatem aspirare non prohibentur (*sequitur* admitti ad). PANEG. 4, 1 sero quodam tirocinio ad insolitum mihi tribunal aspirem. 4, 12 neque . . . mercator . . . ad uberrima ista compendia laudis aspirat. 10, 3 quis . . . aspirare laudes tuas audeat aequiparandi magis spe quam gratia non tacendi? 11, 17 unde . . . mihi aspirandi ad hoc nomen esset amentia opum vacuo et ignaro ambiundi? 12, 31 se . . . in illud tyrannici nominis aspirasse furtum. CAPITOL. Opil. 1, 1 nisi adspirassent ad imperium. LAMPR. Alex. 28, 4 per ambitionem nimiam ad militiam. SIRICIVS epist. 12, 1 ad . . . dignitates. AMM. 29, 3, 6 *Africanus* post administratam provinciam ad regendam aliam adspiravit. ANON. Vales. 6, 35 Calocaerum . . . in Cypro aspirantem novis rebus (*cf.* OROS. hist. 7, 28, 30). HEGES. 1, 26, 2 quo tanta eius insolentia adspiravisset. 2, 1, 2 Heroden . . . in regnum adspiravisse. 3, 1, 3 adspirandi ad imperium studia. CLAVD. 18, 464 *eunuchi vel ambigui mares* flabella perosi aspirant trabeis. 28, 193 quisquis aspirat Romae spoliis aut Solis habenis. AVG. quant. an. 30, 58 ad nomen aspirare scientiae. COD. Theod. 1, 9, 1 ad scholam agentium in rebus. OROS. hist. 6, 11, 15 Galliam . . . ausuram fore ad aliquos adspirare motus. 7, 17, 2 ad tyrannidem. AVELL. p. 469, 25 nos contra eam fidem, quae tradita est a beatissimis apostolis, adspirasse. SALV. gub. 4, 22 ad has pervasiones, quas . . . nobiles agunt, servus nec adspirare permittitur. 5, 27 in libertatem. CLAVDIAN. MAM. p. 204, 3 quod non modo ad innovandum quippiam nobilis ullus adspirat. ENNOD. epist. 4, 12 p. 108, 3 Vind. ad ea, quae male haberi (habere *v. l.*) didicisti, non tamquam emendationis contemptor adspires. 5, 9 p. 133, 2 qui ad liberales adspirat superis faventibus disciplinas. 7, 24 p. 191, 25 ut ad scriptionis munera praevius adspirarem. 7, 25 p. 192, 19 ad epistulas primus adspiro. 8, 1 p. 199, 4 ad curam officii epistularis. 9, 16 p. 240, 8 ad restitutionem debiti reverentiam vestram suspiciens adspiravi. COD. Iust. 6, 42, 11 ad fidei commissi petitionem. 9, 22, 6 ad defuncti iudicium. 12, 59 (60), 5 ad nullam militiam adspirandi habeant facultatem *apparitores* . . . si contra inhibita quoque sacratissimis constitutis adspirare contempserint. INST. Iust. 1, 25, 13 ad tutelam vel curam. LEX Visig. Recc. 5, 7, 16 nec liber ullus ad contractum . . . emtionis adspiret. GREG. M. epist. 3, 48 Mon. Germ. I 204, 25 ad sacros ordines. *saepe in formula de electione episcopi*: 9, 81 Mon. Germ. II 97, 6 quos ex vobis de laica persona ad *episcopatus* apicem adspirasse constiterit (*cf. ibid.* p. 177, 24. 385, 2. 387, 9). 6, 21 Mon. Germ. I 400, 2 ne ad cuiuslibet conversationis meritum laicae personae adspirare praesumant (*cf. ibid.* p. 462, 2. II 96, 18. 108, 27. 177, 6, *at* 12, 21 Mon. Germ. II 388, 2 ne cuiuslibet conversationis laicae personae adspirare praesumant).

synonyma: flare, afflare, spirare; mittere; inspirare; adesse, favere; accedere (propius), prodire, appropinquare; ambire, cupere, appetere, audere. *ad term. techn. gramm.* (*v. sub I 2*): *ad* adspirari: adspirationem habere. *opposita*: reflare; adspirationem subtrahere, sine aspiratione ponere; *ad* aspiratus: exilis. *Oertel.*

aspis, -idis *f.*, ἀσπίς. 1 *serpentium genus*. GLOSS. II 248 ἀσπὶς ὁ ὄφις aspis. III 19, 11 ἀσπίς *et saepius* (91, 4 aspes. 259, 66 ὁ ἀσπίς). ISID. orig. 12, 4, 12 aspis vocata, quod morsu venena inmittat et spargat (*cf.* AVG. in psalm. 57, 14): ἰός enim Graeci venenum dicunt, et inde aspis, quod morsu venenato interimit. PROB. gramm. IV 26, 27 'pis' Latina 'dis' faciunt, lapis lapidis, Graeca aut 'dis' aut 'pis', aspis aspidis . . . Serapis Serapis vel Serapidis. DVB. NOM. gramm. V 580, 20 haspis (*sic*) generis feminini, ut Paulinus (PAVL. NOL. carm. 17, 265) 'parvus extracta (*sic pars codd.*, extracto *alii*) trucibus cavernis aspide ludit' et Severus (SVLP. SEV. dial. 1, 10, 3) de aspide 'quasi incantata carminibus caerula colla deposuit'. *masculini generis* aspis *facta est per christianos ut* anguis, draco: COMM. instr. 9, 19 aspides surdi. PRVD. Symm. 1 praef. 37 excussum . . . procul decutit aspidem. PROSP. epigr. in obtrect. Aug. 2, 11 currentem attritos super aspidas et basiliscos. ARATOR 1, 734 aspide surdo. CARM. epigr. 748, 7 aspide calcato. *acc. sing.* aspida: LVCAN. 9, 701. 707. *acc. plur.* aspidas: CIC. nat. deor. 3, 47 LVCAN. 4, 724 PLIN. nat. 21, 147 (*et sic semper, sed* aspidem 36, 77) PROSP. (*l.* 75) ENNOD. carm. 2, 76 p. 581 Vind. (*sed* opusc. 3 p. 344, 26 diras aspides). [*genuens.* aspeo. *M.-L.*]

VARRO frg. rer. hum. (Prisc. gramm. II 524, 7) admota aspis cum pupugerit, si non occidat, sciat ex Psyllorum esse stirpe. CINNA carm. frg. 2 (Gell. 9, 12, 12) somniculosam ut Poenus aspidem Psyllus (LVCAN. 9, 701 aspida somniferam. *cf.* COMM. Bern. PLIN. nat. 29, 63 aspidum somnifica vis. 21, 182. 29, 65). CIC. fin. 2, 59 si scieris . . . aspidem

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

occulte latere. nat. deor. 3,47 equos, ibis, accipitres, aspidas, crocodilos ... in deorum numerum reponemus. Tusc. 5,78 prius ... quam ibim aut aspidem aut faelem ... vident *Aegyptii*. Rab. Post. 23 Demetrium in eodem isto Aegyptio regno aspide ad corpus admota vita esse privatum. CARM. bell. Aeg. 45 (*de Cleopatra*) pendent<e su>is cervicibus aspide (VELL. 2,87,1. SVET. Aug. 19 Cleopatrae ... psyllos admovit, qui venenum ac virus exugerent, quod perisse morsu aspidis putabatur. TERT. mart. 4 horridiores aspides serpentes tauro vel urso, quas Cleopatra immisit sibi. SERV. auct. Aen. 8,697 VIR. ill. 86,3 EVTR. 7,7). SEN. dial. 5,30,1 taurum color rubicundus excitat, ad umbram aspis exurgit. LVCAN. 4,724 aspidas ut Pharias cauda sollertior hostis ludit et iratas incerta provocat umbra. 9,610 stabant in margine siccae aspides, in mediis sitiebant dipsades undis. 9,901 (*de Psyllis, v. p. 842,80 sq.*) in terras parvus cum decidit infans, ne qua sit externae Veneris mixtura, timentes letifica dubios explorant aspide partus. PLIN. nat. 10,208 de aspide miraculum Phylarcho reddatur. 11,163 similes *dentes sunt* aspidi et serpentibus. 37,187 taos (*gemma*) pavoni est similis itemque aspidi, quam vocari timictoniam invenio (*alia ex* PLIN. *v. infra*). VAL. FL. 4,418 *Io* aspide cincta comas (*cf.* APVL. met. 11,4 aspis caput extollens arduum cervicibus late tumescentibus. 11,11 aspis squameae cervicis striato tumore sublimis). TERT. bapt. 1 viperae et aspides ipsique reguli serpentes arida et inaquosa sectantur. CYPR. GALL. deut. 255 cunctis dirior aspidum venenis (*improborum vinea*). SOLIN. 27,31 plures diversaeque aspidum species (*cf.* ISID. orig. 12,4,12 *sqq.* PLIN. nat. 28,65 aspidum, quas ptyadas vocant. 31,65). AMM. 22,15,27 *serpentes* omnes magnitudine et decore aspis facile supereminens numquam sponte sua fluenta egreditur Nili. HEGES. 1,43,8 veneficii genus ... compositum ex sucis serpentum et veneno aspidum (*cf.* LVCAN. 9,707 inde petuntur huc Libycae mortes et fecimus aspida mercem). VVLG. Iob 20,14 fel aspidum. 20,16 caput aspidum (*δρακόντων*) suget et occidit eum lingua viperae (*ὄφεως*). Is. 11,8 delectabitur infans ... super foramine aspidis (PS. AMBR. serm. Sess. Migne 18,136 infantes cavernis aspidum manus ingerunt. PAVL. NOL. carm. 17,268 *cf.* 17,255). 59,5 ova aspidum. PRVD. Symm. 1 praef. 37 *Paulus* excussum ... procul decutit aspidem. AVG. quaest. hept. 2,115 (*v. sub* aspidiscus). SVLP. SEV. dial. 1,10,3 *pueris* redeuntibus aspis mirae magnitudinis fit obviam ... quasi incantata carminibus caerula colla deposuit (*cf.* VVLG. psalm. 57,5 sicut aspidis surdae et obturantis aures suas, quae non exaudiet vocem incantantium. HIER. in Is. 3,3 Migne 24,62. AVG. in psalm. 57,7 aspis cum coeperit pati incantatorem Marsum, qui eam ... carminibus ... evocat. in psalm. 13,3. ENNOD. opusc. 3 p. 344,26 numquam sic diras aspides verborum digitis incantator Thessalus violentis poterit evocare carminibus. ISID. orig. 12,4,12). POL. SILV. chron. min. I p. 543,33 (*inter nomina colubrarum*) dipsas aspis ofis. ENNOD. carm. 2,76 p. 581 Vind. aspidas ut capiat tectis fraus hospita technis. VEN. FORT. carm. 8,3,195 vipera serps iaculus basiliscus emorrois aspis (carm. spur. 1,159).

in medicina: CELS. 5,27,4 usus ... docuit eum, quem aspis percussit, acetum potius bibere debere (PLIN. nat. 23,56). SCRIB. LARG. 167 theriace etiam ad aspidem (PLIN. nat. 20,264 hac theriace ... Antiochus rex adversus omnia venenata usus traditur aspide excepta). PLIN. nat. 29,65 aspides percussos torpore et somno necant, omnium serpentium minime sanabiles (8,85. 25,123. VVLG. deut. 32,33 venenum aspidum insanabile) ... cunctarer in proferendo ex iis remedio, ni M. Varro ... prodidisset aspidum ictus efficacissime sanari hausta a percussis ipsorum urina (*inde* SER. SAMM. 842 si ... horrendum vulnus fera iecerit aspis *eqs.*). 20,195 aspidum venenis adversari *anesum*. 21,147 aspidas mitigare dicitur *polium*. 22,154 amari (*lupini*) contra aspidas valent. 24,71 semen (*myrices*) ... efficax et contra serpentium ictus praeterquam aspidum. 24,141 clematis ... adversus serpentes et privatim aspidas ... efficax. 148. 25,104. 28,65 contra salivas aspidum, quas ptyadas vocant (31,65). 29,60. 61. 32,34. PLIN. nat. 29,119 iumentorum oculis membrana aspidis, quam exuit vere, cum adipe eiusdem claritatem inunctis facit. 30,103 aspidis cutem ... Parthorum gentes in remedium quartanae bibunt. 30,37 cinis aspidum cum sebo taurino inponitur. DRAC. satisf. 65 aspis habet mortes, habet et medicamina serpens. laud. dei 2,264 quid serpens maculosa iuvet, medicina fatetur, aspidis obliquae quid pinguia membra medantur, informes ursi, fulvus leo. *nota*: PLIN. nat. 36,77 (*de sphinge Aegyptia*) altitudo a ventre ad summam aspidem (apsidem *codd. det.*) in capite LXIs *pedes*. *proverbialiter vel translate apud christianos scriptores*: TERT. adv. Marc. 3,8 desinat haereticus a Iudaeo, aspis, quod aiunt, a vipera mutuari venenum (*κατὰ τὴν ἐναργῆ παροιμίαν, ὡς ἀσπὶς παρ' ἐχίδνης ἰὸν δανειζομένη Epiphan. adv. haer. 1,23,7; cf. Otto, Sprichwörter p. 373*). HIER. apol. adv. Ruf. 3,22 (Migne 23,473) lustravi monasteria ... et inter sanctorum choros aspides latere perspexi. in Is. 3,3 (Migne 24,62) contra serpentes et aspides, id est contra peccatores. hom. Orig. in Luc. 31 (Migne 26,288) aliam fortitudinem contrariam sociam tui assumis, quae aspis appellatur. 37 (26,301) unusquisque nostrum consideret, quantas opes aspidum ante portaverit, quantas divitias bestiarum (*de Is. cap. 30*). VVLG. psalm. 13,3 venenum aspidum sub labiis eorum *cf.* 139,4. Rom. 3,13 *cf.* HIL. in psalm. 13,3. AVG. in psalm. 13,3 (Migne 36,142) venenum dolum dicit, aspidum autem, quia nolunt audire praecepta legis, sicut aspides nolunt audire verba incantantis. VVLG. psalm. 57,5 sicut aspidis surdae et obturantis aures suas. *cf.* COMMOD. instr. 2,9,19 ut aspides surdi. HIER. epist. 139. in Is. 22,3 (Migne 24,268) AVG. serm. ed. Mai 121,10. AVG. in psalm. 57,14 aspides erant, serpentes erant *Iudaei*. ENNOD. epist. 2,19 p. 63,20 Vind. credo more aspidis clausa, ut aiunt, aure transivit. ARATOR 1,734 Iudaea venenum semper ab ore vomit, crudelior aspide surdo. VVLG. psalm. 90,13 super aspidem et basiliscum ambulabis. *cf.* PAVL. NOL. epist. 40,7. PROSP. epigr. in obtrect. Aug. 2,11 currentem attritos super aspidas et basiliscos declinare senem vipera non potuit. PRVD. cath. 3,147 hoc erat aspidis atque hominis digladiabile discidium. CARM. epigr. 748,7 aspide calcato (*cf.* PLIN. nat. 23,56 ab aspide calcata percussus) sponsi virtute triumphant (*syn.* anguis, draco). CANON. Migne 56,846 duae serpentes ex Ariana aspide natae sunt: Valens et Vrsatius. CASSIOD. hist. 4,24 (Migne 69,973) duae viperae ex aspide Ariana progressae sunt, Valens et Vrsacius.

2 *scutum* (GLOSS. II 248,19 *ἀσπὶς τὸ ὅπλον distinguitur ab aspide serpente. v. etiam sub* aspidiscus *p. 838,4*). NOVELL. Iust. 85,4 aspides sive scuta et galeas seu cassides (*ἀσπίδας ἤτοι σκουτάρια*). *Ihm.*

1. Aspis, -idis, *Ἀσπίς*. **a** *f. nom. locorum*: PLIN. nat. 4,57 Spiraeo promunturio obiacent ... *insulae* Caeciae duae, Selacosa, Dacenchrus, Aspis. 5,131 *Lycii maris insula.* *statio provinciae procons. Africae*: SIL. 3,243 quae Sicanio praecinxit litora muro, in clipei speciem curvatis turribus, Aspis. SOL. 27,8 Clypeam civitatem Siculi extruunt et Aspida primum nominant. *cf. Dessau, PW. II 1734,11; G. Wilmanns, Corp. VIII p. 128 sub* Clupea, *quod vide.*
b *nom. vir.*: NEP. Dat. 4,1 ut Aspim aggrederetur, qui Cataoniam tenebat (5,1). 4,2 *et* 4,4 *sq. nomin.* Aspis.

2. Aspis, *Ptolemaeo Ἰασπίς, statio Contestanorum Hispaniae, nunc* Aspe. ITIN. Anton. 401. *Diehl.*

aspisatis, *acc.* -im, *f.* *gemma*: PLIN. nat. 1 ind. 37,54 aspisatis. 37,146 aspisatim Democritus in Arabia nasci tradit, ignei coloris, et oportere cum cameli fimo splenicis adalligari, inveniri utique in nido Arabicarum alitum; et aliam eodem nomine ibi in Leucopetra nasci, argentei coloris, radiantem.

? **aspita** ruina (vervina *Arevalus*) GLOSS. IV 21,47. 481,66 (ruinum). V 169,20. 590,12 (*temptaverunt* secespita, lapsina). *Ihm.*

Asple<? *in lucerna* CORP. III 12012,20.

Aspledōn, *Ἀσπληδών, opp. Boeotiae.* PLIN. nat. 4,26. *v. Oberhummer, PW. II 1737.* *Diehl.*

asplenos, *ἄσπληνος, f. herba*: VITR. 1,4,10 quae (*pecora*) pascuntur proxime Cnoson, <lienosa> sunt, quae autem ex altera parte proxime Gortynam, non habent apparentem splenem. unde etiam medici ... invenerunt herbam, quam pecora rodendo inminuerunt lienes. ita eam herbam colligendo curant lienosos hoc medicamento, quod etiam Cretenses asplenon (*sic codd., ἄσπληνον Rose*) vocitant. PLIN. nat. 27,34 asplenon sunt qui hemionion vocant ... nascitur in petris ... laudatissima in Creta. huius foliorum in aceto decocto ... lienem absumi aiunt (*cf. Diosc. 3,141.* ISID. orig. 17,9,87 asplenos dicta, quod splenem auferat). PS. APVL. 48 (*i. q.* callitrichon). 97 *saxifraga* a Graecis dicitur adiantos ... nonnullis ... asplenon. DIOSC. 3,146 de asplenum. asplenon aut scolopendrion aut iminion (*ἡμιόνιον*) aut splenion ... vocant. CAEL. AVR. chron. 3,4,59 in lienicis ... epithema aiunt convenire ex cappare ... et herba, cui nomen asplenos. *in his ut videtur latet* GLOSS. III 545,57 espalnu petrata. 629,37 spalagnio (spalaxino, spalangnia *alibi*) i. petra (*cf.* PLIN. *l. l.* nascitur in petris. *Diosc. 3,141 ἄσπληνον ... φύεται ἐν πέτραις*). *Ihm.*

Aspolita *v.* Hippolita.

Aspona, -ae *et* ōrum, *opp. Galatiae.* AMM. 25,10,10 apud Aspuna Galatiae municipium breve. HIL. op. hist. frg. 4,29 (Migne 10,677a) Cartherius episcopus ab Aspona. CASSIOD. hist. 12,8 Palladius ab Hellinopoli mutatur in Asponam. TAB. Peut. 9,5 Aspona (ITIN. Anton. 143. 206). ITIN. Hier. 575 civitas Aspona. RAVENN. p. 99,4 Asponna. *v. Ruge, PW. II 1737.* *Diehl.*

asportātio, (-ōnis) *f. ab* asportare. CIC. Verr. 5,110 his (*signis*) pulchritudo periculo, amplitudo saluti fuit, quod eorum demolitio atque asportatio perdifficilis videbatur.

asporto, -āvī, -ātum, -āre. [*ab* abs *et* portare. *Th.*] GLOSS. II 237,48 *ἀποκομίζω* aufero absporto (*sic, cf.* V 541,1). II 22,2 asportavit (8,46 adportavit) *ἐξεφορτίσατο.* IV 482,41 abducit avehit aufert abstrahit (*cf.* 268,61. 345,37). 406,28 longius portat. V 549,39 clam porto. *cf.* ALBIN. gramm. VII 296,17, *qui cum ceteris verbi* portandi *compositis comparat.* PS. ASCON. div. Caec. p. 112 B. asportare aliquid, ut intereat, deportare, ut mutet locum. PRISC. gramm. III 47,27 'abs' tam in compositione quam in appositione consonantibus solet praeponi, sed 'ab' omnibus in compositione praeponitur litteris, absque c vel q vel t, ut ... 'asporto' — in quo b in s commutatur, sicut et 'aspello', differentiae causa, ne, si 'apporto' et 'appello' dicamus, ab 'ad' composita existimentur. asportarier: PLAVT. Rud. 67 TER. Phorm. 978. *forma* absporto *non legitur nisi in* GLOSS. (*v. l. 71*), ansportat GLOSS. V 265,55. 345,37 (*item in Hisper. famin., v. Zimmer, Götting. Nachr. 1895 p. 158*).

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

auferre, deportare, abducere (secum) homines, res: PLAVT. Rud. 67 video virginem asportarier. Merc. 353 illam abstrahat, trans mare hinc venum asportet. TER. Phorm. 551 quoquo hinc asportabitur terrarum. 978 non hoc publicitus scelus hinc asportarier (sic Bemb., deportarier rel.) in solas terras! CIC. Verr. 5,107 abreptamque ex eo loco virginem secum asportasse Ditem patrem ferunt (cf. 5,111 ut Verres alter Orcus ... non Proserpinam asportasse, sed ipsam abripuisse Cererem videretur). BELL. Alex. 78,2 parvulum secum asportaverat in castra multosque retinuit annos. BELL. Afr. 91,3 ut secum coniuges liberosque asportaret. VERG. Aen. 2,778 nec te comitem hinc asportare (sic P, te comitem hinc portare M), ubi Servius: hic versus caret scansione: unde multi ei 'hinc', multi 'as' syllabam detrahunt. si tamen vis fide servata scandere, fiat conversio, ut 'eveniunt, nec te hinc comitem', et potest scandi per synalipham. LIV. 24,26,9 ablegarent... procul ab Syracusis Siciliaque et asportari Alexandriam iuberent ad virum uxorem, ad patrem filias. 27,31,8 Arato adempta uxor ... in Macedoniam asportata fuerat (32,21,24). 29,17,16 mulierum puerorumque, qui rapiuntur atque asportantur. SEN. Agam. 301 dedecus nostrae domus asporta ab oculis. SIL. 15,688 transfixum ... Sabellum asportabat ovans. 17,169 donec vis saeva ... rapidis daret asportare procellis (de Hannibale somniante). GELL. 2,29,8 pulli tremibundi ... circumstrepere orareque matrem, ut iam statim properet inque alium locum sese asportet (syn. auferre). COD. Iust. 9,20,7 (a. 287) servos a plagiariis alienari ex urbe significas atque ita interdum ingenuos homines eorum scelere asportari solere perscribis (syn. abstrahere, exportare, abducere). AMM. 15,7,10. 17,2,4 captos ... et asportatos. 20,6,7 conprehensi ad regiones Persidis ultimas sunt asportati. GENNAD. vir. ill. 97 asportandus pro fidelis linguae remuneratione in exilium. VVLG. lev. 10,4 asportate (ἄρατε) extra castra. III reg. 18,12 spiritus domini asportabit (ἀρεῖ) te. Is. 22,17 dominus asportari te faciet sicut asportatur gallus gallinaceus (ἐκβαλεῖ καὶ ἐκτρίψει ἄνδρα). IV reg. 14,20 (ἦραν). II par. 35,24 (ἤγαγον). CASSIAN. inst. 10,20 quo eum facilius asportaret, se quoque ... confingebat velle discedere. 4,31 credens se tutius latiturum, si ad illa semet ipsum asportaret loca. 10,2,2 exinde semet ipsum quantocius asportarit. 7,8 unde si quoquam se non celerius asportarit.

PLAVT. Amph. 207 si quae asportassent redderent. CIC. Verr. 4,29 rapiebat et asportabat quantum a quoque volebat. 5,104 omnia ... per servos ... tollenda atque asportanda curavit (6,185). 5,131 omnia, quae requisierit, non ut conservaret, verum ut asportaret, requisivit. 5,88 rerum gestarum monumenta evertere atque asportare ausus est. 5,80 simulacrum Dianae (5,110. 6,185 [2,53 signa ex fanis ... plaustris evecta exportataque (asport- codd. deter.)]). 2,91 vina ceteraque, quae in Asia facile comparantur, quae ille reliquerat, asportavit. div. Caec. 28 asportare te velle ex Sicilia litteras (syn. deportare). parad. 8 ut multa de suis rebus asportarent. [NEP. Them. 2,8 deportant (asportant codd. deter.)]. LIV. 2,4,3 vehicula ... quibus regum asportarent res. 9,8,10 sicut ante regiae naves laceratae naufragiis nihil in terram integri praeter sacram pecuniam deae, quam asportaverant, extulerunt (asportabat extulerat cod. Putean.). 42,3,3 naves paratae fuerunt, quae tollerent atque asportarent tegulas marmoreas. CARM. epigr. 1044,9 (saec. I) nec carum cinerem at terram asportare paternam quivit (VVLG. gen. 50,24 asportate ossa mea vobiscum, συνανοίσετε. II reg. 21,13 ἀνήνεγκεν). TAC. ann. 16,11 si quae asportari possent, sibi quemque deducere iubet. SVET. Cal. 59 cadaver ... in hortos Lamianos. APVL. met. 4,18 asportare quantum quisque poterat auri vel argenti. 8,15 quidquid in casula pretiosum ... servabat, meo atque aliorum iumentorum dorso repositum asportans (adsp- cod. F). 9,40 spatham illam secum asportans. SOLIN. 22,8 cum ipsa (insula Tanatus) nullo serpatur angue, asportata inde terra, quoquo gentium invecta sit, angues necat. AVIAN. fab. prol. 11 fluvius ... duas ollas ... ereptas e litore asportavit. VVLG. lev. 16,27 vitulum et hircum foras castra (ἐξοίσουσιν). I reg. 5,1 arcam dei a Lapide adiutorii in Azotum (εἰσήνεγκαν). II reg. 12,30 praedam (ἐξήνεγκε, II par. 14,14). Dan. 5,2 vasa (5,3. 1,2. I Esdr. 5,14 ἀπήνεγκεν. II par. 36,10 asportatis simul pretiosissimis vasis). II Macc. 4,19 quas (didrachmas) postulaverunt hi qui asportaverant (ἃς καὶ ἠξίωσαν οἱ παρακομίσαντες). II par. 29,16 extulerunt omnem immunditiam (e templo domini) ... et asportaverunt ad torrentem Cedron foras (ἐδέξαντο ... ἐκβαλεῖν εἰς).

synonyma: auferre, deportare, ablegare, exportare, abstrahere, abducere.

asprātilis, -e. [ab asper asperatus. Th.] EDICT. Diocl. 5,1ᵃ piscis aspratilis marini (sequuntur piscis secundi ... piscis flubialis optimi ... piscis secundi flubialis). PLIN. VALER. 5,10 pisces aspratiles et pipiones. 5,8. DIOSC. 2,16 omnis piscis aspratilis (πετραῖος, cf. Diosc. 2,35). ORIBAS. syn. 4,1 de piscibus ... aspratiles tantum gustandi sunt (ibid. saepius). 4,3 aspratiles pisces circa litus vel in pelago commorantes. 4,14 pelagici et aspratiles. 4,16. 5,53 piscis ... aspratilis, qualis est uniscus in leucozymo factus. DIOSC. 2,109 sparagus aspratilis (πετραῖος). GROM. p. 306,26 aspratilis lapis dicitur, qui velut signinum coagulatus lapis naturalis fuerit. terminus si superius politus fuerit et inferius subulis inpolitus, monumentalis est, non habet fidem finitionis. 309,13 terminus (341,23, cf. fig. 295). 319,2 super viam terminus, hoc est petra aspratilis. 320,25 fines aspratiles. 322,17 aspratiles ponuntur (sc. termini).

asprātūra, -ae f. [cf. c. asperare asperatus. Th.] GLOSS. II 22,1 asparatura κόλλυβον. cf. sub asper p. 809,18 sq. INSCR. Pergamena (v. Prott, Mitth. des ath. Inst. 1902,79; aetate Hadriani) collybistae ἠλέγχθησαν μετὰ τοῦτο καὶ ἕτερά τινα συνκεχωρηκότες ἑαυτοῖς κερδῶν ὀνόματα, ἀσπρατοῦράν τε καὶ τὸ καλούμενον παρ' αὐτοῖς προσφάγιον, δι' ὧν ἐτηρέαζον μάλιστα τοὺς τὸν ἰχθῦν πιπράσκοντας· καὶ ταῦτα οὖν ἐδοκιμάσαμεν διορθῶσθαι. lucrum igitur faciebant distinguendo nummos asperos recentes a detritis comesisque vetulis.

asprātus v. sub aspero.

asprēdo, -inis f. [ab asper. Th.] CELS. 5,28,2 carcinoma interdum simile iis est, quae Graeci vocant κονδυλώματα, aspredine quadam et magnitudine sua (5,28,15 aspritudo trad.). CHIRON 53 vitium ... pedes leprosos facit cum quadam aspredine ex nimia prurigine. 184 in ipsis orificiis aspredo echino similis invenitur. PLAC. med. 11,8 spurcitias omnes et aspredines emendat. DIOSC. 2,29 aspredine (τραχυσμούς) arteriarum mitigat. 2,68. 140. 3,5 (τραχύτης). 2,51 aspredinem ... palpebris elimpidat. 2,84 aspredines oculorum. 4,9 faucium (et saepissime, raro aspritudo). PAVL. PETR. Mart. 4,549 carpuntur gramina morsu curvatae ad fauces adtracta aspredine linguae, praevia quae teneras adlambens colligit herbas. PS. CYPR. mont. 6 ex aspredine saeculi in lenitatem conversus est. cf. aspritudo.

Asprēnās v. sub Asper. **aspretūdo** v. aspritudo.

asprētum, -ī n. [ab asper aspera. Th.] singularis non legitur. LIV. 35,28,9 tabernacula statuere in aspretis et inaequabili solo difficile erat. 27,18,11 per aspreta primum (aspera prima cod. Putean.), nihil aliud quam via impediti, iere. 36,15,9 hoc iugum ... ea aspreta rupesque interiectas habet, ut non modo exercitus sed ne expediti quidem facile ullas ad transitum calles inveniant. 9,24,6 ad hoc saxa erant et temere iacentia, ut fit in aspretis, et de industria etiam, quo locus tutior esset, ab oppidanis congesta. 9,35,2 aspreta erant strata saxis. GRATT. cyn. 241 aspretis medius qua clauditur orbi⟨s⟩. [it. aspreto. M.-L.]

asprio, -ōnis m. ab asper? (cf. nummus asper). monetae genus infimae aetatis. PAPYR. Marini nr. 80 (a. 564) col. 2,10 albiolo ligneo valente nummos aureos quadraginta, sacma valente asprione aureo uno. 2,12 sacario valente siliqua una asprionis, cute olearia valente siliquas duas asprionis. et saepius ibidem.

aspriter v. asperiter (sub asper in fine).

aspritūdo, -inis f. cf. aspredo. GLOSS. II 248,25 ἀσπρότης aspritudo candor. 568,32 aspritudo siccitas (cf. aritudo). raro scribitur aspretudo, rarius asperitudo. CELS. 7,26,2 aspritudo calculi. TERT. cult. fem. 2,8 cetera pulveris cuiusdam aspritudine (asperitudine pars codd.) levigare. paen. 11 in asperitudine sacci et horrore cineris. frequens in medicina: CELS. 5,28,15 circa totum corpus partemve aspritudo quaedam fit, similis iis pusulis, quae ex urtica vel ex sudore nascuntur. 6,6,27 ad extenuandam aspritudinem (6,6,38) ... lippitudo aspritudinem auget. 6,6,28. 7,7,6. 15. 7,23 ingens sitis et linguae aspritudo. SCRIB. LARG. 21 medicamentum nullam in se aspritudinem habet (22ᵃ. 64. 113 MARC. med. 8,2). 36 collyrium ... facit ad aspritudinem palpebrarum (26. 37 palpebrarum veterrimam aspritudinem. MARC. med. 8,117. 119. 120. 122. cf. GLOSS. II 458,33 τράχωμα, ὅτε ἀγριωθῇ τὸ βλέφαρον τοῦ ὀφθαλμοῦ aspretudo). 32 ad caliginem et aspritudinem oculorum siccamque perturbationem sine tumore, quam ξηροφθαλμίαν appellant (33. 35. CORP. XII 5691,5 P. Heli Facilis crocodes ad aspritudinem. ibid. 7 Iuenalis colly(rium) crocodes ad aspritud. CORP. III 12032,3 Q. Pompei Graecini coenon ad asprit. et caligin., et saepius in sigillis medicorum oculariorum. CHIRON 805 ad oculum album ... sive ad aspretudinem oculorum. MARC. med. 8,69. 70. 106. 137. 138. 199. 8,72 angulorum. PLAC. med. 17,1 aspritudinem. GALEN. alfab. 283).
SCRIB. LARG. 122 tunc apparent residendo aspritudines (amplitudines ed. princ.), si quae reliquae sunt (MARC. med. 29,9). CHIRON 139 ne asperitudo fructum incitet gingibas. 609 aspretudinem et ragadia in suffraginibus. MARC. med. 29,9 donec nullum vestiguum aut aspritudo appareat testularum. DIOSC. 2,68 aspretudines (τραχυσμούς) arteriarum (v. sub aspredo). GALEN. alfab. 67 est enim levis et sine ullam aspretudinem (sic cod. Pal., aspredinem Lucc., aspridinem Casin.). 814 pumex ... mittitur in smigmata, abradit autem et suam aspritudinem (asperitudine cod. Lucc.) levigat. APVL. met. 1,2 simul iugi quod insurgimus aspritudinem fabularum lepida iucunditas levigabit.

Aspuna v. Aspona.

adspuo, -ere. ab ad et spuere. PLIN. nat. 28,39 cur non et haec credamus rite fieri, extranei interventu, aut si dormiens spectetur infans, a nutrice terna adspui (expui vet. edd., despui C. F. W. Müller) in os? (in os? quamquam Mayhoffi lectio parum certa, quamquam illos codd. plerique, quamquam vulg.). Ihm.

Aspurgiānī gens Sarmata, Ptolemaeo Ἀσπουργιανοί. TAB. Peut. 9,3. ab hac gente appellatus est "Ἀσπουργος Βιομάσου υἱὸς ἑρμηνεὺς Σαρματῶν Βοσπορανός CORP. VI 5207 (e columb.). Diehl.

aspūrgo, -āre. ab abs et purgare. SER. SAMM. c. 29 tit. lum-

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

bricis et taeniis aspurgandis. *quod apud* PELAGON. 470 *olim scripsi* aspurgantur animalia apud Venetos sic *dubium est; traditur* absurgiantur, *fort. cum Birtio legendum* axungiantur. *Ihm.*

asquiron *v.* ascyron. **Asra** *v.* Esra.

Asraël, אֲשַׂרְאֵל, Ἐσεριήλ, *nom. vir. hebr.* VVLG. I par. 4, 16.

Asriël, אַשְׂרִיאֵל, Ἐσριήλ, *nom. vir. hebr.* VVLG. num. 26, 31 Asriel, a quo familia Asrielitarum. VVLG. Ios. 17, 2 *traditur forma* Esriel. ITALA cod. Lugd. num. 26, 31 et plebs Sariel. HIER. nom. hebr. p. 16, 1 Aserehel beatus deus. 24, 15. *Plenkers.*

assa *v.* assus.

Assa, -ae, Ἄσσα, *opp. Chalcidices.* HIER. epist. 60, 16 Assae vivit inglorius. PLIN. nat. 4, 38 oppidum Cassera. *v. Oberhummer, PW. II 1740, 1.*

Assabe *opp. Chaldaeae.* TAB. Peut. 12, 1. RAVENN. p. 53, 8 Asabe. *cf.* Assabensis.

Assabēnsis, -e *adi. ethnicon ab urbe veluti* Assabe *deriv.* CONC. Carth. a. 411 (Mansi IV 106ᵃ) Sextilius episcopus plebis Assabensis. *ibid.* p. 146ᵇ Marcianus episcopus Assabensis. *cf.* Assafensis.

Assabinus, -ī *deus Aethiopum.* PLIN. nat. 12, 89 *cinnamum* metitur non nisi permiserit deus. Iovem hunc intellegunt aliqui, Assabinum illi (*Aethiopes*) vocant. *v. Pietschmann, PW. II 1740.*

Assacanus, -ī *nom. vir. pers.* CVRT. 8, 10, 22 ipse (*Alexander*) ad Mazagas venit. nuper Assacano, cuius regnum fuerat, demortuo *eqs.* *idem adi.* **Assacanus,** -a, -um. EPIT. Alex. W. 39 ad satrapeam Assacanam (*trad.* saganam) devenit. *eiusdem stirpis sunt* **Assacanī,** -ōrum, Ἀσσακηνοί. ITIN. Alex. 48 Assacanos (saca muros *A*) Indos. *cf. Arrian. Anab. 4, 30, 9.* *iidem fortasse qui* PLIN. nat. 6, 79 Aspaganos gentem. RAVENN. p. 47, 4 Asacorum. *v. Tomaschek, PW. II 1740.* *Diehl.*

? **adsacrificium.** TERT. idol. 16 nuptias quoque celebrari non magis deus prohibet quam nomen imponi. sed his accommodantur sacrificia. sim vocatus nec adsacrificii (*sic Rig.*, ad sacrificiis *cod. Agobard.*, in sacrificiis *ed. Gangnei*) sit titulus officii et operae meae expunctio quantum sibi libet. *v. adnot. Rigaltii.* *Ihm.*

Assafēnsis, -e *adi. ethn.* VICT. VIT. notit. Maur. Sitif. 24 Vitalis Assafensis. *cf.* ad Sava, Ausafa, Assabensis. *Diehl.*

Assalicus, -a *nom. gent., v.* Assius *et* Asselius, Asucius. CORP. II 4355 (*Tarracone*) M. Cornelio M. f. Gal. Avito Assalica L. f. Avita mater. 4356 Assalicae L. f. Avitae Cornelia L. f. Avita mater. *Otto.*

adsalio (adsallio) *v.* assilio.

assaltus *v.* adsultus.

adsalūto, -āre. *ab* ad *et* salutare. PAVL. NOL. epist. 34, 10 vident te et adrident, inveniunt te et adsalutant. NOT. Tir. 63, 97 adsalutat. *Ihm.*

Assanitae, -ārum *cogn. Saracenorum.* AMM. 24, 2, 4 phylarchus Saracenorum Assanitarum. *Diehl.*

(**adsapio**?), -uī, -ere. *ab* ad *et* sapere. AVG. c. Faust. 32, 3 p. 763, 5 Vind. de porcina ... idem credere noluistis nec de lepore ... neque de mullis ... ceterisque quae vobis adsapuere generibus piscium, quamvis eadem Moyses omnia inmunda esse testetur. *Ihm.*

assar *v.* asser.

Assara *statio Mesopotamiae.* NOT. dign. or. 36, 12 Assara. 36, 26 *sub duce Mesopotamiae* equites scutarii indigenae Pafenses, Assara. *Seeck contulit ex Notit. episc.* κάστρον Μασσάρων.

Assaracus, -ī, Ἀσσάρακος. OV. fast. 4, 34 Assaracon. **A** *Troianus rex, avus Anchisae, proavus gentis Romanae*: **1** *ad genealogiam*: SCHOL. Bern. Verg. georg. 1, 502 Accius (trag. 653ᵃ) docet: Iuppiter Dardanum genuit, Dardanus Troum, Trous Assaracum et Ilium Ganymedemque. Capis ex Assaraco satus, qui statuit Pergamum, Laomedon Priamum et Anchisem edidit. ENN. ann. 17 (SERV. auct. georg. 3, 35) Assaraco natus Capis optimus isque pium ex se Anchisen generat. OV. fast. 4, 34 Assaracon creat hic (*Tros*) Assaracusque Capyn; proximus Anchises. *sim.* SIL. 11, 293 *sqq.* SERV. Aen. 1, 284. 6, 777. 9, 640 SERV. *et* SERV. auct. georg. 3, 35 SERV. auct. Aen. 8, 130 MYTHOGR. 1, 135. SIL. 8, 294 numerare parentem Assaracum retro praestabat Amulius auctor Assaracusque Iovem. HYG. fab. 94 p. 88 Anchisam Assaraci filium. 224 p. 132 Ganymedes Assaraci filius. DICT. 4, 22 ex Cleomestra Assaracus. VERG. Aen. 6, 650 Ilusque Assaracusque et Troiae Dardanus auctor (OV. met. 11, 756 MYTHOGR. 1, 204 p. 63. 2, 192). **2** *epitheta*: OV. fast. 4, 943 Phrygis. SEN. Ag. 878 veteris. AVG. loc. hept. 5, 28 Troiano. GLOSS. IV 406, 31 Assaracus vir Troianus (*contulit Goetz* VERG. Aen. 6, 650). **3** *laudantur*: *de rege Troiano*: SEN. Tro. 17 omnisque late fumat Assaraci domus. LVCAN. 9, 967 domos. HOR. epod. 13, 13 Assaraci tellus (*i. Troas*). IVV. 10, 259 funus. *de proavo Romanorum gentisque Iuliae*: VERG. Aen. 1, 284 domus Assaraci (AVG. loc. hept. 5, 28 Romani. civ. 15, 19). 6, 778 Romulus, Assaraci quem sanguinis Ilia mater educet. 9, 256 excipit Ascanius: 'per magnos, Nise, penates Assaracique Larem et canae penetralia Vestae obtestor ...' (*cf.* SIL. 3, 566 Assaracique Larem et Vestae secreta). 9, 640 gente sub Assaraci (*sc. Iulia.* SIL. 8, 347). georg. 3, 35 *stabunt in foribus* Assaraci proles demissaeque ab Iove gentis nomina (SERV. *ad l.* eorum statuas, qui a Iove usque ad Assaracum et ab Assaraco usque ad Augustum originem ducunt). Aen. 12, 127 genus Assaraci Mnestheus. OV. fast. 4, 123 Assaracique nurus dicta est *Venus.* SIL. 3, 701 Assaraci prolem (*i. Romanos*). 5, 145 ingentem Assaraci ... alumnum (*i. Romulum*). *v. Höfer, PW. II 1741.* **B** VERG. Aen. 10, 124 Assaracique duo *Troiani, comites Aeneae.* **C** *in titulis cogn.*: CORP. VI 27468 Q. Titinio Q. l. Assaraco. II 6108 (*Tarracone*) Aem. Assaract. (*sic trad.*) plumbario. *Diehl.*

assarātum apud antiquos dicebatur genus quoddam potionis ex vino et sanguine temperatum, quod Latini prisci sanguinem assyr vocarent. PAVL. FEST. 16. *cf.* GLOSS. II 23, 56 asaer (*sic*) αἷμα. V 441, 37 ascer samguis cruor. 492, 5 ascer sanguis cruor. [*sunt qui conferant c. gr.* ἔαρ εἶαρ, *ind.* ásṛk, *lett.* asins '*sanguis*'. *Curtius, Grundz. d. griech. Etymol.*⁵ *398.* *Th.*] *V.*

Assaremoth, הַשְּׁרֵמוֹת (שְׁדֵמוֹת), Ἀσαρημώθ, *nom. loci urbis Ierusalem.* HIER. sit. et nom. p. 99, 12 Assaremoth in Ieremia. pro quo in hebraeo scriptum est sademoth, quod Aquila interpretatur suburbana. VVLG. Ier. 31, 40 *vertit* regionem mortis. *Plenkers.*

Assaria *statio Tripolitana.* TAB. Peut. 7, 3. *Diehl.*

Assario *v.* assarius *1.*

assārius, -a, -um. [*ab* as. *Th.*] CATO agr. 132, 2 daps Iovi assaria pecunia urna vini. SEN. apocol. 11 *Claudius* occidit in una domo Crassum, Magnum, Scriboniam, tris homines assarios (*sic Bücheler*, tristionias assarionem *cod.*), nobiles tamen. *subst. m.* assarius *sc. nummus.* VARRO ling. 8, 71 debet ... dici ... non 'equum puplicum mille assarium esse', sed 'mille assariorum', ab uno enim assario multi assarii, ab eo assariorum. CHAR. gramm. I 76, 3 assarius ab antiquis dicebatur, nunc as dicitur non assis (BEDA gramm. VII 263, 29). *neutr. cf. graecum* ἀσσάριον *sc.* νόμισμα. GLOSS. II 24, 7 assarium ἀσσάριον μονομαχιον (?) δοκάριον νουμμίον. V 6, 37 (= 48, 31) assarium nummum assis Latini quasi figuram denarii (-ium 48, 31) dicunt. EPIPH. metr. 103, 22 *et* 23 assaria.

assarum *v.* asaron.

assātor ὀπτανεύς GLOSS. II 22, 7. II 385, 69 ὀπτανάριος assator coctarius. 568, 34 asator frixor.

? culina: [s]**assātōria,** ἀπόπατον GLOSS. II 522, 17.

assātūra, -ae *f. ab* assare. [*hisp.* asadura. *M.-L.*] GLOSS. II 521, 26 asatura ὀπτόν. III 399, 52 ass⟨at⟩urae πάροπτα. VOPISC. Aur. 49, 9 convivium de assaturis maxime fuit. VVLG. II reg. 6, 19 *David* partitus est universae multitudini ... assaturam bubulae carnis (ἐσχαρίτην) unam. PLIN. VAL. 2, 29 manducet assaturas caprinas perassas. APIC. 7, 271 assaturam assam a furno simplicem. ANTHIM. 4 carnes ... in assatura ut delonge a foco coquantur. 6 assaturae ... de novello cervo. 8 aprunae ... assaturae si fiunt. *V.*

Assatus, -a *cogn. ut vid. Hispanum.* CORP. II 1138 (*in Baetica*) T. Aelius Assatus. 1457 (*ibid.*) Ignatia Assata.

fund. **Assevam** TAB. Velei. 4, 80 (CORP. XI 1147); '*fortasse idem quod* ad scaevam' *adnotavit Bücheler.*

assecla *v.* assecula.

Asseconia *statio Hispaniae Tarraconensis.* ITIN. Anton. 430. RAVENN. p. 321, 6 Assegonion. *Diehl.*

assectātio, -ōnis *f.* *ab* assectari. GLOSS. II 305, 24 ἐπακολούθησις adsectatio. **1** *candidatorum comitatus.* *cf.* assectari *sub I 1.* Q. CIC. pet. 34 quoniam assectationis mentio facta est, ... curandum est ut cotidiana cuiusque generis et ordinis et aetatis utare. CIC. Mur. 70 homines tenues unum habent in nostrum ordinem aut promerendi aut referendi beneficii locum hanc in nostris petitionibus operam atque adsectationem. **2** *i. q. investigatio.* PLIN. nat. 2, 82 magna caeli adsectatione compertum.

assectātor, -ōris *m. ab* assectari. **I** *qui candidatos assectatur.* *cf.* assector *sub I 1.* *Habel, PW. I 422.* Q. CIC. pet. 34 *assectationis* tres partes sunt, una salutatorum, altera deductorum, tertia assectatorum. 37 assidua assectatorum copia. CIC. Verr. 3, 29 quidam vetus adsectator et ex numero amicorum. Balb. 62 cum ducibus ipsis non cum comitatu adsectatoribusque confligant. **II** *i. q. procus.* *cf.* assector *sub I 2.* PLIN. epist. 3, 11, 7 *virtutibus* meruit ut a C. Musonio ex omnibus omnium ordinum adsectatoribus gener adsumeretur. **III** *in universum i. q. assecla.* **1** *hominum.* PLIN. nat. 20, 160 Porci Latronis clari inter magistros dicendi adsectatores. 24, 167 Apollodorus adsectator *Democriti.* PLIN. epist. 8, 23, 5 non ut commilito sed ut comes adsectatorque (adsessorque *Mommsen*). GELL. 5, 10, 7 auditor adsectatorque Protagorae. DON. Ter. Hec. 35 p. 343 Lind. utrum eos 'comites' dicit qui sunt pugilum assectatores. **2** *rerum.* *cf.* assecla *p. 849, 65.* SEN. epist. 65, 18 sapiens adsectatorque sapientiae (PLIN. nat. 8, 59. 18, 274). 122, 12 cenarum bonarum adsectator (PLIN. nat. 9, 142 dapis). dial. 9, 1, 8 adsectator comesque patrimoniorum pereuntium populus. PLIN. nat. 29, 8 pariter ... eloquentiae adsectatores et potentiae nanctus novam instituit sectam *medicorum.* SYMM. epist. 9, 33 adsectatores ... litterarum. rel. epist. 10, 21 (34. 41), 3 eiusdem religionis. *nota*: QVINT. inst. 1, 5, 8 in oratione Labieni ... casamo adsectator e Gallia ductum est. GLOSS. II 9, 28 adsectatores ἱερεθισταὶ μαθητῶν. 564, 36 adsectator sequister. IV 7, 36 adsectatores imitatores.

adsectio. GLOSS. II 457, 6 τομὴ σώματος. [*cf. c.* ad *et* secare. *Th.*]

assector, -sectātus sum, -sectāri. *ab* ad *et* sectari. [*hisp.* acechar. *M.-L.*] GLOSS. II 9, 22 adsectatus ἐπιδιώξας. 305, 23

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

ἐπακολουθῶ ... adsector. PRISC. gramm. II 379, 7 antiqui tam activa quam passiva significatione protulisse inveniuntur ... assector. *ibid.* 383, 7 Ennius (*cf.* ENN. inc. libr. rell. IX p. 175 Vahl.): adsectari se omnes cupiunt, adsectari passive ἀκολουθεῖσθαι. *ibid.* 383, 9 Alpheus philologus: Themistocles cum a formoso adsectaretur.... ἠκολουθεῖτο. *item passive particip.* assectatus *apud* TERT. *invenitur, cf. p. 849, 26. confunduntur* assentor *et* assector: PETRON. 72 ITALA Rom. 12, 16 (Tert. adv. Marc. 5, 14) *cf. p. 859, 68 et 75. in* GLOSS. II 313, 63 ἐργομωκεύω ... adsecto. 330, 13 θωπεύω ... adsecto *legendum erit* adsento.

I *proprie, constanter comitari aliquem*: HOR. sat. 1, 9, 6 cum adsectaretur, numquid vis, occupo. SEN. dial. 9, 12, 4 lecticam adsectati quibusdam locis etiam tulerunt. TAC. hist. 2, 93 miles Valentem adsectabatur (*latiore sensu*). ann. 6, 19 custodes ... corpora putrefacta adsectabantur. dial. 2 *magistrum rhetoricum* (PLIN. epist. 2, 14, 10). SVET. Iul. 19 *Caesar* omnibus officiis ... Pompeium adsectatus est (*metonymice*). *speciatim*: **1** *candidatos*: CIC. de orat. 1, 239 cum aedilitatem P. Crassus peteret eumque ... consularis ... Galba assectaretur. Mur. 70 neque postulandum est ... ab equitibus Romanis ut suos necessarios adsectentur totos dies. parad. 39 hereditatis spes ... adsectatur (*in imag.*). Q. CIC. pet. 33. **2** *veneris causa*: GAIVS inst. 3, 220 matrem familias aut praetextum ... adsectatus. VLP. dig. 47, 10, 15, 19. *ibid.* 22 aliud est appellare aliud adsectari, appellat enim qui sermone pudicitiam adtemptat, adsectatur qui tacitus frequenter sequitur. *ibid.* contra bonos mores *adsectari.* TERT. monog. 13 iuvenculas viduas quae ... aliquamdiu assectatae ... nubere volunt.

II *translate i. q. assequi sub II 1*: PLIN. nat. 33, 152 cum celebritatem adsectarentur adulescentium scholae. AVG. epist. (Migne 33, 603) 147, 5 eos ... pacem et sanctificationem cum omnibus assectari.

assecuē. [*cf. c.* sequi assequi. *Th.*] PLAVT. frg. Varr. ling. 6, 73 sequere adsecue (adseque *codd. cf. Lachmann in Lucr. 5, 679. Ritschl in Plaut. Trin. 1118*) Polybadisce, meam spem cupio consequi.

assecula *vel* **assecla,** -ae *m.* [*cf. c.* assequi assectari. *Th.*] *forma recisa perraro traditur. scriptio sollemnis in* GLOSS. *praecipue* adsaecula. *de genere cf.* CHAR. gramm. I 52, 9 communia ex masculino et feminino ut adsecula (PRISC. gramm. II 121, 6 GRAMM. VI 276, 13). *de etymo v.* PRISC. gramm. II 121, 6 assequor assecula (GRAMM. V 454, 18 ISID. orig. 10, 16. 255). NON. 57 asseculas ab eo quod assint ... vocitatos. GLOSS. IV 305, 9 adseculae domestici pedisequi. 404, 40 adsecula agaso (V 590, 70). 474, 38 buccellarius (V 268, 63). V 163, 21 adseculae subiecti. 268, 66 adseculis ... cursoribus. GRAMM. VII 521, 5 adsecula sequitur potentiorem ... officiosus. DIFF. ed. Beck 30 p. 31. *glossas alias v. l. 53. 55. 66.*

CIC. Verr. 2, 65 se ... praetores et consules, non legatorum adseculas recipere solere. 4, 30 adseculae *Verris* non a patre ei traditi, sed a meretricula commendati. 4, 34 Sest. 135. or. frg. A 8, 3 adsentatores *consularium* atque adseculae. div 2, 79 adseculae suo (*Caesaris*) Pergameno nescio cui. Att. 6, 3, 6 qui ... potentissimorum ... contumaciam numquam tulerim, ferrem huius adseculae. NEP. Att. 6, 4 asseclam ... praetoris. LIV. 5, 11, 2 patriciorum adseculae. PAVL. FEST. 22 mulierum inpudicarum sordidi asseculae (*cf.* GLOSS. IV 10, 38 adseculae ... lenones. V 344, 4 turpitudinis minister). IVV. 9, 48 humili adseculae (*cf.* GLOSS. IV 11, 21 adsecula cliens vel susceptus. V 339, 17). CYPR. ad Don. 11 p. 13 Vind. IVL. VAL. 1, 9 Zeuxidos ... adseculae regalis ... qui sumptibus Alexandri est praefectus. HIER. epist. 54, 13 candidus et rubicundus assecla adhaereat lateri tuo (*viduae bellae*). 117, 6. 118, 6 amicus vel assecla vel propinquus. in Is. (Migne 24, 569) 58, 10 asseclis suis ... et vilium officiorum ministris. in Mich. 1, 3 p. 470 Vall. quoscumque de asseclis suis ordinant clericos. AVG. contr. Iul. (Migne 45, 1416) 4, 121 Hieronymus cuius tu (*Augustine*) assecla es. OROS. hist. 1, 12, 5 (p. 61 Vind.) Tantalum ... adseculam deorum (*conpransorem cogitat*). SIDON. epist. 2, 9, 8 *coni.* famulus. *tropice* (*cf.* assectator *sub III 2*): PS. CIC. in Sall. 8, 21 omnium mensarum assecula (*cf.* GLOSS. II 9, 3 adsecula παράσιτος. 396, 17. V 163, 23. 163, 24. 169, 13). AMM. 14, 6, 19 minimarum *disciplinarum* adseclae (*opp.* sectatores disciplinarum liberalium). *nota*: GLOSS. II 44, 38 derideo adseculam καταγελῶ τοῦ παρασίτου (CHAR. gramm. I 294, 19 GRAMM. IV 568, 18).

assecūtio, -ōnis *f. ab* assequi. *i. q. perceptio, cognitio. cf.* assequi *sub II 2.* CHALC. transl. 46 A facilis adsecutio est (κατιδεῖν οὐδὲν ... χαλεπόν. *cf.* comm. 257). comm. 59 quo etiam expertibus astronomiae assecutio tradatur aliquatenus. 267 philosophiae ... adsecutioni. 335 remedium adsecutionis (*Tim. 51 B*). AVG. c. Iul. op. imp. 5, 1 (Migne 45, 1433) assecutio scientiae laboriosa.

adsecūtor, -ōris *m. ab* assequi. FVLG. d. aet. mund. p. 159, 9 H. *Salomon* concubinalis exercitus incubator, matronalis populi adsecutor (*cf.* assectari *sub I 2*). MART. CAP. 9, 905 Himeros Cupidinis adsecutor, itemque Terpsis e famulitio Dionae. *Bickel.*

asseda (ads- *altero loco*) sella quadriiugis GLOSS. IV 476, 44. V 589, 9. *cf.* assidelae. *V.*

Assedīm, חַצִּדִּים, *nom. oppidi Palaestinae in tribu Nephthali.* VVLG. Ios. 19, 35 (πόλεις τειχήρεις). HIER. sit. et nom. p. 95, 18. *Pl.*

1. assedo, -ōnis *m.* NON. 62 consedo a consedendo ut adsedo vel adsessor.

2. (**adsēdat**) NOT. Tir. 50, 47ᵃ *post* sedat. *V.*

Assedomārus *nom. vir. celticum, cf. Holder, Altcelt. Sprachsch. I p. 39* Aďďedomaros. CORP. III 5291 (*in Norico*) Ingenus Assedomari. Asseda⟨...⟩ CORP. III 5087 (*in Norico*). *Otto.*

[**adsedulo**] *cod. Bembinus* TER. Ad. 50 *pro* sedulo. *Ihm.*

assefolium *v.* asifolium.

Assellus, -a *nom. gent., v.* Assius *et* Assalicus, Asucius. CORP. V 4046 (*inter Mantuam et Veronam*) P. Magius Maní (*sic*) síbí et Asseliae M. f. Sabinae uxori. *Otto.*

adsellātio (ass-), -ōnis *f. ab* assellare. CHIRON 237 stercora per adsellationem purgabis. CASS. FEL. 48 p. 122 sequitur ... patientes iugis assellatio inferioris ventris. *ibid.* p. 127 qui frequenti deiectione assellationis surgendo fatigantur. 50 p. 130 assellatio ventris humida. ORIBAS. syn. 9, 43, 76 p. 356 ut neque corpori mordicationem faciat (*medicamen*) et trahat adsellationem.

adsellor (ass-), -ātus sum, -ārī, *rarius* **adsello,** -āvī, -ātum, -āre. [*ab* ad *et* sella *derivatum. Th.*] *i. q. cacare* (*intransitive vel transitive*): *de hominibus*: SORAN. 141 si ... plurimis diebus non fuerit assellatum (assellatus *codd. rec., opp.* si ventrem infans solverit). CASS. FEL. 51 p. 135 spongia ... podicem obtrudes et, cum nimie assellare desideraverit, auferes. PS. THEOD. PRISC. p. 287, 16 qui assellari non possunt. p. 287, 18 mox assellatur. p. 332, 8 sanguinem assellantibus. ANTIDOT. Brux. 42 p. 375 sanguine assellantibus. 128 p. 387 si infanti vel maiori ad assellandum intestinum descenderit. 130 p. 387 sive sanguine puro sive cum stercore assellatus. 186 p. 394 quotiensque assellatus fuerit. 189 p. 394 qui sanguine vel mucillagine assellantur. *de iumentis*: CHIRON 229 ex ipso ano urinam emittere, quasi qui aquam adselletur. VEG. mul. 2, 18, 2 lotium per anum emittit et quasi aquam assellatur. CHIRON 234 nisi multum stercoris adsellatus fuerit *longao*. VEG. mul. 2, 22, 2 multum stercoris assellatus ediderit. CHIRON 368 stercora adsellatur [et] dura et vix conatur ad adsellandum et anxiatur. hi solent et corruptum adsellari. 407. 414 stercus durum adsellabit. VEG. mul. 5, 56, 1 stercus durum assellat (assellatur *Corb.*). 5, 44, 1 corruptum assellabit (assellabitur *Corb.*). CHIRON 246 ⟨non⟩numquam sanguinem adsellatur vel etiam meiet. 423. 471 si quod iumentum sanguinem adsellaverit vel minxerit. VEG. mul. 5, 9, 1. CHIRON 399 stentinus ..., per quem solent iumenta adsellari. 429 plurimum mucidum (mucitum *trad.*) adsellatur. *synon.*: (alvum ducere, exonerare, inanire, solvere; cacare, offerre, sellas perficere *cf.* PS. THEOD. PRISC. p. 304, 13). *Münscher.*

Assem *indecl.*, חָשֵׁם, Ἀσάμ, *nom. vir. hebr.* VVLG. I par. 11, 33. *Plenkers.*

adsemel. GREG. TVR. Franc. 4, 31 montem ... adsemel erupit.

assēmino, (-āvī), -ātum, -āre. *ab* ad *et* seminare. RVFIN. bell. Iud. 7, 30 Iudaeorum gens multum quidem totius orbis indigenis asseminata est (παρέσπαρται τοῖς ἐπιχωρίοις *Iosephus 7, 43*), plurimum autem Syris vicinitate permixta.

Assena *v.* Axona.

assenēsco, -ere. *ab* ad *et* senescere. TERT. castit. 13 cui (*Cereri*) etiam sponte abdicato matrimonio assenescunt (*feminae*), aversantes exinde contactum masculorum usque ad oscula filiorum. *Ihm.*

Assenio, -ōnis *nom. barb.* INSCR. Rhen. Bramb. 743 Soenus Assenionis f. *miles.* *Diehl.*

Assenius *v.* Assius. **Assenna** v. Esna.

assēnsiō (ads-), -ōnis *f. ab* assentiri. *vocabulum sermonis pedestris proprium. pluraliter utuntur* CIC. SEN. AVG. *recipit gen. subi. hominis, adiectivum eius loco positum*: CIC. Brut. 114 SEN. epist. 102, 16 AVG. civ. 6, 6, *gen. subi. rei*: CIC. Mil. 12 ordinis. ac. 1, 40 animorum. SEN. dial. 10, 20, 2 coronae. VAL. MAX. 8, 15, 8 favoris. COD. Theod. 9, 24, 12 voluntatis. AMM. 22, 8, 10 geographiae. **1** *actio assentiendi et significatio, sed v. infra l. 83.* GLOSS. συναίνεσις adsensio, hic adsensus, hic consensus. RHET. Her. 1, 2 cum assensione auditorum *dicere.* CIC. inv. 1, 48 iudicatum est res assensione ... comprobata (*inde* MAR. VICTOR. rhet. p. 238, 21). 1, 51 inductio est oratio, quae rebus non dubiis captat assensiones eius, quicum instituta est (FORTVN. rhet. 2, 28 p. 118); quibus assensionibus facit, ut. Brut. 114 nec satis populari adsensioni accommodatum *Stoicorum orationis genus.* 198 eam admirationem adsensionemque commovit, ... ut. 290 crebrae assensiones, multae admirationes *coronae.* Tusc. 1, 24 dum lego, adsentior, cum posui librum, ... adsensio omnis illa elabitur. *senatus, v.* assentior *p. 857, 30.* CIC. Mil. 12 quotiens enim est illa causa a nobis acta in senatu! quibus assensionibus universi ordinis, quam nec tacitis nec occultis! PLIN. epist. 3, 4, 4 secuta est senatus clarissima adsensio, quae solet decreta praecurrere. VAL. MAX. 8, 15, 8 quae ... congesta sunt, hinc adsensione favoris, illinc fremitu invidiae. SEN. dial. 10, 20, 2 coronae assensiones captantem (epist. 20, 2 *cf. l. 68*). epist. 7, 12 voluptatem ex plurium adsensione venientem. 102, 16 nihil ... aeque et eloquentiam et omne aliud studium auribus deditum vitiavit quam popularis adsensio (*cf.* CIC. Brut. 114). CVRT. 8, 5, 20 expresserat non adsensionem modo, sed etiam vocem seniorum praecipue. PETRON. 17 ad neutram partem adsensionem

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

(*t in margine*, assentationem *rell.*) flectentibus *nobis*. QVINT. inst. 6, 3, 73 simulata adsensione. PLIN. epist. 4, 12, 6 omnes ... qui gloria famaque ducuntur, ... adsensio et laus a minoribus etiam profecta delectat. MIN. FEL. 21, 11 nulla huiusmodi fabulis praebetur adsensio. AMM. 16, 10, 15 structuram (*fori Traiani*) etiam numinum adsensione mirabilem. 18, 2, 18 concordi adsensione cunctorum Marciano pax est adtributa. 22, 8, 10 geographiae totius (*i. geographorum omnium*) adsensione. 26, 8, 14 libenti cunctorum adsensione. HEGES. 1, 13, 3 transactio ... assensionem utriusque tenuit voluntariam (*cf.* CIC. ac. 1, 40 *sub 2*). AVG. civ. 6, 6 si se inserant adfectionibus et adsensionibus nostris *nefarii*. 11, 11 si ... in neutram partem firma adsensione ferrentur. c. Iul. op. imp. 5, 29 utrum istud ... omnium assensione firmetur. MACR. sat. 7, 5, 1 haec cum ... prona adsensione placuissent. MART. CAP. 5, 437 si Pallados aures atque Arcadicam rationem benivolae maiestatis participaret assensio. COD. Theod. 9, 24, 1, 2 (*a. 320*) si voluntatis assensio detegitur in virgine. 2 *in philosophorum sermone. de assentiendo visis. ab* assentior *p. 858, 37.* GLOSS. II 440, 9 συγκατάθεσις adsensio, consensio, adsensus, consensus. CIC. ac. 2, 37 nunc de assensione atque adprobatione, quam Graeci συγκατάθεσιν vocant, pauca dicemus. 2, 38 *cf.* fat. 40. ac. 2, 37 ea, quae est in nostra potestate sita (fat. 40. 43) reddenda *animali* adsensio. 1, 40 ad haec, quae visa sunt et accepta sensibus, adsensionem adiungit animorum, quam esse vult in nobis positam et voluntariam *Xenocrates*. 2, 62 sublata ... assensione. 2, 108 ex animis nostris adsensionem, id est opinationem et temeritatem, extraxisset *Carneades*. 2, 38 nec memoriam sine adsensione posse constare nec notitias rerum nec artes. 2, 37. 2, 107. 2, 39 peccare ... assensione. 1, 45 adsensione approbare *Arcesilas prohibet* (GELL. 19, 1, 19). ac. 2, 98 de sustinendis adsensionibus *libri Clitomachi*. 2, 68. 2, 53. 2, 59 ἐποχή, id est adsensionis retentio. 2, 78. nat. 1, 1 Academicos a rebus incertis adsensionem cohibuisse. ac. 1, 45 cognitioni et perceptioni adsensionem adprobationemque praecurrere (*cf.* PLIN. epist. 3, 4, 4). 2, 68 ne praecipitet, si temere processerit. 1, 42 omnia, quae essent aliena firmae et constantis adsensionis *cf. infra l. 47*. Tusc. 4, 15 opinationem ... volunt esse inbecillam adsensionem. fin. 3, 18 a falsa ... assensione ... nos alienatos esse. fat. 42 quod ... dicantur adsensiones fieri causis antepositis. 44 non ... sine praecursione visorum. *ibid.* non sine viso antecedente. *ibid.* fato *bis*. 40. *cf. ibid.* eas ... veteres ... vi effici et necessitate dicebant. *praeterea* fieri 42 *bis*, gigni *v. infra l. 48*. fat. 42 necesse est ... adsensionem viso commoveri, *ibid. rursus* (*cf.* CIC. Brut. 198 *sub 1*). 43 suapte vi et natura movebitur. 44 proxima illa et continens causa non moveat adsensionem. 42 nulla vi extrinsecus excitata. 43 extrinsecus pulsa. 40 fato adsensiones liberabant negabantque fato adsensionibus adhibito necessitatem ab his posse removeri. 42 adsensio ... hanc habet rationem. 44 adsensionis proximam et continuam causam. *fort. huc pertinet* CIC. Tim. 28 tum opiniones (*cf. supra l. 35*) adsensionesque firmae veraeque gignuntur (δόξαι καὶ πίστεις). SEN. epist. 113, 18 adsensio confirmavit hunc impetum. quid sit adsensio, dicam; *sequitur exemplum*. *ibid.* 19 haec adsensio in virtute non est (*cf.* CIC. ac. 1, 42). *ibid.* ergo adsensionem non habet *prudentia*. GELL. 19, 1, 19 *ex Epicteti dissertationibus v. supra l. 28.*

synonyma: adsensus. *ad I*: admiratio, laus. *ad II*: adprobatio, probatio GELL. 19, 1, 16. *opposita*: auctoritas CIC. inv. 1, 48 (iudicium *ibid.*), invidia VAL. MAX., *v.* CIC. ac. 1, 42.

adsēnsor, -ōris *m. ab* adsentiri. *qui adsentitur.*: RHET. Her. 3, 38 si ... dixerimus ..., non omnes habemus adsensores (ass- *d*; adsenatores *B i.* assentatores *b l*). CIC. epist. 6, 21, 1 te unum ... mihi fuisse adsensorem. *c. gen. rei*: VAL. MAX. 6, 3, 6 vindictae tam rigidum adsensorem patrem habuit. SEN. Phaedr. 1207 tuque semper, genitor, irae facilis assensor (asc- *E*) meae *Aegeus, quia facile Theseo assensus est* (*cf. ibid.* 954). PAVL. NOL. epist. 23, 44 fraudis adsensor *homo, opp. diabulus* mortis inventor.

assēnsus (ads-), -ūs *m. ab* assentiri. *inde a* CIC. *in usu est; utuntur ex poetis* VERG. *ter*, PROP. *semel*, OV. *bis* (*v. etiam p. 852, 31*), STAT. *bis*, CLAVD. *inter vocis casus maxime usitatus est abl. sing. adiuncto plerumque vel adiectivo vel genetivo, aut praemissis praepositionibus* cum, sine, ab, ex, in, sub; *raro nude positus*: CVRT. 5, 9, 2 STAT. Theb. 3, 618 HIL. in psalm. 132, 3 COD. Theod. 11, 29, 3; *rarius ablativo legitur sing. acc. (et obiecti et praepositiones* ad, in *secutus) et nom., uterque inde a* CIC.; *gen. sing.* LIV. 7, 37, 3 TAC. Germ. 11. *pluralem accusativum facit* CIC. *compluries* (*sub II*) TAC. dial. 10 AVG. epist. 135, 2 LICENT. carm. (AVG. epist. 26) 106. *abl.* OV. met. 1, 245. 8, 604 *versu suppositicio. desunt dat. et voc. sing., nom. gen. dat. voc. plur. sequitur gen. subi., gen. obi.*: LIV. 34, 34, 1 HIER. epist. 127, 9 LEO M. epist. 120, 4 AVELL. p. 6, 19 (*adde pron. poss. eius loco positum* PROP. 4, 11, 50 HIER. epist. 112, 5). *dativus*: TAC. ann. 2, 33 *et* super: SIDON. epist. 2, 4, 2 *ad praedicatum referenda sunt. de rebus non dicitur nisi in imagine a* VERG. CLAVD., *de animi* (CIC. LICENT.), *mentis* (SEN. dial. HIER. AVG.); *voluntatis* (AVG. COD. Theod.) *assensu, a* PLINIO (nat.) *sic, ut* consensui *similis videatur* (*cf.* GLOSS. II 443, 23 συμφωνία: adsensus ... consensus. *ibid.* 45).

proprie (*maxime usitatum de adsidendo aegris vel lugentibus*): GLOSS. συγκαθέζομαι, παρακάθημαι. PLAVT. Rud. 532 ut fortunati sunt fabri ferrarii, qui apud carbones adsident: semper calent. Stich. 153 nam dies totos apud portum servos unus assidet (asi- *A*). POMPON. Atell. 114 asside, si qua ventura est alia strena stren⟨u⟩ae. CIC. Verr. 3, 83 Stenius est, hic qui nobis assidet. 6, 112 cum lacrimans in carcere mater noctes diesque adsideret *Furio filio.* prov. cons. 22 utinam etiam L. Lucullus illic adsideret (*in senatu*). Planc. 28 principes civitatum suarum ... huius repentino periculo commoti huic adsident, pro hoc laborant (*syn.* praesto esse). 101 cum tibi vigilanti adsidenti maerenti vana quaedam ... pollicebar. Pis. 80 cum *Pompeius* ... P. Lentulo consuli ... frequens adsideret. Brut. 200 intellegens dicendi existumator non adsidens et attente audiens, sed uno aspectu et praeteriens de oratore saepe iudicat. div. 2, 135 Alexander adsidens *aegrotanti* somno est consopitus. parad. 39 hereditatis spes ... loquitur ad voluntatem *orbi senis*, quidquid denuntiatum est facit, adsectatur, adsidet, muneratur. LVCR. 4, 1025 sitiens ... fontem propter amoenum adsidet. CVLEX 301 hic et uterque Aeacides ... assidet hac iuvenis. 336 hic et ... Atrides adsidet. HOR. sat. 1, 1, 82 si condoluit ... corpus ..., habes qui adsideat, fomenta paret, medicum roget. epod. 1, 19 assidens implumibus pullis avis. 5, 95 et inquietis assidens praecordiis pavore somnos auferam. epist. 1, 5, 14 parcus ... nimiumque severus adsidet insano (*quasi in theatro*). TIB. 1, 3, 84 at tu casta precor maneas sanctique pudoris adsideat custos sedula semper anus. PROP. 4, 3, 41 assidet una soror *mihi.* OV. epist. 19, 137 adsidet aegrae. 20, 191 adsidet ille quidem (*sc. aegrae*), quantum permittitur. fast. 5, 45 adsidet inde Iovi, Iovis est fidissima custos *Maiestas.* LIV. 9, 46, 9 adulescentium, qui ibi adsidebant *aegro.* 21, 53, 6 adsidens aegro collegae. 25, 26, 8 ut aut neclecti desertique *aegri* ... morerentur aut adsidentis (ins- *Put.*) curantisque eadem vi morbi repletos secum traherent. PAVL. FEST. 16 asseres dicti, quod assideant parieti trabibusque. SEN. contr. 1, 4, 9 aegrotanti non adsideo (-ero *codd.*). 2, 4, 3 adsidebat mulier ..., aegrae simillima ipsa. exc. 4, 1 amissis quidam tribus liberis cum adsideret sepulchro. 7, 3, 1 vivet cui (quia *codd.*) sordidatus adsederit (-debit *codd.*) pater. 9, 3, 7 aegrotantibus adsedi. VAL. MAX. 4, 3, 5 se in scamno adsidentem foco. 7, 8, 9 qui adsidebant *morienti.* 8, 7, 14 supremo vitae die ... adsidentibus amicis. CELS. 3, 4 p. 80 D. ille adsideat. *ibid.* ut aegri vires subinde adsidens medicus inspiciat. SEN. dial. 6, 2, 5 adsidentibus liberis nepotibus lugubrem vestem non deposuit. 6, 6, 1 tibi Areus adsedit ... te consolatus est. 9, 7, 4 ne ... morbo flagrantibus adsideamus. benef. 3, 9, 2 adsedisse aegro (4, 20, 3 *ubi* adsidit *cod.* epist. 9, 8 *bis.* 95, 43. 101, 3 CVRT. 8, 8, 25 PETRON. 111 PLIN. nat. 28, 59 QVINT. decl. 291 p. 162, 2 *passim*). 6, 16, 4 inter sollicitos (-us *cod.*) adsedit *medicus.* 6, 25, 2 optant morbum ut adsideant. 6, 34, 1 ut ostio suo propius adsideas. 7, 14, 4 locupleti donare non potuit, sano adsidere, felici succurrere. nat. 3, 18, 6 nemo morienti amico adsidet (CVRT. 10, 6, 17). epist. 4, 10 superbis assidere liminibus *clientes.* 95, 47 foribus adsidere templorum. 99, 20 circumstantem adsidentemque. frg. 120 *simulacris deorum* per totum adsident diem aut adstant. CVRT. 4, 10, 20 defuncto adsidens corpori. 10, 5, 20 ei. COLVM. 9, 15, 1 *fucus* sine industria favis assidens. PLIN. nat. 10, 120 *avibus* adsidente qui crebro dicat *verba addiscenda.* 33, 63 Agrippinam ... adsidentem *spectaculo.* MART. 2, 14, 8 templa frequentat adsidet et cathedris. 2, 41, 1 te maestae decet adsidere matri. QVINT. inst. 7, 1, 52 ut agere non potueris, adsidere potuisti *scil. agenti alii.* 11, 3, 129 cum adsidente collega ... se ... iactasset. PS. QVINT. decl. 2, 10. 5, 16 desiderare assidentium officia. 8, 13 fortius feras inter assidentium manus. 12, 10 aegri assidentes timebant. IVV. 4, 202 iuvenes ..., quos cultae decet adsedisse puellae *in amphitheatro.* CORP. VI 6357 (*ex schedis*) quaestor adsedente (*sic schedae*) patre gladiatorum paria ... edidit. TAC. Agr 19 clausis horreis. 45 adsidere valetudini, fovere deficientem. *ibid.* adsidente ... uxore (11, 37). 6, 26 adsidere, causas requirere. 16, 13 qui dum adsident, dum deflent, saepe eodem rogo cremabantur. 13, 24 statio cohortis adsidere ludis solita. 13, 25 miles theatro rursus adsideret. 4, 58 *Tiberius* saepe moenia urbis adsidens. PLIN. epist. 6, 6, 6 dicenti mihi sollicitus adsistit, adsidet recitanti. paneg. 61 consule adsidente tertio consulem designatum rogari sententiam. SVET. Aug. 64 ut in imo lecto assiderent *nepotes cenanti Augusto.* 78 nec in tenebris vigilavit umquam nisi assidente aliquo. Nero 20 post cenam canenti in multam noctem assidens. 53 brabeutarum more in stadio humi assidens. Domit. 4 certamini praesedit ... adsidentibus Diali sacerdote et collegio Flavialium. AMPEL. 2, 12 dicitur ... in ora fluminis columba adsedisse. APVL. met. 1, 22 adsidebat pedes uxor. 8, 11 quasi parentem adsideret aegrotum. 9, 18 lanificio ... districtam inseparabilis adsidebat. 8, 1 ignem propter assidens. flor. p. 3 Oud. cum aliqui ... locus sanctus in via oblatus est, votum postulare, pomum adponere, paulisper adsidere. MIN. FELIX 26, 9 ad ... arbitrium adsidentis sibi (*Socrati*) daemonis. TERT. orat. 16 inreverens est assidere sub conspectu contraque conspectum eius quem ... reverearis ac venereris. ieiun. 8 in quibus officiis adsideri ecclesiae debeat. patientia 1 bonam fidei valetudinem ... non facile cuiquam nisi patientia adsideat provenire. IREN. 2, 28, 7 nos ... in terra conversantes, nondum adsidentes throno eius. CAPITOL. Aur. 6, 3 edenti ... ludos ... adsedit. VOPISC. Aur. 13, 1 cum consedisset Valerianus ... adsidentibus Memmio Tusco ..., adsidentibus etiam a laeva parte Avulnio Saturnino. IVL. VAL. 1, 4 solaciis eius (*Olympiadis*) Nectanabus adsidebat. LACT. inst. 1, 10, 6 in muris adsidentem Priamo Helenam. PACIAN. paraen. 9 medicis assidentibus. AMM. 22, 9, 17 mandavit adsidenti praefecto. HIER. in Is. 26, 13 daemones idolis assidentes. 38, 1 p. 467 Vall. ne lacrimas suas assidentibus ostentare videretur. epist. 147, 6 fenestrae illius. 3, 2 curvo adsidens litori ... filium mater expectat. 92, 5 daemones ... adsidentes aris. 108, 27 lectulo (117, 8). VVLG. sap. 6, 15 assidentem (πάρεδρον) ... foribus suis. SVLP. SEV. dial. 3, 8, 2 post tergum ipsius daemonem ... adsidentem (3, 8, 3 egisse se semper adsidentis sibi diaboli voluntatem, *cf. l.* 30 *et* 53). MART. CAP. 6, 705 pronuba propter assidens. SIDON. epist. 2, 13, 3 medicorum ... assidentum dissidentumque. 4, 12, 1 studenti assidebam. ENNOD. opusc. 5 p. 396, 27 qui adsidebant mihi (*i. medici*). AVELL. p. 337, 2 deo cordi vestro adsidente. *nota i. q. insistere, urgere, assidue petere*: VVLG. I Macc. 11, 40 assidebat ei (προσήδρευεν αὐτῷ), ut traderet eum ipsi. *cf.* SVLP. SEV. *l.* 48. *fere i. q. operam dare*: OV. ars 3, 260 *mare* cum tumet, auxiliis (*i. remis linteisque*) adsidet ille (*nauta*) suis. SEN. Ag. 940 paternis assidens frenis comes. dial. 5, 21, 3 adsedit operi. epist. 53, 11 huic (*philosophiae*) adside (72, 3). 100, 10 adsidere pusillae rei, verbis (*syn.* se addixit). PS. QVINT. decl. 6, 7 mandata tua, fili, perago assideo sustento. PLIN. epist. 3, 5, 19 qui tota vita litteris adsident. paneg. 81 gubernaculis. TERT. apolog. 19 multis instrumentis cum digitorum supputariis gesticulis adsidendum est.
de situ gentium, sim.: MELA 1, 110 gentes vasto mari adsidentes. 2, 54 urbes quae adsident *sinui Ambracio.* 2, 78 maritima Avaticorum stagno assidet. IORD. Get. 5, 36 quibus in austrum adsidet gens Acatzirorum.

de exercitu, potissimum de obsidione, cum acc. vel dat.: SALL. hist. frg. 4, 13 Amisumque assideri sine proeliis audiebat. VERG. Aen. 11, 304 muros adsidet (obsidet *M*) hostis. CIRIS 268 nostris qui moenibus adsidet hostis. LIV. 21, 25, 6 cum ... gens ... segnis intactis adsideret muris. 23, 19, 5 Gracchus adsidens tantum Casilino ... nihil movebat. 24, 36, 9 ne frustra adsidendo spectandoque opsidionem sociorum tempus tereret, castra inde movit. 26, 20, 8 adsidendo diutius. CVRT. 4, 3, 1 segniter adsidere uni urbi. VAL. FL. 5, 535 me gravis adsidet hostis. SIL. 9, 624 qui castella ... oppugnat ... atque assidet arces. 12, 453 assessos Capuae muros. FRONTIN. strat. 3, 18, 1 adsidente moenibus Hannibale. GELL. 6, 1, 8 (*ex vetustiore*) assidebat oppugnabatque oppidum. TAC. hist. 2, 22 Caecina pudore coeptae temere oppugnationis ne ... vanus isdem castris adsideret, ... Cremonam petere intendit. 3, 35 adsidere sepultae urbis ruinis. 4, 30 omissa oppugnandi spe rursus per otium adsidebat. ann. 6, 43 adsidendo castellum. PLIN. paneg. 12 te adsedisse ferocissimis populis. IVL. VAL. 1, 45 neque enim hostes longius adsidere *i. castris non moveri.*
hoc translate: HIER. epist. 57, 6 nec assedit litterae dormitanti ..., sed quasi captivos sensus in suam linguam victoris iure transposuit.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

technice in iure, de assessoribus: Cic. Verr. 4, 30 quod esset iudicium, cum ex Verris ... comitatu tres recuperatorum nomine adsedissent? Prop. 4, 11, 21 iudex sedet Aeacus ..., assideant fratres. Tac. ann. 1, 75 iudiciis. 2, 57 rarus in tribunali Caesaris Piso et, si quando adsideret, atrox ac dissentire manifestus. Svet. Tib. 33 plerumque se offerebat consiliarium assidebatque iuxtim vel exadversum in parte primori. Fronto p. 75, 16 N. oscitantem iudici adsidere. Corp. XI 3943 (*c. a. 140*) adsedit magistratibus populi Romani ita ut in aliis et in provincia Asia custodiar⟨ius tabellarum⟩ in urna iudicum. XIII 3162 I cui postea ⟨l⟩eg(ato) Aug(usti) p(ro) p(raetore) in Brit(annia) ad legionem sext⟨am⟩ adsed⟨i⟩t .... adsedit etiam in provincia Num⟨id(ia)⟩ ... M. Valerio Floro trib. mil. Pavl. dig. 1, 22, 5 eo tempore quo adsidet *consiliarius*. Marc. dig. 1, 22, 2 liberti adsidere possunt. Macer dig. 1, 22, 3 ex altera *provincia* ortus in altera adsidebit nec videtur in sua provincia adsedisse (Vlp. dig. 4, 6, 38 Pavl. dig. 4, 6, 37). Vlp. dig. 4, 2, 9, 3 praetorem me adsidente interlocutum esse. Cod. Iust. 1, 51, 10 moderatoribus. 1, 51, 14, 1 duobus magistratibus. 2, 7, 11 aliquem sub adsidendi colore statutis ... advocatis ... adgregare. Pervig. Ven. 49 praeses ipsa (*Venus*) iura dicet, adsidebunt Gratiae (55). Spart. Pesc. 7, 3. 7, 5. 7, 6. Vvlg. act. 26, 30 rex et praeses et ... qui assidebant (συγκαθήμενοι) eis. Avg. civ. 6, 10 ter iam adsederat. *ibid.* Romae adsidebat comiti largitionum Italicianarum. Cassiod. var. 11, 4, 1 habendus est in iudicum partem, qui meruit aulicis potestatibus assidere. *de institutis peregrinis*: Plin. nat. 6, 66 res publicas optumi ditissimique temperant, iudicia reddunt, regibus adsident (Sol. 52, 9). Qvint. inst. 8, 4, 21 senes et prudentissimi et Priamo adsidentes. Vvlg. III Esdr. 9, 4 secundum iudicium assidentium (προκαθημένων) seniorum.

assīdo, -sēdī, —, -sīdere. *ab* ad *et* sidere. *de* adsido assido *v.* Diom. gramm. I 424, 12. *legitur* assedere Lex Sal. *l. 72,* asido Corp. IV 950 *l. 75.* *de sequenti acc. v. sub* adsideo *p. 877, 25, praeterea* Diom. gramm. I 320, 6 *veteres* adsido socium, nos adsido socio. *de perf.* adsedi *v. p. 877, 34.* [*ital.* assidere, *francog. vet.* assire. *M.-L.*]

proprie (*cum variis loci significationibus; nota acc. l. 56. 57. 64*): Plavt. Aul. 606 in ara hic adsidam sacra. Bacch. 278 ut adsedi in stega. 432 in sella apud magistrum adsideres. Curc. 311 datin isti sellam, ubi adsidat cito? Mil. 83 adsedistis ... in festivo loco *fabulam spectaturi*. Rud. 688 adsidite hic in ara. Stich. 9 sed hic, soror, asside (ads- *P*) dum: multa volo tecum loqui. 90 ilico agite assidite. 92 asside hic, pater. Caecil. com. 160 ubi domum adveni, adsedi, extemplo savium dat. Ter. Haut. 124 domum revortor ... adsido: adcurrunt servi. Lvcil. 485 adsederit (*antecedunt corrupta*). Cato agr. 157, 11 sub sellam supponito pertusam. eo mulier adsidat. Tvrpil. com. 125 utinam nunc apud ignem aliquem magnum adsidam. Brvt. apud Crass. frg. orat. (*cf.* Cic. de orat. 2, 224 Cluent. 141) in Tiburti forte adsedimus ego et M. filius. Varro rust. 3, 5, 3 ut aves videre possint, ubi adsidant (3, 5, 4). 3, 16, 6 nulla harum (*apium*) adsidit in loco inquinato. 3, 16, 27. de vit. pop. Rom. Non. 518 picus Martius advolavit atque in capite eius adsedit. Cic. S. Rosc. 60 peroravit ... adsedit; surrexi ego. Verr. 5, 138 rogatu magistratus adsedimus. Catil. 1, 16 simul atque adsedisti. Sest. 117 cum ... ipse qui ludos faciebat consul adsedit. orat. 129. ac. 1, 14 adsidamus ... si videtur. fin. 2, 59 super eam (*aspidem*) assidere. div. 2, 8 in bybliotheca. rep. 1, 17 propter Tuberonem. 1, 18 adsedit proximus Laelio. de orat. 1, 102 in schola. 2, 278 postquam assedit. Att. 1, 14, 2 ut adsedit. 5, 21, 12. frg. inc. adsidere Gabinium (*obi.; v. p. 877, 30*). Sall. Iug. 11, 3 dextra Adherbalem adsedit. Cat. 31, 7. 53, 1 (*utrubique finita oratione*). Sen. clem. 1, 15, 3 venit in privatos penates, adsedit. Svet. Iul. 82 assidentem conspirati specie officii circumsteterunt. Tib. 14 aquila ... in culmine domus eius assedit. Dom. 11 actorem ... in cubiculum vocavit, assidere in toro iuxta coegit. Apvl. met. 1, 23 iubet uxorem decedere utque in eius locum adsidam iubet. *ibid.* adside, inquit, istic. 2, 13 consaviatus eum iuxta se ut assidat effecit. 4, 24 anui praecipiunt adsidens eam blando ... solaretur alloquio. 6, 19 molliter assidere et prandium ... suadeat sumere. Herm. vulg. vis. 5, 1 cum adorassem et assedissem super lectum (Tert. orat. 15. 16). Vir. ill. 56, 3 victum assidere sibi iussit. Macr. sat. 2, 1, 1 cum heroes castigatis dapibus assidunt. Mart. Cap. 2, 216 virgo ... licet a Iove eius assidere confinio iuberetur, tamen ibi potius voluit ubi Musas conspexerat ... residere. Cassiod. var. 7, 37 cum inter nobiles decorus assederis. *nota*: *i. q. considere, domicilium capere*: Lex Sal. 45, 2 si vero contra interdicto unius vel duorum (*vicinorum*) in villa adsedere (*sic*) praesumpserit *peregrinus*. *proverbia*: Sen. apoc. 10 tam facile homines occidebat quam canis adsidit. Corp. IV 950 ubi me iuvat, asido (*sic*). 2887 Quintio siqui recusat, assidat ad asinum .... *de iudice vel consiliario*: Plavt. Most. 1143 sine me dum istuc iudicare. surge, ego isti (*adv.*) adsedero. Ascon. in Cornel. p. 59 B. cum Cassius adsedisset et citati accusatores non adessent. Amm. 15, 5, 12 cumque iudices assedissent (fastidissent *cod.*). Papin. dig. 1, 22, 6 in consilium curatoris rei publicae ... adsidere. Nov. Theod. 2, 15, 2, 1 dexter assedit ei, cui iura commisimus. Acta Tarachi 1 assidente ... praeside (4).

syn.: residere. *opp.*: surgere, decedere. *V.*

Assidonius *v. sub* Assius.

adsiduitās (ass-), -tātis *f. ab* assiduus. Gloss. IV 305, 14 continuatio. *raro propria sublucet significatio assidendi velut*: Cic. Att. 12, 33, 2 et paedagogi probitas et medici adsiduitas et tota domus in omni genere diligens me rursus id suspicari vetat. Cic. ad Q. fr. 1, 3, 8 me summa simulatione amoris summaque adsiduitate cotidiana sceleratissime ... tractavit (nat. deor. 2, 96 adsiduitate cotidiana et consuetudine oculorum adsuescunt animi). Q. Cic. pet. 3 *habes* studio dicendi conciliatos plurimos adulescentulos, cotidianam amicorum assiduitatem et frequentiam. 41 dicendum est de illa altera parte petitionis, quae in populari ratione versatur: ea desiderat nomenclationem, blanditiam, adsiduitatem. 43 adsiduitatis nullum est praeceptum; verbum ipsum docet, quae res sit. prodest quidem vehementer nusquam discedere, sed tamen hic fructus est assiduitatis, non solum esse Romae atque in foro, sed adsidue petere, saepe eosdem appellare. 50 dicendi laus, studia publicanorum et equestris ordinis, hominum nobilium voluntas, adulescentulorum frequentia, eorum, qui abs te defensi sunt, assiduitas. Cic. Mur. 21 adsiduitatis et operarum harum cotidianarum putat esse consulatum. Gell. 13, 12, 9 quoniam, ut vim fieri vetarent (*tribuni*), adsiduitate eorum et praesentium oculis opus erat. Sisenna hist. 46 Bassus assiduitate indulgitate victus. Planc. Cic. epist. 10, 24, 1 malo praesens observantia, indulgentia, adsiduitate memorem me tibi probare. quod si mihi vita contigerit, omnis gratas amicitias atque etiam pias propinquitates in tua observantia, indulgentia, adsiduitate vincam. Cic. fin. 1, 49 neque laborum perfunctio neque possessio dolorum per se ispa allicit, nec patientia nec assiduitas nec vigiliae nec ipsa ... industria. Verr. 2, 101 homo ... aut industria aut opera probata ... aut denique, id quod levissimum est, adsiduitate. Brut. 321 cum propter adsiduitatem in causis et industriam tum propter exquisitius ... orationis genus animos hominum ad me dicendi novitate converteram. Mur. 21 ista nostra adsiduitas ... quantum interdum adferat hominibus fastidii, quantum satietatis (*cf.* Plin. nat. 12, 81. 35, 159. Svet. Tib. 10 ut vitato adsiduitatis fastidio auctoritatem absentia tueretur. Sidon. epist. 1, 7, 3 pati de occurrentum raritate suspicionem, de assiduitate fastidium). Cic. de orat. 2, 150 reliqua sunt in cura attentione animi cogitatione vigilantia adsiduitate labore, complectar uno verbo, quo saepe iam sum usus, diligentia, qua una virtute virtutes reliquae continentur. Balb. 6 talis in rem publicam nostram labor, adsiduitas, dimicatio. Att. 5, 18, 3 tua ést opus assiduitate, prudentia, gratia. 2, 15, 4 Terentiae pergrata est assiduitas tua et diligentia in controversia Mulviana. epist. 7, 6, 1 id adsiduitate et virtute consequere. Manil. 20 *urbem* virtute, adsiduitate, consilio ... liberavit (Paneg. 12, 9 absentium negotia assiduitate consilio re iuvabas) Att. 15, 4, 1 condoleo non mea potius adsiduitate, diligentia, gratia perfici. S. Rosc. 149 adsiduitate, consilio, auctoritate, diligentia perfecit. Sest. 6 hodie sic hunc diligit, ut vos facillime potestis ex hac vel adsiduitate eius vel sollicitudine et molestia iudicare. Caecin. 17 mercedem ... adsiduitatis et molestiae (*cf.* S. Rosc. 154). Mur. 70 tenuiorum et non occupatorum amicorum est ista adsiduitas, quorum copia bonis viris et beneficis deesse non solet. Deiot. 42 eandem ... adsiduitatem tibi se praebuisse postridie (Vitr. 1, 1, 14 ut omnes artifices superet qui singulis doctrinis adsiduitatem cum industria summa praestiterunt). Planc. 27 qualem hunc putent, adsiduitate testimonioque declarant. 67 at valuit adsiduitate, valuit observandis amicis, valuit liberalitate. Sen. clem. 1, 22, 2 severitas, quod maximum remedium habet, adsiduitate amittit auctoritatem. Plin. nat. 18, 35 hoc exordio praecepta pandere ingressus (*Mago*), ut tamen appareat adsiduitatem desideratam ab eo. 11, 110 (*de formicis*) ne quis dubitet, qualibet in re quid possit quantulacumque adsiduitas. Plin. epist. 9, 18, 2 ne istam memoriam, cui gratias ago, adsiduitate et copia turbem. Corp. XIV 2636 (*a. 131*) ob innoc(entiam) et adsiduit(atem) ... eius. Apvl. flor. p. 78 Oud. quippe non prompte veniam impertire rarenter adeunti adsiduitatem eius requirentis est, summumque argumentum amoris frequentibus delectari, cessantibus obirasci, perseverantem celebrare, desinentem desiderare. Min. Fel. 2, 3 cum ... aviditatem desiderii frequens adsiduitatis usus implesset. Lact. inst. 6, 25, 16 quodsi deo ... hac adsiduitate, hoc obsequio, hac devotione servierit. 4, 28, 10 cum multo utique diligentius ex assiduitate ipsa relegant ea quibus dii coluntur. Empor. rhet. p. 574, 27 cum praesentia sua ... plus ad inflammandam indignationem adfectus et adsiduitatis habitura sit. Vvlg. Sirach 7, 14 assiduitas (ἐνδελεχισμός) ... illius non est bona. 20, 27 potior fur quam assiduitas viri mendacis (αἱρετὸν κλέπτης ἢ ὁ ἐνδελεχίζων ψεύδει). 23, 19. 38, 28 assiduitas (ὑπομονή) eius variat picturam. Hier. epist. 45, 2 lectio assiduitatem, assiduitas familiaritatem, familiaritas fiduciam fecerat (60, 10). 108, 26 quod propter verecundiam negans propter assiduitatem tamen et crebras postulationes eius praestiti. in Os. 3, 13 p. 152 Vall. quod raritate dulce est, assiduitate in amaritudinem vertitur. Avg. serm. ed. Mai 87, 2 *cotidiana miracula* admirationem pro assiduitate nimia perdiderunt et pro ipsa consuetudine viluerunt. Svlp. Sev. dial. 2, 6, 4 Martinus, quem nulla unquam femina contigisset, istius (*reginae*) adsiduitatem, immo potius servitutem non poterat evadere (Ildef. vir.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

ill. 2 servitute simul et assiduitate sanctis innexus). SALV. gub. 6, 76 adsiduitas illic calamitatum augmentum illic criminum fuit. ALC. AVIT. epist. 90 conventus ... quos bis per annum a sacerdotibus fieri cura seniorum decreverat, si bene perpenditis, assiduitate vel singulos post biennia faceremus. CASSIOD. var. 7, 6, 1 Traiani forum vel sub assiduitate videre miraculum est.

additur genetivus: RHET. Her. 4, 12, 18 si vitabimus eiusdem litterae nimiam (PLIN. epist. 6, 29, 5) adsiduitatem. *ibid.* si eiusdem verbi adsiduitatem nimiam fugiemus (*sequitur* si non utemur continenter similiter cadentibus verbis). 4, 31, 42 hoc genere raro est utendum, ne novi verbi adsiduitas odium pariat; sed si commode quis eo utatur et raro, non modo non offendet novitate, vel etiam exornat orationem (MART. CAP. 5, 514 litterae adsiduitatem in odium repetitam 9, 981 eo raro uti decet, ne adsiduitas brevis syllabae carmen ipsum ... incidat). 1, 1, 1 artem sine assiduitate dicendi non multum iuvare. CIC. inv. 1, 4 dicendi adsiduitas induit audaciam. Att. 16, 5, 2 et adsiduitate orationis et praeceptis (IVST. 20, 4, 11 disputationum assiduitate. HIL. in psalm. 118 daleth 1 p. 390 potest istud et de adsiduitate orationis intellegi. AMM. 27, 7, 11 verborum adsiduitate nimia. GREG. TVR. glor. conf. 100). RHET. Her. 2, 8, 12 si ad hanc rationem praeceptionis adsiduitatem exercitationis adcommodassemus. 3, 24, 40 infirma est artis praeceptio sine summa adsiduitate exercitationis ... minimum valet doctrina, nisi industria, studio, labore, diligentia conprobatur. CIC. ac. 1, 20 quam (*consuetudinem*) partim adsiduitate exercitationis, partim ratione formabant (HIL. in psalm. 118 beth 10 p. 376 ne otii consuetudo subrepat, adsiduitas exercitationis adhibenda est. *cf. ibid.* vau 12 p. 418 exercitatio adsiduitatem operationis ostendit). CIC. epist. 16, 25 ut excusatione potius expleas officium scribendi quam assiduitate epistularum. off. 2, 74 quod . . . saepe fiebat propter aerarii tenuitatem assiduitatemque bellorum. S. Rosc. 154 adsiduitate molestiarum sensum omnem humanitatis ex animis amittimus. SEN. dial. 1, 4, 12 contemptum periculorum adsiduitas periclitandi dabit. 2, 3, 2 contigit illi res volgaris et quae dicitur ipsa iniuriarum adsiduitate, patientia. 9, 17, 5 nascitur ex adsiduitate laborum animorum hebetatio. 9, 10, 2 nemo duraret, si rerum adversarum eandem vim adsiduitas haberet quam primus ictus. benef. 1, 2, 5 adsiduitas tamen meriti pertinacis evincit. PLIN. nat. 9, 92 furti. TAC. dial. 5 neminem mihi coniunctiorem esse et usu amicitiae et assiduitate contubernii quam Saleium Bassum (PANEG. 8, 2 *urbs* assiduitate praesentiae tuae fruitur). SVET. Aug. 43 spectaculorum et assiduitate et varietate et magnificentia omnes antecessit. Dom. 22 assiduitatem concubitus velut exercitationis genus clinopalen vocabat. GELL. 16, 10, 15 a muneris pro familiari copia faciendi assiduitate. APVL. met. 3, 13 quem (*dolorem*) mihi lacrimarum adsiduitas incusserat. TERT. bapt. 15 felix aqua, quae semel abluit, ... quae non adsiduitate sordium infecta rursus quos diluit inquinat. SOL. 40, 26 ut incubitus adsiduitate plumas exuant *ciconiae* (*cf.* 26, 5 assiduo incubitu). PANEG. 11, 22 fructuum. AQVILA rhet. 48 p. 37 consuetudo ... elocutionis ... et assiduitas stili ... in has formas ultro incurrit (*cf.* CHAR. gramm. I 51, 15 *sq.* ISID. orig. 2, 3, 2). PALLAD. 1, 6, 11 ligatura in vitibus locum debet mutare, ne unum semper adsiduitas conterat vinculorum. AMM. 14, 6, 13 salutandi. 29, 5, 52 pugnandi. 17, 13, 19 rumorum. 22, 8, 18 damnorum. 26, 1, 7 somniorum. 20, 7, 10 quorum (*qualorum*) adsiduitate per proclive labentium (*i. q. quibus assidue labentibus*). AMBR. Ioseph 5, 23 tertium spiculum adultera interpellandi adsiduitate vibrabat. exam. 5, 13, 44 *anseres* vigilias etiam suas cantus adsiduitate testantur. VVLG. Sirach 41, 9 periet ... cum semine illorum assiduitas opprobrii (*μετὰ τοῦ σπέρματος αὐτῶν ἐνδελεχιεῖ ὄνειδος*). AVG. civ. 10, 12 videndi (*cf.* 21, 4 p. 493 D.). 21, 4 p. 494 D. experiendi. divers. quaest. 1, 10 voluptatis (*cf.* PLIN. nat. 12, 81). SORAN. 2, 10 (41) si ... adsiduitate sanguinis ... ustio ibi emerserit. COD. Theod. 7, 13, 19 (*a. 408*) nisi cui *tironum* et laborum assiduitas (*i. exercitium continuum*) et stipendiorum prolixitas suffragatur. SIDON. epist. 3, 2, 3 valles lapsuum assiduitate derasas. FAVST. REI. grat. 1, 17 p. 54, 3 peccandi. GLOSS. Plac. V 7, 7 officii. CASSIOD. var. 1, 14, 1 ita se eius possessores paraveredorum assiduitate (*i. nimio equorum cursu*) suggerunt esse fatigatos. ISID. orig. 12, 7, 51 anas ab assiduitate natandi aptum nomen accepit.

synonyma et iuxta posita: diligentia, consuetudo, frequentia, industria, perseverantia, (crebritas), studium, usus, prolixitas. *oppositum*: raritas.

assiduo, -ātum, -āre. *ab* assiduus. VVLG. Sirach 30, 1 qui diligit filium suum, assiduat (*ἐνδελεχήσει*) illi flagella. PS. AVG. serm. 64, 12 hoc antidotum ita omnibus morbis occurrit, ut assiduatum morbos omnes depellat.

adv. part. praes.: cotidianter **assiduanter** LIB. gloss. (Sangerm.). *v. Löwe, gloss. nom. p. 164.*

adsiduus (ass-), -a, -um. [*cf. c.* assidēre. *Th.*] GLOSS. *συνήθης, ἐπίμονος, παράμονος, συνεχής.* adsidua *πυκνή.* CAPER gramm. VII 108, 5 assiduus, non adsiduus, ab assidendo. CHAR. gramm. I 75, 8 assiduus quidam per d scribunt, quasi sit a sedendo figuratum, sed errant. nam cum a Servio Tullio populus in quinque classes esset divisus, ut tributum prout quisque possideret inferret, ditiores, qui asses dabant, assidui dicti sunt. et quoniam soli in negotiis puplicis frequentes aderant ... assiduos ab assibus dixerunt (*cf.* GLOSS. V 561, 53. ISID. orig. 10, 17 assiduus dicebatur apud antiquos, qui assibus ad aerarii expensam conferendis erat et in negotiis quoque publicis frequens, unde et per s et non per d scribendus est). PRISC. gramm. II 118, 18 'assideo' (vel ab asse, ut quibusdam placet) 'assiduus'. *alios vide sub I.* MAR. VICTOR. gramm. VI 10, 2 per duo s assiduum (CASSIOD. gramm. VII 207, 7 GRAMM. suppl. 291, 9. 297, 10. 299, 31). *et in codicibus et in lapidibus saepius* ads- *quam* ass- *scribitur.* ass-: CARM. epigr. 944 (*Pompeis*). 1026, 2 (*saec. I*). ads-: CARM. epigr. 959, 7 (*aet. Sull.?*). 1002, 2 (adsiduom, *saec. I*). 1312, 2 (*aet. Gordian.*). CORP. II 3035. VIII 1175. IX 3071. X 6005. 6811 (*a. 238*). XII 4393 (*saec. II*) (*cf.* DAMAS. epigr. 2, 4 *cum mea adnot.*). *nota scripturas* atsiduam: CORP. VIII 10523. atsidua: CORP. IX 729 (*aet. Sever.*). adsedua: CORP. XII 2193 (*a. 527*).
compar. adsiduiores: VARRO rust. 2, 9, 16. 2, 10, 6 (*sed* magis ads- 3, 16, 33. *item apud alios*). *superl.* assiduissimi (*gen.*): SVET. Aug. 71 (maxime assiduus: VVLG. Sir. 6, 37).

I *technice pro* locuples, *opp.* proletarius. *cf. Kubitschek, PW. I 426.* LEX XII tab. Gell. 16, 10, 5 assiduo vindex assiduus esto. proletario iam civi quis volet vindex esto. CIC. top. 10 cum lex assiduo vindicem assiduum esse iubeat, locupletem iubet locupleti; is est assiduus, ut ait AELIVS (*sc.* STILO), appellatus ab aere dando. VARRO frg. Non. 67 quibus erat pecuniae satis, locupletis, assiduos; contrarios proletarios. assiduo neminem vindicem voluerunt nisi adsiduum id est locupletem. CIC. rep. 2, 40 qui (*Servius Tullius*) cum locupletis assiduos appellasset ab asse dando, eos qui aut non plus mille quingentos aeris aut omnino nihil in censum praeter caput attulissent, proletarios nominavit. PAVL. FEST. 9 assiduus dicitur, qui in ea re quam frequenter agit, quasi consedisse videatur. alii assiduum locupletem, quasi multorum assium, dictum putarunt. QVINT. inst. 5, 10, 55 finimus aut vi, sicut superiora, aut *ἐτυμολογίᾳ*, ut si assiduum ab aere dando et locupletem a locorum, pecuniosum a pecorum copia. GELL. 16, 10, 15 assiduus in XII tabulis pro locuplete et facile facienti dictus aut ab aere dando, cum id tempora rei publicae postularent, aut a muneris pro familiari copia faciendi assiduitate (*verba Iuli Pauli poetae*). CHAR. gramm. I 75, 8 *et* ISID. orig. 10, 17 *v. p. 881, 80 et 882, 2.* *adde* GLOSS. Plac. V 7, 7 = 45, 1 assiduos capite censos, qui nihil praeter prolem dare poterant, unde et proletarii dicti sunt et assidui milites ab assiduitate officii.
inde translate: GELL. 19, 8, 15 classicus adsiduusque aliquis scriptor, non proletarius.

II 1 *proprie vel ut subsit aliquid propriae significationis* (*cf. etiam 2a*): *ironice*: PLAVT. Trin. 202 urbani assidui cives, quos scurras vocant. CATO agr. 144, 4 adsiduos homines L praebeto. VARRO rust. 2, 10, 6 iis mulieres adiungere, quae sequantur greges ac cibaria pastoribus expediant eosque adsiduiores faciant. 2, 9, 16 villatico ... gregi in fundum satis esse duo id est marem et feminam. ita enim sunt adsiduiores, quod cum altero item ⟨alter⟩ fit acrior. 1, 19, 3 quo facilius mancipia se tueri et adsidua esse possint. 3, 16, 33 et magis his adsiduas habeas apes et magis fructuosas. CIC. S. Rosc. 81 qui Romae erant adsidui (92. 94). Att. 4, 8^{b}, 3 Romae esse hominem et fuisse adsiduum. *ibid.* quod ruri adsiduus ... fuit (51). Cael. 10 fuit adsiduus mecum praetore me (Q. CIC. pet. 37 ipsi tecum ut adsidui sint. *ibid.* assidua assectatorum copia). CIC. S. Rosc. 47 suos liberos ... agricolas adsiduos esse cupiunt. 18 cum hic filius adsiduus in praediis esset. 67 hae sunt impiis adsiduae domesticaeque Furiae. Caecin. 63 non enim maior est iniuria ..., si coactis hominibus quam si voluntariis aut etiam adsiduis ac domesticis *vis facta est.* Cato 56 semper ... boni adsiduique domini referta cella vinaria, olearia, etiam penaria est. CATVLL. 66, 88 sed magis, o nuptae, semper concordia vostras, semper amor sedes incolat assiduus. TIB. 1, 3, 76 *Tityos* adsiduas atro viscere pascit aves (OV. Ib. 182. MART. epigr. 7, 2 Prometheus adsiduam nimio pectore pascit avem). SEN. epist. 108, 5 pertinacissimos quidem et adsiduos, quos ego non discipulos philosophorum, sed inquilinos voco. COLVM. 1, 7, 4 ut et rusticos et eosdem assiduos colonos retineamus. 7, 12, 5 maxime ... debent in custodia vigilantes conspici nec erronei, sed assidui, et circumspecti magis quam temerarii. STAT. Theb. 1, 702 adsiduam pelago non quaerere Delon (*cf.* silv. 3, 2, 48 Zephyrus supernatet undas assiduus pelago. *v. adn. Vollmeri*). QVINT. inst. 1, 1, 11 si tamen non continget quales maxime velim nutrices, pueros, paedagogos habere, at unus certe sit adsiduus loquendi non imperitus. 2, 2, 5 *praeceptor sit* simplex in docendo, patiens laboris, adsiduus potius quam immodicus (*cf.* 1, 2, 5 nihilominus amicum gravem virum aut fidelem libertum lateri filii sui adiungere, cuius adsiduus comitatus etiam illos meliores faciat). decl. 332 p. 307, 15 R. officia adversus se mea noverat dives, assiduum me haesisse lateri suo sciebat. IVV. sat. 1, 1, 13 convulsaque marmora clamant semper et adsiduo ruptae lectore columnae. TAC. ann. 16, 22 *Thraseam* adsiduum olim et indefessum triennio non introisse curiam. PLIN. paneg. 77 ad hoc tam adsiduus in tribunali, ut labore refici ac reparari videretur. SVET. Tib. 11 circa scholas et auditoria professorum assiduus. FRONTO p. 180, 14 N. iuvenes, quos in contubernio mecum adsiduos habeo. LACT. inst. 2, 14, 9 Socrates esse circa se adsiduum daemona loquebatur. CLAVD.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

20, 410 *exercitus* adsiduus ludis. GREG. TVR. Franc. 3, 19 loci Divionensis, in quo maxime erat assiduus. CORP. II 3035 Sulpicia Quinta adsidua eius merentissimo f. c. ACC. trag. 386 custodem adsiduum Ioni adposuit virgini. PRIAP. 82 (Tib. 1), 4 (= CORP. V 2803 CARM. epigr. 861) assiduus custos ruris ut esse velis. LIV. 34, 9, 5 cuius (*portae*) adsiduus custos semper aliquis ex magistratibus erat. VELL. 1, 9, 6 quam sit adsidua eminentis fortunae comes invidia altissimisque adhaereat. 2, 118, 2 adsiduus militiae ... comes. SEN. dial. 6, 4, 3 comes (Phaedr. 1077). COLVM. 8, 5, 3 custos. MART. 11, 39, 2 cunarum fueras motor, Charideme, mearum et pueri custos adsiduusque comes. CENS. 3, 5 *genius* adsiduus observator adpositus (*cf.* APVL. Socr. 16 p. 156 Oud. adsiduus observator, individuus arbiter, inseparabilis testis). LIV. 1, 20, 2 flaminem Iovi adsiduum sacerdotem creavit. 1, 20, 3 ut adsiduae templi antistites essent (*cf.* 1, 21, 1 deorum assidua insidens cura). APVL. met. 11, 26 eram cultor denique adsiduus, fani quidem advena, religionis autem indigena.

2 *translate*: **a** *de animantibus, maxime hominibus* (*cf. etiam II 1*): RHET. Her. 4, 12, 18 quo in vitio est Caelius adsiduus (GELL. 12, 14, 6 homo in libris atque in litteris adsiduus). CIC. de orat. 2, 162 si quem nunc rudem plane institui ad dicendum velim, his potius tradam assiduis, uno opere eandem incudem diem noctemque tundentibus, qui omnis tenuissimas particulas atque omnia minima mansa ut nutrices infantibus pueris in os inserant. Att. 1, 11, 1 accedebat hortator adsiduus Sallustius, ut agerem quam diligentissime cum Lucceio. Brut. 18 video flagitatorem non illum quidem tibi molestum, sed adsiduum tamen et acrem fore. Verr. 1, 36 profiteor huic generi hominum me inimicum accusatorem, odiosum adsiduum, acerbum adversarium (PS. ASCON. p. 144 B. molestum additum). PLANC. Cic. epist. 10, 15, 1 assiduis internuntiis cum Lepido egi (AMM. 16, 10, 20 nuntiis. 15, 5, 15). PROP. 2, 12, 16 assiduusque meo sanguine bella gerit *Amor*. 2, 33, 34 elevat assiduos copia longa viros. OV. met. 6, 219 campus adsiduis pulsatus equis. medic. 14 adsiduo durum pollice nebat opus (CIRIS 346 palmis). met. 4, 463 assiduae repetunt, quas perdant, Belides undas (*cf.* PROP. 2, 1, 68 OV. Ib. 356). LIV. 2, 48, 7 hostis adsiduus magis quam gravis (32, 19, 6 FLOR. 1, 6, 1 AMM. 21, 11, 2. *cf.* LIV. 2, 48, 8 adsiduo magis quam magno praesidio ... bellum Veiens eget). 35, 10, 6 decimum iam prope annum adsiduus in oculis hominum fuerat, quae res minus verendos magnos homines ipsa satietate facit. 37, 53, 18 nemo miles Romanus magis assiduus in castris fuit quam ego (CLAVD. 21, 116 assiduus castris aderat, rarissimus urbi). PLIN. nat. 9, 56 pisces in eadem aqua adsidui. STAT. silv. 1, 4, 119 postibus haerens assiduus nunc aure vigil nunc lumine. QVINT. inst. 1, 3, 14 si adsiduus studiorum exactor adstiterit. APVL. mund. 26 excursores diurni atque nocturni, exploratores ac nuntii, specularum incensores assidui. apol. 64 aeternus animantium sospitator, assiduus mundi sui opifex. 53 libertus assiduus, cui omnis facultas inspiciendi fuit. PORPH. Hor. epist. 2, 1, 229 spectatis adsiduisque (adsignisque *cod.*) solis permittendum. LACT. inst. 4, 28, 8 *famuli* adsidui et frequentes ad obsequium. IVST. 31, 4, 6 omnibus diebus adsidui circa Hannibalem fuere. AMM. 14, 1, 2 inflammatrix. 16, 9, 3 perduelles. 29, 3, 6 causarum in urbe defensor adsiduus. VVLG. Sir. 6, 37 in mandatis illius maxime assiduus esto (διανοοῦ). 9, 4 cum saltatrice ne assiduus sis (μὴ ἐνδελέχιζε). 37, 15 cum viro sancto assiduus esto. 12, 3 qui assiduus est in malis (τῷ ἐνδελεχίζοντι). 27, 13 in medio ... cogitantium assiduus esto (ἐνδελέχιζε). CLAVD. 1, 47 cernere semper erat ... assiduos intrare inopes, remeare beatos. 8, 641 sis, precor, adsiduus consul (*cf.* 17, 58). SIDON. epist. 1, 2, 2 tonsor. CASSIOD. var. 9, 24, 1 qui divinae supplicationi semper assiduus exegit meritis, ut. CORP. XII 2193 (*a.* 527) ⟨...⟩ adsedua, in aelemosinis profusa, sepe geiuna.

b *de actionibus, rebus naturalibus, sim.*: PLAVT. Asin. 428 quia triduom hoc unum modo foro operam adsiduam dedo. *cf.* Cist. 6 frequentem operam dedistis *et ad h. l.* VARRO ling. 7, 99 frequentem valet assiduam, itaque qui adest assiduus (*quae sequuntur corrupta sunt*). LVCR. 4, 974 quicumque dies multos ex ordine ludis adsiduas dederunt operas. LIV. 4, 55, 3. SVET. Tit. 4 foro operam dedit honestam magis quam assiduam. RHET. Her. 1, 2, 3 exercitatio et assiduus usus consuetudoque dicendi. CIC. Balb. 45. OV. Pont. 2, 7, 43 assiduo vomer tenuatur ab usu. ars 1, 473 ferreus adsiduo consumitur anulus usu, interit adsidua vomer aduncus humo. SVET. Aug. 71 vasa aurea assiduissimi usus. 79 adsiduoque et vehementi strigilis usu. CIC. inv. 1, 36 studium est ... animi assidua et vehementer ad aliquam rem applicata magna cum voluptate occupatio (2, 31 PLIN. epist. 7, 2, 1). epist. 6, 13, 2 assidua et perpetua cura (CVLEX 398 OV. trist. 5, 1, 77 MANIL. 1, 54. SEN. dial. 9, 17, 12 intenta et adsidua cura. FRONTIN. aq. 17). CIC. Sest. 7 maximis ... adsiduisque officiis (CARM. epigr. 959 PLIN. nat. 10, 121). CIC. epist. 10, 17, 2 *fratrem* assiduis laboribus concursationibusque confectum (APVL. met. 6, 1). de orat. 3, 58 homines labore assiduo et cotidiano assueti. CAES. Gall. 7, 41, 2 summis copiis castra oppugnata demonstrant, cum crebro integri defessis succederent nostrosque adsiduo labore defatigarent, quibus ... perpetuo esset isdem in vallo permanendum. TIB. 1, 1, 3 LIV. 6, 1, 6. 31, 46, 14 labore adsiduo, vigiliis diurnis pariter nocturnisque et vulneribus confectum (42, 33, 3). 32, 5, 2 ab adsiduis laboribus itinerum pugnarumque laxaverat animum. 36, 23, 5 dies noctesque adsiduo labore urente. SEN. dial. 9, 17, 5 ut fertilibus agris numquam est imperandum, cito enim illos exhauriet numquam intermissa fecunditas, ita animorum impetus adsiduus labor franget. COLVM. 1, 1, 18 non assiduus labor et experientia vilici. PLIN. nat. 26, 98 equis ob adsiduum laborem pigrioribus in coitu. VAL. FL. 6, 713 STAT. silv. 4, 4, 29 QVINT. decl. 260 p. 66, 29 R. FRONTIN. strat. 4, 1, 21 AMM. 15, 12, 3 VEG. mil. 2, 14. CLAVD. 26, 233 territat assiduus lunae labor atraque Phoebe noctibus aerisonas crebris ululata per urbes. CIC. Planc. 21 non enim tribum Teretinam ..., sed solidam et robustam et adsiduam frequentiam praebuerunt (*cf.* VLP. dig. 47, 10, 15, 22). Att. 13, 12, 3 cum ille Καλλιππίδης adsiduo cursu cubitum nullum processerit. PLANC. Cic. epist. 10, 11, 1 oratio assidua et perpetua de me (PLIN. epist. 1, 20, 22 *orationem* crebram et adsiduam et largam. ISID. diff. 2, 169). CIC. de orat. 1, 150 si subitam et fortuitam orationem commentatio et cogitatio facile vincit, hanc ipsam profecto assidua ac diligens scriptura superabit. Att. 13, 38, 1 Bruti ... cotidianis adsiduisque laudibus, quas ab eo de nobis haberi permulti mihi renuntiaverunt. Sest. 24 ex his adsiduis eius cotidianisque sermonibus (Rab. Post. 4 TAC. ann. 3, 52. APVL. met. 8, 2 sermonibus assiduis et conversatione frequenti. AQVILA rhet. 18 p. 27, 14). Verr. 2, 101 qui ... absens non in oblivione iacuisset, sed in adsidua commemoratione omnibus omnium flagitiorum fuisset (SEN. epist. 81, 23 AVG. civ. 10, 32 p. 455 D.). CIC. Att. 13, 16, 1 ita magnos et adsiduos imbris habebamus (LVCR. 5, 341 CAES. Gall. 7, 24, 1. SEN. nat. 3, 28, 2 fluere adsiduos imbres et non esse modum pluviis. STAT. Achill. 2, 144 MART. 4, 18, 2 PLIN. epist. 8, 17, 5 IVST. 24, 8, 14 AMM. 20, 11, 25). CIC. epist. 4, 7, 6 multae et assiduae lacrimae (STAT. Theb. 5, 83. *cf.* LIV. 30, 10, 20 inter adsiduas clades ac lacrimas). Cluent. 16 *augebatur* molestia cottidianis querimoniis et adsiduo fletu sororis (dom. 59 CATVLL. 64, 242. 68, 55 STAT. Theb. 12, 49 CORP. IX 3071). p. red. 2, 8 coniugis miserae squalor et luctus atque optimae filiae maeror adsiduus (LIV. 25, 38, 4). progn. frg. 6, 3 *acredula* vocibus instat et adsiduas iacit ore querellas (PROP. 2, 18, 1 PLIN. epist. 2, 15, 2). PLANC. Cic. epist. 10, 21ª ex labore in febriculam incidit assiduam et satis molestam (CELS. 2, 8 febris). CIC. fin. 1, 41 ut *voluptatum* assidua recordatione laetetur (SEN. dial. 12, 18, 7). CATVLL. 64, 71 luctibus. 65, 1 dolore (CELS. 2, 8 p. 50 D.). 61, 234 munere. PVBLIL. A 49 tormenta. LVCR. 5, 252 perusta solibus adsiduis (OV. epist. 5, 112 LIV. 44, 33, 10 PERS. 4, 18 PLIN. nat. 17, 165. 28, 143. 31, 81 sole multo ⟨adsiduo?⟩que). 1, 995 semper in assiduo motu res quaeque geruntur (2, 97. 4, 392 OV. met. 15, 179. SEN. nat. 7, 10, 2 *motus* divinus et adsiduus, suum sine intermissione peragens opus). 4, 106 adsiduo crebroque repulsu. 5, 205 adsiduusque geli casus (MELA 3, 45 adsiduo gelu. PLIN. nat. 4, 88 nivis casu. SOL. 15, 20 nivibus). CAES. Gall. 6, 22, 3 ne adsidua consuetudine capti studium belli gerendi agri cultura commutent (QVINT. inst. 1, 1, 13 APVL. met. 5, 4). HIRT. Gall. 8 praef. 1 coactus adsiduis tuis vocibus (VERG. Aen. 4, 447). BELL. Hisp. 41, 1 operibus adsiduis ⟨diurnis⟩ nocturnisque circumsedit *oppidum* (SVET. Galba 6 FLOR. 1, 34, 10). SALL. hist. frg. 1, 11 cum assiduis bellis tributum et militiam simul toleraret (LIV. 6, 12, 2 VELL. 2, 109, 2 IVST. 43, 3, 13. AVG. civ. 3, 10 assiduis sibique continuo succedentibus bellis). NEP. Ham. 4, 3 obtestationibus (SVET. Tib. 40). VERG. ecl. 7, 50 hic plurimus ignis semper et adsidua postes fuligine nigri. Aen. 9, 243 venatu (COLVM. 1 praef. 17). VERG. Aen. 7, 12 cantu. 9, 805 tinnitu. georg. 2, 149 hic ver assiduum. catal. 3, 7 adsidua colens diligentia (CARM. epigr. 1026, 2 sedulitate, *saec. I*). MORETVM 26 haec rotat adsiduum gyris et concitat orbem (CORIPP. Ioh. 1, 445 ventilat assiduas consulcans ungula terras). CIRIS 417 vincta tot adsiduas pendebo ex ordine luces? (HOR. epod. 15, 13 noctes. MELA 1, 76 adsidua nocte suffusus. OV. ars 2, 656 tempore). TIB. 1, 1, 6 dum meus adsiduo luceat igne focus (OV. fast. 6, 436 lumine. SEN. nat. 2, 58, 1 quare fulmen subitum adparet nec continuatur assiduus ignis? epist. 79, 10 assidua vis ignium. MELA 2, 119 *Aetna* adsiduis ignibus flagrat. VVLG. 3 Esdr. 6, 24. AVIEN. Arat. 395 flammis). TIB. 1, 9, 54 dolis. 3, 7, 88 certamine (TAC. dial. 36). PROP. 2, 16, 14 libidinibus (COLVM. 6, 27, 4 assidua et nimia cupiditate). 1, 9, 30 blanditias (TAC. Agr. 43 adulationibus). 1, 8ᵇ, 28 preces (IVST. 29, 4, 8 SVLP. SEV. chron. 1, 8, 1 EVGIPP. Sev. 43, 4). 1, 3, 5 assiduis ... fessa choreis. 1, 19, 24 minis. 3, 11, 56 assiduo lingua sepulta mero. 2, 19, 31 lingua (VVLG. Sir. 37, 21). 3, 16, 26 qua facit adsiduo tramite vulgus iter (*cf.* SEN. dial. 10, 9, 5). 2, 1, 68 ne tenera assidua colla graventur aqua (OV. fast. 4, 644. 4, 686 *rura* adsiduis umida semper aquis. Pont. 2, 1, 26. Ib. 356 Belides assidua colla premuntur aqua. CARM. epigr. 944 vetet assiduas currere fontis aquas. STAT. Theb. 10, 865). OV. met. 13, 792 adsiduo detritis aequore conchis (STAT. Theb. 12, 12). 1, 66 nubibus adsiduis pluvioque madescit ab austro (GERM. frg. 4, 98). am. 2, 7, 16 asellus adsiduo domitus verbere (SEN. Herc. f. 801 SIL. 16, 384 CLAVD. 15, 220. SEN. clem. 1, 16, 3 plagis. APVL. met. 6, 22 assiduis ictibus crebrisque ... casibus. AMM. 16, 12, 44 ictibus gladiorum adsiduis). OV. epist. 17, 161 per adsiduos languent mea bracchia motus (AMM. 24, 4, 15). fast. 4, 194 sono (MART. CAP. 9, 991). trist. 3, 2, 8 ustus ab assiduo frigore Pontus. met. 2, 70 vertigine (*seq.* celerique volumine. *cf.* PLIN.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

B *translate*: *adesse, auxilio esse, auxiliari, opitulari*: **1** *de animantibus, imprimis hominibus*: SEN. Thy. 276 *Daulis parens* assiste et manum impelle nostram. STAT. Theb. 1, 504 adsistas operi. QVINT. inst. 1, 2, 12 neque enim scribenti, ediscenti, cogitanti praeceptor adsistit. 1, 3, 14 si adsiduus studiorum exactor adstiterit. 1, 11, 14 mihi diligens aliquis ac peritus adsistat. TAC. hist. 3, 31 orant, ut causae suae deprecator adsistat. PLIN. paneg. 13 exercitationibus nostris . . . Graeculus magister adsistit. PAVL. dig. 48, 16, 6, 3 nuntiatores ... notoriis suis adsistere iubentur. APVL. flor. p. 72 Oud. is etiam laudator mihi apud principes Africae viros quodam modo astitit. Plat. 1, 4 ut Syracusanis adsisteret. MIN. FEL. 27, 6 nonnullis . . . adsistentibus. TERT. pudic. 18 nostrae magis sententiae adsistit (adsciscite *trad.*). CYPR. GALL. Ios. 432 stare deum contra nostraeque adsistere parti. IREN. 4, 28, 2 deus pater et verbum eius semper adsistens humano generi. CYPR. domin. orat. 15 cruci *Christi* fortiter ac fidenter adsistere, quando . . . certamen est. sent. episc. 23 ecclesiae adsistimus. epist. 25 cum . . . maculam primam adsistente sibi domino ... deleverint. LACT. inst. 6, 12, 24 aegros . . ., quibus defuerit, qui adsistat, curandos. CHALC. comm. 31 sic adsistebant sententiae propriae. 287. 297 Pythagoras adsistere veritati miris . . . adseverationibus non veretur. HIL. in psalm. 137, 5 adsistentium humanis auxiliis angelorum. FVLG. myth. 1, 2 famae adsistendum poeticae. PS. AMBR. hymn. 61, 56 tu vulnerum latentium bonus assistens medicus. HIER. epist. 52, 5 aegrotanti tibi quilibet sanctus frater assistat. hom. Orig. in Ierem. 11 p. 839 Vall. medici . . . aegrotantibus assistentes. VVLG. sap. 19, 20 in omni tempore et in omni loco assistens (παριστάμενος) *deus* eis (*sc. populo*). Rom. 16, 2 assistatis ei (παραστῆτε αὐτῇ), in quocumque negotio vestri indiguerit; etenim ipsa quoque astitit multis. II Tim. 4, 17 dominus autem mihi astitit. CLAVD. 8, 350 nunc pedes adsistas pediti. SVLP. SEV. Mart. 2, 8 adsistere laborantibus, opem ferre miseris. COD. Iust. 2, 10 (11), 1 (*a. 290*) a litigatoribus vel ab his, qui negotiis adsistunt. COD. Theod. 1, 10, 2 (*a. 385*) Palatini monitores frequentissimi . . . iudicibus ordinariis semper assistant. FAVST. REI. grat. 1, 6 ut . . . laborantibus adiutor cotidianus adsistat *deus*. PAVL. PELL. 434 placatum *Christum* rebar nostris adsistere votis. GREG. M. epist. I p. 241, 12 qui sic monasteriis ipsis . . . possit assistere. *ibid.* p. 315, 2 qui adsistunt iudicibus. *agentibus in iudicio*: TAC. dial. 39 cum clientelae quoque ... ac pars Italiae periclitantibus adsisteret. PLIN. epist. 7, 6, 3 adsistebam Vareno iam tantum ut amicus. 10, 81, 1 Eumolpus adsistens (*sic Catanaeus*, adsistente *Beroald.*, *Ald.*, absistente *Avent.*) Flavio. *ibid.* 6 cui Eumolpus . . . adsistebat. FRONTO p. 89, 23 N. etiam cras mihi adsistendum erit familiari. VLP. dig. 6, 1, 54 alii eam *rem* vindicanti . . . adsistebat. 26, 7, 25 cum tutoribus adsistentibus curatoribus. APVL. apol. 2 adscribit se ei assistere. *ibid. paulo infra* ab accusandi periculo profugus in adsistendi venia perseveravit. 58 Quintianum istum, qui mihi assistit. Socr. p. 155 Oud. in causa dicunda adsistere. met. 3, 7 mihi nec adsistendi solacium perhibuit. COD. Iust. 5, 44, 1 (*a. 213*) adsistentibus causamque defendentibus contutoribus. 8, 44 (45), 21, 1 (*a. 293*) ut tibi adsistant causamque instruant. *nota*: CORP. XI 5749 (*a. 261*), 7 cum sit oportunum crebris beneficiis et adfectionem amoris ⟨erg⟩a n⟨umerum⟩ n⟨ostrum⟩ exhibentibus adsistere et munificentiam eo⟨rum⟩ . . . ⟨re⟩munerare. **2** *de rebus*: CHAR. dig. 22, 5, 21, 3 testimonia, quibus potius lux veritatis adsistit. MIN. FEL. 20, 2 quibus (*philosophorum sententiis*) et rationis et vetustatis adsistit auctoritas. TERT. nat. 2, 13 manifestis vis sua adsistit. adv. Marc. 2, 9 adsistente demonstratione non delinquendi. 4, 3 cuius (*authenticae paraturae*) testimonio adsistente. IREN. 2, 17, 8 virtutes eius exsistentes et semper ei (*Logo*) adsistentes. PANEG. 8, 2 p. 180, 30 cum tibi amicorum tuorum comitatus et omnis imperii apparatus assistat. 12, 18 p. 287, 19 ut illi maiestatis tuae participi deo feruntur assistere fata. FIRM. err. 19 adsistat nobis sanctorum oraculorum fides. HIL. in psalm. 137, 5. 142, 14 misericordia dei ... *servis eius* intellegatur assistere. RVRIC. epist. 2, 9 p. 384 Vind. animus meus mihi animi vestri fideiussor adsistat. 2, 52. COD. Iust. 2, 33 (34), 1 (*a. 233*) an veritas adlegationi adsistat. 4, 50, 5 (*a. 290*) veritatem precibus tuis adsistere. AVELL. p. 10, 9 habentes . . . adsistentem sibi regiam potestatem. ENNOD. epist. 4, 22 (p. 114, 5 Vind.) quamvis Laurentio adsistat . . . probitas sua. 6, 9 (p. 154, 14 Vind.) quamvis ad tutelam pontificis innocentia officii eius comes adsistat. 8, 17 (p. 212, 16 Vind.) ei nitor, quem optas, usque ad consummationis tempus adsistat.

nota: *sensu transit. sistere, exhibere, praebere*: VVLG. Os. 9, 13 *cod. Fuld.* Efrem in bestiam adstiterunt (εἰς θήραν παρέστησαν. VVLG. educet ad interfectorem) filios suos. IREN. 1, 13, 6 rationem tamquam [te] unam (unum *trad.*) existentem iudici assiste (λόγον ὡς ἕνα ὄντα τῷ κριτῇ παράστησον). PASSIO Rogatiani 6 confessores Christi in conspectu populi praecepit assisti.

synonyma: *ad I*: accedere, adire, consistere, sistere, subito pervenire, venire. *ad II A*: adesse, adstare, constare, ministrare, obversari, stare. *ad II B*: adesse, (auxiliari, auxilio esse), opem ferre, (opitulari). *opposita*: *ad II A*: sedere. *v. sub* adstare *p. 956, 14.* ***Münscher.***

[**Assitogiola**] *titulus palliatae.* NON. 155 Naevius Assitogiola. Astrologa Astiologa *temptavit Ribbeck.* ***Diehl.***

assissua *v.* asisua.

adsitus, -a, -um. *ab* ad *et* situs. APVL. flor. p. 7 Oud. homines enim neque longule dissita neque proxume adsita possumus

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

cernere. AVSON. Mos. 335 atria quid memorem viridantibus adsita pratis? *Ihm.*

Assius, -a *nom. gent.* *quae hic compono ex parte celtica possunt esse, cf.* Assalicus, Asselius *al. cognata ex seorsum positis sunt* Asinius, Asellius, Asudius. *ex eodem genere est praenomen marrucinum* As: Zvet. inf. 9 (*Teate*) Sa. Alies As. CORP. IX 205 (*Brundisii, periit*) Vlpiae Primae ... Assius Carpophorus pater. V suppl. ital. 1080, 30 (*in patellis*) P. Assi Telam(onis). **Assiānus** *cogn.* CORP. V 4900 (*in Sabinis, periit*) Marti M. Vetinus Assianus. **Asicius,** -a *nom. gent.* CIC. Cael. 23 qui autem dictus est adiutor fuisse et conscius *caedis Dionis legati Alexandrinorum*, P. Asicius (*sic hic et in eis quae secuntur Parisinus,* Ascius *et* Asitius *al.*). TAC. dial. 21 quotus enim quisque Calvi in Asicium (Asitium *trad.*) aut in Drusum legit? CORP. VI 2375ᵇ, 2, 37 (*a. 120*) L. Asicius Restitutus Sc⟨upis⟩ *miles praetorianus.* 12515 C. Asicio Neptunali Asicia Cale *mater.* 12516 Asiciae Proculae. XIV 621 (*Ostiae*) Asiciae C. fil. Semniane ... C. Asicius Eutyches *pater.* XV 5942 (*in vasculo Arretino*) P. Asicí. XI 1075 (*Parmae*) Asiciae Frontines. 1997 (*Perusiae*) Asicia Sex. f. XII 760 (*Arelate*) Q. Asici Veri. 1333 (*Vasione*) G. Asicius Silvinus. 4629 (*Narbone*) Asicia Exapila. INSCR. Rhen. 825 (*cf. Hettner, Correspondenzblatt der Westd. Zeitschr. 11 p. 40*) Ti. Asicius Victor. CORP. XIII 1728 (*Luguduni*) Q. Asicius Norbanus. II 1772 (*Gadibus*) L. Asicius Suavis ... Aelia Martilla. 4970, 50 (*in vase Tarraconensi*) Asic(i) o(ficina). VIII 1495 (*in prov. procos.*) Asiciae Victoriae. 1509 (*ibid.*) Asicí. **Asiciānus** *adi. et cogn.* CIC. ad Q. fr. 2, 8, 2 non illam regis Ptolemaei Asicianam *lecticam.* CORP. VIII 1495 (*in prov. procos.*) ⟨V⟩ibiae Asicianes fil. Asiciae Victoriae. **Asidius** *nom. gent.* CORP. VI 1057, 2, 59 (*imperante Caracalla*) M. Asidi(us) Macrini. (*sic*) *vigil.*

Assidonius, Asidonius, -a *nom. gent.* CORP. VI 1057, 5, 132 (*imperante Caracalla*) M. Assido(nius) Primig(enius). 34646 M. Asido⟨nius ...⟩. X 6491 (*Vlubris*) M. Asidonio M. f. Pom. Attico d(omo) Vlub(ris). III 45 (*Thebis, a. 134*) ... ⟨epistr⟩ategus Thebaidos ... cum Asidonia Galla uxore. 2112 *sq.* (*Salonis*) Asidonius Agatopus .... Asidonius ceriolarius. VIII 332 (*in prov. Byzacena*) Assidonius Victoricus. Assidonius Iugenus. Assidonius Liberalis (*pater*). 333 (*ibid.*) Assidonius Liberalis. 386 (*ibid.*) Assid⟨onius⟩ Asclepi⟨us⟩. 334 (*ibid.*) Assidonia Merope. 11558 (*ibid.*) Asidonía Victoria. Asidoníus December *coniux.* 11559 (*ibid.*) M. Assidonius Marianus. **Asillius** (Asilius), -a *nom. gent.* *osce* G. Asilli *in tegula Pompeiana* (Zvet. inf. 182 = CORP. X 8042, 141). IMP. AVG. epist. SVET. Cal. 8 puerum Gaium ... si dii volent ut ducerent Talarius et Asillius, heri cum iis constitui. SEN. suas. 2, 12 Sabinus A s i l i u s venustissimus inter rhetoras scurra. CORP. IX 1750 (*Beneventi, periit*) C. Asillio Onesimo coiugi ... Avillia Qu⟨...⟩. VIII 19140 (*in prov. Numidia, editor non descripsit*) Asilia Sasa.

Assenius (Asenius), -a *nom. gent.* CORP. III 8895 (*Salonis*) P. Asenius ⟨...⟩. VIII 18061 (*in prov. Numidia*) Asseni(us?) (*cognomen corruptum est*). Asennius: CORP. VI 2407ᵇ Asennius ⟨...⟩ *vigil.*

Assonius (Asonius), -a *nom. gent.* INSCR. Rhen. 24 M. Assonius Aelius. CORP. XIII 6533 (*in Wuerttembergia*) Asson. Iustus. V 6902 (*inter Durias duas*) M. Asonio St. f. Cephaloni sex vir., Asoniae Philemationi sor. ... Asoniae Caliopae sor., Asoniae Euchari soror. **Asullius,** -a *nom. gent.* CORP. VI 21379 M. Livius L. Asullio Eroni dedit. XI 5770 (*Sentini*) Asullia (mulieris) l. Arura. **Asullēiānēnsis, Asulēiānēnsis** *adi.* CORP. XV 2576 a b (*in amphoris*) fig(linae) Asuleianeses (-esses). *cf.* 2577. 2578. 3390 a—g Asull. (Asul., Asyll., Asyl.). **Asuvius, Asuius** *nom. gent.* CIC. Cluent. 36 *sqq.* illa caedes Asuvii Larinatis, adolescentis pecuniosi. ... in Asuvii consuetudinem *cett.* (Asuius, Asui, Asuium *fere ubique palimps. Taurin., ceteri hic illic* Asini, Asuivi, Ascii). CORP. VI 200, 2, 9 (*a. 70*) Sex. Asuvius Fruct⟨us⟩. 2, 10 Sex. Asuvius Feli⟨x⟩. IX 2003 (*Beneventi*) A s u i a e (mulieris) l. Clyte. 2487 (*Saepini*) Asuvia L. l. Etaera heic sita est. X 4023 (*Capuae*) M. ⟨A⟩ s u i u s (mulieris) l. Niger. 4024 (*ibid.*) A s u i a e Sex. l. Salviae ossa heic sita sunt. XI 225 (*Ravennae*) Asuvius Marinus. XII 762 (*Arelate*) A. Asuio Sedato. 3429 (*Nemausi, litteris saec. I, cf. p. 838*) C. A s u i o Messio, Atepillae Atessatis fil., C. A s u ⟨i o⟩ patri A s u i a A s u i fil. sibi et suis. *adi.* **Asuviānus.** CIC. Cluent. 39 crimen hoc Asuvianum *i. caedes Asuvi, v. supra p. 903, 54.* **Asuellius** *nom. gent.* CORP. VI 3702 (*a. 175*) T. Asuellio Marciano *curatori aedium sacrarum et operum locorumque publicorum.* **Asuillius** *nom. gent.* CORP. XI 6390 (*Pisauri, periit*) *traditur*: L. Asuillius Myrinu⟨s⟩. **Asuivius,** -a *nom. gent.* CORP. IX 941 (*in regione II*) Asuiviae C. l. ⟨...⟩. **Asuetius** *nom. gent.* CORP. VI 1060 (*a. 198—210*) c, 9 Asuetius Feliciss(imus). **Asuetinius** *nom. gent.* INSCR. Bulletin monumental 1883 p. 177 (*Durocortori*) ⟨.⟩ Asuetini Severi *medici ocularii.*

Asubrius, -a *nom. gent.* CORP. IX 747 (*Larini*) Asubria Q. Mincilio et Fulviae Erato, Q. Asubrio et Q. Mincilio. X 8059, 53 (*in signaculo Siciliensi*) M. Asubri Severi. **Asurius** *nom. gent.* CORP. III 8723 (*Salonis, litteris saec. I*) C. Asurius mil. leg. VII (centuria) Trini ... domo Florentia. 12014, 133 (*in vasculo Illyrici*) Asurius ⟨...⟩. INSCR. christ. ap. Murat. p. 1832, 8 Asurio Victori. *Otto.*

asso, -āvī, -ātum, -āre. [*ab* assus. *Th.*] [*hisp.* asar, *raet.* brassar. *M.-L.*] GRAMM. suppl. 297, 9 assatus per duas s. GLOSS. asso ὀπτῶ. III 597, 39 assatum sine aqua coctum. APVL. met. 2, 10 cum sim paratus ... super istum ignem porrectus assari. ZENO tract. 2, 38 p. 485 Tobias ... piscis interanea diligenter accurat et assat (*cf.* VVLG. *l. 11*). ITALA exod. 12, 9 (Gaudent. serm. 2 p. 855ᵇ. *item* AMBR. Cain et Ab. 2, 6, 20 COMPVT. Carth. 2, 5) non edetis ... crudum neque coctum in aqua sed assatum (ὀπτά. VVLG. assum) igni. exod. 12, 8 (Aug. locut. 2, 64) manducabunt carnes hac nocte assatas (ὀπτά. VVLG. assas) igni. GAVDENT. serm. 2 p. 856ᵇ assata igni id est spiritu divino solidata atque tosta. CHIRON 495 assa diligenter. PELAGON. 220 pilulas cupressi ... assas. HIER. epist. 149, 3 agnus ... occidi praecipitur assatus igni. adv. Iovin. 2, 7 p. 295ᵇ icthyophagi ... super petras solis calore ferventes assant pisces. VVLG. II paral. 35, 13 assaverunt (ὤπτησαν) phase super ignem. Tob. 6, 6 assavit carnes *piscis.* PS. AVG. serm. 205, 1 iecore per prunas passionis assato. 316, 3 assabatur Laurentius et hilari facie congaudebat. MARC. med. 12, 11 rosae lapillos vel grana ... assabis. 15, 91. 16, 18 caricas ... assatas super carbones (27, 98). 16, 68 mus cum oleo ac sale assatus. 26, 87. 90. 28, 50. 30, 51 salis duri et assati. PLACIT. 4, 2 coctum vel assatum iecur. 16, 48 caprina caro ... super rogum hominis mortui assatum. APIC. 2, 40. 2, 42. 2, 58. 3, 83 colicli assati in patena. CASS. FEL. 1 p. 7, 17 pumicis tusi et in novo cacabo assati. 29 p. 51, 18 cerussae tritae et in testa nóva assatae. 39 p. 88, 16 specularis assati (73 p. 177, 22) 46 p. 119, 12 cerebrum assatum. *similia passim.* CAEL. AVR. acut. 2, 37, 209 caro assata. 2, 8, 111 lini semen assatum vel vitellum ovi assati. chron. 4, 3, 65 ovorum vitella, quae sint carbonibus assata. 3, 2, 33 erit assanda lenticula. 4, 1, 2 ANTHIM. 4. 9 ORIBAS. syn. 4, 13. PS. THEOD. PRISC. p. 332, 9 turdus assatus. p. 420, 26 *scillam* assare aut coquere. ANTID. Brux. p. 373, 5 bulbus prunis vel furno assatur. *n o t a*: ORIBAS. syn. 9, 1 sebum involutum et sub prunas calentes missum et cum s e assaverit ... odoretur.

comp. subassare. *V.*

associetās, -tātis *f. i. q.* societas. [*cf. c.* associus. *Th.*] COD. Theod. 13, 5, 14, 2 (*a. 371*) nuntientur, ... quot sint *navicularii* et quales recenti associetate delecti.

adsocio (ass-), -āvī, -ātum, -āre. *ab* ad *et* socius *vel* sociare. GLOSS. II 422, 24 προσοικειοῦμαι adsocio (*cf.* V 437, 31 adsuscitare requirere, consociare *glossa contaminata*). STAT. Theb. 3, 454 iam senior ... Melampus adsociat passus. SER. SAMM. 336 quos (*pelagi latices*) ... dulcibus adsocias lymphis. COLL. Mos. 15, 3, 7 (*saec. III ex.*) patrimonia fisco nostro adsociari facies (*cf.* COD. Theod. 16, 10, 12, 2 *a. 392*). IVVENC. 2, 721 adsociat septem ... furores *sibi daemon.* CHAR. dig. 1, 11, 1 adsociati participales curae. CHALC. comm. 139 mortalia porro et adsociata, immo, ut ipse ait, adtexta, quae sunt opinor in vitiis, iram videlicet et voluptatem *vocat.* MAR. VICTOR. gramm. VI 70, 2 proceleusmaticam speciem novem prototypis decimam adsociandam esse quidam putant. PALLAD. 14, 74 *mala* externis adsociata comis. SCHOL. Cic. Bob. p. 354, 13 ⟨an⟩ civis R. debeat adoptari, etiamsi in praeteritum non sit adsoci⟨at⟩us. ANON. de mach. bell. 16 in formam pontis adsociata partibus explicatur integritas. AMBR. Noe 18, 65 ita ut, quas morigeras sibi cernit, adsociet. HEGES. 1, 9, 2 potissima ... de possessionibus sibi associaverat (1, 10, 1. 1, 17, 2. 2, 7, 1. 4, 13, 1). 2, 2, 3 opes ... thesauris Caesaris associatae. 2, 13, 7 Iudaeam provinciis. 3, 6, 1 mons Carmelus ... Tyriorum finibus associatus. COD. Iust. 11, 8 (7), 7, 1 (*a. 380*) si qua *mulier* ... monetario adsociabitur. CLAVD. 14, 482 vela legunt et cornua summis adsociant malis (*i. q.* adnectere). AVG. mus. 6, 5, 10 quibus actionibus congrua libenter associat. MART. CAP. 3, 234 nam A primum ... sibi adsociat V et I litteras (3, 247 vocales adsociatae. *cf.* MALL. THEOD. gramm. VI 586, 26 adsociantur ... sic inter se vocales litterae). 7, 747 adsocias quinque. 9, 911 ad Iovem reversa aliis modulis numerisque voce etiam adsociata sic coepit. 9, 922. 5, 458. 8, 803. FAVST. REI. grat. 1, 3 p. 15, 1 Vind. qui negat gratiae adsociandum famuli laboris conatum. ENNOD. dict. 17 p. 474, 2 Vind. id genii sceleribus suis adsocians, ut esset patre incolumi parricida. 20 p. 481, 8 castitatis profligat ruborem, quam indignis adsociat. PRISC. gramm. II p. 550, 13 verba ... genetivo ... solent associari. 555, 28 participium ... iisdem generibus associatur, *et saepius.* CASSIOD. var. 6, 11, 2 nos dedimus ... honorem, tu conversationis associa dignitatem, nam utraque sibi coniuncta sunt. 8, 12, 1 sollicito talis associandus fuit. 11, 6, 2 nisi quem sibi laudanda virtus associat. ISID. sentent. 2, 3, 6 quanto se quisque subtrahit mundo, tanto opus est, ut se associet bonorum consortio. *nota*: LIB. col. I grom. p. 220, 10 ad urbanam civitatem associandos censuerat divus Augustus. OROS. 6, 4, 1 piratae ... impunitate sceleris et aviditate praedae vulgo sese adsociantibus in immensum augebantur. MALL. THEOD. gramm. VI 586, 6 in quo non pedum defixa ratio cum dulcedine adsociata atque permixta sit. ARNOB. in psalm. 82 (Migne 53, 445) cum his associati sunt Ismaelitae. *cf.* sociare (APVL. met. 8, 1 factionibus latronum male sociatus, *an* adsociatus?), consociare. *Ihm.*

adsocius, -a, -um. [*cf. c.* socius *et c.* adsociare. *Th.*] MART. CAP. 4, 327 ambiguis memorans vocem consistere verbis nil normale putans, ni fuat adsocium. CASSIOD. var. 3, 47, 4 subtile ac parvum animal, lumbricis associum, flavo colore vestitum. *Ihm.*

Assoi *gens Indica.* PLIN. nat. 6, 78. *Diehl.*

adsoleo (ass-), -ēre. *ab* ad *et* solere. *praeter formas* adsolet *et* adsolent *non inveni nisi* adsoleret (LIV. 34, 44, 2), adsoles (SEDVL. epist. ad Mac. p. 11, 3 Vind.), assolens (AVG. serm. ed. Mai 64, 1);

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

nam adsoleat *apud* LIV. 40, 54, 8 *fide caret, neque* assolitam, *quod affertur ex* FAVST. REI. grat. 1, 16, *extat in codice, sed* absolute. GLOSS. II 288, 21 εἰώθασιν adsolen⟨t⟩ consuerunt. IV 305, 21 adsolet solite consuevit (*cf.* assolite).

PLAVT. Persa 759 statuite hic lectulos, ponite hic quae adsolent. Epid. 7 di dent quae velis. venire salvom gaudeo. :: quid ceterum? :: quod eo adsolet: cena tibi dabitur. TER. Andr. 481 adhuc, Archylis, quae adsolent quaeque oportet (oportent *cod. Riccard.*) signa esse ad salutem, omnia huic esse video. CIC. inv. 2, 122 deinde quae assolent (*sc. scripsit*). LIV. 5, 52, 16 comitia ... ubi auspicato, nisi ubi adsolent, fieri possunt? 9, 14, 3 agentibus divina humanaque, quae adsolent, cum acie dimicandum est. 27, 26, 13 in secunda (*hostia*) omnia comparuisse, quae adsolent. COLVM. 12, 3, 2 post, quae ad cibum comparandum vasa assolent (quibus ... vasis uti assolent *Schneider*) constituebantur. FRONTO p. 89, 18 N. pueri dum e balneis me sellula, ut adsolent, advehunt. VLP. dig. 23, 2, 43, 9 ut multae adsolent ... prostitutas mulieres habere. PAPIN. dig. 41, 2, 46 eodem modo vinculum obligationum solvitur, quo quaeri adsolet. APVL. mund. 10 qui ... per aperta caeli manare adsolent. apol. 97 cetera ... de hereditate, ut adsolent, ad consulentis votum confinxerunt (*cf.* Socr. p. 104 Oud.). TERT. ieiun. 13 episcopi universae plebi mandare ieiunia adsolent. VEG. mil. 3, 1 *amplior multitudo* in longiore agmine etiam a paucis superventum adsolet pati (*cf.* 4, 37). 3, 22 nihil tale suspicantibus superventus adsolent fieri. 4, 40 *transitus siderum* frequentes assolent serena turbare. AMBROSIAST. I Cor. 14, 14 sicut adsolent Latini homines Graece cantare. AVG. civ. 3, 3 auctores ... peccatorum esse adsolent, non ultores. 3, 9 patere adsolent *Iani portae*. 14, 16. 17, 20. 21, 7 respondere adsolent (13, 11 responderi adsolet). 22, 12 ita quaerendo adsolent inridere. PAVL. NOL. epist. 45, 7. MACR. somn. 1, 6, 60 nascens luna humorem adsolet concitare. OROS. hist. 3, 2, 14. 5, 4, 11. 5, 6, 2. SEDVL. epist. ad Mac. p. 11, 3 Vind. quem fovere adsoles. ENNOD. op. 1 p. 269, 25 *et* p. 279, 10 Vind. LIV. 34, 44, 2 *ludos* tanta pecunia, quanta adsoleret, faciendos. ut adsolet: CIC. leg. 2, 21 neve quem initianto nisi, ut adsolet, Cereri Graeco sacro. Lael. 7 cum in hortos D. Bruti auguris commentandi causa, ut adsolet, venissemus. Phil. 2, 82 ita ut adsolet. LIV. 1, 28, 2 paratis omnibus, ut adsolet, vocari ... iubet. 5, 16, 11. 23, 31, 15. 24, 31, 7. 32, 1, 9 sibi in monte Albano Latinis carnem, ut adsolet, datam non esse. 33, 26, 6. 37, 14, 4 sacrificio, ut adsolet, rite facto. 40, 54, 8 (*ubi* ut *addidit Weissenborn*, adsoleat *edit. Basil.*). TAC. hist. 2, 6 praecipitibus, ut adsolet, nuntiis. ann. 1, 24 obviae fuere legiones non laetae, ut adsolet, neque insignibus fulgentes (3, 1. 6, 12). 13, 44 tum, ut adsolet in amore et ira, iurgia preces. SVET. Nero 7 non tralaticias, ut assolet, et brevis, sed maximas plurimasque postulationes. 34 illa tractans lanuginem eius, ut assolet, iam grandis (*an* grandibus?) natu. Vesp. 7 ut illic assolet. VLP. dig. 23, 2, 43 pr. ut adsolet. AFRIC. dig. 47, 2, 62 (61), 8. MACER dig. 1, 18, 14 ut plerumque adsolet (*cf.* VLP. dig. 5, 2, 24 evenire plerumque adsolet). POMP. dig. 46, 8, 16 uti adsolet (AFRIC. dig. 34, 2, 2. 44, 7, 23 APVL. apol. 84). PAPIN. dig. 29, 6, 3 ut fieri adsolet (VLP. dig. 46, 6, 4, 8. 48, 16, 12. 49, 4, 1, 4. 7 APVL. met. 1, 5 VOPISC. Prob. 10, 4 SYMM. epist. 9, 150 AVG. civ. 18, 5 LEX Burg. lib. const. 24, 1). CYPR. singul. cler. 26 sicut apud quosdam nunc usque adsolet fieri. VOPISC. Car. 17, 5 in quo fontana esset pertepida, ut adsolet per hiemem naturaliter. HIL. in psalm. 64, 11. HILARIAN. pasch. 15 (Migne 13, 1114) in quo iam non, ut assolet Iudaicae sollemnitati agnus ex ovibus, sed ipse ... dominus immolatus est Christus. SYMM. orat. 1, 7 ut ferme adsolet (*cf.* APVL. Socr. p. 104 Oud. sic enim ferme adsolet). 1, 8. COD. Theod. 7, 12, 3 (*a. 395*) ut saepe adsolet (MACR. sat. 6, 9, 6). AVG. civ. 16, 29 sicut adsolet in prophetis. SVLP. SEV. app. epist. 2, 8 si alia, ut assolet, illicita faciant. MACR. sat. 1, 5, 4 morali, ut assolet, gravitate subiecit. APIC. 4, 410. 2, 38 sicuti assolet. OROS. hist. 3, 4, 2 IORD. Rom. 381 Get. 16, 89. 17, 95. 24, 123. 26, 134 ut adsolet genti. 138 ut adsolet saeviente inimico. LEX Burg. lib. const. 24, 3.

assolido, -āre. *ab* ad *et* solidus *vel* solidare. PS. MAR. VICTOR. de physicis (Migne 8, 1305) 18 quid oportet enumerare cetera, quae ex uvido constituta supradicta vi assolidantur?

adsolitē consuete solite GLOSS. V 437, 30. *cf.* adsoleo.

adsolitum *v.* allositum.

adsolo, -āvī, -āre. [*ab* ad *et* sŏlum *derivatum. Th.*] TERT. nat. 1, 10 p. 80, 16 Vind. singula ista quaeque adhuc investigare quis possit, si honorem inquietant divinitatis, si maiestatis fastigium adsolant? (*cf. locum gemellum* apol. 15, *ubi codd.* vestigia obsoletant, *liber Fuldensis* fastigium adsolant; *cf. Hartel, Patrist. Studien 2 p. 55*). *ibid.* (p. 75, 28) saepe censores inconsulto populo * * adsolaverunt (*lacunam significavit Reifferscheid, deos intercidisse opinans,* aedes *Hartel*). certe Liberum Patrem cum socru sua consules senatus consulto non urbe solummodo, verum tota Italia eliminaverunt.

Asson *v.* Assos.

assonātio, -ōnis *f. ab* assonare. CASSIOD. in psalm. 1, 1 etymologia ... est oratio brevis per certas assonationes ostendens, ex quo nomine id quod quaeritur venerit nomen. 135 praef. *psalmus* simili verborum assonatione cantatur (*cf.* 150, 5 sonum delectabili consonatione restituunt. 72 praef.).

adsono (ass-), -āre. *ab* ad *et* sonare. *intrans.*: OV. met. 3, 507 plangentibus adsonat Echo. PERS. 1, 102 euhion ingeminat, reparabilis adsonat echo (*vv. 99—102 Neronis esse scholiasta tradit*). POMPON. trag. 10 *chelys* numeros edat varios, quibus adsonet omne virens late nemus. CASSIOD. in psalm. 102, 1 ut harmonia fideli laus domini adunatis viribus assonaret. *c. acc.*: APVL. met. 11, 7 ut canorae etiam aviculae prolectatae verno vapore concentus suaves adsonarent.

Assonius *v. sub* Assius.

1. assonus, -a, -um. *cf. c.* assonare. CASSIOD. in psalm. 135 praef. hoc imitati poetae assona carminum floscula condiderunt supernarum sonos ad mundana studia transferentes. 54, 26 verbis evangelii assona veritate consensit. *cf.* consonus. *Ihm.*

2. Assonus lacus *v.* Ascanius *adi. 1.*

Assorenus, -ī *nom. vir. barb.* CORP. XII 5219 (*Narbone*) Verecundus Assoreni ⟨f.⟩ et Silvanus Assoren⟨i f.⟩.

Assorō *abl. opp. Siciliae, nunc* Assaro, *de quo cf. Hülsen, PW. II 1747.* CIC. Verr. 5, 96 Assoro itur Hennam. *in nummis* Assoru. *adi.* **Assorīnus,** -a, -um, *plur. subst.* **Assorīnī,** -ōrum *incolarum nomen.* CIC. Verr. 4, 47 Assorinus *ager.* 5, 96 Assorinorum agros. *ibid. et* 4, 103 Assorini. PLIN. nat. 3, 91 stipendiarii Assorini Aetnenses Agyrini *eqs.*

Assos, -ī, Ἄσσος, *opp. Troadis, de quo cf. Bürchner, PW. II 1748.* MELA 1, 93 Gargara et Asson Aeolorum colonias. PLIN. nat. 5, 123 in litore *Aeoliae* ... Assos eadem Apollonia. 2, 211 circa Asson Troadis lapis nascitur, quo consumuntur omnia corpora; sarcophagus vocatur. 36, 131 in Asso Troadis sarcophagus lapis fissili vena scinditur. 37, 105 in Paro et Asso. VVLG. act. 20, 13 navigavimus in Asson. 20, 14 cum ... convenisset nos in Asson. 27, 13 cum sustulissent de Asson, legebant Cretam. TAB. Peut. 9, 2/3 Assos (RAVENN. p. 108, 7). RAVENN. p. 362, 14 Ysson (Guido p. 528, 20). *adi.* **assius,** -a, -um, Ἄσσιος, *semper fere in codd. scribitur* asius, *quasi ab* Asia *derivatum sit.* CELS. 4, 31 in Asia lapidi assio gratia est *i. sarcophago, remedio fungitur* (5, 7. 5, 19, 19. 6, 6, 31 PLIN. nat. 28, 96 MARC. med. 23, 77. 23, 15 lapidis assii floris id est cineris. GALEN. alfab. 164). SCRIB. LARG. 82 a⟨s⟩sii lapidis florum pondo quadrantem (267 *bis.* PLIN. nat. 36, 132 nat. ind. 36, 27 MARC. med. 35, 5). ORIBAS. syn. 7, 4 asiae petrae flores (ἀσσίας πέτρας ἄνθος).

Assosina *fluv. Siciliae.* RAVENN. p. 405, 21.

Assotānus, -ī *appellatur incola oppidi Bastetanorum Hispaniae, quod est Ptolemaeo 2, 6, 60 Ἀσσώ.* CORP. II 3423 (*Carthagine nova, aevi Hadrianei*) L. Aemilius M. f. M. nep. Quir. Rectus domo Roma, qui et Cathaginensis et Sicellitanus et Assotan. *eqs.* (3424. 5941). 5941 rei publicae Assotanor. *bis. cf.* 4540 collegium Assotan.

Asspercius f. Nescato uxor CORP. XIII 314 (*in Aquit.*). *Diehl.*

assua *v.* asisua.

assuārius (assarius *cod. Cantabrig.*) qui assat GLOSS. II 568, 29. προσυποβάλλω **adsubicio** GLOSS. II 423, 18.

? **adsubito.** ITIN. Silv. 16, 6 qui fodientes in eo loco, qui ostensus fuerat, invenerunt speluncam, quam sequentes fuerunt (iverunt *Cholodniak*) forsitan per passus centum, quo adsubito (et subito *cod.*) fodientibus illis adparuit lapis.

adsubrigo, -ere. PLIN. nat. 9, 88 inter praecipua ... miracula est qui vocatur nautilos, ab aliis pompilos. supinus in summa aequorum pervenit, ita se paulatim adsubrigens, ut emissa omni per fistulam aqua ... facile naviget.

adsūdāsco, -ere. [*cf. c.* ad *et* sudare. *Th.*] PLAVT. Cas. 361 adsudascis iam ex metu, mastigia.

assūdēsco, -ere. [*cf. c.* adsudascere. *Th.*] VARRO ling. 5, 109 dictum assum, quod id ab igni assudescit.

adsūdo, -āre. *ab* ad *et* sudare. CLAVD. carm. 24, 364 acres adsudant (insudant *pars codd.*) tonsis Satyri.

adsuēfacio (ass-), -fēcī, -factum, -ere. [*cf. c.* adsuescere adsuetus *et c.* facere. *Th.*] GLOSS. II 420, 55 προσεθίζω adsuesco adsuefacio. 445, 1 συνεθίζω consuesco adsuesco adsuefacio. IV 305, 11 adsefacit (*sic traditur*) adsuevit. II 323, 50 ἠθισμένος asduetus consuetus adsuefactus (*cf.* 9, 24). 284, 51 ἐθίζομαι adsuefio adsuesco. *cf.* PORPH. Hor. sat. 2, 2, 109 pluribus adsuerit: pro 'adsuefec⟨er⟩it'.

VARRO rust. 1, 20, 2 *iuvenci* diebus paucis erunt mansueti et ad domandum proni. tum ita subigendum, ut minutatim adsuefaciant et ut tironem cum veterano adiungant — imitando enim facilius domatur. PLIN. nat. 9, 41 *vitulus* in coitu canum modo cohaeret, parit nonnumquam geminis plures, educat mammis fetum. non ante duodecimum diem deducit in mare, ex eo subinde adsuefaciens. TAC. hist. 1, 5 laudata olim et militari fama celebrata severitas eius angebat aspernantes veterem disciplinam atque ita quattuordecim annis a Nerone adsuefactos, ut haud minus vitia principum amarent, quam olim virtutes verebantur. *cum abl. structura antiquior*: CIC. Catil. 2, 9 atque idem tamen stuprorum et scelerum exercitatione adsuefactus frigore et fame et siti et vigiliis perferendis. de orat. 3, 39 quorum sermone assuefacti qui erunt (Brut. 213). CAES. Gall. 4, 1, 9 quod a pueris nullo officio aut disciplina adsuefacti nihil omnino contra voluntatem faciant. civ. 1, 44, 2 barbaro genere quodam pugnae adsuefacti. VAL. MAX. 8, 7 ext. 15 Persico sermone se

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

adsuefecit. VEG. mil. 1, 10 sed et cursu praecipue adsuefaciendi iuniores (*cf.* 3, 16 ut adsuefacerent iuvenes currentes egregie, *quem locum delet Langius*). *dubium utrum cum dat. an cum abl.* (*videtur tamen plerisque locis inde a* LIVIO *dativus accipiendus esse*): CIC. epist. 4, 13, 3 orbus eis rebus omnibus, quibus et natura me et voluntas et consuetudo adsuefecerat. Brut. 7 quibusque me assuefeceram. CAES. Gall. 4, 3, 3 ipsi propter propinquitatem Gallicis sunt moribus adsuefacti. LIV. 1, 46, 7 ea secretis viri alieni adsuefacta sermonibus nullis verborum contumeliis parcere de viro ad fratrem ... et se rectius viduam ... fuisse contendere. 31, 29, 14 adsuefacite his terris legiones externas et iugum accipite. VAL. MAX. 6, 4 ext. 2 equo se et armis adsuefecit. 8, 7 ext. 2 litteris gentis eius adsuefactus. QVINT. inst. 11, 2, 42 athletae ponderibus plumbeis adsuefaciunt manus. TAC. ann. 12, 10 quorum moribus (*dat. videtur*) adsuefactus rex melior adscisceretur. dial. 34 eruditus et adsuefactus alienis experimentis. SVET. Aug. 64 ut etiam lanificio assuefaceret *filiam et neptes.* HEGESIPP. 4, 22, 1 latrociniis assuefactus. AVG. civ. 5, 2 eisdem ... exercitationibus assuefacti. PAVLIN. PELL. 77 conloquio Graiorum adsuefactus (*i. q. suetus*) famulorum. *cum dat.*: LIV. 21, 3, 4 minime decet iuventutem nostram pro militari rudimento adsuefacere libidini praetorum. 24, 48, 12 operi aliisque iustis militaribus ita adsuefecit. PLIN. nat. 10, 121 is mature sermoni adsuefactus. FRONTIN. strat. 4, 2, 4 XL milibus hominum iam inde a Philippo patre disciplinae adsuefactis. TAC. dial. 29 parentes nec probitati neque modestiae parvulos adsuefaciunt. ann. 12, 5 non luxui aut voluptatibus adsuefactus. *cum* ad *praepos.*: LIV. 3, 52, 11 nec suo sanguine ad supplicia patrum plebem adsuefaciant. AVG. subst. dil. 6 studio ad illam ... stabilitatem assuefacienda est. *cum infin.*: CIC. prov. 33 ceteras (*nationes*) conterruit, ... domuit, imperio populi Romani parere adsuefecit. CAES. Gall. 4, 2, 3 equestribus proeliis saepe ex equis desiliunt ... equosque eodem remanere vestigio adsuefecerunt. 6, 24, 6 *Galli* paulatim adsuefacti superari multisque victi proeliis ne se quidem ipsi cum illis virtute comparant. LIV. 3, 61, 12 Horatius eos excursionibus proeliisque lenibus experiundo adsuefecerat sibi potius fidere quam meminisse ignominiae. 22, 12, 10 adsuefaciebant territum pristinis cladibus militem minus iam tandem aut virtutis aut fortunae paenitere suae. 26, 4, 5 eos ... in equos suos accipientes equites adsuefecerunt et vehi post sese et desilire perniciter. CVRT. 5, 2, 19 conficere eam (*vestem*) neptes suas adsuefaceret. AMM. 22, 4, 3 aliena invadere semper adsuefacti. 22, 8, 25 victum rapto parare. 23, 6, 4 adsuefactaque (*Perside*) timori esse accolis omnibus. 23, 6, 84 armillis uti. 25, 3, 18. *Ihm.*

Assuērus, -ī, אֲחַשְׁוֵרוֹשׁ, Ἀσσουῆρος (*in libro Esther* Ἀρταξέρξης), *nom. regis Persarum probab. Xerxis I.* VVLG. I Esdr. 4, 6 Esth. 1, 1. 9 *passim* Dan. 9, 1. HIER. chron. a. Abr. 1613 Artaxerxes ... Mnemon ... qui ab Hebraeis Asuerus et a LXX interpretibus Artaxerxes vocatur (*cf.* in Ezech. 4, 4 adv. Pelag. 3, 10 IORD. Rom. 68 BEDA chron. III p. 274, 179). in Dan. 10, 1. CASSIAN. conl. 1, 19, 1 Asuerus. HIER. nom. hebr. p. 56, 1 Asuerus atrium eius vel beatitudo. *Plenkers.*

adsuēsco (ass-), -ēvī, -ētum, -ere. [*cf. c.* con- de- in- mansuescere *et c.* suus, *got.* swēs 'proprius', *gr.* ἦθος εἴωθα. *Th.*] GLOSS. προσεθίζω, συνεθίζω, ἐθίζω, ἐθίζομαι; adsuevit εἴθισεν; ads⟨u⟩efecit, consuevit. AGROEC. gramm. VII 118, 21 consuescimus bona, insuescimus mala, adsuescimus utraque. *idem al.* PRISC. gramm. II 394, 22 'assuesco' absolutum est, invenitur tamen pro 'assuefacio'. Lucanus in V (*776*). *de structuris*: ARVS. gramm. VII 452, 5 adsuesco illis rebus, Verg. Aen. 8 (*174*) 'sociorum adsuescite mensis', adsuesco illam rem, *idem* Aen. 6 (*833*) 'ne tanta animis adsuescite bella', adsuetus illi rei, Verg. Aen. 7, (*490*) 'mensaeque adsuetus herili', adsuetus facere, *idem* Aen. 9 (*511*) 'adsueti longo muros defendere bello'. adsuesco (adsuetus) *legitur apud* PLAVT. *bis*, VARR. *semel*, CIC. *non saepe* (orat. *semel*), CAES. *semel* (*et pro var. l.*), SALL *semel, saepius apud* VERG. OV. LIV. SEN., *apud* ICTOS *ante* IVST. *semel adi., deest apud* TER. CATONEM RHET. Her. CAT. PVBLIL. NEP. VITR. MELAM PERS. PETRON. FRONTIN. aq.

formae breviores: adsuestis: LIV. 5, 6, 15. adsuerunt: SEN. contr. 3 praef. 13 LVCAN. 4, 604 TAC. Germ. 4 PORPH. Hor. carm. 4, 1, 10. adsuerit: HOR. sat. 2, 2, 109. adsuerint: VERG. georg. 3, 168. adsueram: LIV. 28, 27, 2 STAT. silv. 4, 3, 80. assueras: SIL. 15, 446 NEMES. ecl. 1, 53. adsuerat: OV. met. 11, 315 LIV. 24, 24, 2. 25, 9, 13. 39, 9, 5 CELS. 3, 18 VAL. FL. 5, 515 SIL. 13, 224 SVET. Aug. 49 Nero 26. Dom. 12. adsuerant: OV. met. 8, 335 LIV. 25, 26, 12 OCTAVIA 401. adsuesses: SEN. dial. 11, 17, 3. adsuessent: LIV. 30, 28, 8. 42, 17, 5 FEST. 157 (*trad.* adfuissent). adsuesse: LIV. 2, 2, 3. *quadrisyllabum*: PHAEDR. 3 prol. 14 adsuetam. 4, 8, 7 adsuevi.

I *verbum* **neutrum**: **A 1** *de animalibus, cf.* m a n s u e f i e r i: PLAVT. Asin. 217 auceps quando concinnavit aream, offundit cibum; aves adsuescunt. VARRO rust. 2, 9, 5 canis ... facilius quid adsuescit, eaque consuetudo firmior, quae fit ad pastores, quam quae ad pecudes. CIC. rep. 2, 67 *beluam* docilem et humanis moribus adsuetam. CAES. Gall. 6, 28, 4 *uri* adsuescere ad homines et mansuefieri ne parvuli quidem excepti possunt. VERG. Aen. 7, 490 manum patiens mensae ... adsuetus erili *cervus* (VAL. FL. 7, 124 adsueta toris et mensae dulcis erili ... canis). GERM. 136 taurus ... adsuetus aratro. SIL. 2, 440 assuetas ... leaenas. AGROEC. gramm. VII 118, 17 'columbae' quae mansuefieri possunt et domibus adsuescere. SOL. 20, 4 visontes ... capti adsuescere manu nesciunt. PELAGON. 1 domesticis pecoribus, id est domitis et freno adsuetis. **2** *de hominibus*: VERG. Aen. 8, 174 sociorum adsuescite mensis. LIV. 10, 22, 3 novo imperii socio vix iam adsuescere senilem animum posse. 42, 19, 4 ut iam inde a puero adsuesceret moribus Romanis hominibusque. SEN. epist. 24, 13 *pueri* quos amant, quibus adsueverunt. CVRT. 3, 12, 2 amicos, quibus maxime adsueverat. 10, 1, 32 corona aurea inposita amiculo, cui adsueverat ipse. *cf. etiam* 5, 4, 14 cum peditibus, quis adsueverat, et iis copiis, quas. LACT. inst. 6, 10, 27 qui adsueti hominibus solitudinem ferre non possunt. *scorto*: CVRT. 6, 5, 23 spado ... cui et Dareus adsuetus fuerat et mox Alexander adsuevit. *cf. reflexive* se assuescere: HEGES. 1, 12, 3 assuerunt se Pharisaei mulieri (Ioseph. 67, 1, 110 παραφύονται δὲ αὐτῇ εἰς τὴν ἐξουσίαν).

B *g e n e r a t i m*: *cum inf.*: PLAVT. Asin. 887 censen tu illum hodie primum ire adsuetum esse in ganeum? CIC. inv. 1, 3 tum ingenio freta malitia pervertere urbes ... assuevit. fin. 1, 11 haec ... legere. 5, 5 *Demosthenes* fremitum ... voce vincere. CAES. Gall. 5, 1, 2 *pro* utimur uti adsueverant *β*. VERG. georg. 1, 42 votis iam nunc adsuesce vocari. 2, 361 contemnere ventos adsuescant (*de vinetis*). 8, 517 tua cernere facta. TIB. 1, 4, 58 iam tener adsuevit munera velle puer. OV. met. 11, 315 de candentibus atra ... facere. fast. 3, 498 semper amare virum. trist. 2, 504 oculi multa pudenda pati. Pont. 3, 1, 91 fortibus assuevit tubicen prodesse. 3, 7, 17 *nobis* fatum crudeliter uti. LIV. 5, 6, 15 quicquid tribunus plebi loquitur ... adsuestis ⟨ae⟩qui audire. 23, 35, 6 signa sequi. 24, 24, 2 cui et alia arcana committere adsuerat. 22, 34, 2. 25, 9, 13. 30, 28, 8. 39, 25, 15. 42, 17, 5 MANIL. 2, 506. PAVL. FEST. 319 ea sacra quae reges facere adsueverant. 148 SEN. contr. 2, 4, 5. 3, 11, 12. 3 praef. 12. 13. 9 praef. 2 VELL. 2, 33, 4 VAL. MAX. 8, 13 ext. 1. CELS. 1, 3 p. 20 D. adsuescit enim non ali corpus. 3, 18 p. 101 ludis ... quibus maxime capi sanus adsuerat. PHAEDR. 1, 16, 5. 4, 8, 7 (*dicit lima*). SEN. Med. 808 assuesce, manus, stringere ferrum. dial. 2, 16, 4. 4, 21, 5. 9, 9, 2. 3 epist. 40, 11. 68, 6. 78, 10. 94, 19. 114, 10. 117, 33. 121, 8 infans ... qui stare meditatur et ferre se adsuescit. apocol. 13 subalbam canem in deliciis habere adsueverat. OCTAVIA 401 CVRT. 4, 13, 18. 7, 6, 8 ASCON. in Corn. p. 52 B. PLIN. nat. 19, 19 SIL. 13, 224. 15, 446 STAT. silv. 4, 3, 80 Theb. 1, 308. 6, 308. 6, 831 QVINT. inst. 1, 2, 18. 1, 9, 5 FRONTIN. strat. 4, 1, 1. TAC. dial. 20 auditor adsuevit iam exigere laetitiam. 34 hist. 4, 34. Germ. 4 minime ... sitim aestumque tolerare, frigora atque inediam caelo solove adsuerunt (AMM. 31, 2, 4 pruinas, famem sitimque per⟨ferre⟩ ab incunabulis adsuescunt). PLIN. epist. 7, 20, 1. 8, 13, 1. 8, 14, 5. paneg. 20 adsuescat imperator cum imperio calculum ponere. SVET. vita Verg. p. 66 R. (DONAT.?) *Vergilium* hoc ... crimen sic defendere assuetum ait. Iul. 45 Aug. 49 Nero 26 APVL. Plat. 2, 24 NEM. ecl. 53. PALLAD. 14 v. 117 adsuescunt siliquae viridi mollescere suco. AMM. 27, 6, 12 adsuesce penetrare Histrum. VEG. mil. 2, 23. HIER. epist. 107, 9 exemplo. AVG. civ. 15, 7 *corpus* non moveri. ENNOD. dict. 5 p. 438, 25. *nota*: *res alicui*: PLIN. epist. 8, 21, 2 ut ... iam nunc adsuescerent *lusus iocique* et ab otiosis et in triclinio audiri. *accedit* ut: VEG. mil. 2, 23 adsuescendum est etiam, ut semel tantum funda circa caput rotetur. ENNOD. epist. 4, 7 p. 103, 5 fas sit de vobis adsuesci, ut amplissimus in societate retineat, quem minor adquiret.

cum dat.: LIV. 2, 1, 5 caritas ... ipsius soli, cui longo tempore adsuescitur. 21, 3, 2 ut adsuesceret militiae Hannibal. 24, 18, 11 qui hastae huius generis adsueverant. 38, 34, 9 *disciplinae Lycurgi.* 39, 9, 5 quaestu, cui ancillula adsuerat. SEN. contr. 2, 4, 2 huic numero (*filiorum*). CELS. 8, 10, 7 vetustae sedi *ossa.* SEN. dial. 9, 2, 1 *horum* corpus sanitati parum adsuevit. 9, 10, 4 condicioni suae. 11, 15, 3 absentiae. 82, 15 nos ex hac cui adsuevimus rerum copia educere. 123, 4 quod lassitudo mea sibi ipsa adsuescit. QVINT. inst. 1, 1, 5 sermoni qui dediscendus sit. 2, 5, 6 pronuntiationi. 4, 2, 29. TAC. Agr. 21 quieti et otio per voluptates. SVET. Aug. 38 rei p. FLOR. 1, 43, 1 Metelli ... domus bellicis agnominibus. TERT. anim. 2 Mercurium Aegyptium, cui praecipue Plato adsuevit. VVLG. Sirach 23, 9 iurationi non assuescat os tuum. 23, 17 CLAVD. 8, 399. *nota*: PROP. 3, 4, 6 adsuescent Latio Partha tropaea Iovi (*cf. Rothstein adn.*). *cum abl.*: LIV. 31, 35, 3 genus pugnae, quo adsueverant. *cf.* assuefacio *p. 906, 83.* FEST. *aliter, v. p. 909, 37.* COLVM. arb. 1, 4 ut ... quasi ab incunabulis vitis exiguo adsuescat humore. SEN. exc. contr. 2, 1 amo aeque paupertatem ac patrem: utroque adsuevi (utrique consuevi SEN.). *utrum ablativus an dativus sit ex forma non cognoscitur, plerumque de dativo agitur*: PVBLIL. E 19 *coni. inc.*: etiam bono ⟨animum⟩ (*Friedrich*, bonum *codd.*) saepe obest (*F*, est *H*) adsuescere. VERG. georg. 3, 168 (*de vitulis*) ubi libera colla servitio adsuerint. OV. trist. 3, 3, 7 nec caelum patior, nec aquis adsuevimus istis. LIV. 1, 19, 2 *legibus.* 2, 2, 3 nimium ... regno. 4, 45, 4 anniversariis armis. 25, 26, 12 Romani diu circumsedendo Syracusas caelo aquisque adsuerant magis. 28, 27, 2 militaribus ingeniis. 38, 34, 3 Achaeorum ... legibus institutisque. SEN. contr. 9, 3, 6 duobus (*liberis*) adsuevi. SEN. Ag. 302 malis. dial. 7, 26, 1 adsuescitis illis (*divitiis*)

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

et cohaeretis. 11, 17, 3 *studiis*. 11, 18, 8 tuis ... sermonibus. benef. 7, 21, 2 ne alieno adsuesceret. epist. 69, 2 sine aures adsuescere sanioribus verbis. 76, 35 futuris malis. 123, 3 parvo. PS. SEN. mon. 64 laboribus. CVRT. 8, 12, 16 quis (*insignibus*). 9, 1, 32 ex his, qui adsueverant talibus ministeriis. PLIN. nat. 17, 205 ut *propago* paulatim radicibus suis adsuescat. VAL. FL. 5, 515 his (*frenis*). STAT. Theb. 2, 443 iugo. MART. 12 praef. civitatis aures quibus assueveram quaero. QVINT. inst. 2, 7, 3 optimis (10, 1, 59). 4, 2, 115 adsuevit illis (*rebus*) iudex iamque eas sine motu mentis accipit. 10, 5, 17 inanibus simulacris. decl. 352 p. 382 studio armorum. FRONTIN. strat. 4, 1, 19 inmuniti ... periculis. SVLP. SEV. chron. 1, 20, 3 quibus (*cibis*).

cum in *c. acc.?*: LIV. 24, 5, 9 iam inde a puero in omnia familiaria iura adsuetum (*P*, adsumptum *Ruhnken*). in *c. abl.*: QVINT. inst. 2, 4, 17 si puer ... aliquid probabile scripserit: in hoc adsuescat, huius sibi rei naturam faciat. VVLG. Sirach 23, 20 homo assuetus in verbis improperii. Ierem. 2, 24 onager assuetus in solitudine. AVG. epist. 105, 5 ut ... animae ... assuescant in apertissima veritate. de gen. c. Man. 1, 9, 15 quantum accedimus in scripturis et in eis assuescimus (retr. 1, 7, 2 in *scripturis sacris* nondum assuetus eram). (*aliter*: NOVAT. trin. 18 (26) ut *homo* deum patrem videre aliquando iam tunc assuesceret in imagine dei, hoc est in filio dei), *cum* ad: SORAN. 102 ut ad usum frigidae assuescere infans *possit*. *cum* invicem: LACT. inst. 6, 23, 32 ut adsuescant invicem mores duorum (*i. coniugum*).

cum accusativo: VERG. Aen. 6, 832 ne tanta animis adsuescite bella (GRAMM. *p. 907, 59, sed cf. l. 62*). LIV. 21, 33, 4 diversis (*codd. rec.*, perv- *CM*) rupibus iuxta invia ac devia adsueti decurrunt (?). TAC. Germ. 4 *non ita intellegendum, v. p. 908, 42.* PS. AVG. serm. 291, 1 assuescat iuvenis castitatem. PAVL. PETR. Mart. 4, 282 reserata patere lumina et infusam paulatim adsuescere lucem. ALC. AVIT. carm. 3, 142 parebis subdita iussis et curvata caput libitus adsuesce viriles.

absolute vel relationis notione supplenda: CIC. ac. 2, 57 ut mater geminos internoscit consuetudine oculorum, sic tu internosces, si adsueveris. nat. deor. 2, 96 adsiduitate cotidiana ut consuetudine oculorum adsuescunt animi. epist. 9, 22, 5 sic enim adsuevi. OV. ars 2, 647 quod male fers, adsuesce, feres bene. PAVL. FEST. 157 eo more facere, quo adsuessent antiquitus. CELS. 1, 3 cum quis mutare aliquid volet, paulatim debebit adsuescere. *ibid.* is qui adsuevit (*opp.* insuetus). 2, 3 p. 32 D. si saepius expergiscitur aliquis, quam adsuevit. 2, 3 p. 33 venter ei ... reddit mollia ... ⟨atque⟩ eodem fere tempore, quo secunda valetudine adsuevit. SEN. epist. 42, 9 perdis antequam adsuescas. 76, 34 cum adsuevere. CVRT. 9, 1, 36 ut adsueverant (SVET. Domit. 12). PLIN. nat. 17, 249 desiderant ... rigari quae (*vina*) adsuevere. PLIN. epist. 6, 2, 10 quod adsuevi. 7, 21, 4 ita. TRAIAN. Plin. epist. 10, 95 ea condicione qua adsuevi. *cum adverbio*: SEN. contr. 9 praef. 1 ne male adsuescam. GALL. Av. Cass. 9, 12 male ... adsueverunt duces et milites. *cf.* SEN. epist. 95, 16 dum male adsuescit plus capere quam poterat.

tempore perfecto de rebus interdum similiter atque solere (*de hominibus cf. supra*): OV. met. 8, 335 quo se demittere rivi adsuerant pluvialis aquae. MANIL. 3, 104 quo⟨d⟩que peregrinas inter versantibus urbes accidere (-pere *codd.*) assuevit. LVCAN. 4, 604 ad somnos non terga ferae praebere cubile (-i *UG*) adsuerunt. AMM. 14, 2, 13 commeatus distribui militibus adsueti. 17, 12, 18 barbaris esse omne ius in viribus adsuevit. SVLP. SEV. dial. 3, 7, 1 cuius (*viri*) agros specialiter gravior quam ceterorum adsuerat procella populari. CELS. 1 praef. p. 8, 38 D. interdum non febris, non cibus, non somnus subsequitur, sicut adsuevit.

II *verbum* ***transitivum***: HOR. sat. 2, 2, 109 hic qui pluribus adsuevit mentem corpusque superbum. *cf.* VERG. Aen. 7, 806 non illa colo ... femineas adsueta manus. *et* 6, 832 animis ... bella *l. 25* (*καθ' ὑπαλλαγήν?, cf. p. 908, 51*). VELL. 2, 79, 1 contrahendo ... militi ac remigi navalibusque adsuescendo certaminibus ... praefectus est. LVCAN. 5, 776 adsuescis fatis tantumque dolorem ... me ferre doces. STAT. Theb. 4, 655 *Liber* canum virescere dorso Othryn et uvifera Rhodopen adsueverat umbra. FLOR. 2, 27, 17 ille barbaros et signis militaribus et disciplina, armis etiam Romanis adsueverat. 2, 32, 43 Armenios ... in hoc unum servitutis genus. SOL. 19, 11 *teneros* adsuescunt *cervi* salire per abrupta. PRVD. Symm. 1, 540 remque Quirini adsuescit supero pollere in saecula regno. se assuescere *v. p. 908, 15*, assuesci *reflexive p. 908, 54*.

part. saepe paene adi. **adsuētus** (ass-), -a, -um. GLOSS. ἠθισμένος, συνήθης, consuetus. PRISC. gramm. II 566, 1 inveniuntur tamen quaedam ex eis (*verbis neutris*) etiam praeteriti temporis *participia*, ut ... 'assuesco' 'assuetus', quod quibusdam nomen esse magis videtur, sicut 'quiesco quietus'. *comparativus* assuetior: LIV. 22, 18, 3.

1 *homines*: *cum abl.*: CIC. de orat. 3, 58 ut homines labore assiduo et quotidiano assueti. VERG. Aen. 7, 746 gens adsueta ... multo venatu nemorum. OV. met. 13, 554 praedae ... amore. SEN. contr. 1, 2, 8 humano sanguine (FLOR. 1, 1, 7 sanguine et praeda. ENNOD. carm. 2, 24, 12). CELS. 1 praef. p. 12 D. uno cibo, *non* prandio quoque. CVRT. 3, 9, 4 tria milia ... equitum ... adsueta corporis custodia. 6, 3, 8 tot gentes, alterius imperio ac nomine adsuetas. PLIN. nat. 23, 44 meri potu. FRONTO p. 206, 20 N. ne armatu quidem sustinendo adsueti. APVL. Plat. 2, 20 purgata ... animi voluptate. IVST. 31, 1, 8 imperio ... et licentia militari. AMM. 23, 6, 61 victu vili. 24, 1, 5 natatu veloci. HIER. epist. 14, 2 corpus adsuetum tunica. HIST. Apoll. 48 omni castitatis amore. *cum dat.*: OV. trist. 1, 11, 31 barbara pars laeva est avidae⟨que⟩ adsueta rapinae (*M. Haupt*, avidae ad ethera penne *cod. Marc.*, substrata rapinae *Guelf.*[1]). LIV. 5, 48, 3 gens umori ... ac frigori adsueta. 10, 17, 10 adsuetus praedae miles. 21, 16, 5 hostem veteranum ... duci acerrimo adsuetum. 27, 47, 5 Romano hosti. 28, 2, 7 stabili pugnae. 28, 32, 7 Scipionum nomini, auspiciis. 38, 52, 2 maiori fortunae. PAVL. FEST. 18 a veteribus Romanis necdum adsuetis Graecae linguae. SEN. contr. 3 praef. 13 adsueta clauso et delicatae (classe et dilectae, -a *codd.*) umbrae corpora. VELL. 2, 117, 2 otio magis castrorum quam bellicae ... militiae. CVRT. 5, 12, 9 custodiae eius adsueti (10, 5, 8 pueri). LVCAN. 5, 371 adsuetas sceleri ... mentes. TAC. hist. 1, 7 adsuetis iuventae Neronis. *dubium, utrum cum ablativo an dativo*: CIC. Planc. 22 vicinitas ... non adsueta mendaciis. VERG. georg. 2, 168 adsuetum ... malo Ligurem. 2, 472 exiguo ... adsueta iuventus (Aen. 9, 604 parvo). Aen. 5, 301 silvis (OV. fast. 1, 442). 7, 33 adsuetae ripis volucres. 7, 487 imperiis (LIV. 6, 9, 6 imperio. 24, 24, 8 imperiis Adranodori. 28, 46, 3. 40, 36, 2 nondum satis. 45, 29, 2 regio imperio. *cf.* CVRT. 4, 7, 31). 9, 199 bellis (OV. met. 15, 484 bello. LIV. 28, 25, 8. 42, 11, 7. AMM. 29, 6, 9 nullis bellorum terroribus). OV. trist. 1, 5, 74 studiis mollibus. 2, 169 adsueta tuis semper Victoria castris. Pont. 3, 3, 107 tua supplicibus domus est adsueta iuvandis. LIV. 5, 42, 8 velut adsueti malis. 22, 18, 3 ea (*cohors*) adsuetior montibus. 26, 40, 18 latrociniis (CVRT. 6, 5, 11. 8, 2, 16 VOPISC. IV tyr. 12, 5 AMM. 17, 13, 27. *cf.* APVL. met. 8, 15 rapinis). 42, 15, 3. GERM. 325 *sidera* ventis adsueta serenis. VELL. 2, 29, 5 hic a toga virili adsuetus commilitio prudentissimi ducis. VAL. MAX. 9, 3, 2. LVCAN. 6, 713 adsuetam ... diu tenebris ... animam. 8, 452 sceptris. PLIN. nat. 9, 79 piscis adsuetus petris. 10, 22 accipitres ... illis adsueti gentibus. VAL. FL. 6, 531. SIL. 2, 68 vacuo ... cubili. QVINT. inst. 7, 4, 22 in civitate tyrannis adsueta. 11, 3, 26 adsueta gymnasiis et oleo corpora. TAC. Agr. 16 FLOR. 2, 17, 7. 2, 21, 2 TERT. nat. 2, 12. AMM. 20, 8, 8 homines adsueti glacialibus terris. 22, 15, 5 elementis ambobus. 25, 4, 13 pruinis ... et Rheno (29, 5, 7). HEGES. 4, 18 v. 13 W. assuetas aquis aves. HIER. epist. 61, 3 AVG. civ. 1, 32 MART. CAP. 9, 888 v. 5. 27. SIDON. epist. 8, 9, 5 v. 22 Saxona ... assuetum ... salo. ALC. AVIT. epist. 4 p. 31, 36 *latronis* assuetum sceleribus corpus. 53 p. 82, 7 os ... eloquentiae pompis assuetum.

assūmptor (ads-), -ōris *m. ab* adsumere. GLOSS. IV 347, 24 *v. p. 926, 50.* AMBR. epist. 19, 23 neglegens sacrificii, assumptor gloriae. HIER. Didym. spir. sanct. 5 disciplinae et virtutis assumptor. ENNOD. dict. 1 p. 423, 9 Vind. avarae laudis adsumptor. *f.* **assūmptrīx**, -īcis. PS. AVG. serm. 246, 1 in Christo … duas … substantias id est naturas esse fatemur, divinitatis … et humanitatis, assumptricis et assumptae, creatricis et creatae.

assūmptus, -ūs *m.* BOET. in Porph. comm. 1 p. 85 in divisionibus et abstractionibus atque assumptibus ab his rebus, in quibus sunt. *Plenkers.*

adsuo (ass-), -suī, -sūtum, -ere. *ab* ad *et* suere. GLOSS. V 492, 6 assuit: consuit, annexuit (*glossa cod. Vaticani 1468 manu altera adiecta*). IV 9, 47 adsuissent (*sic Paris. 2341*, adsuescent *al.*): adnexuissent vel consuissent (*cf.* 485, 27. V 163, 27). ISID. diff. 1, 102 consuere vestium, suere codicum, assuere coriorum.

HOR. ars 16 inceptis gravibus plerumque et magna professis purpureus, late qui splendeat, unus et alter adsuitur pannus. PAVL. FEST. 221 patagium est, quod ad summam tunicam adsui solet. CELS. 5, 26, 24 extrema pars *fasciae* inferioribus acu adsuenda est. 7, 20 fascia eius rei causa fit, cui imo loco pila adsuta est ex panniculis facta. TERT. orat. 1 novam plagulam novo adsui vestimento. adv. Marc. 3, 15 (*v. infra l. 76*). PORPH. Hor. sat. 1, 2, 29 *matronae* stola utuntur ad imos pedes demissa, cuius imam partem ambit instita adsuta. SCHOL. Iuv. 7, 192 hac lunula … adsuta calceis discernuntur patricii a noviciis. AMBR. parad. 13, 64 adsuerunt … folia ficus et fecerunt sibi subcinctoria. HIER. epist. 64, 14 tunica talaris … adsutas habens manicas. AVG. quaest. hept. 2, 118 Iob 16, 16. CAEL. AVR. acut. 3, 9, 100 sartrix … quaedam, cum chlamydem scissam rabidis morsibus sarciendam sumeret atque ore stamina componeret et lingua pannorum suturas lamberet assuendo (*vix* assugendo), quo transitum acus faceret faciliorem, tertia die in rabiem venisse memoratur. SIDON. carm. 5, 243 strictius assutae vestes. 7, 371 assuto glaucum mare findere lembo. ALC. AVIT. carm. 3, 15 quas (*comas fici*) … Adam umentem capiens raso de cortice librum adsuit et viridi solatur veste ruborem. ISID. in exod. 52, 3 tentoria … ansulis assuta. *translate fere apud christianos scriptores*: TERT. adv. Marc. 3, 15 quomodo *deus* docet novam plagulam non adsui veteri vestimento … adsutus ipse et indutus nominum senio. 4, 11 inflatus es utribus veteribus … atque ita veteri, id est priori euangelio, pannum haereticae novitatis assuisti (*cf.* VVLG. Marc. 2, 21. *v. sub* assumentum). IREN. 1, 8, 1 anicularum fabulas adsuentes (συγκαττύσαντες; *opp.* auferentes, ἀποσπῶντες). DAMAS. epist. 2 absit, ut fides pura variis coloribus adsuatur. AMBR. parad. 13, 63 delectationes delectationibus et mundi huius … voluptates velut folia foliis adsuentes. 13, 65 Iob 1, 7, 24. 25. poen. 2,

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

11, 98 melius est ut habeam quod sarciam, quam non habeam quod vestiar: sed sicut semel assuta redintegrantur, ita frequenter suta solvuntur. PAVL. NOL. epist. 29, 3 fidem enim et verbum crucis Christi hanc arbitror acum, qua vitae nostrae habitus innovatur, mens nostra conpungitur nosque ipsi deo per interventum ipsius mediatoris adsuimur. AVG. trin. 12, 2, 2 fictas etiam visiones, hinc atque inde recordata quaelibet sumendo et quasi assuendo, componere. mus. 6, 11, 30 quia eorum ordini pro nostris meritis assuti (assueti *codd. plerique*) sumus. MERCAT. Theod. ref. 3 vis ... hoc ex isto sensu efficere, quod sane tuo assuas capiti, natum iam Christum ... adhaesisse vel coniunctum esse, ut saepissime garris, verbo dei. ENNOD. op. 2 p. 296, 3 Vind. fides mendacio sermonum technis adsuitur. *cf.* Ov. hal. 11 (*ubi* adsutamque *Birt*, adsumptaque *codd.*) *et* GERM. 338 (*ubi* adsutae *Grotius, alii aliter*). *Ihm.*

Assūr *communiter indecl., declinatur vero* CYPR. GALL. iud. 201 manu ex Asuris pube coacta. gen. 383 Assura deinde condit. SVLP. SEV. chron. 1, 48, 1 *Ninive* ab Assure, Sem filio, conditum. EVCHER. instr. 2 p. 151, 5 Assyrii ab Assure. אַשּׁוּר, Ἀσσούρ. **1** *nomen secundi filii Sem.* VVLG. gen. 10, 22 I par. 1, 17. HIER. sit. et nom. p. 111, 31 Chalach urbs Assyriorum, quam aedificavit Assur (114, 14. 141, 26. 145, 12. 148, 14). nom. hebr. p. 2, 21 Assur dirigens vel beatus aut gradiens sive arguens (p. 15, 28 in Ezech. 27, 23). in Sophon. II p. 712 Assur, qui interpretatur εὐθύνων, quem multi putant dirigentem dici, sed falsum est: εὐθύνων enim coarguens dicitur atque convincens. ... diabolus ... εὐθύνων vocatur. hunc ego esse reor principem Assyriorum. AVG. enarr. in psalm. 82, 9 Assur ... pro ipso diabolo figurate intelligi solet. **2** *inde nomen gentis Assyriorum.* AVG. civ. 16, 3 Assur ... unde Assyrii (16, 11 LIB. gener. chron. I p. 103, 158. CHRON. Alex. chron. I p. 103, 130 Asur. LIB. gener. a. 334 chron. I p. 103, 52 Asyr. FREDEG. chron. p. 23, 5 Assir. ISID. orig. 9, 2, 3. 14, 3, 10). VVLG. num. 24, 22 Assur ... capiet te (ITALA cod. Lugd. Asyrii. *cf.* num. 24, 24 vexabunt Asur. VVLG. *ibid.* superabunt Assyrios). Iudith 16, 5 psalm. 82, 9 *passim. rex Assur* VVLG. IV reg. 15, 29 I par. 5, 26 *passim.* PRVD. ham. 448 victoria principis Assur. SIDON. epist. 7, 6, 4 Assur fastu regio tonans. **3** *terra Assur.* VVLG. gen. 10, 11 Is. 7, 18 Os. 8, 9. 10, 6 *saepius.* PS. ISID. chron. II 381, 6 *bis.* 384, 11. **4** *nom. vir. hebr.* Ἀσούρ. VVLG. I par. 4, 5 Assur ... patri Tecuae. *Plenkers.*

Assuras *opp. prov. proc. Africae, Ptolemaeo* Ἄσσουρος, *nunc* B'hairt Essers. *cf. Wilmanns, Corp. VIII p. 211; Dessau, PW. II 1749.* CORP. VIII 1798 (*saec. III in.*) col. Iul. Assuras. ITIN. Anton. 47 ab Assuras Thenis. 49. 51. CYPR. sent. episc. 68 Victor ab Assuras (AVG. bapt. 7, 62 Assuris). epist. 65 tit. plebi Assuras consistenti. AVG. regul. gramm. V 506, 23 Asirae *nomin.* TAB. Peut. 5, 3 Assvres. CORP. VIII 631 (*Mactari*) aedil. col. Assuribus. 2586 (*Lambaesi, saec. III in.*) Sex. Marcius Felix Assur *beneficiarius cos.* 18067 (*a. 166, in castris Lambaesitanis*) a 5 As. CARM. epigr. 488 (*Tiburi*) cuí domus Assyribus fuerat, cuí Quintio nomen. COSMOGR. 1, 44 geogr. p. 89, 43 Assuris. *adi.* **Assuritānus,** -a, -um (-ī-?), *plur. incolae* **Assuritānī,** -ōrum. CORP. VIII 12879 (*Carthagine*) Asiâticus Aug. lib. próc. regiónis Assurítánae (i *apicatam puto pro* u). 20395 (*Sitifi*) C. Valerius C. f. Victor Assuritanus. PLIN. nat. 5, 29 oppida civium Romanorum ... Absuritanum Abutucense Aboriense. VICT. VIT. not. prov. proc. 19 Peregrinus Assuritanus. AVG. bapt. 5, 5, 6 Assuritanae *plebis.* c. Petil. 1, 15, 16 Assuritana *civitas.* c. Emer. 9 Praetextatum Assuritanum (c. Cresc. 3, 22. 3, 59. 4, 5). CONC. Carth. a. 411 (Mansi IV) 92ᶜ Euangelus episcopus ecclesiae Assuritanae. *alia ex conciliis congessit Wilmanns l. c.* AVG. c. Parm. 3, 6, 29 *sub fin.* Assuritani. *Diehl.*

Assure, חָצֵר, Ἀσσούρ. HIER. sit. et nom. p. 97, 10 Assure civitas Iudae; quam aedificavit Salomon (*cf.* III reg. 9, 15. *in* VVLG. *nomen deest*). *Plenkers.*

adsurgo (ass-), -rēxī, rēctum, -ere. *ab* ad *et* surgere. GLOSS. II 306, 23 ἐπεγείρομαι adsurgo.

I *corpus iacens vel sedens erigere elevare, de hominibus animalibus.* CIC. Cluent. 196 adsurgite. VERG. georg. 3, 109 *aurigae* iamque humiles iamque ... videntur ... adsurgere in auras. Aen. 9, 346. 10, 208 centenaque arbore fluctum verberat adsurgens (VAL. FL. 3, 476 intortis adsurgens ... undis). 10, 796 adsurgentis dextra plagamque ferentis. 11, 284 *item de motu pugnantis* (SIL. 4, 610). LIV. 3, 24, 4 adsurrexisse ... ex morbo (TAC. hist. 2, 99 FRONTO p. 136, 22 N. CAPITOL. Gord. 14, 2 EVGIPP. Sever. 14, 3). 4, 19, 5 adsurgentem ... resupinat. 21, 36, 7 *opp.* corruere. 22, 2, 6 adsurgere ex voraginibus. 22, 51, 6. CVRT. 4, 6, 15 adsurgere supplicem. 9, 5, 2. 9, 5, 13 VAL. FL. 4, 517. STAT. Theb. 3, 721 *e somno* (10, 295). 6, 804. 9, 485. 10, 871. 12, 14 *de mortuis resurgentibus* (APVL. met. 2, 29. SVLP. SEV. Mart. 8, 3 *syn.* erigi. SEDVL. carm. pasch. 4, 135). QVINT. inst. 11, 135 *opp.* sedere. TAC. dial. 42. PLIN. epist. 6, 16, 19 *opp.* recubare. 6, 20, 16 APVL. met. 1, 6. 1, 19 *opp.* resido. 3, 8 *ad loquendum* (MART. CAP. 5, 459). AMM. 30, 1, 21. HEGES. 1, 44, 8 *opp.* iacere. HIER. epist. 2. CLAVD. 17, 168 fratres ... amplexa ... assurgat Pietas. AVG. civ. 18, 13 *opp.* cadere. MART. CAP. 5, 425 nullo ... assurgere motu. 9, 996 SEDVL. carm. pasch. 5, 23. ENNOD. epist. 1, 7 p. 16, 14 V. dominus ... manu valida in adiutorio vestro mei propugnator adsurgat. *de bestiis* SIL. 6, 186 *serpens* extulit assurgens caput (STAT. silv. 2, 1, 185). AMM. 23, 4, 8 adsurgentis et cedentis arietis. CLAVD. 18, 387 celsius adsurgunt erectae cornua *vaccae. de exercitu* AMM. 29, 5, 47.

speciatim *assurgere propter reverentiam.* CALP. hist. frg. 27 contempnentes eum assurgere ei nemo voluit (LIV. 9, 46, 9). CIC. inv. 1, 48 commune est ... ut maioribus natu assurgatur (IVV. sat. 13, 55 CYPR. GALL. lev. 190). PIS. 26 quisquam in curiam venienti adsurrexit? (CASSIOD. var. 4, 4, 5). Cato 63 haec ... ipsa sunt honorabilia ... salutari ... decedi ... adsurgi (SVET. Tib. 32 Vesp. 13). SALL. hist. frg. 5, 20 Sullam ... uni sibi (*Pompeio*) ... assurgere sella ... solitum (VAL. MAX. 5, 2, 9). VERG. ecl. 6, 66. Ov. am. 3, 2, 53 ruricolae Cereri ... adsurgite. LIVI perioch. 116 senatui ... non adsurrexit *Caesar* (SVET. Iul. 78 EVTROP. brev. 6, 25). SEN. contr. 1, 4, 10 VAL. MAX. 3, 7, 11. 4, 5 ext. 2 adsurgendi officio. PETRON. 65. PLIN. nat. 16, 13 ludis ineunti ... adsurgi ... ab senatu in more est (SVET. Aug. 56 Claud. 6). STAT. Theb. 2, 60 adsurgit honori numinis. silv. 4, 2, 17. MART. 10, 10, 9 assurgam recitanti carmina? (QVINT. inst. 2, 2, 9. PLIN. epist. 6, 17, 2 saltem lassitudine sedendi). PLIN. epist. 1, 23, 2 *coni.* loco cedere. SVET. Iul. 78. GELL. 2, 24 *opp.* resido. APVL. apol. 37. CAPITOL. Maximin. 28, 1 *opp.* resideo. AVREL. VICT. vir. ill. 72, 6 *opp.* sedere (VVLG. Esth. 5, 9). HIER. in Mich. 2, 7 p. 518 Vall. honoremus episcopum, presbytero deferamus, assurgamus diacono. VVLG. gen. 31, 35 coram te assurgere nequeo. Iob 29, 8 senes assurgentes stabant (AVG. annot. in Iob Migne 34, 856). CLAVD. rapt. Pros. 2, 315 dominis intrantibus ... adsurgit Phlegethon. 21, 47. 24, 3. SVLP. SEV. dial. 2, 5, 8 adsurgere ... adstanti. 2, 5. 9 MACR. sat. 1, 7, 4. SIDON. carm. 6, 31 assurrexerunt Musae sub laude sororis. CASSIOD. var. 3, 20, 4 cui a nobis (*intellege cum Traube*: nostra causa) assurgitur.

hinc tropice adsurgere *alicui i. q. palmam deferre alicui.* VERG. georg. 2, 98 firmissima vina, Tmolius adsurgit quibus et rex ipse Phanaeus. SEN. dial. 4, 21, 8 pueritia ... maioribus adsurgat. epist. 64, 10 illos veneror et tantis nominibus semper adsurgo. ANTHOL. 198, 87 virtuti adsurgat ... voluptas. PANEG. 12, 4 Hispaniae uni quicquid laudatur assurgat. AVSON. 286, 1 Constantinopoli adsurgit Carthago priori. 410, 12 adsurgit musae nostra camena tuae. SIDON. epist. 4, 22, 2 ego Plinio ut discipulus assurgo. carm. 7, 145 assurexit huic coxit quod torridus auster ... Libycumque solum. ALC. AVIT. hom. 18 p. 129, 4 quilibet gemma⟨rum⟩ fulgor sinceritati aquae nitentis adsurgit.

II *tumescere crescere, de rebus corporeis.* VERG. georg. 2, 160 fluctibus et fremitu adsurgens Benace marino (SEN. benef. 4, 5, 3. GLOSS. Verg. IV 428, 8 adsurgens saeviens. *cf.* Aen. 1, 535. 10, 208). 3, 355 alto terra gelu late septemque adsurgit in ulnas. Aen. 4, 26 non coeptae adsurgunt turres. SEN. suas. 3, 1 *luna* pariter assurgit in cornua (3, 4). CVRT. 3, 4, 6 *iugum montis* a mari adsurgit. COLVM. 2, 2, 1 collem clementer et molliter assurgentem (TAC. ann. 13, 38 PLIN. epist. 8, 8, 2). PLIN. nat. 2, 160. 2, 162 Alpium vertices longo tractu ... adsurgere (AVIEN. or. 351). 2, 178 adsurgens fastigium *terrae* curvatur. 2, 198 *terra* intumescit adsurgens alternoque motu residit. 4, 66 *Delos* adsurgit Cynthio monte (PLIN. epist. 6, 31, 16 RVTIL. NAM. 1, 515). 6, 56 montes adsurgunt (MART. 8, 36, 5 AVIEN. Arat. 888 HEGES. 4, 16, 2). 22, 76 adsurgentium ... pulvinorum toros. 36, 80 *pyramis* Aethiopicis lapidibus adsurgit. 36, 90 in fornices quadrati lapides assurgerent. STAT. Theb. 6, 59. TAC. ann. 15, 38 incendium in edita adsurgens (CET. FAVENT. 16 flamma). PLIN. epist. 4, 30, 3 *fons* vel subtrahitur vel adsurgit; *syn.* crescit. 5, 6, 10 tantis glaebis ... solum ... adsurgit. NOVAT. trin. 8, 55 Migne 3, 925 fluctus assurgunt. AVIEN. ora 434 adsurgit ... cautes. orb. terr. 891 *mare* (HEGES. 4, 27). SYMM. epist. 9, 17 vel adhuc adsurgentia vel iam absoluta *opera fabrilia.* rel. epist. 10, 25, 3 posset provectus aedificationis adsurgere. AMM. 14, 8, 7. 16, 12, 43 pulvis ... adsurgens. AMBR. exam. 1, 8, 32 p. 33, 21 Vind. mundus adsurgens. 2, 1, 1 p. 41, 8. HIER. in Os. 3, 10 p. 112 Vall. aquas ... in spumam bullasque assurgentes. CARM. epigr. 909, 1 adsurgunt sacris fastigia tectis.

de partibus corporis humani: CELS. 2, 8 tumores ... desinunt, deinde rursus adsurgunt. 4, 1 arteria ... in gutture adsurgit, ceteris partibus residit. STAT. Theb. 4, 580 Tiresiae ... adsurgere ... canities. SEREN. 348 adsurgere mammas. *de herbis*: COLVM. 4, 6, 2 *virgas* adsurgentes. PLIN. nat. 13, 123 nartheca ... adsurgentem in altitudinem. 18, 144 quidquid in caule adsurgit, folia contrahuntur. 24, 59 *vitex* in arborem ... adsurgit. CARM. epigr. 1064, 3 tumuloque adsurgat amomum. AVIEN. orb. 998 CLAVD. 10, 244. ENNOD. op. 5 p. 392, 26 V. in humilitatis radice plantatum ad centenos fructus adsurgere. *de puero adulescente* STAT. silv. 2, 1, 125.

III *animo erigi (ad aliquid).* VERG. Aen. 10, 95 querellis haud iustis assurgis. 12, 494 adsurgunt irae. VAL. MAX. 8, 11 ext. 5 impetu cogitationis ... absumpto ... eius conatus adsurgere quo tendebant nequiverunt. SEN. Troad. 950 assurge allevа animum ... firma spiritum. dial. 4, 21, 3 spiritus ... adsurgit si laudatur. HOMER. 790 acrius assurgunt Troes ad ... bella. STAT. Theb. 1, 187 torva sub fronte minetur saevior adsurgens ... potestas. 10, 227 gaudet ... animoque adsurgit. QVINT. inst. 1, 8, 5 sublimitate heroi carminis animus adsurgat. 10, 1, 52 raro adsurgit Hesiodus. 10, 2, 22 nec comoedia in cothurnos adsurgit. PLIN. epist. 8, 4, 3 *ingenium* altissime adsurgat. FLOR. 1, 36, 10 in ultionem ... adsurgit (HEGES. 1, 26, 4 ad).

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Don. Ter. Phorm. 275 p. 457 Lind. mire assurrexit in fiduciam defensoris. Symm. epist. 3, 39 valetudinis ... vigor coepit adsurgere (8, 11 corporis. Ennod. epist. 4, 28 p. 118, 70 Vind.). 6, 19 adsurgo viribus. Amm. 17, 13, 34 contio ... vocibus festis in laudes imperatoris adsurgens (20, 5, 8). 29, 6, 11 Heges. 1, 26, 2. Avg. gen. ad litt. (Migne 34, 315) 4, 28, 45 a cognitione creaturae in laudem creatoris assurgitur. Oros. hist. 3, 1, 15 adsurgendo aegre ac misere recidendo confecta *spes*. Marc. com. chron. II p. 91, 17 contra fidem catholicam ... intumescens conatur adsurgere. Favst. Rei. grat. 1, 11 p. 38, 14 Vind. Alc. Avit. epist. 19 p. 53, 16 ad duplicanda quinque talenta de duobus additis adsurgentes. Ennod. epist. 1, 18 p. 29, 25 Vind. 6, 16 p. 158, 10 caritas ... adsurgat. 9, 6 p. 232, 15 ad culturam admonitionis adsurgere. op. 3 p. 357, 13. 4 p. 333, 9 proeliantes adsurgunt bucinis. 5 p. 395, 16 auris vanae laudationis adsurgere. Greg. M. epist. 9, 138 p. 136, 20 ad ... regimen ... adsurgere (14, 11 p. 430, 17). 9, 174 p. 170, 13 ad proferendum iudicatum. *de facientibus seditionem*: Oros. hist. 3, 23, 44 Bactrianos novis motibus adsurgentes. 4, 23, 8. *recenti usu latiore i. q. valere significat*: Greg. M. epist. 6, 32 p. 411, 1 *domini servos* redimere non adsurgant. 9, 13 p. 50, 10. 9, 69 p. 89, 8. 9, 124 p. 125, 24.

IV *translate*: *ascendere, sursum tolli*. Pavl. Fest. 99 *pusula* in coquendo pane solet adsurgere. Vell. 2, 51, 3 Hispanus in triumphum et pontificatum adsurgeret. Val. Max. 9, 3 ext. 1 *Alexander* illuc (*in caelum*) adsurgeret. Stat. Theb. 10, 203 *Amphiaraus* adsurgens ... tellure soluta. *de sideribus, sim.*: Verg. Aen. 1, 535 subito adsurgens fluctu nimbosus Orion. Germ. 217 rudis inde adsurgit (περιτέλλεται) imago *equi*. 494 huius (*orbis*) tres caelo partes adsurgere cernes (*Arat. 509*). Val. Fl. 5, 566 adsurgens nox aurea cingitur astris. Avien. Arat. 1291 Tauro ... adsurgente. Mart. Cap. 8, 818. 8, 821 assurgit *sol*.

structurae. unde assurgitur ablativo exprimitur, cf. p. 938, 9 et 17. pro ad *c. acc. apponitur* ad assurgere *dativus* Verg. Aen. 10, 95 Val. Fl. 3, 476, *cf. p. 938, 74. 937, 68. de infinitivo ab* assurgere *suspenso cf. p. 939, 19.* *Bickel.*

1. Assuri *num gen. nom. vir.?* Corp. VIII 3438 (*Lambaesi*) d. m. Assuri. *cf. nom. mul.* Asurih. *Diehl.*

2. Assuri, Assuria *v.* Assyrii.

Assurīm, אַשּׁוּרִם, *Ἀσσουριείμ. nom. tribus Arabicae, quae ab Abraham originem duxit.* Vvlg. gen. 25, 3 (*cf.* Hier. quaest. hebr. in gen. p. 39, 17 Asurim in negotiatores transferri putant ... alii ab hoc Asurim vocatos Syros esse contendunt.) I par. 1, 32. Hier. nom. hebr. p. 3, 6 Asurim nemus. p. 56, 25 Assurim ignis inluminationum (*cf.* Ezech. 27, 23, *ubi* Vvlg. Assur *legit*). Lib. geneal. chron. I p. 172, 259 Assyrin (assur *cod. T*). Evcher. instr. 2 p. 151, 7 Syros appellatos ab Assurim, filio Abrahae (Isid. orig. 9, 2, 50). *Plenkers.*

Assurīs, Assuritānus *v.* Assuras.

adsurrēctio, -ōnis *f. ab* adsurgere. Ambr. Abrah. 2, 7, 39 p. 595, 2 Vind. non corporalem adsurrectionem (assertionem *pars codd.*) significat, sed spiritalem. *Bickel.*

1. assus, -a, -um. [*cf. c. gr.* ἄζειν ἀζαίνειν, *sloven.* ozditi '*bracem torrere*'. *huc pertinere videntur* asum feret '*assatum (?) fert*' *in inscriptione marrucina, umbr.* aso fertu *tab. Iguv. 6ᵇ, 50. Th.*] *priscam formam* asom *v. p. 940, 2.* Varro ling. 5, 109 dictum 'assum' quod id ab igni assudescit ... sudandum assum destillat calore. Isid. orig. 20, 2, 22 'assum' quod ardeat, quasi 'arsum'. Gloss. ὀπτός. *vulgariter* assis: Chiron 958 in asse cerne esurienti cor illius.

1 *de cibis tostis vel sicce coctis* (*opp. saepe* elixus, *cf. etiam* patinarium *l. 59*): Plavt. Asin. 180 *piscis* nequam est nisi recens: is habet sucum, is suavitatem, eum quo vis pacto condias, vel patinarium vel assum, verses quo pacto lubet. Curc. 367 haec sunt ventri⟨s⟩ stabilimenta, pane[m] (*nom.*) et assa bubula, poculum grande. Most. 1115 elixus esse quam assus soleo suavior. Cato agr. 157, 24 assam brasicam. 157, 13 carnem assam (asinam *cod.*). Metell. Macr. sat. 3, 13, 12 altilia. Varro ling. 5, 109 *suillam* primo assam, secundo elixam, tertio e iure; *post opp.* elixum. Hor. sat. 2, 2, 51 si quis nunc mergos suavis edixerit assos. 2, 4, 38 *piscibus*. Cels. 1, 2 caro ..., quae assa optima aut elixa est. 1, 3 carne assa (1, 6. 2, 30. 3, 6. 4, 19, *passim apud* medicos, *cf.* Front. mil. 4, 1, 2). 2, 18 res eadem magis alit iurulenta quam assa, magis assa quam elixa. 2, 24 venatio ... utraque vel assa vel elixa. 2, 30 dura ova, magisque si assa sunt. 3, 9 suillam. 4, 8 pulmonem. 4, 26 assum aliquid, maximeque avem. 6, 6, 38 ubi id assum coquitur. Scrib. Larg. 221 ovorum assorum vitellos (*hoc passim*). Plin. nat. 19, 43 *laserpici* caule ipso et homines vescebantur modis omnibus decocto, elixo assoque. 20, 106 *flores bulborum* elixos assis minus utiles esse. 28, 200 lien bubulus ... assus vel elixus. 28, 202 iocur aprunum. 207. 208. 215. 262. 29, 91. 30, 59. 62. 30, 145. Apvl. apol. 39 *piscis* assus aut iurulentus. Tert. anim. 32 *Empedocles* assum se maluit in Aetnam praecipitando. Ambr. Cain et Ab. 2, 6, 20 pisces (Hier. epist. 120, 7. 108, 23). Vvlg. exod. 12, 8 carnes. 12, 9 I paral. 16, 3. Luc. 24, 42 piscis. Apic. 3, 93. Cael. Avr. acut. 2, 37, 205 panis. 2, 37, 209 perdices. 2, 20, 125 cibum ... assum atque ferventem. chron. 4, 2, 17 aneso. Sidon. epist. 2, 9, 6 edulia nunc assa, nunc iurulenta. Orib. syn. 4, 2 ova dura elixa, magis autem assa, adhuc magis (4, 17) frixa. 1, 20 sale. *inde neutr. subst.* **assum,** ī. Gloss. ὀπτόν. Inscr. aeris Praenestini Conway, ital. dial. I p. 322 asom fero. Varro ling. 5, 109 assum ..., elixum. 5, 120 Siculi dicunt κάτινον, ubi assa ponebant. Cic. epist. 9, 20, 1 integram famem ad ovum adfero, itaque usque ad assum vitulinum opera perducitur. Hor. sat. 2, 2, 73 simul assis miscueris elixa. Cels. 1, 3 transeundum paulatim ab assis ad elixa. Tert. anim. 32 exinde in illo (*Empedocle*) finita sit metensomatosis ut aestiva cena post assum.

2 *de rebus siccis*: Cic. Att. 12, 6, 2 pro isto asso sole, quo tu abusus es in nostro pratulo, a te nitidum solem unctumque repetemus. Serv. georg. 2, 417 quae maceriae fiunt de assis id est siccis lapidibus: unde et 'assae tibiae' dicuntur quibus canitur sine chori voce. Gloss. III 353, 79 assa cella ἀφιδρωτήριον. Cic. ad Q. fr. 3, 1, 2 in balneariis assa in alterum apodyterii angulum promovi. Cels. 3, 27, 3 tremor ... nervorum ... inimica etiam habet balnea assasque sudationes. *cf.* Altercat. Hadr. et Epict. quid est homo? balneo similis ... tertia cella assa perferentaria iuventus.

3 *de voce*: Non. 77 assa voce: sola vice (voce *Harl. Guelf.*) linguae tantummodo aut vocis humanae, non admixtis aliis musicis esse voluerunt. Varro de vita populi Romani lib. II: 'in conviviis pueri modesti ut cantarent carmina antiqua, in quibus laudes erant maiorum, et assa voce et cum tibicine (tub- *codd.*)'. idem Cato vel de liberis educandis: 'melos alter⟨n⟩um in cantibus est bipertitum: unum quod est in assa voce, alterum quod vocant organicon'. assum autem aestimandum est ut in obsoniis, sine pigmento saporis alieni, quemadmodum merum dicitur solum. Gloss. V 638, 36 assa voce: sola voce. Ps. Serg. gramm. IV 529, 23 (*ex Varrone*) in sono chordarum aut bucinarum assave (aliave *codd.*) voce cantantium. Ps. Ascon. div. Caec. p. 122 cani remigibus celeuma per symphoniacos solebat et per assam vocem id est ore prolatam et ... per citharam. *mutila sunt*: Pavl. Fest. 29 assa (*intellege* cantica) dicebantur cantus tibiarum, *debuit addere 'sine voce humana' vel simile, cf.* Serv. *supra l. 12.* 4 Schol. Iuv. 14, 208 assa nutrix dicitur quae lac non praestat infantibus, sed solum diligentiam et munditiam adhibet. 'nutricula sicca vetusta infantibus monstrat' (*versus Lucilii ut videtur*). *prave* Non. 57 assas nutrices difficilis multi existimant intellectus. at vero acri intentione potuimus indagare ob eam proprietatem officii eo nomine nuncupari, quod assint his quos nutriant nec vel exiguo divellantur, unde ⟨et⟩ asseculas. *ex* Nonio Gloss. V 649, 23. *v. Iahn ad Pers. p. 129.* Corp. VI 29497 d. m. Volumniae Dynamidi Volumnia C. f. Procla nutrici assae et lib(ertae). Ivv. 14, 208 hoc monstrant vetulae pueris repentibus assae. Fronto p. 103, 6 N. assae nutricis est infantem magis diligere quam adultum.

comp. semiassus.

2. *?* **ass**(**us**, -ī*?*) *vox fortasse germanica.* Lex Sal. 2, 3 si quis scroba (*i. scrofam*) in asso subbaterit [hoc est porcellos a matre subtrahit *add. Paris. 4758*] ..., narethalti ... culpabilis iudicetur. *V.*

3. Assus *v.* Assos.

adsuscipio, -ere. *ab* ad *et* suscipere. Acta Arv. a. 89 v. 20 in Capitolio ob vota adsuscipienda ... pro salute et redit⟨u⟩ et victoria imp. Caesaris Domitiani.

? **adsuscitare** requirere consociare Gloss. V 437, 31. cf. associo.

adsuspīro, -āre. *ab* ad *et* suspirare. Apvl. met. 4, 27 tunc fletibus eius adsuspirans anus sic incipit. 4, 25 sic adsuspirans altius infit. *Ihm.*

Assutalus *in pelvibus signaculo impressum.* Corp. XIII 10006, 8. *cf.* 10010, 182 (*in vasculis Gallicis*) Asuta. *Diehl.*

1. assyr *v.* asaratum.

2. Assyr, אַסִּיר, *Ἀσείρ* (*cod. A Ἀσήρ*), *nom. vir. hebr.* Lib. geneal. chron. I p. 186, 483 Chorae genuit Assyr, qui dicitur rogans (*cf.* Vvlg. exod. 6, 24 Aser). *Plenkers.*

Assyrānī *opp. Taurici incolae. cf. Ptolem.* Ἀσύρα. Plin. nat. 4, 85.

Assyriī, -ōrum, *Ἀσσύριοι*, **Assyrius,** -ī, *gens Asiatica. ad orthographiam: codd. passim exhibent pro* 'y' 'i', *raro* 'u' *veluti* Cic. rep. 3, 7 *in palimpsesto Vaticano* Assurios. *adde* Carm. epigr. 1185 (*Romae*) 9 petat Asurios, petat ille licebit Hiberos. Corp. XIV 1690 (*Ostiae*) Adsyrus (*cf.* Serv. georg. 2, 465). *ad declinationem*: Lib. geneal. chron. I p. 164, 74ᵃ Assyri *nom. plur.* Not. Tir. 53—55 Assyrus Assyria Assyricus. *accedit* Adsyrus *l. 68. unde sint appellati v. sub* Assur *p. 937, 27 sqq. et* Assurim *p. 939, 44 sq. adde haec*: Serv. georg. 2, 465 Assyrii populi sunt adiacentes Syriae. *cf.* Adsyrus *l. 68. interpretatio*: Ambr. parad. 17 Assyrii hoc est dirigentes. hoc enim significat interpretatio. Hier. nom. hebr. p. 2, 16 Assyriorum dirigentium (Avg. in psalm. 79, 1 Cassiod. in psalm. 75 praef.). *gens memoratur a Latinis inde a* Cic. *et* Hor. ars 118 Ov. met. 15, 393, *imprimis a* Plin. Vvlg. Eccl.: *sic appellantur tam angustiore sensu populi, quorum rex olim erat Ninus* (Geogr. *veluti* Mela 1, 14 Plin. nat. *alii*, Chron. Vvlg. Eccl.) *quam latiore sensu adscitis Parthis* (*cf. adi.* Assyrius *p. 941, 48 et 54 sqq.*) *ipsaque Syria, ut* Ov. met. 15, 393 Clavd. 28, 85. **A** *pluraliter*: **1** *laudantur*: rex Assyriorum *passim, saepissime* Vvlg. regina (Val. Max. 9, 3 ext. 4). Hier. chron. a. Abr. 1197 regni Assyriorum (Avg. civ. *14ⁱᵉⁿˢ*, regnum Assyrium *quater*. Svlp. Sev. chron. 1, 48, 1. 1, 50, 6 Oros. hist. 1, 12, 2. 2, 2, 2 Iord. Rom. praef. 3

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Rom. 49 ISID. orig. 5, 39, 7. 16). a. Abr. 1192 Assyriorum imperium (1198 IVST. prol. 1, 1 AVG. civ. 18, 2 ISID. orig. 9, 2, 3). TREB. POLL. Claud. 13, 3 tribuno Assyriorum. NOT. dign. or. 28, 33 *sub comite limitis Aegypti* ala secunda Assyriorum, Sosteos. HIER. chron. a. Abr. 1 regione Assyriorum (nom. hebr. p. 97, 29. 30 p. 113, 30). AVG. civ. 17, 23 terras. VVLG. Is. 27, 13 terra (Osee 11, 11). Ierem. 2, 18 via (Osee 13, 7). AMPEL. 12 opes. MACR. sat. 1, 21, 1 religione. SALV. gub. 7, 30 ferratae ... acies. VVLG. IV reg. 19, 35 castris (Iudith 9, 6. 15, 7. 16, 13 Sirach 48, 24 Is. 37, 36). Iudith 5, 1 militiae (13, 19). 15, 13 spolia. 2, 7 virtutis (14, 10). **2** *notanda*: CIC. div. 1, 2 *astrologiae inventores* (PLIN. nat. 7, 203). PLIN. nat. 5, 86 praefectura Mesopotamiae ab Assyriis originem trahens. 6, 41 Adiabene Assyriorum initium (SOL. 46, 1 MART. CAP. 6, 691). 6, 117 Mesopotamia tota Assyriorum fuit. EPIPHAN. metrol. 30 ab initio ... unum nomisma unus argenteus erat. hoc autem ab Assyriis coepit. HIER. in Is. 2, 5, 26 *sqq.* Assyrii atque Chaldaei in septentrionali plaga sint. in Zach. 1, 6 *sqq.* Assyrii ... et Babylonii ... habitant in terra aquilonis. VICTORIN. gramm. VI 194, 12 Assyrios *litterarum inventores* (AVDAX gramm. VII 325, 2). *cf.* PLIN. nat. 7, 192. HIER. in Is. 5, 19, 23 quos veteres Assyrios, nunc nos vocamus Syros a parte totum appellantes (ISID. orig. 9, 20, 50. *sim.* IVST. 1, 2, 13). *ex scriptoribus memorant hanc gentem praeter citatos*: FEST. 322 VELL. 1, 6, 1 TAC. hist. 5, 8 AMPEL. 10 SOL. 38, 2 AMM. IOS. Cassiod. c. Ap. SERV. Aen. 1, 729 *bis.* 6, 798 ecl. 6, 42 *bis* georg. 3, 27 SIDON. carm. 9, 26 MYTHOGR. 1, 1 MACR. sat. 1, 17, 66 *al.* **3** *translate*: **a** *pro Assyria*: RVF. FEST. brev. 2 oriens totus cum Mesopotamia Assyriis Arabia et Aegypto sub imperii Romani iura transivit. AMM. 23, 3, 1 per Assyrios. MYTHOGR. 2, 65 circa Assyrios. VVLG. gen. 25, 18 introeuntibus Assyrios. IV reg. 15, 29 transtulit eos in Assyrios (17, 6. 17, 23). *cf.* Is. 19, 23 erit via de Aegypto in Assyrios et intrabit Assyrius Aegyptum et Aegyptius in Assyrios. **b** *utpote astrologiae inventores*: TERT. apol. 26 regnaverant et Babylonii ante pontifices ... et Aegyptii ante Salios et Assyrii ante Lupercos. **B** *singulariter*: **1** *collective*: LACT. Phoen. 79 colligit hinc sucos et odores divite silva, quos legit Assyrius, quos opulentus Arabs. SIDON. carm. 5, 43. OROS. hist. 3, 20, 9. VVLG. Is. 14, 25 ut conteram Assyrium in terra mea (19, 23 *sqq.* Mich. 5, 5). **2** *singuli*: OV. met. 5, 60 Assyrius ... Lycabas. PLIN. nat. 30, 5 Assyrium Tarmoendam. NOT. Tir. 88, 53 *cf. p. 940, 70.* *nota translationem*: HOR. ars 114 intererit multum, divesne loquatur an heros ... Colchus an Assyrius (*i. ferox an mollis*). **3** *nom. serv. et cogn.*: CORP. VI 12557 Assyrio qui vix. ann. XXXXII *eqs.* XIV 1690 (*Ostiae*) Aur. Assyrio. *ibid.* M. Aur. Adsyrus. *sed vide* Adsyrus *in Thesauro I 824.* **4** *nom. gent., nisi potius cum* Asurius *gentilicio (cf.* Assius *p. 903, 77) comparandum*: CORP. X 7307 (*Panhormi*) ⟨F⟩l. Valentina et Assyrius ⟨C⟩harito. *adi.* **Assyrius,** -a, -um, Ἀσσύριος. *primum legitur apud* CATVLL. *pertinet tam ad Semiramidis regnum quam ad Syriam* (*cf.* HOR. carm. 3, 4, 31 SIL. 13, 886 IVST. 36, 2, 1. 18, 3, 3 *al. imprimis B*) *et Parthiam* (LVCAN. 1, 105. 8, 92. 234. 416. 427 CLAVD. 7, 35. 21, 51). **A** *in universum*: **1** *res*: CATVLL. 66, 12 finis ... Assyrios (AMM. 24, 1, 1). HOR. carm. 3, 4, 31 urentis harenas litoris Assyrii. SEN. Phaedr. 87 quidquid Assyria tenus tellure Nereus pervius rostris secat. LVCAN. 6, 52 populis (PRISC. perieg. 747). 7, 635 sanguis. 8, 292 Assyrias ... noctesque diesque. 8, 300 domos. *idem pro Parthicus*: LVCAN. 8, 92 Assyrios in castra tuli civilia casus. 8, 233 cladis. 415 fatis. 427 paci (CLAVD. 21, 51 SIDON. carm. 2, 75). VAL. FL. 5, 109 Assyrios conplexa sinus stat opima Sinope. STAT. silv. 3, 2, 121 sedes. MART. lib. epigr. 1, 2 labor. epigr. 5, 7, 1 Assyrios renovant incendia nidos una decem quotiens saecula vixit avis. IVV. 2, 108 orbe. APVL. mund 6 *mare.* IVL. HONOR. 10 geogr. p. 30, 1 campis (COSMOGR. 1, 10 geogr. p. 76, 15). IVST. 41, 1, 8 regna. *cf.* AVG. civ. 16, 12 regnum (18, 15. 21. 27). IVST. 18, 3, 3 Adsyrium stagnum ... incoluerunt (*optt.*, assyrium *dett.; an* ad Syrium *s.?*). AVIEN. orb. 534 axem. 949 terrae. AMM. 14, 8, 6 lingua. PRVD. psych. 60 thalamum. HIER. in Is. 6, 23, 15 gentis (5, 23, 1 CLAVD. 8, 308). CLAVD. 7, 35 caede (*i. Parthica*). 18, 58 ripae (*i. Syrae*). AVG. civ. 18, 2 res Graecae multo sunt nobis quam Assyriae notiores. PAVL. NOL. carm. 26, 169 vires. 9, 7 urbis (*i. Babylonis*). VLP. dig. 45, 1, 1, 6 *sermonem* (*i. Aramaeorum*). GILD. chron. III p. 39, 14 impetu. **2** *urbes, flumen*: LVCAN. 1, 105 Carrhas (*i. Parthicas*). AVIEN. orb. 1153 Assyrii ... ostia Thermodontis. PAVL. NOL. carm. 26, 255 Babylone. **3** *personae*: VELL. 1, 6, 6 principes. SEN. Herc. O. 553 puellae (*i. Europae*). Phoen. 125 regi (SIL. 13, 886 *i. Syrio.* SVLP. SEV. chron. I 50, 5 PAVL. NOL. epist. 23, 19 AVELL. p. 769, 27. 770, 15). *cf.* IVST. 36, 2, 1 *Damascus* Syriae nobilissima civitas, unde et Assyriis regibus genus et reginae Samiramidi fuit (AVG. civ. 18, 2 CASSIOD. chron. II p. 120, 4). TAC. hist. 5, 2 Assyrios convenas, indigum agrorum populum. HIER. chron. a. Abr. 1271 p. 81β accolas (PROSP. chron. I p. 393, 155). in Is. 3, 7, 18 *sqq.* habitatores. IOS. Cassiod. c. Ap. 1, 142 Semiramide. **B** *speciatim ad fruges, res ad cottidianum usum pertinentes, mores*: CATVLL. 68, 144 odore (SEN. Phaedr. 393). TIB. 1, 3, 7 odores. VERG. ecl. 4, 25 amomum (SIL. 11, 402 STAT. silv. 2, 4, 34 MART. 8, 77, 3). georg. 2, 465 Assyrio fucatur lana veneno (SIL. 11, 40). CVLEX 62 colore. CIRIS 440 ostro. HOR. carm. 2, 11, 16 nardo. OV. am. 2, 5, 40 ebur. COLVM. 10, 114 semine. LVCAN. 6, 429 Assyria scrutetur sidera cura. PLIN. nat. 11, 278 Assyrii mali (14, 7 nat. ind. 12, 7). 12, 15 malus. 11, 78 bombyce (ind. 11, 25). STAT. silv. 2, 6, 88 Assyrio manantes gramine sucos. 3, 3, 212 liquores. Theb. 6, 209 sucis. 2, 91 tapetibus. AVIEN. orb. 346 fucum. CLAVD. carm. min. 27, 87 acu (*cf.* MART. 14, 150 Babylonos acus). rapt. Pros. 2, 95 quae vellera tantum ditibus Assyrii spumis fucantur aeni. MACR. sat. 1, 23, 11 ritu. *huc pertinet* SIDON. carm. 17, 6 murex.

ab hac gente terra incolitur **Assyria,** -ae, Ἀσσυρία. *unde sit appellata*: ISID. orig. 14, 3, 10 Assyria vocata ab Assur filio Sem. *cf.* Assur. *ad structuram*: PLIN. nat. 7, 192 litteras semper arbitror Assyria fuisse. 16, 135 fastidit ... nata Assyria (natura syria *codd.*) malus alibi ferre. *contra* in Assyria: PLIN. nat. 11, 75. 13, 36 *sq.* *primus memorat* LYGD. 2, 24. *saepe* PLIN. nat. ECCL. PLIN. nat. 5, 66 Adiabene Assyria ante dicta. *cf.* AMM. 23, 6, 20 MART. CAP. 6, 678. PLIN. nat. 6, 121 pars Mesopotamiae Assyriaeque Babylonia appellata est (MART. CAP. 6, 701 *cf.* SOL. 56, 1). 13, 49 Seleucia Assyriae (HIER. chron. a. Abr. 2180). 18, 216 Assyriam et Babyloniam. 19, 49 Assyriae rex. TAC. ann. 12, 13 AMM. 23, 6, 15 *sqq. saepius.* SERV. ecl. 4, 25 CHRON. OROS. hist. 1, 2, 17. 3, 20, 8. 7, 15, 3. LYGD. 2, 24 eoique Arabes dives et Assyria. AMM. 25, 4, 13 tepentem. 23, 6, 15 celebritate et magnitudine et multiformi feracitate ditissima. IORD. Rom. 12 antiqua. IVL. HONOR. 5 geogr. p. 25, 9 provincia (COSMOGR. 5 geogr. p. 73, 58 Syria). EVTROP. 8, 3, 2 *Traianus* tres provincias fecit, Armeniam Assyriam Mesopotamiam (8, 6, 2 RVF. FEST. brev. 14 *bis.* 20 [IORD. Rom. 270] HIER. chron. a. Abr. 2129. 2133 AVG. civ. 4, 29). *ut fit dicitur pro* Assyrii: LYGD. *l. 18* PLIN. nat. 13, 39 *cf.* 18, 247 *sq.* 255. 268 *sq.* 309 *bis.* 311. *cf. Bezold, PW. II 1751 sqq.* **Assyria,** -ae *nom. mul.* AMM. 18, 3, 2 *Barbationi* uxor erat Assyria nomine. *adi.* **Assyricus,** -a, -um, Ἀσσυρικός *cf. p. 940, 70.* *Diehl.*

Assyrin *v.* Assurim.

ast. [*inc. orig. Th.*], *cf. Jordan, krit. Beitr. p. 302.* ast *syllabam positione, non natura longam esse repetunt* CLED. gramm. V 28, 30 PS. ASPER V 548, 17 BEDA VII 229, 28 *alii.* ast *ut* at *semper primum sententiae locum tenere docet* POMP. gramm. V 269, 13, *cf.* GRAMM. suppl. 57, 28. 157, 30 *sqq., at vide locos p. 944, 16 compositos.* adst *frequentatur in codd. hispanis.*

I *usus antiquus (cf. Bücheler, Fleck. Jahrb. 79, 1859, 765; R. Schöll, legis XII tab. rell. p. 108; Jordan, krit. Beiträge p. 290).* *protasi duplici*, *cf.* GLOSSAM *optimam* II 22, 10 ἐὰν δέ: LEX Servi Tulli Fest. 230 si parentem puer verberit, ast olle plorassit, [paren] puer divis parentum sacer esto. LEG. XII tab. 5, 7 si furiosus escit, ast ei custos nec escit, adgnatum gentiliumque in eo pecuniaque eius potestas esto (*protasis altera seorsum tradita*). 10, 9 cui auro dentes iuncti escunt, ast im cum illo sepeliet uretve, se fraude esto. ACTA ARV. *repetuntur singulis annis precationes hae similesve*: Iuppiter o. m. Capitoline, si imp. Caesar ... vivet ... eumque ... servaveris ex periculis ... eumque in eo statu aut eo meliore servaveris custodierisque aeternitate(m) imperi ... ut voti compotem rem publicam saepe facias, ast tu ea ita faxis, tum tibi bove aurato vovemus esse futurum (*haec plene tradita sunt ad a. 86 ian. 22, ad alios annos pro* ast tu *passim legitur* astu) *et altera compendiaria*: Iuno regina, quae in verba Iovi o. m. bove aurato vovi esse futurum, quod hoc die vovi, ast tu ea ita faxis, tum tibi ... bove aurata voveo esse futurum (*plene tradita ad a. 38, ibidem similis ad Minervam, alibi ad alios deos*). LEX VRSON. 1, 3, 6 si quis in eo vim faciet, ast eius vincitur, dupli damnas esto. PLAVT. Capt. 683 si ego hic peribo, ast ille, ut dixit, non redit, at erit mi hoc factum mortuo memorabile. *protasi simplici*: CIC. leg. 3, 9 ast quando duellum gravius ⟨gravioresve⟩ discordiae civium escunt, oenus ne amplius sex menses ... idem iuris quod duo consules teneto. *ibid.* ast quando consules magisterve (-stratusve *codd.*) populi nec erunt, reliqui magistratus ne sunto. 3, 10 *senatus* decreta rata sunto, ast potestas par maiorve prohibessit, perscripta servanto (*haec tamen turbata esse videntur*). *ibid.* ast quid erit quod extra magistratus coerari oesus (*in his variant codd.*) sit, qui coeret populus creato. 3, 11 ast quid turbassitur in agendo, fraus actoris esto. ACTA lud. saec. Aug. 125 Iuno regina, ast quid est qu⟨o⟩d meli⟨us sit p. R. quiritibus ... matres familias⟩ nuptae genibus nixae te u⟨ti faxis quaesumus⟩ *et similiter in* lud. sept. 4, 10. *in apodosi*: PRECATIO Appi Liv. 10, 19, 17 Bellona si hodie nobis victoriam duis, ast ego tibi templum voveo. *in periodo non condicionali*: CIC. leg. 2, 19 divos et eos, qui ..., colunto et ollos, quos ..., ast olla, propter quae .... *priscum usum cum ne grammatici quidem intellegerent* (CHAR. gramm. I 229, 30 *ex Romano*: ast apud antiquos variam vim contulit vocibus pro atque, pro ac [*? cf. tamen* GRAMM. suppl. 57, 18. 169, 4], pro ergo, pro sed, pro tamen, pro tum, pro cum, ut in glossis antiquitatum legimus scriptum), *vide ne omnia exempla ubiubi* ast *non pandit alteram protasin, adulterent usum genuinum, quem simpliciter copulativum fuisse veri simile est (Bücheler, Rhein. Mus. 33, 1878, 22; Skutsch, Jahrb. Suppl. 27, 89, 1). ut de Cicerone Livio ve taceam, notabile etiam precationes ludorum saecularium redire ad male intellecta schemata compendiaria fratrum arvalium.*

II *usus recentior, quo* ast *sumitur pro* **at.** PAVL. FEST. 6 ast significat at sed autem. GLOSS. δέ, δή; ast ego: ἐγὼ δέ, ἐγὼ δή;

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

verum; ast illa: verum illa *sim.* (IV 471, 10 statim *et* V 541, 5 post *videntur redire ad exempla epica qualia* VERG. Aen. 3, 330. 12, 951, *cf. etiam* georg. 3, 235, *ubi pro* post *M habet* ast). *non sat certa videntur prisca haec*: ENN. ann. 258 ast ⟨h⟩ic, quem nunc tu tam torviter increpuisti. 319 ast occasus ubi tempusve audere repressit (221 ast *Vahlen*). PLAVT. Merc. 246 atque oppido hercle bene velle illi visus sum, ast non habere cui commendarem capram. Trin. 74 aut si demutant mores ingenium tuom neque eos antiquos servas, ast captas novos (*versus spurii*). ACC. trag. 260 *aether sole* splendet saepe, ast idem nimbis interdum nigret. *deest apud* LVCIL. TER. *antiquum colorem affectant* (*nota imperativos et* ast tu): CIC. Att. 1, 16, 17 crebras a nobis litteras exspecta, ast plures etiam ipse mittito. 3, 15, 6 quid enim vides agi posse aut quo modo? per senatumne? ast tute scripsisti. 6, 5, 2 hoc tu indaga, ut soles; ast ⟨h⟩oc (astu. hoc *Leo*) magis .... 13, 40, 1 Brutus ... iis litteris, quas ad me: 'ast vellem aliquid degustasse⟨s⟩ de fabulis. 15, 4, 1 sed non cupio .... rides? ast (aps *M*) condoleo non mea potius adsiduitate ... perfici. 16, 6, 1 cogitaremus, corbitane Patras an actuariolis ad Leucopetram ... ast inde Corcyram et, si oneraria, statimne freto an Syracusis. *plane inepte* Arat. progn. 2 ast autem tenui qua candet lumine phatne (σκέπτεο καὶ φάτνην; PRISC. gramm. III 287, 7 δή ... quomodo apud nos 'vero' et 'autem'. GRAMM. suppl. p. CLXXXIV 20).

pro at *receptum poetis Augusteis* (*non habent* CATVLL. LVCR. TIB. PROP. HOR. carm.), *v. Leo, Seneca I p. 214sqq. saepe ponitur, ut res fert, in versuum initiis; notanda* ast ... contra *et* ast enim TER. MAVR. (*p. 944, 1 et 12*): HOR. sat. 1, 6, 125 ad quartam iaceo; post hanc vagor aut ... ungor olivo .... ast ubi me fessum sol acrior ire lavatum admonuit, fugio campum. 1, 8, 6 fures dextra coercet obscaenoque ruber porrectus ab inguine palus; ast importunas volucris in vertice harundo terret. epod. 15, 24 translatos alio maerebis amores, ast ego vicissim risero (*metro non flagitatur*). VERG. Aen. 1, 46 *Pallas stravit Graecos invisos*, ast ego quae divum incedo regina ... una cum gente tot annos bella gero? (7, 308 ast ego). 1, 116 excutitur pronusque magister volvitur in caput, ast illam (*navim*) ter fluctus ibidem torquet agens circum. 2, 467 *turris* Dunaum super agmina late incidit. ast alii subeunt. 3, 330 me ..., ast illum. 3, 410 ubi transmissae steterint trans aequora classes ..., ast ubi digressum Siculae te admoverit orae ventus. 4, 488 solvere mentes quas velit, ast aliis duras inmittere curas. 5, 468 dixit ..., ast illum. 5, 509 oculos telumque tetendit. ast ipsam ... avem contingere ferro non valuit. 5, 676 adcelerat simul Aeneas ..., ast illae ... diffugiunt. 6, 316 nunc hos, nunc accipit illos, ast alios ... arcet. 7, 395 ventis dant colla comasque, ast aliae tremulis ululatibus aethera complent. 9, 160 bis septem Rutuli ... delecti, ast illos centeni quemque sequuntur. 9, 724 multos ..., ast alios. 10, 173 sescentos illi dederat Populonia mater expertos iuvenes, ast Ilva trecentos insula. 10, 742 nunc morere, ast de me divum pater ... viderit. 11, 293 coeant in foedera dextrae qua datur, ast armis concurrant arma cavete. 12, 951 ferrum adverso sub pectore condit fervidus. ast illi solvuntur frigore membra. [CVLEX 300 ferit ast illum *corrupta*.] OV. met. 6, 685 precibus mavult quam viribus uti. ast ubi blanditiis agitur nihil, ... dixit. 7, 241 dexteriore Hecates, ast laeva parte Iuventae. 11, 461 ast (at (*Nς*) iuvenes. Pont. 3, 2, 69 alter Orestes, ast Pylades alter. *praevalet igitur omnino usus ante vocalem; ante consonam traditur* VERG. Aen. 10, 742 OV. met. 7, 241. 11, 461 Pont. 3, 2, 70, *quae exempla delere non ausim, postea* GERM. Arat. 211 ast (*sic CS*, et *O*, est *E*) cervix. EPIC. Drusi 218 ast pedes (*sic cod.*). PERS. 6, 27 ast vocat *in α*. SIL. 11, 190 ast delecta. 14, 679 ast reliquum. 16, 625 ast tanto. HOMER. 179(?). 199(?). STAT. Theb. 2, 668 ast tamen. CARM. de Pero (Not. d. scavi 1900 p. 200) ast liquidus. CLAVD. 22, 58 ast (at *pars codd.*) Stilicho. CARM. adv. Marc. 4, 193 ast quater. POET. min. V 64, 27 ast placidum. VEN. FORT. carm. 5, 573 ast Iudaea manus. CARM. epigr. 640, 6 (*saec. IV*) quattuor ast dederat. *ante vocalem celeberrimae copulationes*: ast ego: HOR. epod. 15, 24 VERG. Aen. 1, 46. 7, 308 OV. met. 12, 439. 13, 878 Pont. 4, 12, 3 LVCAN. 8, 279. 10, 197. 262 PERS. 2, 39 VAL. FL. 3, 326. 5, 645 (*suppletum*) SIL. 4, 826. 8, 229. 9, 161. 16, 204 STAT. Theb. 3, 212. 7, 215. 8, 61 silv. 1, 4, 19. 3, 1, 61. 3, 2, 142. 4, 2, 5 Ach. 1, 634 IVV. 8, 46 *passim*. ast egomet: STAT. Theb. 10, 811 Ach. 1, 947. ast hic: SIL. 12, 116. 17, 484 STAT. Theb. 2, 458 silv. 2, 1, 220 IVV. 3, 69 AVIEN. Arat. 1044 SIDON. carm. 2, 129. 23, 18 CARM. epigr. 1355, 9. ast hinc: AVIEN. orb. 291 ora 108 CARM. epigr. 712, 15. ast ille *sim.*: VERG. Aen. *sexies*, MANIL. 3, 227 SEN. Herc. f. 1006 Thy. 721 Herc. O. 1752 LVCAN. 7, 608. 8, 151. 9, 49 PERS. 6, 74 VAL. FL. 3, 115. 188. 227. 5, 371. 407. 6, 503 SIL. 1, 448. 574. 4, 383. 9, 120 HOMER. 676 STAT. Theb. 1, 248. 2, 410. 3, 93. 4, 697. 6, 119. 278. 658. [8, 612 gemit *P*, ast *recc.*] 10, 780. 11, 226 silv. 1, 2, 79 IVV. 15, 78. 16, 48 PRVD. apoth. 781 istud tumulis, ast illud abysso. VERSVS ap. Lact. inst. 1, 10, 6 *passim*. ast iste: AVIEN. Arat. 1001. ast ipse *sim.*: VERG. Aen. 5, 509 VAL. FL. 4, 568 [SIL. 10, 546 *corruptum*] TER. MAVR. 158. ast alius *sim.*: VERG. Aen. *quinquies*, MANIL. 2, 779 GERM. 303 LVCAN. 3, 565. 754 VAL. FL. 1, 835. 2, 239 SIL. 6, 560. 7, 446. 13, 610. 14, 381 STAT. Theb. 1, 520. 5, 383 Ach. 1, 885 IVV. 6, 67 *passim*. ast altera: SIL. 13, 203 PRVD. cath. 6, 65. ham. praef. 7 alter, ast alter. TER. MAVR. 192 ast altera contra. ast ubi: HOR. sat. 1, 6, 125 OV. met. 6, 685. 8, 871 fast. 4, 637 GRATT. 85 GERM. frg. 4, 119 LVCAN. 6, 538 VAL. FL. 6, 95 SIL. 1, 123. 10, 353. 12, 175 STAT. Theb. 2, 41. 4, 431. 5, 340. 7, 438. 9, 699. *passim*. ast ibi: STAT. Theb. 11, 351 SEDVL. pasch. carm. 5, 378. *liberius iunctum*: HOR. sat. 1, 8, 6 ast importunus. VERG. Aen. 10, 173 ast Ilva. 11, 293 ast armis. GRATT. cyn. 418 inde lavant aegros: ast (*sic Vind.*, est *vulgo, fortasse recte*) ira coercita morbi laxatusque rigor. VAL. FL. 4, 407 ast Erebi. 6, 333 ast epulae. 8, 363 ast inter (PRISC. perieg. 190). SIL. 2, 183 ast Ithacus. 12, 471 ast aeque. 14, 31 ast eadem. 14, 58 ast Aetna. IVV. 15, 165 ast homini (IVVENC. 2, 17 DRAC. laud. dei 1, 335). TER. MAVR. 957 ast enim. LACT. Phoen. 142 ast ungues. AVIEN. Arat. 503 ast ecus. 1333 ast orbis. orb. 839 ast Asiam. SIDON. carm. 15, 125 ast Epicureos. PRISC. perieg. 231 ast ortus. 264 ast ambas (338). 548 ast Asiae (614. 623. 629). 583 ast oleo. *secundo loco positum*: VAL. FL. 5, 548 acribus ast illos curis mora saeva trahebat. 6, 197 incipit hasta ante Melas, levis ast abies elusit utrumque. 8, 255 gramineis ast inde toris discumbitur. AVIEN. Arat. 633 advolat ast aliud. 870 certior ast ollis. 967 secat ast alium. orb. 822 vastius ast (est *codd.*) Asiae. PRISC. perieg. 42 mortuus ast (est *codd. dett.*) aliis. 63 fluctuat ast alter. CARM. epigr. 640, 6 (*p. 943, 63*).

in oratione pedestri a poetis assumptum: PETRON. 99 ast ubi (*in declamatione, nisi subsunt versus*). [QVINT. inst. 1, 10, 7 'fuit aliquis sine iis disertus' sed (ast *Bern.*) ego oratorem volo.] GELL. 1, 9, 5 ast ubi res didicerant. APVL. met. 9, 7 ast illa. IVL. VAL. 3, 36 ast alii. EPIST. Alex. ad Arist. p. 204, 6 ast (*om. codd. antiquiores*) et ad Herculis ... trophaea me deduxit. CHALC. transl. 36 ast illa (37 comm. 220). AVR. VICT. Caes. 4, 5 ast ubi (8, 6). AMBR. hexam. 3, 34 ast ubi (4, 21). AVG. civ. 22, 8 p. 572, 20 ast ubi. MART. CAP. 1, 73. SIDON. epist. 4, 6, 2 ast ego (7, 14, 7). BOET. arithm. praef. p. 4, 11 ast alius. ENNOD. epist. 1, 22 p. 34, 7 ast ubi (opusc. 3 p. 379, 5). FVLG. myth. praef. p. 9, 2 ast ubi. *V.*

1. asta *v.* hasta.

2. ? asta. VARRO ling. 7, 54 carere a carendo, quod eam (*lanam*) tum purgant ac deducunt, ut careat spurcitia, ex quo carminari dicitur tum lana, cum ex ea carunt (carent *cod. Flor.*) quod in ea haeret neque est lana: quae in Romulo NAEVIVS (praetext. 3) appellat asta (*sic trad.*, casca *Hermann*, casta *Bücheler*). *Ihm.*

Asta *v.* Hasta.

Astabarī *gens.* ISID. orig. 9, 2, 16 Sabata a quo Sabateni qui nunc Astabari nominantur. *cf.* Atramitae. *Diehl.*

adstabilis NOT. Tir. 24, 49ᵃ. *Ihm.*

Astabores, *nunc* Atbara, *fluv. Aethiopiae, de quo cf. Pietschmann, PW. II 1772.* MELA 1, 50 *Nilus* cum diu simplex saevusque descendit, circa Meroen late patentem insulam in Aethiopiam diffunditur alteraque parte Astabores, altera Astape dictus est. PLIN. nat. 5, 53 Astobores, *cf.* Astusapes *sub* Astansobas. SOL. 32, 7 Astabores. VITR. 8, 2, 6 Astoboam. IVL. HONOR. 45 geogr. p. 48, 12 fluvius ... Astaboris. rec. B geogr. p. 49, 1 fluminis Astroboris (10 -i *abl.* 11 *nom.* 13 *nom.* 16 *gen.* p. 50, 1 *gen.*).

Astacadēs *v.* Ascatades.

Astacae *gens Scythica, Ptolemaeo* Ἀσιῶται. PLIN. nat. 6, 50. *v. Tomaschek, PW. II 1606.*

Astacana *opp. Bactrianes.* AMM. 23, 6, 58 *trad.* Astatia et Menapila, *Ptolemaeo* Ἀστακάνα *et* Μεναπία. *sed cf.* Astacides Menalippus STAT. Theb. 8, 718 *sub* Astacos *2.* *v. Tomaschek, PW. II 1773.*

Astacanī, -ōrum *gens Indica.* SOL. 52, 24 Astacanorum gens. PLIN. nat. 6, 79 Aspaganos gentem. *v. Tomaschek, PW. II 1773 sub* Astakenoi. *cf.* Astaceni.

Astacenī, -ōrum *gens Parthica.* PLIN. nat. 2, 235 *naptha* circa Babylonem et in Astacenis Parthiae profluens bituminis liquidi modo. *cf.* Astacani.

Astacēnus sinus *v. sub* Astacos *1.*

fluvius **Astacēs.** PLIN. nat. 2, 230 in Ponto fluvius Astaces (Asiaces *Detlefsen*) rigat campos.

astachus *v.* astacus.

Astaciae, -ārum, *Byllide in Macedonia.* CORP. III 600 viam pub⟨licam⟩, quae a col. Byllid. per Astacias ducit.

Astacius, -ī *nom. vir. cf.* Astacos *et* Astactus. CORP. VI 10206 *in opere musivo lorario (?) et retiario adscriptum est* Astacius.

Astacos (-us, -um), -ī, Ἀστακός. *cf.* Astacius. **1** *oppidum Bithyniae*: MELA 1, 100 Astacon a Megarensibus conditam. PLIN. nat. 5, 148 fuit et Astacum *oppidum Bithyniae*, [unde] et ex eo Astacenus idem sinus. HIER. chron. a. Abr. 1306 Nicomedia condita, quae prius Astacus vocabatur. *cf.* TREB. POLL. Gall. 4, 8 AMM. 22, 8, 5. *hinc appellatus est* **Astacēnus** sinus, Ἀστακηνὸς κόλπος. PLIN. nat. 5, 148. 149. CASSIOD. hist. 7, 30 in medium sinum, qui vocatur Astacenus. *cf. Ruge, PW. II 1774, 2.* **2** *nom. mythicum.* **a** CALPVRN. ecl. 2, 1 intactam Crocalen puer Astacus et puer Idas, Idas lanigeri dominus gregis, Astacus horti, dilexere diu. **b** *heros Thebanus, de quo cf. Bethe, PW. II 1775, 3.* SCHOL. Ov. Ib. 515 Menalippus fuit quidam Thebanus filius Astaci. *a quo patronymicum* **Astacidēs,** -ae. STAT. Theb. 8, 718 Astacides Melanippus (mena-

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

lippus *PBM*). 8, 725 *et* 746 Astaciden *ante conson.* Ov. Ib. 515 Astacidae *e coni. ex* SCHOL. *ad l.* *cf.* Astacana.

Astactus, -ī *nom. vir. cf.* Astacius. CORP. VI 33949ᵃ (*descr. Hülsen*) Astactus hortator prasini. *Diehl.*

astacus, -ī, *m.*, ἀστακός. ISID. orig. 12, 8, 9 Graeci *locustam* tam maritimam quam terrestrem astacon appellant. PLIN. nat. 9, 97 cancrorum genera caravi, astaci, maeae. APIC. 2, 37 isicia fiunt marina de cammaris et astacis. EVSTATH. hexaem. 7, 2 ea quae mollitestia vocantur, id est astaci cercini et his proxima. POL. SILV. chron. min. I p. 544, 10 (*inter nomina natantium*) astachus. ORIBAS. syn. 4, 12. 27 astaci. 4, 17 astacus. **astago,** -inis. [*ex* astacus *mutatum. Th.*] PLIN. VAL. 5, 16 ostracoderma, id est astagines et cirridas et pectines. 5, 27 (*de maritimis piscibus*) etiam astago datur (5, 8 *et* 19 *legitur* astaces). [*venet.* astese. *M.-L.*] *Ihm.*

Astadium *cogn. mul.* CORP. XI 593 (*Fori Popili*) Misetia C. l. Astadium.

Astae *v.* Astures. **astafis** *v.* astaphis.

astago *v. sub* astacus. **Astagus** *v.* Athesis.

Astania, -ae *nom. mul. barb.* CARM. epigr. 1836 (*Tipasae Maurorum*) heu memoranda bonis Astania dignissima caelo nobilis et atavis clarissima femina magnis.

Astānsobās, -ae, *Straboni* Ἀστασόβας, *pars Nili in Aethiopia.* VITR. 8, 2, 6 *Nilus* circumcingit Meroen, quod est Aethiopum Meridianorum regnum, ab hisque paludibus se circumagens per flumina Astansobam et Astoboam et alia plura pervenit per montes ad cataractam. PLIN. nat. 5, 53 *Nilus* Astobores laevo alveo dictus, hoc est ramus aquae venientis e tenebris, dextra vero Astusapes (SOL. 32, 7 Astosapes), quod lateris significationem adicit (*cf.* Astapus). MELA 1, 50 Astape. *Diehl.*

adstantia, -ae *f.* GLOSS. II 399, 20 παρουσία adstantia prestantia. III 423, 73 ἐπιστασίαι adstantiae.

I *proprie*: *assistere, stare, manere, adesse*: GLOSS. παρίσταμαι: adsisto, adsto. astare: consistere. adstat: praesens est. adstans: inante stans. adstante: ἐπιπαρόντος. SERV. Aen. 3, 123 adstare: esse; quod tunc significat, quando de his loquimur, quae cadere non possunt; ut si dicas terras adstare. *absol. vel additis adv. vel casibus relationis* (*dat., acc. cf.* PAVL. NOL. carm. 18, 453) *vel praepos.* (ad, adversum, ante, apud, contra, in *c. abl.*, inter, intra, iuxta, pro, prope, propter, super). 1 *de animantibus*: a *de hominibus*: NAEV. trag. 50 vos qui astatis obstinati (FEST. 193, 13). PLAVT. Amph. 747 tute istic *dixisti* etiam adstante hoc Sosia. Asin. 703 asta ..., ut consuetus es puer olim. 710 asta, ut descendam nunciam in proclivi. Pers. 273. Capt. 2 qui astant, hi stant ambo, non sedent. Aul. 514 (*bis*) *et* 516 (*bis*). Cist. 291 astans somnias. Men. 395. Cist. 319 haec ubi astat. Stich. 464. Cas. 737 mane atque asta. Cist. 597 asta atque audi (PACVV. trag. 202 *ap.* CIC. ac. 2, 88 age adsta, mane audi). Mil. 1022 patere atque asta. Epid. 63 asta, abire hinc non sinam. 674 si [propius *P*] astes. Cas. 728 etiamne adstas? Men. 697 Most. 522. Merc. 130 at etiam asto (assto *CD*)? Most. 324 cave, ne cadas, asta. Pers. 224 asta. :: at propero. Pseud. 863 si iste ibit, ito, stabit, astato simul. Most. 1172 viden, ut astat furcifer? Aul. 528 miles inpransus astat. Cas. 228 tristem astare aspicio. Rud. 309. Epid. 691 ego solutus asto. 716 vinctus. Poen. 1250 ita stupida sine animo asto (TVRPIL. com. 75 erus stupidus adstat). Pseud. 394 tu astas solus. Mil. 1021 hic astabo tantisper. Vid. 68. Asin. 460 sic sine *argento* astet. Bacch. 1134. Capt. 637 ego miser vix asto prae formidine. Trin. 1059 asta ilico. Aul. 56 istic astato (adasto *codd.*). Rud. 836 illic astato ilico. Most. 1064 ilico intra limen isti (*adv.*) astate (istastate *A*, astate illic *P*). Men. 331 te hic adstare. 332. Merc. 468 *et* 773 Rud. 314 *et* 585. Poen. 261 quid hic, malum, astans opstipuisti? Mil. 446. Stich. 310 vide quam dudum hic asto. Bacch. 451 quem astantem video ante ostium? Truc. 175. Bacch. 978 ante portam. Men. 633 ante aedis. 676 (asst- *CB*²) Merc. 808. Most. 768 quasi flagitator astat usque ad ostium. Pers. 13 contra me astat (*bis*). 208. Bacch. 815 in eopse (eo ipso *codd.*) adstas lapide. Cist. 331 meretricem astare in via solam. Men. 56 uno asto in loco. ENN. trag. 243 asta atque ... contempla. sat. 15 (VARRO ling. 7, 35 FEST. 309, 5) subulo quondam marinas propter adstabat plagas (aquas VARRO). TER. [Haut. 960 *pro* esse *vulg.* adstare.] Phorm. 607 patruom video cum patre astantem. ACC. trag. 342 apud ipsum adstas (adistas *codd.*). CARM. epigr. 52, 1 hospes ... asta ac pellige. CIC. har. 12 maxima frequentia ... civium astante. p. red. 1, 26 astante atque audiente Italia tota. LVCR. 1, 89 maestum simul ante aras adstare parentem. 3, 883 sensu suo *corpus* contaminat astans. CAES. civ. 2, 20, 4 adstante et inspectante ipso *Varrone*. SALL. frg. 1, 126 super adstantium manibus in murum attollitur. VERG. Aen. 1, 152 silent arrectisque auribus adstant (*affert* QVINT. inst. 12, 1, 27). 2, 303. 3, 677 cernimus adstantis ... Aetnaeos fratres (*i. Cyclopas*). 7, 72 iuxta genitorem adstat Lavinia virgo. 9, 674 ipsi intus dextra ac laeva pro turribus adstant. 10, 883 ter circum adstantem ... equitavit. 12, 133 alii *senes* portis sublimibus adstant (instant *R*). OV. epist. 2, 129 minus et minus utilis asto. 19, 106 nunc quoque Mygdonia flebilis adstat humo. met. 2, 147 solidis etiam nunc sedibus adstas (*sc. Phaethon*). 5, 114 *Lampetiden* procul adstantem. Pont. 2, 5, 51 silens adstat. FEST. 310, 9 astantibus centurionibus. SEN. Herc. f. 356 iuxta praesides astat deos *Megara*. 1172 en nudus asto. Oed. 34 inter ruinas urbis ... incolumis asto. Phoen. 167 tu, parens, ubicumque poenarum arbiter adstas mearum. ASCON. Corn. 70 astat (alia *codd.*) populus confusus. PETRON. 141 astante populo. PLIN. nat. 22, 11 adstantibus Mario et Catulo cos. 25, 52 cui (*Druso*) ante omnis plebs adstans plausit. 35, 27 adstante (adstantem *codd.*) cum baculo sene (*pictura describitur*). CORP. IV 1190 adstante Vesbino. ACT. Arv. Corp. VI a. 59 Ian. 12 v. 50 in Pantheo astantibus L. Calpurnio L. f. Pisone mag(istro), C. Vipstano Aproniano cos. a. 58 Ian. 11 v. 23. a. 60 Ian. 11 v. 33. a. 78, 16 adstantibus fratribus Arvalibus. *ibid.* 23. a. 69, 1, 18 *et* 1, 55. *sim. saepius.* a. 87, 1, 23 adstante collegio ⟨fratrum⟩ Arvalium. SIL. 6, 661 princeps Poenis ... Appius astabat pugna (*picturae porticus describuntur*). 9, 328 quis astare loco dederat Fortuna secundo. 10, 359 videbatur ... sibi (*Hannibal somnians*) ... insultans astare ad moenia Romae. 11, 204 Poenus astabat muris. 11, 63 ultorem ante oculos atque ora astare (*Hannibalem*) repulsae. 12, 567 celsis astans in collibus. 17, 31 si qua illaesi sibi corporis astat conscia. 419 Graia phalanx ... iunctis astabat nulli penetrabilis hastis. 645 astans curru. STAT. Theb. 3, 365 trepidi de sedibus adstant Inachidae. 5, 316 prope maesta rogum ... adsto. 6, 291 vultu mitior adstat Aegyptus. TAC. hist. 4, 81 erecta quae adstabat multitudine. ann. 3, 14 tot adstantium visu. 4, 56 omnes, qui adstabant. 11, 30. 13, 5. 15, 16. 15, 66. Agr. 36 aegre clivo adstantes (egra diu aut stante *trad.*). ann. 14, 8 cui (*cubiculo*) pauci adstabant. 2, 37 filiis ante limen curiae adstantibus. 4, 62 qui circum adstabant. 14, 5 Gallus haud procul gubernaculis adstabat. SVET. Aug. 79 ex comparatione astantis alicuius. Tib. 17 senatu astante. 72 astante lictore. Nero 25. Galb. 10. Tib. 32 salutandi sui causa pro foribus adstantem. Otho 3. Tit. 2 qui tunc prope astabat. APVL. met. 2, 14 nos omnes circumsecus adstantes. 6, 25 astans ego non procul. 9, 30 servuli cubiculum propter adstantes. CORP. VI 746 (*a. 183*) ara posita asstante sacerdote. IX 2998 Anxiano adstante ordine. ITALA num. 27, 1 (Coll. Mos. 16, 1) filiae Salfadae adstantes (VVLG. steterunt; στᾶσαι) ante Moysen. Is. 50, 8 (Iren. 4, 33, 13) quisquis iudicatur, exadverso adstet (ἀντιστήτω μοι ἅμα. VVLG. iuxta est, qui iustificat me: quis contradicet mihi? stemus simul). Luc. 2, 22 (Iren. 3, 10, 5) imposuerunt eum in Hierusalem adstare domino (VVLG. ut sisterent eum domino; παραστῆσαι τῷ κυρίῳ). act. 4, 10 (Iren. 3, 12, 4) in hoc (*Iesu*) hic adstat (παρέστηκεν) in conspectu vestro sanus. 7, 55 (Iren. 3, 12, 13) video ... filium hominis ad dexteram adstantem (VVLG. stantem; ἑστῶτα) dei. IREN. 1, 21, 3 dehinc superfantur, qui adstant (οἱ παρόντες). PS. CYPR. ad Novat. 8 tribunali Christi omnes nos oportet adstare. CARM. de resurr. 98 iudices ... dei memores astare priorum. ITIN. Alex. 42 adstare ... regem, ut coram iussis auscultet. COD. Iust. 10, 48 (47), 2 (*Diocletianus*) ceteris principalibus Antiochensium adstantibus. SPART. Pesc. 12, 6 terror Aegyptiaci Niger astat militis ingens (*in epigr.*). CAPITOL. Gord. 30, 1 adstante praefecto. PS. LACT. mort. pers. 19, 4 in tribunali Constantinus adstabat (asstabat *trad.*) susum. AVR. VICT. Caes. 39, 14 Aprum proxime astantem ictu transegit. EVTR. 4, 8, 1 in curru aureo cum duobus filiis utroque latere adstantibus. COD. Theod. 11, 39, 5 (*a. 362*) astante Iovio viro clarissimo quaestore. AVIEN. Arat. 453 adstat (adsunt *trad.*) lurida maerenti (*Andromedae Cassiopeia*). 649 *aquarius* adstat ad hirsuti caudam pulcher capricorni. DICT. 1, 10 Priamus inter regulos medius adstans. 2, 21. 2, 14 Philocteta haud procul ab ara templi eius adstans. 2, 41. 4, 7 Glaucus ... adversum Diomedem adstans ... cadit. AMM. 14, 7, 5 Theophilum prope adstantem. 16, 10, 16. 30, 8, 8. 23, 1, 6 adstantes ... memorabant. 30, 6, 4. 23, 4, 6 sublimis adstans magister. EXC. Vales. 15, 89 ecce in conspectu tuo adsto. HEGES. 2, 8, 4 nudis pedibus adstantem (γυμνόπους). HIER. epist. 22, 30 qui adstabant, precabantur. VVLG. gen. 45, 1 multis coram astantibus (τῶν παρεστηκότων). levit. 9, 5 cum omnis multitudo astaret (προσῆλθε πᾶσα συναγωγὴ καὶ ἔστησαν ἔναντι). Sir. 51, 3 in conspectu astantium. II Macc. 3, 33. 6, 21 hi autem, qui astabant iniqua miseratione commoti (οἱ δὲ πρὸς τῷ παρανόμῳ σπλαγχνισμῷ τεταγμένοι). Marc. 14, 70. act. 22, 20. 22, 25 dicit astanti sibi centurioni Paulus. PRVD. cath. 2, 105 speculator adstat desuper. PAVL. NOL. carm. 18, 453 caecatis oculis tua comminus adsto limina. AVG. civ. 1, 19 non astat, quam punire possitis. 7, 24 conf. 5, 13, 23. 9, 11, 27. c. Iul. op. imp. (Migne 45) 1, 47 *Adam* deo suo ... nullo prorsus vitio depravatus adstabat. epist. 3, 217, 16 omnes astabimus ante tribunal Christi. SVLP. SEV. Mart. 4, 5 crastina die ante aciem inermis adstabo. 11, 4 super sepulchrum ipsum adstans. 16, 3 tristes ad solam funeris exspectationem adstabant propinqui. dial. 2, 5, 8. MART. CAP. 2, 200 cum ... octoginta quattuor liturgos caelo miraretur adstare. 9, 892 paucis adstantium conferendae *puellae*. AVELL. 64, 9 astantibus ... episcopis. 475, 4 adstantibus quoque diaconibus. CANON (Migne 56) p. 486 *et* 876. ACT. syn. Rom. p. 402 *et* 443. GREG. M. Mon. Germ. epist. II p. 275, 17. SIDON. epist. 1, 11, 4 adstantes circulatores. 4, 24, 4. SEDVL. carm. pasch. 2, 22 deo similis vivens adstaret imago (*sc. homo*). 4, 288 cernitur ante oculos vivens adstare cadaver (*Lazari*). PAVL. PETR. Mart. 2, 514 adstant pro foribus populi. ENNOD. opusc. 3 p. 379, 22 Vind. clementia vestra adstantes interroget. CORIPP. Ioh. 1, 99 astans mediis dominum benedixit in arvis. MAXIM. eleg. 5, 9 pervigil ad nostras astabat nocte fenestras. VITA Radeg. script. rer. Mer. II 2, 19 cum ante suam cellam nocte adstaret. *ibid.* una de adstantibus. 2, 23 tamquam si ante praesentiam beatae genetricis domini adstaret. 2, 25 liberae ... totae in gyro sepulchri adstabant. VITA Caes. Arel. script. rer. Mer. III 1, 20 vide, si aliqui pauperum pro foribus adstant. 2, 33. VITA Desider. script. rer. Mer. III 1, 8 dum fautoris aspectibus sui Theuderici adstaret. CARM. epigr. 722, 3 (*a. 649*) †virgo astans cenobio cum virginibus sacris nobile cetu. [CORP. II 745 *fortasse supplendum* ast⟨ante⟩ Vrs⟨o⟩.] *ministrandi causa*: NAEV. com. 26 tibi servi multi apud mensam astant: ille ipse astat, quando edit. VELL. 2, 40, 3 privato comitatu, quem semper illi astare (illa fatare *trad.*) moris fuit. SEN. frg. 120 (LACT. inst. 2, 2, 14) *simulacris* per totum adsident diem aut adstant. PLIN. nat. 35, 70 *Parrhasius pinxit* sacerdotem adstante puero cum acerra et corona. VAL. FL. 2, 416 mox aethere laetus *Ganymedes* adstabat mensis. MART. 8, 56, 13 astabat domini *Maecenatis* mensis pulcher-

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

rimus ille *Alexis*. SVET. Tib. 61 a quodam nano astante mensae. ITALA deut. 17,12 (Lucif. Athan. 1,6) ne audiat sacerdotes adstantes officia exhibere (τοῦ παρεστηκότος λειτουργεῖν) in nomine dei (VVLG. nolens oboedire sacerdotis imperio, qui eo tempore ministrat domino). AMM. 23,6,80 ministranti apud eos famulo mensaeque adstanti. VVLG. II Esdr. 12,43 laetificatus est Iuda in sacerdotibus et Levitis adstantibus (ἑστῶτας). Tob. 12,15 unus e septem, qui astamus ante dominum. Luc. 1,19. 19,24. psalm. 5,5 mane astabo tibi (*deo*). act. 23,2 princeps ... sacerdotum ... praecepit astantibus sibi. 23,4. **b** *de deis*: Ov. met. 4,19 sine cornibus adstas *Liber*. PLIN. nat. 35,63 magnificus est et Iuppiter eius (*Zeuxidis*) in throno adstantibus diis. 35,70 pinxit *Parrhasius* ... Liberum patrem adstante Virtute. STAT. Theb. 7,49 occultis ... ensibus astant Insidiae geminumque tenens Discordia ferrum. 11,209 mala Tisiphone trepidis inserta ministris astat. 11,537 mirantur et astant laudantes *Furiae*. Ach. 1,198 Thetis undisonis per noctem in rupibus astans. TAC. ann. 14,14 tali ornatu adstare non modo Graecis in urbibus, sed Romana apud templa numen praecipuum et praescium *Apollinem*. TERT. orat. 16 angelo adhuc orationis (-ni *ed. Iun.*) adstante (AVG. serm. ed. Mai 171,2). MART. CAP. 7,729 Philosophia ut Tritonidem propter astabat. 8,804 Silenus ... Euan consecutus pone vietus atque adclivis adstabat. 805 *vers.* 9,894 *et* 896. SIDON. carm. 2,433 Nox adstat proxima divae *Aurorae*. CORIPP. Ioh. 1,9 reddita Pax Libyae bellis cessantibus astat. **c** *de deis, mortuis, sim. in hominum conspectu apparentibus*: VERG. Aen. 3,150 effigies sacrae divum Phrygiique penates ... visi ante oculos adstare iacentis in somnis. Ov. fast. 3,639 ante torum visa est adstare sororis ... Dido. trist. 3,8,36 ante oculos veluti spectabile corpus astat fortunae forma legenda meae. LVCAN. 1,189 ingens visa duci patriae trepidantis imago ... nudis adstare lacertis. 6,720 aspicit astantem proiecti corporis umbram. SIL. 1,631 praesens astare Sagunti ante oculos visa est ... imago. 12,547 ante oculos astant lacerae trepidantibus umbrae. 13,615 astabat *Scipioni* fecunda Iovis Pomponia furto. 17,477 praesens astare viritim creditur ... Iuppiter. SVLP. SEV. chron. 1,39,1 huic (*Salomoni*) per soporem astare deus visus est. epist. 3,16 quid hic, inquit *Martinus*, adstas, cruente bestia (*sc. diabolus*)? dial. 1,1,3 mihi in somnis adstare visus es. VITA Radeg. script. rer. Mer. II 2,18 aliqua de sororibus vidit ... milia milium daemonum in specie caprarum adstare. **d** *de bestiis*: VERG. Aen. 5,478 iuvenci, qui donum adstabat (astabat *P*) pugnae. Ov. met. 3,78 longa trabe rectior adstat *serpens*. PROP. 3,7,11 tua nunc volucres astant super ossa marinae. VAL. FL. 7,166 illum etiam totis adstantem noctibus anguem. STAT. Theb. 2,678 ut leo ... mediis in caedibus astat. AVREL. ad Front. p. 35,13 ibi in via sic oves multae conglobatae adstabant. FILASTR. 156,6 duo animalia ... adstantia domino. AVIEN. Arat. 632 laevum propter chelys haec femur *Nixi* astat. PAVL. NOL. carm. 20,346 notum suem vir conspicit ante fores ... adstare. 20,418 *vitula* eminus adstans. SVLP. SEV. dial. 1,14,1 ferebatur, quod ei lupa solita esset adstare cenanti. 1,16,3 huic *ferae* propius adstanti. DRAC. Rom. 10,156 quattuor ... niveas adstare columbas.

2 *de rebus*: VERG georg. 3,545 attoniti squamis adstantibus hydri. PRIAP. 10,8 adstans inguinibus columna nostris (MAXIM. 5,96 *mentula* conscia secreti semper fidissima nostri, astans internis pervigil obsequiis). 61,3 mālus autumnis sterilis duobus adstem. MANIL. 1,639 orbem verticibus super astantem. SIL. 12,70 Alpibus (*abl.*) astat nimirum maior moles. AVIEN. orb. terr. 633 *Trinacria* trinis laterum procursibus adstat. 658 nec procul Ionii per terga Libyrnides adstant. 785 instar in his (*feris*) rupis spinae tenor arduus adstat. SVLP. SEV. chron. 1,19,7 columna nubis astare pro foribus *tabernaculi* visebatur. VINDIC. med. (Wellmann) 36 peripleumoniam ... fieri astante sanginis plenitudine. OROS. hist. 1,10,16 refusis a tergo aquarum adstantium molibus. *de statuis, vasis, sim.*: PLAVT. Trin. 85 Iovi ..., qui in columine *Capitolii* astat summo. VARRO ling. 5,115 asta, quod astans solet ferri. VERG. Aen. 2,328 arduus armatos mediis in moenibus adstans fundit equus. 3,123 sedes adstare (astare *FP*) relictas. 7,181 Saturnusque senex Ianique bifrontis imago vestibulo adstabant (ast- *P*). 12,93 adnixa columnae ... adstabat *hasta*. HOR. sat. 1,6,117 adstat echinus. TIB. 1,10,8 faginus astabat cum scyphus ante dapes. SIL. 12,438 *classis* condita portu astabat. 12,480 astabat res nulla loco. TAC. ann. 3,23 cuius ea monumenta et adstantes imagines visebantur. 15,37 crepidinibus stagni lupanaria adstabant. 16,1 adstantibus parte alia columnis. AVIEN. or. mar. 509 adstabat istum *montem* civitas Lebedontia. orb. terr. 318 adstat Cyrene propter vetus. 376 templa Sinopaei Iovis adstant nixa columnis. 824 hic adstare procul Bacchi fert fama columnas. VITA Vedastis script. rer. Mer. III 1,7 conspicit ... vasa plena cervisae domi adstare. *translate*: *de incorporeis*: ENN. trag. 83 (Cic. Tusc. 1,85 *et* 3,44) astante ope barbarica. LVCR. 3,1078 certa quidem (certe equidem *codd.*) finis vitae mortalibus adstat. COMM. instr. 2,35,12 ceu (seu *codd.*) nundinae (nundinas *codd.*) astent (*C*, artent *B*). VVLG. Sir. 15,10 sapientiae enim dei astabit laus (ἐν γὰρ σοφίᾳ ῥηθήσεται αἶνος). PAVL. PETR. Mart. 2,179 *deo* subdita semper tempora transcursis adstant praesentia saeclis. PROSP. carm. de prov. 551 notum est cunctis astare salutem. ARATOR (Migne 68) 2,204 claudorum docuere pedes, quibus astat imago. *nota*: CORP. XIII 2016 quod ille mi debuit facere, si fata bona fuissent, idem astat memoriam poni (*scil. illi a me*).

II *translate i. q. adesse, auxilio esse, auxiliari*: PLAVT. Amph. 993 amanti subparasitor, hortor, adsto, admoneo, gaudeo. Cas. 567 dum asto advocatus cuidam cognato meo. PAVL. NOL. carm. 25,151 suis nubentibus adstat Iesus pronubus. SVLP. SEV. epist. 2,16 intererit *Martinus* de se sermocinantibus, adstabit orantibus. ENN. trag. 280 gratia astet (eaest *trad.*) atque hoc lumen candidum claret mihi. PAVL. PETR. Mart. 4,411 tempus, persona, locus sapientibus adstant consiliis.

syn.: (adesse, assistere). *ad I*: manere, stare. *ad II*: (auxilio esse, auxiliari, opitulari). *opp.*: *ad I*: abire, cadere, considere, ire, properare, sedere.

deriv.: adstator. *Münscher.*

Asto *v.* Hasta. **Astoboās, Astoborēs** *v.* Astaboras.

Astoilunnō deo *Pyrenaeorum* CORP. XIII 31. *v. Ihm, PW. II 1791.* *Diehl.*

? **astolon**. *gemma*: PLIN. nat. 37,133 astolon (astalon *cod. Bamberg.*, astulun *Leidensis Lipsii*, astrolon *Vindob. 234*, astrobolon *Laurentianus, vulg.*) Sudines dicit oculis piscium similem esse, radiare fulgore candido ut solem. 1 ind. 37,50 astolon (aspolon *cod. Bamb.*, astrobolon *Harduin.*). *Ihm.*

astomachētus, -a, -um, ἀστομάχητος. CORP. VI 10662 d. m. P. Aelio Celeri Clodia Helpis coiugi benemerenti, qui vixit annis XC astomachetus (*i. sine stomacho*). *nisi tamen signum est. cf.* Astomachetus, -a *sub* Astomachus.

Astomachus, -ī, Ἀστόμαχος, *nom. serv.* CARM. epigr. 1255 (*prope Ostiam*), 10 sit tibi terra levis, Socrates Astomachi (fili).
Astomachētus, -ī, Ἀστομάχητος, *sign. vir.* CARM. epigr. 1582 (*Romae*), 7 Q. Insteio Convenienti ... qui et Astomachetus. *cf.* astomachetus. **Astomachēta**, -ae *cogn. mul.?* CORP. VI 15611 dis manibus Claudiae Tertullae v. a. XXIV Astomacheta ⟨posuit?⟩. *nisi signum est vel potius adi. cf.* astomachetus.

Astomī, -ōrum, Ἄστομοι, *gens Indica.* PLIN. nat. 7,25 ad extremos fines Indiae ab oriente circa fontem Gangis Astomorum gentem sine ore ... halitu tantum viventem et odore, quem naribus trahant. *v. Tomaschek, PW. II 1791.* *Diehl.*

? **astopia**, -ae *f. ficorum genus*: COLVM. 5,10,11 serendae sunt ... praecipue Livianae, Africanae, Chalcidicae, sulcae, Lydiae, callistruthiae, astopiae (*sic Sang. et Ambros.*, topiae *al. et edit.*), Rhodiae, Libycae. *Ihm.*

Astores, Astoricus, Astoricēnsis, Astorius *v. sub* Astur.
Astosapēs *v.* Astansobas.
[**Astra**] *civitas Arabiae.* ITIN. Theod. 24. *Diehl.*

astraba, -ae *f.*, ἀστράβη. *genus sellae mularis, cf. Mau, PW. II 1792.* *vehiculum secundum* PROB. Verg. ecl. praef. p. 324 Hagen hoc idem carmen (*bucolicum*) et astrabicon dictum est ex forma, qua advecti fuerant, qui illa cantaturi erant. sunt autem astraba (astrabae *Keil*) vehicula dicta παρὰ τὸ μὴ στρέφεσθαι: quo titulo et Plautus fabulam inscripsit, in qua mulieres in eiusmodi vehiculis inducit. *fabulam Plautinam memorant*: VARRO ling. 6,73 qui dicunt in Astraba Plautina. 7,66. FEST. 274. 306 GELL. 11,7,5 NON. 62. 376. *aliter*: GLOSS. II 22,15 astrama σανίς, ὑποπόδιον. IV 406,29 *et* V 591,17 astraba tabella, ubi pedes requiescunt. *cf. Goetz, ind. Ien. aest. 1893 p. III sq.* *Ihm.*

Casos (*insula*) quae **Astrabē** *antea appellata est* PLIN. nat. 4,70.
astrabicos *v. sub* astraba. [*Diehl.*
Astracalus, Astraclus *v.* Astragalus.
Astraeum, -ī, Ἀστραῖον, *oppidum Paeoniae.* LIV. 40,24,3 Astraeum Paeoniae Demetrium mittit. 40,24,5 Demetrius ab Astraeo Heracleam venit. *cf.* Aestrienses.

Astraeus, -ī, Ἀστραῖος. **1** MART. CAP. 8,817 quidam Romanorum (*i. Varro*) ... astra ab Astraeo dicta fuisse commemorat. GERM. 105 sive illa (*virgo sc. Iustitia*) Astraei genus est, quem fama parentem tradidit astrorum (*Arat. 98. 99* ἄστρων ἀρχαῖον πατέρα). AVIEN. Arat. 280 seu patris Astraei clarum es genus (*o Virgo*). HYG. astr. 2,25 Aratus ... Astraei et Aurorae filiam existimari *Virginem dicit*. PROB. Verg. georg. 1,32 virginem, quae Iustitia, Astraei filia. HYG. fab. praef. p. 10,8 *in gigantum catalogo*: Astraeus. p. 11,18 ex Astr(a)eo et Aurora: Zephyrus Boreas Notus Favonius. SERV. Aen. 1,132 Astraeus ... unus de Titanibus ... cum Aurora concubuit, unde nati sunt venti secundum Hesiodum (*theog. 378*). MYTHOGR. 2,51 SCHOL. Stat. Theb. 2,4 MYTHOGR. 1,183. HIER. chron. a. Abr. 629 Boreas, Astraei (*sic M, variant ceteri*) filius (υἱὸς Ἀστραίου). *adiective*: Ov. met. 14,545 aequor Astraei turbant et eunt in proelia fratres (*i. venti*). GERM. frg. 4,125 *Mercurii stella* templa ... Astraei (extr(a)eis, extraneis *codd.*) simul ac possederit ignis (*i. Virginem*). **2** *cogn. virile, modo recte emendatum sit nomen corruptum*: PLIN. epist. 10,104 C. Valerius Astraeus (*ci. Orelli*, aestreus, aestiaeus *trad.*), C. Valerius Dionysius, C. Valerius Aper. **Astraea**, -ae, Ἀστραία. GLOSS. II 22,16 παρθένος, Δικαιοσύνη ὡς Ιουβενάλιος (6,19). Ov. met. 1,150 *saeculo ferreo* virgo caede madentes, ultima

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

caelestum, terras Astraea reliquit. OCTAVIA 425 terras ... fugit Astraea virgo, siderum magnum decus. IVV. 6, 19 paulatim deinde ad superos Astraea recessit hac (*Pudicitia*) comite, atque duae pariter fugere sorores (MYTHOGR. 2, 16 ext. Astraea, Titanum soror, propter aequitatem Iustitia cognominata, fertur in caelum recessisse cum sorore sua Pudicitia). VAL. FL. 2, 362 tunc urget enim, tunc flagitat iras in populos Astraea Iovem terrisque relictis invocat adsiduo Saturnia sidera questu. STAT. silv. 1, 4, 2 videt alma pios Astraea, Iovique conciliata redit (rad- *trad.*). [BVC. Eins. 2, 23 Saturni rediere dies, redit Astrea certos *cod.*: S. r. d. Astraeaque virgo *coni. Hagen.*] MART. CAP. 2, 174 venit *puella*, quae praesul domus custosque Cylleniae, verum Themis aut Astraea aut Erigone dicebatur: spicas manu, caelatumque ... pinacem afferebat. 8, 810 Astraeamque (astreantemque *trad.*), Vranien certe Libyssam apparuisse rati, locum concessionis ... praebuere dei *virgini in sequentibus descriptae*. *sidus, sc. Virginis*: SEN. Herc. O. 69 annum fugacem tradit Astraeae Leo. LVCAN. 9, 535 Astraea iubet ... descendere Pisces. *Somni mater*: SEN. Herc. f. 1068 Somne ... matris genus Astraeae. *Dittmann.*

astragalizontes, ἀστραγαλίζοντες. PLIN. nat. 34, 55 *Polyclitus* fecit et destringentem se et nudum telo incessentem duosque pueros item nudos, talis ludentes, qui vocantur astragalizontes et sunt in Titi imperatoris atrio.

astragalus, -ī *m.*, ἀστράγαλος. *nom.* astragalum *trad. apud* VITR. 4, 6, 2, *incertum quam recte.* 1 *term. techn. in architectura*: *in columna*: VITR. 3, 5, 6 una pars fiat cum suis **astragalis** et supercilio superior trochilus ... astragali faciendi sunt octavae partis trochili. VITR. 3, 5, 7 capituli ... crassitudo sic est facienda, ut ex novem partibus et dimidia tres partes praependeant infra astragalum summi scapi, cymatio, adempto abaco et canali, reliqua sit pars. 4, 1, 11 ad imum capitulum tantam habeat crassitudinem, quantam habet summa columna praeter apothesim et astragalum. *in antepagmentis ostiorum*: VITR. 4, 6, 2 scalpendum est cymatium Lesbium cum astragalo. supra cymatium ... conlocandum est hyperthyrum ... et in eo scalpendum est cymatium Doricum, astragalum Lesbium. 4, 6, 3 prima corsa fiat cum astragalo, secunda quattuor, tertia quinque, et eae aeque corsae cum astragalis circumcurrant. 2 *herba*: PLIN. nat. 26, 46 astragalus folia habet longa, incisuris multis obliquis *eqs.* 26, 131 astragali radix (26, 145. 147). 1 ind. 26, 29 astragalus. DIOSC. 4, 57 de stragalo. stragalos frutex est minor. *Ihm.*

Astragalus, -ī, Ἀστράγαλος, *nom. serv. et cogn.* *ad orthographiam*: CORP. VI 8871 (*descr. Mommsen*) Astracalus Agri(ppae) lapidar. 15703 (*periit*) Ti. Clodius Astracal. *utrum* G *an* C *non plane constat*: 22893 C. Calpurnius Astrag⟨alus⟩. *ad prosodiam*: CORP. VI 6306 (*e monumento Statiliorum*) ⟨As⟩trágalo lectík. Afríanó (i *est apicata*), *ibid.* dé suó Músaeus. CORP. VI 4269 (*e monumento Liviae*) ⟨Ast⟩ragalus ⟨cubicular?⟩ius ⟨... Astra⟩gali coniunx. 345 Isidi sacrum Astragalus aeditimus d. m. 12561 Sta?⟩tilius ⟨A⟩stragali ⟨et⟩ Faustae l. ⟨...⟩talis ⟨vix. an.⟩ XIV. EPHEM. epigr. VIII 199 (add. CORP. IX). CORP. VI 5430 (*e columb.*) C. Iulius C. l. Astragalus. 2150 D. Licinius D. l. Astragalus sacerdos vírginum Vestalium. 11272 L. Agrius L. l. Astragalus. 24896 M. Hordeonio M. et Postumi Curti l. Astra(galo). *cf. l. 60 sqq.* 25353 P. Ragonius P. l. Astragalus. 36543 Vicirius ⟨...⟩ Astragalus. XII 5238 (*Narbone*). CORP. IV 2437 (*a. u. c. 717*) C. Ael⟨l⟩ius Astraga⟨l⟩us curator. VI 9102b, 3 D. Astragalus *libertus*. 19557 A. Hostilius Astragalus. 27166 M. Terentius Astragalus. X 2695 (*Puteolis*). V 1450 (*Aquileiae*) Sex. Vettius Astragalus. *in instrumento domestico*: CORP. X 3824 (*Capuae, in lamina plumbea*) Cn. Numidium Astragalum. XV 1300 (*a. 134*) of. L. M(emmi?) Astrag. XI 6689 (*in tegula*), 132 C. Iuni Astragali. 6700 (*in vasculis Arretinis*) 35 Astrag. C. Anni. 6700, 210 Astrag. P. Corn(eli). XV 5120 (*in vasc. Arret.*) Astr. P. Cor. 5006 (*sign. vasc. Arret.*) Astr. (X 8056, 45). *nota*: CORP. XV 6253 (*in lucerna*) ACTRACLE (LE *minus certae*) *vocativus videtur esse aut equi aut agitatoris.*

castellum ... **Astragon** (*acc.*) *agri Stratonicensis Cariae* LIV. 33, 18, 6. [*Diehl.*

flumen **Astragum** (*acc.*) *Aethiopiae* PLIN. nat. 7, 31. *cf.* Astapus.

astrālis, -e. *ab* astrum. AVIEN. Arat. 609 seu nox astrales (*Grotius*, australes *trad.*) adolet cum caerula flammas. SISEBVT. 59, 50ᵃ radiis astralibus. AVG. civ. 5, 6 quod est incredibilius, si astralia fata credantur; non autem mirum, si voluntates hominum et dei munera cogitentur. 5, 7 quorum (*astrologorum*) cura est has falsas et noxias opiniones de astralibus fatis inserere humanis mentibus. *Ihm.*

Astrālis *cogn. cf.* astralis *et* Astrius. CORP. XI 3743 (*Lori*) íter prívat(um) Anni Largí, precario utitur Antonius Astralis. *cf.* Astraeus 2.

astrama *v.* astraba. [*Otto.*

Astramītae, Astramīticus *v.* Chatramotitae.

adstrangulo, -ātum, -āre. *ab* ad *et* strangulare. MIN. FEL. 30, 2 vos enim video et vixdum procreatos filios nunc feris et avibus exponere, nunc adstrangulatos (strang- *Winterfeld*) misero mortis genere elidere.

astrapaea, -ae *f. cf.* ἀστραπαῖος. *gemma*: PLIN. nat. 37, 189 polyzonos [in nigro] multis distincta lineis candicat, astrapaea [in candido aut cyaneo] discurrentibus in medio fulminis radiis. 1 ind. 37, 73 astrapaea. *Ihm.*

astra passa flores (flos) de sauco (*i. sambuco*) sicco (-cca) GLOSS. III 586, 8. 607, 6. 616, 9. *licet stellarum speciem praebeant sambuci flores, tamen auctore H. Stadlero scribere malim* actea passa. *cave tibi persuadeas huc pertinere* III 617, 32 astrapassis (*i.* ἀτράφαξις) idest adtriplices. *Dittmann.*

Astrapē *f.*, Ἀστραπή. PLIN. nat. 35, 96 *Apelles* pinxit et quae pingi non possunt, tonitrua, fulgetra fulguraque; Bronten, Astrapen et Ceraunobolian appellant. *cf. Wernicke, PW. II 1797.* *Ihm.*

Astraptōn, -ontis, Ἀστράπτων, *nom. serv.* CORP. VI 56 Astrapton Caesaris vílic. 12562 d. m. s. Astraptonti víxit annis XV.

apud vicum **Astrata** *Aegypti* IVL. VAL. 1, 23. *Diehl.*

adstrātio (-ōnis) *f. ab* adsternere. NAEV. com. 116 (Fest. 217) ecqui (et qui *cod.*) fuerit persibus (*trad.* persicus *hic et in lemmate*) carpenti astratio (*varia coniecerunt*).

? **astratum** nudum GLOSS. V 492, 1.

? **astrātūra,** -ae *f.* GLOSS. II 3, 7 ab astratura ἀπὸ τῆς ἀναβολικῆς. 554, 24 (ab stratura *Scaliger*).

adstrātus *v.* asterno.

adstrepo (astr-), -ere. *ab* ad *et* strepere. GLOSS. IV 9, 49 adstrepit obmurmurat. SEN. Phaedr. 1026 totum en mare immugit, omnes undique scopuli astrepunt. TAC. hist. 2, 90 volgus ... clamore et vocibus adstrepebat. ann. 1, 18 adstrepebat volgus. 11, 17 astrepebat huic alacre vulgus. 12, 34 haec atque talia dicenti adstrepere volgus. AVSON. Mos. 167 adstrepit ollis et rupes et silva tremens et concavus amnis. CALP. ecl. 4, 2 quidve sub hac patula†, quam garrulus astrepit umor, insueta statione sedes? TAC. hist. 4, 49 ut eadem adstreperent hortari. ann. 2, 12 quae pauci incipiant, reliquos adstrepere. *cf.* PLIN. paneg. 26, 2, *ubi legendum* obstrepebant. *Ihm.*

Astreus, *quasi* Ἀστρεύς, *Phinei socius.* OV. met. 5, 144 occidit Astreus, matre Palaestina, dubio genitore creatus. *cf. Iudaei* Asterius *et* Aster.

Astrīcēs, -um *gens Africae.* CORIPP. Ioh. 2, 75 *et* 6, 391 Astrices *ante vocal.*, 6, 454 *ante cons.* 6, 464 Astricum gens. 404 Astricum gens clara virum. 430 gens omne manebit securum Astricum ... pollens. *Partsch, prooem. p. 11 et 32 contulit* Ἀστάκουρες *Ptolemaei. v. Pietschmann, PW. II 1798 et* montem Astrixim. *Diehl.*

adstrictē (astr-) *v. sub* adstringo *in fine.*

adstrictio (astr-), -ōnis *f.* *ab* adstringere, *significat actum adstringendi.* 1 *proprie* (*cf.* astringo *I 2 b c*): CHALC. transl. 46 corpora frigus et calorem, astrictionem et relaxationem recipiunt. comm. 260 ipsa corpora qualitatibus propriis rerum creare diversitatem: ... astrictionem quidem et duritiam terram et ignem, relaxationem vero et effusionem aëra et aquam. (*cf.* astringo *I 2 d*) PLIN. nat. 27, 83 *glaucion* gustus amari cum adstrictione. CAEL. AVR. chron. 1, 4, 136 non advertens, quia ex eadem astrictione generales quaeque species epilepsiae formantur. 2 *translate*: *i. q. gravamen*: COD. Iust. 1, 4, 3, 4 (*a. 385*) his ergo tali sub astrictione damnatis indultum nostrae serenitatis ... concludimus (*cf.* COD. Theod. 9, 38, 6 tali quoque sub absolutione). [CHIRON 578, 43 *v. sub* attritio. CAEL. AVR. acut. 3, 15, 119 *v. sub* astructio]. *syn. ad 1*: duritia. *opp. ad 1*: effusio, relaxatio.

adstrictōrius, -a, -um. *ab* adstrictus (*cf.* adstringo *I 2 d*). *i. q.* στυπτικός: PLIN. nat. 24, 105 adstrictoriis ceteris (*sic Mayhoff, abl. absol.*, adstrictis *codd.*) quae (*cummis*) ex amygdala amara est. 24, 115 folia *paliuri* adstrictoriam vim habent.

1. adstrictus (astr-) *adi. v. sub* adstringo.

2. astrictus, -ūs *m.* *ab* astringere. FERREOLI reg. 32 (Migne 66, 971) curandum est, ut pes ita sit ligamentis temperantius vinculatus, ut non iactantiae signo multos astrictus habeat, sed sanctius vinculo laxiore follescat. (*apud* SEN. nat. 5, 14, 4 *legendum* affrictu). *Münscher.*

astricus, -a, -um, ἀστρικός. VARRO Men. 206 non subsilies (subsilis *codd.*) ac plaudes (plaudis *codd.*) et ab Arato posces astricam coronam? quid enim hoc mirius? 269 repente noctis circiter meridie, cum pictus aer fervidis late ignibus caeli chorean astricen ostenderet (orean astrice ostenderent *codd.*). IVL. VAL. 1, 8 qui cum ... ex arte illa astrica loqueretur. *subst.*: IVL. VAL. 1, 2 et interpretes somniorum et astrici, quibus omnis divinandi ratio reseratur, et multa sunt praeter haec nomina, quibus uti ad praescientiam solemus.

adstrīdo, -ere. *ab* ad *et* stridere. STAT. Theb. 11, 494 *Tisiphone* ora reducentem premit adstridentibus hydris intentatque faces.

astrifer, -fera, -ferum. *ab* astrum *et* ferre. *cf.* astriger. ISID. diff. 1, 82 inter caelum et aether ita distinguitur, quod non tantum ille astriferus (*an* astrifer?) locus, sed et iste aer caelum vocatur. LVCAN. 9, 5 qua niger astriferis conectitur axibus aer (STAT. Theb. 8, 83). VAL. FL. 6, 752 nox simul astriferas profert optabilis umbras (SEDVL. carm. pasch. 3, 221 cum ... astriferas induceret Hesperus umbras). STAT. Theb. 2, 400 astriferum iam velox circulus orbem torsit (Ps. AVG. serm. 179, 2 astriferi orbis arcana soluta penitus compage patescunt). MART. 9, 20, 6 hic steterat veneranda

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

domus, quae praestitit orbi quod Rhodus astrifero, quod pia Creta polo. 8, 28, 8 quem pius astrifero Cyllarus ore bibit. ANTHOL. 583, 1 nox abit astrifero velamine cincta micanti. IVVENC. 3, 225 astrifero ... olympo (*cf.* INSCR. christ. Rossi II p. 248, 17 qu⟨a⟩eris quis domino astriferum signavit ⟨Olympum?⟩). HIL. trin. 12, 53 astriferos *in caelo* circulos. SERV. Aen. 10, 3 sideream in sedem: in astriferum circulum; non enim omnes circuli astriferi sunt, sed solus superior. AVG. serm. ed. Mai 168, 3 per astriferas caelis camerantibus regiones (*cf.* 111, 1, *ubi videtur deesse subst.*). MART. CAP. 9, 888 nec cura astriferi te stimulat thalami. OREST. 243 Iuppiter astriferam stellata fronte coronam fundebat. BOET. cons. 4 carm. 1, 9 (p. 90 P.) donec in astriferas surgat domos Phoeboque coniungat vias (*alibi* stellifer). INSCR. christ. Rossi II p. 78, 2 polum. p. 152, 31 aspicis auratum caelesti culmine tectum astriferumque micans praeclar⟨o⟩ lumine fultum. *cf.* GLOSS. V 529, 37 sol a⟨e⟩stifer (*vix* ast⟨r⟩ifer).

astrifico, -āre. *cf. c.* astrificus. MART. CAP. 6, 588 hanc mundo assimilem stupuit Trinacria tellus Archimedea astrificante manu.

astrificus, -a, -um. *cf. c.* astrum *et* facere. MART. CAP. 2, 98 sed purum astrificis caelum scandebat habenis nox revocans merso fulgentia sidera Phoebo. 6, 584 texerat exterior qui fulget circulus orbis aetheris astrifico lumina multa peplo.

astriger, -gera, -gerum. *ab* astrum *et* gerere. *vocabulum poetarum proprium. cf.* astrifer. STAT. Theb. 10, 828 comminus astrigeros Capaneus tollendus in axes (ENNOD. carm. 1, 1, 1 axem. ARATOR 1, 33 INSCR. christ. Gall. 216, 4). 8, 315 astrigerumque (astrif- *B M*) domos Atlanta supernas ferre laborantem. ANTHOL. 580, 2 astrigerum ... polum (VEN. FORT. carm. spur. 1, 260 polos). 720, 11 tibi primum candidus aether astrigeram faciem nitido gemmavit Olympo. CYPR. GALL. exod. 559 aula (Ios. 403. ALC. AVIT. carm. 1, 325 laetus in astrigeram caeli se sustulit aulam). num. 5 deus astrigera fulgens de sede (MART. CAP. 8, 808). gen. 80 aureus astrigero ridebit cardine mundus. 1106 in quibus (*sanctis sedibus*) astrigero recubans per saecula fulchro invitat niveos secura ad gaudia iustos. 1011 ecce viae medio vatis videt ardua castra, quae deus astrigero ductat moderamine rector. (SOL.) Pont. 11 tibi primum candidus aether astrigeram faciem nitido gemmavit Olympo. AVIEN. Arat. 275 circulus ... astriger (*zodiacus*). AVSON. 325, 42 cum face et astrigero diademate Luna bicornis (FVLG. myth. praef. p. 13, 13 H.). CLAVDIAN. 26, 245 qua micat astrigera senior cum coniuge (*Cassiopeia*) Cepheus. MART. CAP. 2, 193 astrigerumque ... noscere caelum (6, 802 DRAC. carm. min. 10, 11). PAVL. PETR. vita Mart. 5, 859 astrigeram sortite domum rutilamque coronam. 6, 229 astrigera caeli sublimis in arce. BOET. cons. 4 carm. 6, 17 (p. 115 P.) sic astrigeris bellum discors exulat oris. ENNOD. carm. 2, 60, 3 hic nuper astrigeri dos proxima venit Olympi. VEN. FORT. carm. append. 3, 40 in astrigero ... throno. spur. 1, 216 choris. CARM. epigr. 740 (= CORP. V 6202) astrigeram scandit alma viam caeloque recepta ... vitae metas ... reliquit (*cf.* INSCR. christ. II p. 275, 19. 20). 1562, 5 efflue astrigeros de caeli conclave nimbos et recrea cineres protinus inde meos. *nota*: *subst.* MART. CAP. 1, 91 tunc Iuppiter coepit: ni nostra astrigeri nota benignitas conferre arbitrium cogeret intimum ..., possem certa meis promere ductibus (*cf.* astrilucus).

astriloquus, -a, -um. *ab* astrum *et* loqui. MART. CAP. 8, 808 tu fingere ludicra praestas viliaque astriloquae praefers commenta puellae.

astrilūcus -a, -um. *ab* astrum *et* lucere. MART. CAP. 9, 889 cuius verbis assertionique ruricolae omnes cunctique fluctigenae quamplures etiam astriluci adsensere divi praesertimque Lemnius Mulciber ... conlaudat (*cf.* astriger *in fine*). *Ihm.*

Astringī *v.* Asdingi.

adstringo (astr-), -strīnxī, -strictum, -ere. *ab* ad *et* stringere. *v.* NOT. Tir. 64, 98. 65, 4 *et* 10. CAPER gramm. VII 107, 10 adstringe, non astringe. NOT. Tir. 65, 4 adstrincxit. FIRM. err. 28, 9 adstrincxerit. GREG. TVR. vit. patr. 8, 6 adstrixerant. Franc. 9, 41 adstringuemur. GLOSS. adstringitur κατέχεται. adstringit φιμοῖ (*emend. Bücheler*, fini *trad.*). σφίγγει. ἐπισφίγγω adstringo, obstringo. *legitur passim inde a* PLAVTO *significatu et proprio et translato, non apud* CATONEM VARRONEM RHET. Her. CAES. NEP. CATVLL. TIB. VITR. VELL. PHAEDR., *saepe apud medicos et Ictos.*

I *proprie*: 1 *alligare, constringere*: a *homines vel res vinculis, sim.* PLAVT. Bacch. 823 hunc ... adstringite ad columnam fortiter. Capt. 667 adstringite isti sultis vehementer manus. Men. 95 quam magis extendas, tanto adstringunt artius *vincula*. CIC. Verr. 5, 90 ut, cuius ad statuam Siculi te praetore adligabantur, eius religioni (*codd. det.*, religione *mel.*) te isti devinctum astrictumque dedant (dedamus *codd.*). 5, 92 ad statuam astrictus est. PROP. 2, 20, 9 me licet aeratis astringant brachia nodis (*cf.* AVIEN. Arat. 469). MANIL. 5, 551 astrinxere pedes *Andromedae* scopulis. LVCAN. 2, 516 astrictis laxari vincula palmis. CALP. decl. 4 ne laxata vincula desit qui adstringat. APVL. met. 1, 16 restis ad ingluviem adstricta. TERT. scorp. 15 *Petrus* cruci adstringitur. pudic. 22 *corpore* ⟨in axe iam *add. Gel.*⟩ adstricto (adstructo *Vrs.*). NON. 36 collare est vinculi genus, quo collum adstringitur; *cf.* GREG. TVR. vit. patr. 8, 6 *catenae* culpabilium adstrixerant colla. HYG. fab. 106 p. 97, 9 *Hectorem* astrictum ... ad currum *Achillis*. HIER. epist. 96, 20 captivorum vincula nos videantur adstringere. VVLG. act. 22, 25 cum astrinxissent (προέτειναν) eum loris. COD. Theod. 9, 38, 3 omnibus, quos reatus adstringit, carcer inclusit, claustra dissolvimus. MORET. 58 adstricti fascis pendebat anethi. OV. ars 3, 146 illa sit adstrictis inpedienda comis. ANTH. 429, 4 nunc astricta comas, nunc resoluta comas. SEN. Oed. 555 mortifera canam taxus adstringit comam. [APVL. met. 2, 9 *v. sub* attraho.] OV. met. 11, 75 volucris ... trepidans adstringit vincula motu. SEN. dial. 5, 16, 1 laqueos fera, dum iactat, adstringit. GRATT. 26 quadruplicis tormento adstringere limbos. CVRT. 3, 1, 15 iugum adstrictum compluribus nodis. *ibid.* 17 serie vinculorum ita adstricta. COLVM. 5, 6, 17 quicquid frondis enatum fuerit, ... astringere. arb. 26, 5 libro ulmi vel vimine arborem adstringito. PLIN. nat. 17, 110 vinculum cuneo adacto utilissime adstringitur (*de insitione sermo est*). SIL. 13, 106 coniunctas astringere nodis ... ferroque trabes. 13, 766 Pellaeo ponte Niphaten astrinxit *Alexander* (*i.* ζευγνύναι). AVIEN. Arat. 802 geminos adstringunt vincula Pisces. VVLG. Ezech. 27, 24 *gazae* obvolutae et astrictae erant funibus (δεδεμένους σχοινίοις). CORIPP. Ioh. 2, 93 collocat *Austur* astrictis muros fossasque camelis. b *vestimenta*: HOR. epist. 2, 1, 174 quam non adstricto percurrat pulpita socco (*Plautus, cf.* AVSON. 322, 59 *de Terentio*). OV. am. 2, 15, 20 adstringens *in anulum mutatus* digitos orbe minore tuos. LVCAN. 2, 362 balteus ... fluxos gemmis astrinxit amictus 3, 239. SEN. benef. 1, 3, 5 in quibus (*Gratiis*) nihil esse alligati decet et adstricti: solutis itaque tunicis utuntur. Phoen. 481 astringe galeam. CVRT. 4, 8, 8 adstricti crepidis pedes. SIL. 5, 367 intortos de more astrictus amictus. 16, 242 lateri de more astringitur ensis. TAC. dial. 39 *paenulis* adstricti et velut inclusi. AVIEN. Arat. 271 aurea qua summos adstringunt cingula amictus. HIER. epist. 38, 4 cingulum, quod possit magis astringere vestimenta quam scindere. 64, 16 ita fiebat, ut astringeretur et rationale superhumerali et superhumerale rationali (*cf.* VVLG. levit. 8, 8). 64, 10 lineis feminalibus ... superior pars sub umbilico vehementer astringitur. 64, 11 *lineas* sic aptas membris et adstrictas corporibus. 130, 4 uterque zona pellicia adstrinxit et mortificavit lumbos suos. 130, 18 *puellae* adstrictas habent manicas. reg. Pachom. (Migne 23, 63) 2 tunicam lineam ... diligenter astringens. CLAVD. carm. min. app. 4, 5 hoc *balteo* latus adstringi velox optaret Arion. AVG. civ. 22, 8 *zonam* nodis firmissimis ... astrictam. MACR. sat. 3, 13, 4 togam corpori sic adplicabat, ut rugas ... artifex nodus astringeret. SIDON. epist. 4, 13, 1 vestis adstricta. c *apud medicos*: CELS. 5, 28, 11 quidquid ... impositum est, non adstringi, sed modice deligari debet. 5, 28, 12 aliquid ex penicillo in modum collyrii adstrictum. 8, 10, 1 nec ultra adstringi *ferulas*, quam ut ossa contineant. 7, 14 umbilicum ... lino vehementer adstringere. 7, 4, 4 adstringere cutem lino. 5, 26, 27 fasciae adstringendae sunt. *et sim. saepius in libris* 3, 5, 7, 8. SORAN. gyn. 113 THEOD. PRISC. log. 2, 38 *et* 65.

2 *sensu latiore*: a *arte ligare, coniungere, claudere*: HOR. carm. 3, 8, 10 corticem adstrictum pice dimovebit. OV. fast. 2, 577 quod pice adstrinxit (*cf.* CVRT. 5, 1, 29 totum opus bitumine adstringitur). ars 2, 47 ima ... pars ceris adstringitur igne solutis. am. 3, 1, 50 liminis adstricti sollicitare fidem. fast. 4, 930 ferrum astrictum longa ... esse mora. CELS. med. 7, 26, 3 molles calculos et ex pluribus minutisque, sed inter se parum adstrictis compositos indicat urina. SEN. nat. 3, 27, 5 quaecumque in arduis arbor commissura astricta lapidum stetit. PERS. 5, 110 iam nunc adstringas, iam nunc granaria laxes. STAT. Theb. 3, 446 motos capulis adstringeret enses. 9, 539 adstrictis accedunt comminus armis. QVINT. inst. 1 prooem. 24 ossa ... adstringi nervis suis debent. IVV. 3, 8, 148 rotam adstringit sufflamine. TREB. trig. tyr. 30, 14 media etiam *fimbria* veluti fibula muliebri adstricta. PALLAD. 3, 17, 3 depositus surculus redeunte in plagam materia possit astringi. HIER. epist. 64, 15 lapides clausos et astrictos auro (*cf.* VVLG. exod. 39, 6). b *contrahere, comprimere, in angustum cogere, coartare, adducere*: VERG. georg. 1, 91 calor ille vias ... relaxat ... seu durat magis et venas *terrae* adstringit hiantis. AETNA 561 spiritus adstrictis elisus faucibus (*cf.* TAC. ann. 4, 70). 323 adstrictus certamine ... spiritus. HOR. epod. 15, 5 hedera procera adstringitur ilex. PETRON. 91 toto pectore adstrinxi *Gitona*. VAL. FL. 1, 282 adstrictis ut sedit cornibus Helle. NEM. ecl. 3, 32 digitis aures *Sileni* astringit *Bacchus parvulus*. PAVL. NOL. carm. 18, 287 te subplex adstringo tibique haereo. MAXIM. eleg. 5, 28 *papillas* astringens clauderet una manus. 5, 31 teneros astringere fortiter artus. GRATT. 271 adstricti succingant ilia ventres (*cf.* QVINT. inst. 8, 3, 10 *equi* adstricta ilia). GERM. frg. 4, 91 non sidera densa solutos astringunt artus. SEN. epist. 106, 5 an frontem adstringant. MART. 11, 39, 13 astricta fronte. QVINT. inst. 11, 3, 160 vultum ... superciliis adstringere. LVCAN. 6, 761 ora astricta (Schol. Web. clausa). PLIN. nat. 17, 251 macie corticis ex aegritudine adstringente se. 36, 191 marino ... adstringi morsu *harenae*. QVINT. inst. 2, 4, 5 plenius ... corpus ... mox adulta aetas adstringit. 8 prooem. 19 corpora ... et colorata et adstricta et lacertis expressa sunt. 11, 3, 81 labra ... et adstringuntur et diducuntur. PS. QVINT. decl. 5, 9 haeret adstricta nudatis ossibus cutis. 10, 17 ut sicca umidis, calida frigidis, resolutis adstricta

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

(*scil. in corpore*) pugnarent. 12, 4 adstricta citra conatum sata sub ipsis tabuere sulcis. CLAVD. carm. min. 26, 45 viva coronatos adstringit scaena vapores (*describitur Aponus fons*). AVG. serm. ed. Mai 118, 4 quod adstringitur in semine, diffundatur in germine. ALC. AVIT. carm. 3, 266 naribus adstrictis. BOET. arithm. 2, 50 (p. 160, 13) medii nervi sonum musicus vel adstringendo tenuat vel remittendo gravat. *de colore mutando*: PLIN. nat. 9, 134 ita permixtis viribus *pelagii et bucini* alterum altero excitatur aut adstringitur.

c *durare, rigefacere, praecipue frigore adstringere i. q. gelare, glaciare*: OCTAVIA 862 horrore vinctum trepidus astrinxit rigor. LVCAN. 4, 291 sicca rigens astrinxit volnera sanguis. 6, 750 astrictus (Schol. Web. adstrictus congelatus prius) caluit cruor atraque fovit volnera. 8, 67 astrictos refovet conplexibus artus. VAL. FL. 2, 203 adstricto riguerunt ubere nati. ANTH. 473, 4 nec desinit ante frigidus adstrictis (et rigidus strictis *trad.*) qui regnat in ossibus horror, quam tepidus laxo manavit corpore sudor (*tamquam Petronianum frg. ed. Scaliger; Bücheler ed. mai. frg. 39; de coitu versus esse Goldastus coni.*). CYPR. Gall. gen. 1049 nervum, qui femur adstrictum rigido munimine fulcit. CHALC. comm. 260 igneam vim . . . modo astringentem, modo relaxantem. CHIRON 581 pronus ambulabit et armos astrictos habebit (*cf.* VEG. mulom. 2, 45, 8 pedem priorem tentum quasi rigidum aforis extrahit). *frigore*: CIC. nat. deor. 2, 26 aquilonibus reliquisque frigoribus adstrictus (adiectis *codd., quod alii om.*) durescit umor. OV. met. 1, 120 ventis glacies adstricta. 9, 222 nivibus ... rotatis adstringi et spissa glomerari grandine corpus. trist. 2, 196 maris adstricto quae coit unda gelu. 3, 4, 48 adstricto terra perusta gelu. Pont. 3, 3, 26 coit astrictis barbarus Hister aquis. EPIST. Sapph. 112 adstrictum gelido frigore pectus erat. GERM. frg. 3, 26 siccas hiemes adstrictis perficit *Saturnus* undis. frg. 4, 49 faciles glebas astringit frigore verno . . . Venus. SEN. nat. 4, 5, 2 vere, quicquid circa Scythiam . . . glaciatum et astrictum est, relaxari. 7, 27, 3 sol . . . in Aquario astringat hiemem, flumina gelu claudat. CVRT. 3, 13, 7 humus rigebat gelu tum adstricta. 5, 6, 13 *nives* frigoris vis gelu adstrinxerat. 7, 3, 13 corpora. 8, 4, 6 imbrem. LVCAN. 1, 18 bruma ... astringit Scythico glacialem frigore pontum. 5, 436 stat iners Scythicas astringens Bosporos undas. STAT. Theb. 9, 797 adstrictos . . . per amnes. CLAVD. MAM. genethl. 9 p. 109, 15 ceteris hominibus atque regionibus vi frigorum astrictis et oppressis. LACT. inst. 2, 11, 2 cum sol exureret, frigus adstringeret *animantes*. AMM. 31, 2, 14 *vertices* praeruptos geluque torpentes aquilones astringunt. CLAVD. 26, 327 flaventes adstringit stiria saetas *leonis*. 34, 2 praef. 18 pigrior adstrictis torpuit Hebrus aquis. RVT. NAM. 1, 486 grandiaque adstricto flumine plaustra vehit *Hister*. PALLAD. 1, 20 oleum ... frigore non valebit adstringi. 2, 20 ne rigore possit adstringi *oleum lentiscinum*. PELAGON. 386 cum se astrinxerit *medicamen*. *i. q. refrigerare*: PLIN. nat. 25, 77 frigida multa *aqua* corpora adstringere. MART. 1, 49, 11 remissum corpus astringes brevi Salone. PLIN. epist. 5, 6, 25 puteus, ex quo possis rursus adstringi, si paeniteat teporis.

d *passim apud medicos i. q. contrahere, durare*: CIC. (*medicorum locutione utens*) nat. deor. 2, 136 *alvus* tum astringitur, tum relaxatur. 2, 138 astringentibus se intestinis (*cf.* AVG. c. Iul. 4, 12, 58). PLIN. nat. 23, 139 adstringi viscera. 24, 13 siccandis adstringendisque partibus. CELS. 5, 26, 31 nimis vulnus adstrictum est. 5, 28, 7. PLIN. nat. 21, 147 cytinus adstringit et cohibet vulnera. SER. SAMM. 803 feniculi cinis adstringit *nimios reserati vulneris amnes*. CELS. 7, 7, 8 si parum palpebra descendet, laxanda sutura; si nimium, . . . adstringenda. 2, 2 si tempora adstricta sunt. *cf.* 2, 17. 7, 7, 15 caro incresceret, quae venas . . . adstringeret. PLIN. nat. 20, 148 arterias umidas siccat, siccas adstringit *menta*. SCRIB. LARG. 256 *malagma* confirmat omnem partem et adstringit CELS. 7, 26, 5 sub quo *aceto* . . . adstringitur vesica. 7, 18 uter repletus et arcte adstrictus. PLIN. nat. 29, 34 donec linguam adstringat *cinis* leniter nec mordeat. 20, 72 folia ... gustantium os adstringunt. 27, 85 *radix* gustu adstringit. *cf.* 27, 91 *et* 128. 27, 121 gustu adstricto. 22, 142 ea quae intra os sunt, purgat et adstringit *lens*. 23, 59 acetum ... gingivas adstringit. *praecipue de cibis, medicamentis alvum vel corpus astringentibus i. q. στύφειν*: CELS. 1, 3 p. 18 alvum firmare is, cui fusa; solvere is, cui adstricta est. p. 20 alvum adstringit labor, . . ., cibus inminutus. p. 21 quibus iuvenibus fluxit alvus, plerumque in senectute contrahitur; quibus in adulescentia fuit adstricta, saepe in senectute solvitur. 4, 11, 14, 23, 26. CELS. 1 prooem. res sunt, quae . . . ventrem aut adstringunt aut resolvunt. 2, 1 cui maxime venter adstrictus est. 3, 15 *et* 20. 4, 22. GARG. MART. 4 SORAN. gyn. 141 CAEL. AVR. chron. 1, 1, 17. CELS. 6, 6, 17 quae, quia ventrem, corpus quoque adstringunt. 5, 26, 34. PLIN. nat. 20, 75 stomachum dissolutum adstringit cocta crudaque sistit alvum *herba cichorii*. 20, 256. 23, 141. 27, 48 GARG. MART. 47 PLIN. VAL. 4, 24 *et* 45. CELS. 1 prooem. si corpus adstrictum est, digerendum esse. 2, 14 p. 59 cum aut adstringendum corpus sit . . . aut molliendum (*cf.* ORIBAS. 1, 4). 3, 6 p. 87 si adstrictum est *corpus*, ducenda alvus est. 7, 26, 5. PLIN. nat. 31, 98 salis natura . . . corpora . . . adstringens, siccans, adligans. 33, 105 vis *helcysmatis* adstringere et refrigerare corpora. *absolute*: CELS. 1 prooem. *morborum* tria genera esse, unum adstrictum, alterum fluens, tertium mixtum. 4, 22 p. 148 cibi potionesque esse debent, quae adstringant. *sim. saepius.* PLIN. nat. 21, 121 rosa adstringit, refrigerat. 148 chrysocomes radix calfacit et adstringit. 23, 124 *cinis* purgat, conglutinat, replet, adstringit. 29, 30 prout quaeque mulceri morderive opus sit et adstringi laxarive. 35, 188 nulli vis maior neque adstringendi neque denigrandi neque indurandi. *sim. passim in libris* 23—35. CAEL. AVR. acut. 2, 9, 45 lux ... solis atque vapor relaxat, e contrario somnus (-um *trad.*) astringit. 4, 3, 67.

e *i. q. attingere*: SALL. hist. frg. 3, 79 nomen Danuvium habet, quoad (ut ad *M, om. rell.*) Germanorum terras adstringit (PORPH. Hor. carm. 4, 4, 38). SIC. FLACC. grom. p. 141, 18 in trifinium, id est in eum locum, quem tres possessores adstringebant.

II *translate*: 1 *alligare, vincire.* a *aliquid vel aliquem*: PLAVT. Trin. 699 ubi adfinitatem inter nos nostram adstrinxeris. CIC. Att. 10, 6, 2 *pater*, quicquid ego adstrinxi, relaxat. off. 3, 113 fraus . . . astringit (distringit *plerique codd.*), non dissolvit periurium. VAL. MAX. 9, 7 mil. Rom. 3 dissolutam disciplinam militarem praefractius et rigidius astringere. SEN. epist. 94, 23 puta . . . avaritiam relaxatam, puta adstrictam esse luxuriam (*cf.* IVST. 12, 3, 11 ne ieiuna et astricta luxuria videretur). 110, 5 quare istuc malum adstringo? LVCAN. 8, 220 foedera . . . per vestros astricta magos (SCHOL. Web. firmata, confirmata). QVINT. inst. 11, 2, 30 haec magis adhuc adstringunt, qui memoriam ab aliquo simili transferunt. PANEG. 6, 13 (p. 158, 30) cum sempiternam patris ac filii caritatem etiam nuptiarum foedus astrinxerit. AMBROSIAST. in I Tim. 6, 14 quod sic astringit, ut coram deo et Christo hoc se mandare testetur. AVG. in psalm. 91, 8 p. 1176 ad praesens habenas laxat, sed postea astringit. BOET. mus. 1, 1 p. 187, 3 conturbatae mentis iracundiam vel nimiam cupiditatem modestior modus possit adstringere. arithm. 1, 32 p. 66, 17 nimiam cupiditatem iraeque immodicam effrenationem quasi quidam rector animus . . . adstringit. CIC. ac. 2, 8 ceteri primum ante tenentur adstricti, quam, quid esset optimum, iudicare potuerunt. SEN. dial. 7, 16, 3 arte alligati sunt alii, adstricti alii, districti quoque. AMM. 15, 8, 6 nos per disiunctissimas terras arduae necessitates adstringunt. AMBR. bon. mort. 5, 16 quin etiam mulieris decus ... adstringit *homines*. fug. saec. 7, 41 Christi gratia, quae te resolvit, illum (*Satanan*) adstrinxit. COD. Theod. 13, 5, 13 (*a. 369*) quos tamen idoneos . . . sententia tuae sublimitatis adstrinxit (adstrixit *trad.; fort.* adstruxit). AVELL. p. 53, 1 ut, quos nequitiae similitudo complectitur, eos ⟨ea⟩dem etiam conditio emendationis astringat. SIDON. epist. 8, 14, 4 iugum legis cervicibus superbientum per vincula praedicationis adstringitis. PAVL. PELL. 193 quosdam . . . invitos domini adstringendo rigore *coegi*. 574.

b *adduntur res vel personae, ad quas quibusve aliquis vel aliquid alligatur*: LVCR. 4, 1187 adstrictos . . . esse in amore. SEN. epist. 24, 17 ad hoc me natura grave corporis mei pondus adstrinxit. SVET. Tib. 18 commeatum omnem ad certam formulam adstrictum (*cf.* Aug. 49 *p. 963, 59*). LACT. opif. 18, 5 sensus . . . artus omnes ad se adstrictos tenet. ENNOD. op. 3 p. 374, 20 Vind. non est cum vitiis sociata nobilitas nec adstringitur ad inlecebras lux naturae. STAT. silv. 3, 5, 107 creavit me tibi *coniugi*, me socium longos adstrinxit in annos. IREN. 5, 19, 1 adstrictum est morti genus humanum (*cf.* HEGES. *p. 963, 6*). TERT. idol. 18 non ut suggestus ille sacerdotiis quoque aut aliquibus idolorum officiis adstringeretur. CIC. prov. 34 totam Galliam sempiternis vinculis astringere. Planc. 74 in qua *oratione* . . . huius officii tanti servitutem astringebam testimonio sempiterno. Pis. 30 lingua astricta mercede. ac. 2, 61 quos *philosophos* si sequamur, iis vinculis simus adstricti, ut nos commovere nequeamus. epist. 3, 10, 9 quibus *vinculis* quidem libentissime astringor. Att. 6, 2, 1 ego ex eo, quo astricti sumus, laxari aliquid velim. parad. 6 eas, quibus maxume astricti sunt, voluptates. SALL. Iug. 60, 6 illis studio suorum adstrictis. 70, 2 Iugurthae fesso aut maioribus adstricto. OV. ars 1, 361 pectora dum gaudent nec sunt adstricta dolore. epist. 19, 28 te . . . conpositis . . . a me adstrinxit verbis . . . Amor. LIV. 39, 1, 6 inops regio, quae parsimonia adstringeret milites. VAL. MAX. 2, 10, 8 astricti continentia mores (*cf.* QVINT. inst. 2, 2, 4 nisi disciplinae severitate convenientium quoque ad se mores adstrinxerit *praeceptor*. TAC. ann. 3, 55 praecipuus adstricti moris auctor Vespasianus fuit). SEN. epist. 12, 6 est *orbis aetatis*, qui totam pueritiam ambitu suo adstringit. *ibid.* 48, 5 nisi . . . conclusione falsa a vero nascens mendacium adstrinxero. benef. 3, 7, 5 libera et nullis adstricta vinculis religio. CVRT. 6, 8, 12 Nicomachum religione quoque deum adstrictum. QVINT. decl. 321 p. 260, 5 illa consuetudo, quae alienos . . . componere et astringere adfectibus potest. PLIN. paneg. 93 nec deiunctos nos et quasi dimissos consulatu, sed quasi adstrictos et devinctos putemus. PS. APVL. Ascl. 6 cetera omnia . . . nexu secum caritatis adstringit *homo*. TERT. idol. 21 aut amica aut inimica congressione adstringit *satanas*. HERM. Pal. sim. 6, 2, 1 astricti cupiditatibus nequissimis. LACT. inst. 4, 23, 2 si re ipsa resolvat *praeceptor*, quod verbis nitatur adstringere. FIRM. err. 28, 9 quibus illos calamitatibus necessitas venerandae legis astrincxerit. FAVSTIN. trin. 1, 12 se vident *haeretici* praesentium quaestionum absolutionibus vehementer astringi. 5, 5 qui regno mortis ulterius non tenentur adstricti. SYMM. epist. 1, 41 neque enim praeiudicio meo debet astringi, cuius ego exspecto iudicium. AMM. 15, 9, 8 drasidae

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

. . . sodaliciis adstricti consortiis. 16, 12, 17 fratres vinculo pacis adstricti. 21, 4, 3 negotiis adstricto diversis (*cf.* SVLP. SEV. chron. 2, 2, 2). 25, 3, 8 sui securus alienae salutis sollicitudine vehementer astringi. 26, 1, 3 magnitudine curarum adstricti communium. 31, 5, 1 duplici inpedimento adstricti. AMBROSIAST. in I Cor. 9, 16 *servus* adstringatur plagis necesse est. HEGES. 3, 17 v. 104 Web. non enim ullo mortis vinculo adstringitur atque inligatur *anima.* AVG. civ. 4, 4 *manus hominum* pacto societatis astringitur. serm. ed. Mai 118, 1 *anima* de limo fuerat iam astricta consortio. AVELL. p. 395, 19 illius se pervidebant sententia consequenter adstringi. BOET. mus. 1, 1 p. 179, 24 remitti dulcibus modis, adstringi contrariis. GREG. TVR. Franc. 9, 41 non modico moerore adstringuemur. ISID. sent. 3, 34, 3 heu me miserum, inexplicabilibus nodis astrictum! c *de oratione, quae numeris adstringitur*: CIC. de orat. 1, 254 *Roscius* astrictus certa quadam numerorum moderatione et pedum. 3, 173 ut inconditam antiquorum dicendi consuetudinem . . . numeris adstringeret *Isocrates.* 3, 175 *sententiam* numero quodam conplectatur et astricto et soluto. Brut. 274 nec vero haec *verba* soluta nec diffluentia, sed astricta numeris. orat. 187 numeris astrictam orationem esse debere. 220 nec tamen haec (*scil. numerose cadentia*) ita sunt arta et astricta, ut ea, cum velimus, laxare nequeamus. SEN. epist. 100, 7 omnia . . . apud Pollionem cadunt exceptis paucissimis, quae ad certum modum et ad unum exemplar adstricta sunt. 108, 10 ubi accessere numeri et egregium sensum adstrinxere certi pedes. CYPR. GALL. exod. 1086 lex numeris adstricta (*i. versus*). d *i. q. obstringere, obligare*: *c. abl.*: TER. Eun. 102 hac lege tibi meam adstringo fidem (*affertur* GRAMM. VII 456, 16). CIC. off. 3, 111 nullum . . . vinculum ad astringendam fidem iure iurando maiores artius esse voluerunt. SEN. Med. 145 arto pignore astrictam fidem. Oed. 804 FRONTIN. strat. 2, 11, 7 iustitiae fama omnium fidem adstrinxit. CIC. Cluent. 155 ne lege ea . . . et quaestione, qua se solutum liberumque esse arbitretur, per paucos iudices astringatur. ad Q. fr. 1, 1, 11 eas leges, quibus esset astrictus. Tusc. 4, 7 nos nullis unius disciplinae legibus adstricti. Brut. 40 a quo (*Lycurgo*) est disciplina Lacedaemoniorum astricta legibus. QVINT. inst. 5, 10, 101 velut adstricti certis legum vinculis. IREN. 5, 24, 2 lege eorum (*hominum*) adstricti. AMM. 16, 5, 1 tamquam adstrictus sumptuariis legibus. HIER. epist. 55, 3 mulier . . . vivente viro astricta est legi (*cf.* Rom. 7, 2, *ubi in* VVLG. alligata est legi, δέδεται νόμῳ). CIC. nat. deor. 1, 17 nulla eiusmodi adstrictum necessitate. RVT. LVP. 2, 20 hos necessitudine opitulandi adstrinxit. AMM. 17, 14, 3 nodo quodam violentae necessitatis adstrictus. CIC. off. 1, 40 astrictos . . . iure iurando (*locus in plerisque codd. omissus*). SEN. contr. 1, 6, 12 *ius iurandum* esse . . ., quo astringerentur exercitus. SVET. Caes. 84 ius iurandum, quo se cuncti pro salute unius astrinxerant. APVL. met. 10, 8 iure iurando adstricti iudicatis. LIV. perioch. 2 Brutus iure iurando populum adstrinxit. DARES 40 hoc pacto confirmato et iure iurando adstricto. VVLG. III reg. 8, 31 iuramentum, quo teneatur astrictus. CIC. Quinct. 19 ut eum suis condicionibus . . . astringeret. FLOR. 2, 33 (4, 12, 52) hos obsidibus adstrinxit. FRONTO p. 14, 15 N. ubi quid in singulos decernis, ibi universos exemplo adstringis. CENS. 3, 5 ego tamen duplici quotannis officio huiusce religionis adstringor (IOH. DIAC. epist. 1 ecclesiastico iugiter astringor officio). LACT. inst. 6, 23, 38 quod quidem deus non ita fieri praecipit, tamquam adstringat. HEGES. 1, 15, 2 id facturum . . . litteris sese adstringere. *additur* a d *c. acc.*: SEN. benef. 3, 12, 4 uno munere ad patientiam iniuriarum omnium adstringor. QVINT. inst. 2, 16, 9 ut se ipsi homines ad servitutem iuris adstringerent. 7, 3, 16 servitus . . . ad certa se verba adstringendi. PLIN. epist. 7, 1, 7 ut in posterum ipse ad eandem temperantiam adstringerer. SVET. Aug. 49 quid . . . ubique militum esset, ad certam stipendiorum praemiorumque formulam adstrinxit. FORTVN. rhet. 2, 22 p. 114 ne adstringi iudex ad plura videatur. PORPH. Hor. sat. 1, 6, 34 adstringit se ad eam necessitatem. AMBR. bon. mort. 2, 5 vincula . . ., quae nos alligant et ad iniuriam captivitatis adstringunt quadam lege peccati. off. 3, 3, 19 lex naturae . . . nos ad omnem astringit humanitatem. AVG. in psalm. 55, 4 p. 649 non astringo ad vocem, quem video extra passionem. *additur* i n *c. acc.*: OV. epist. 15, 320 me adstringam verbis in tua iura meis (in mera iura meis *vel sim. codd., corr. Ehw.*). *sequitur* ut: PS. ASCON. Verr. 2 p. 196 ad hoc adstrictus redemptor tenetur . . ., ut . . . agat. AMBROSIAST. in I Thess. 5, 27 astringit eos, ut solliciti sint ad legendam epistolam. AVELL. p. 153, 21 ut qua potest ratione sapienter obsistas, maximis undique rebus astringeris. BOET. herm. sec. 5, 13 p. 416, 11 quod ut non esset, ratio im possibilitatis adstringeret. e *praecipue Ictorum in sermone* (*cf. Leipold, die Sprache des Juristen Papinianus, Passau 1891, p. 69*): VENVL. dig. 40, 12, 44 *servi* religione adstricti. VLP. dig. 28, 7, 8. PAPIN. dig. 3, 3, 67 procurator, qui pro evictione praediorum . . . fidem suam adstrinxerit. *idem* dig. 46, 1, 52, 2. COD. Iust. 8, 40, 1 (*a. 200*) PAVL. dig. 50, 1, 21, 6 (COD. Iust. 10, 41, 1, 1) COD. Iust. 4, 35, 6 (*a. 238*). 9, 45, 2 (*a. 239*). 4, 29, 15 (*a. 294*). PAPIN. dig. 22, 1, 3 fructuum praestandorum necessitate adstrictus. FRG. Vat. 248 necessitatis laqueis adstricti. COD. Iust. 11, 17, 2 (*a. 395—397*) excipiendae necessitate litis adstrictus. INST. Iust. 3, 13 obligatio est iuris vinculum, quo necessitate adstringimur alicuius solvendae rei (*definitio Icti anti-qui*). CELS. dig. 45, 1, 99 quidquid adstringendae obligationis est. COD. Iust. 4, 19, 23 (*a. 294*) actor . . . reum necessitate monstrandi contrarium non adstringit. PAPIN. dig. 26, 7, 40 periculo contumaciae vel neglegentiae non adstringetur. 31, 77, 18. COD. Iust. 9, 22, 8 (*a. 259*). PAPIN. dig. 31, 77, 3 et ignorantes adstringuntur fideicommisso. 36, 1, 57, 2 proprio nomine defuncti precibus adstringi. 33, 1, 8 alimentorum . . . necessitas oneribus menstruis atque annuis . . . adstringitur. 50, 1, 15, 3 novis quoque muneribus filius per adoptivum patrem adstringitur. 50, 1, 17, 11 VLP. dig. 50, 6, 2 CHAR. dig. 50, 4, 18, 10. PAVL. sent. 4, 5, 8 meritis . . . liberos magis quam pactionibus adstringi placuit (*cf.* COD. Iust. 3, 28, 35, 1). PAPIN. dig. 50, 1, 17, 15 fideiussores . . . poenalibus actionibus non adstringuntur. 36, 1, 55. VLP. dig. 10, 2, 49 si officio distrahentis fungitur, non debet adstringi. *c. dat.*: CIC. leg. 2, 48 quaeruntur (*ab Ictis*), qui astringantur sacris. *ibid.* 2, 49 *et* 53 (*opp.* sacris liberantur). POMP. dig. 29, 2, 78 non astringi *hereditati.* GAIVS inst. 3, 87. FRG. Vat. 278 cum honori primipilari sis adstrictus. *additur* in *c. acc.*: PAPIN. dig. 14, 3, 19, 3 servus . . . dominum in solidum iure praetorio non adstringit. *sequitur* ut: AFRIC. dig. 14, 1, 7 creditorem ad hoc adstringi, ut ipse . . . curam suscipiat. VLP. dig. 4, 2, 14, 3 merito quis non adstringitur, ut designet *et* ad hoc tantum actor adstringitur, ut doceat. 11, 1, 4. *addito infinitivo*: COD. Iust. 4, 44, 16 pr. (*a. 392*) si quos . . . necessitas publicae rationis adstringat proprias distrahere facultates. f *i. q. scelere obligari, se obstringere*: *c. genet.*: PLAVT. Poen. 737 homo furti sese adstringet. Rud. 1260. *c. abl.*: CIC. Sull. 82 tanto scelere astrictis hominibus. Sest. 108. Phil. 4, 9 magno scelere se astringeret *provincia.* off. 3, 19. VAL. MAX. 4, 7, 4 vitam suam consilii crimine astrinxit. FRONTO p. 227, 11 N. cotidiano te mendacio adstringi. TERT. poen. 3 quaqua te constitueris, crimine astringeris. HERM. Pal. mand. 2, 2 astringeris peccato. LACT. inst. 5, 1, 1 inexpiabili scelere contaminari atque adstringi. HEGES. 3, 17 v. 112 Web. possumus non adstringi impietatis flagitio? (οὐ δοκοῦμεν ἀσεβεῖν;).

2 *c o n t r a h e r e orationem, argumenta, sim., paucis colligere, breviter dicere*: CIC. Brut. 309 dialectica . . . quasi contracta et astricta eloquentia. 327 astricta comprensio *periodorum.* Tusc. 3, 13 *Stoici* breviter astringere solent argumenta. fat. 32 hoc artius adstringi ratio non potest. SEN. contr. 2, 3, 22 interdum diu schemata prosequi, interdum breviter et fortius astringere (attingere *codd.*). VAL. MAX. 7, 2 ext. 4 Platonis verbis adstricta, sed sensu praevalens sententia. LAVS Pis. 59 astrictas in nodum cogere voces. QVINT. inst. 3, 4, 4 quaerendum, quo moti priores rem tam late fusam tam breviter adstrinxerint. 10, 4, 1 premere . . . tumentia, . . . luxuriantia adstringere, . . . soluta componere, exultantia coercere. TAC. dial. 31 adstrictum et collectum et singula statim argumenta concludens dicendi genus. 38 haec . . . Pompeius adstrinxit imposuitque veluti frenos eloquentiae. IVL. RVF. rhet. 30 p. 45 ἐνθύμημα fit, cum περίοδος orationis ex contrariis sententiis astringitur. BOET. herm. sec. 2, 4 p. 96, 11 adstringit modum disputationis in speciem. 4, 10 p. 268, 22 propositiones . . . adstrictae et coniunctione deminutae. 2, 31 (267, 6) voluminis seriem . . . adstringam. PS. AVG. categ. 1 (Migne 32, 1420) surculum vocans singulari omnia *genera virgultorum* et communi vocabulo astrinxit. SERV. Aen. 1, 120 'Ilionei' possumus dicere adstrictum esse genetivum.

synonyma: alligare, (constringere), devincire, (nectere, stringere), vincire. *ad I 1 b*: includere, tendere. *ad I 2 a*: claudere, (coniungere). *ad I 2 b*: (adducere, coartare, comprimere, contrahere), durare. *ad I 2 c*: congelare, fulcire (CYPR.), (gelare), gelu claudere, glaciare, glomerare (OV.), (refrigerare, rigefacere), tendere. *ad I 2 d*: calfacere, cohibere, confirmare, conglutinare, contrahere, denigrare, firmare, indurare, refrigerare, replere, siccare, sistere. *ad II 1 b*: componere, comprimere, inligare, opprimere. *ad II 1 d*: confirmare (DARES), (obligare, obstringere). *ad II 2*: coercere, colligere, componere, concludere, contrahere, deminuere (BOET.), premere.

opposita: dissolvere, laxare, relaxare, remittere, resolvere, solvere. *ad I 1 c*: modice deligare. *ad I 2 a*: dimovere. *ad I 2 b*: diducere, diffundere, excitare (PLIN.). *ad I 2 c*: exurere (LACT.). *ad I 2 d*: digerere, ducere, mollire. *ad II 1 a*: distringere. *ad II 1 b*: deiungere, dimittere. *ad II 1 e*: liberare. *ad II 2*: diu prosequi.

part. perf. pass. **adstrictus** (astr-), -a, -um *pro a d i., cum comp., deest superl.* *ad I 2 b*: PS. CENS. frg. 12, 4 p. 66, 3 adstrictiora fila nervorum. *ad I 2 c*: CELS. 1, 3 p. 21 in iuvene fusior, in sene adstrictior *alvus.* 7, 6 p. 272 cum in ceteris *tuberculis* sit adstrictior *cutis.* *ad II 1 b*: *i. q. p a r c u s*: PROP. 2, 23, 18 astrictus ploret . . . pater. SEN. dial. 10, 3, 1 adstricti sunt in continendo patrimonio (*opp.* profusissimi). epist. 123, 13 victus adstrictior. IVST. 44, 2, 1 dura omnibus et astricta parsimonia. PAVL. PELL. 482 adstricto iam censu. *i. q. severus*: COD. Theod. 9, 5, 1 pr. (*a. 314*) astrictiore inquisitione (COD. Iust. 9, 8, 3 strictiore). *ad II 1 c*: CIC. de orat. 1, 70 poeta numeris astrictior paulo, verborum autem licentia liberior. orat. 67 cum versu sit astrictior *poeta.* *ad II 2*: CIC. Brut. 120 Stoicorum astrictior est oratio aliquantoque contractior. QVINT. inst. 8, 6, 61 non rarus, semper tamen adstrictior *ornatus* περιφράσεως. TAC. dial. 25 adstrictior Calvus, numerosior Asinius. *adv.* **adstrictē** (astr-)

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

cum comp. *ad I 1 a*: PLIN. nat. 17, 180 vinculo mox adstrictius a tertia gemma alligari *debet palmes*. VEN. FORT. vita Radeg. 25 tres catenas inserens circa suum corpus dum alligasset adstricte. *ad I 1 b*: FORTVN. rhet. 3, 23 p. 134 nec fluxe nec adstricte *cingemur*. *ad I 1 c*: CELS. 8, 10 p. 351 adstrictius ... alligandum *malagma*. *ad II 1 c*: CIC. de orat. 3, 184 orationem ... non astricte, sed remissius numerosam. *ad II 2*: SEN. epist. 8, 10 hunc versum a te dici non paulo melius et (sed *codd.*) adstrictius memini. PLIN. epist. 1, 20, 20 qui adstrictius quam qui effusius dicit. 3, 18, 10 quae pressius et adstrictius quam illa, quae hilarius et quasi exultantius scripsi. QVINT. inst. 10, 1, 106 ille (*Demosthenes*) concludit adstrictius, hic (*Cicero*) latius.

synonyma: aptus, artus, contractus, durus, ieiunus, (parcus), pressus, (severus). *opposita*: diffluens, exultans, fluens, fluxus, fusus, liber, profusus, remissus, solutus. *Münscher.*

astrion. [*vocabulum graecum non traditum. Th.*] *gemma*: PLIN. nat. 37, 132 similiter candida est quae vocatur astrion (astrios *codd. nonnulli, vet. edd.*), crystallo propinqua, in India nascens et in Pallenes (Patalenes *Güthe*) litoribus. huic intus a centro stella lucet fulgore pleno lunae (lunae plene *codd. deter.*). quidam causam nominis reddunt, quod astris opposita fulgorem rapiat et regerat (*inde* ISID. orig. 16, 13, 7). 1 ind. 37, 48 astrion. *cf.* asterius.

astrios *v.* astrion.

astriotēs (*acc.* -ēn) *m.* [*vocabulum graecum non traditum. Th.*] *gemma* (*cf.* asterius, astrion): PLIN. nat. 37, 133 celebrant et astrioten mirasque laudes eius in Magicis artibus Zoroastren cecinisse produnt. 1 ind. 37, 49 astriotes.

astrisonus, -a, -um. *ab* astrum *et* sonare. MART. CAP. 9, 911 tunc ... virgo ... ad Iovem reversa aliis modulis numerisque voce etiam adsociata sic coepit: te nunc astrisono (-um *codd.*) carmine, Iuppiter, quo gemmata poli volvere sidera suevit lege rata sacra recursio, praefandum veneror. *Ihm.*

astritēs *v.* asterites.

Astrius *nom. gent. cf.* astrum *et* Astralis. CORP. III 8898 (*in Dalmatio*) C. Astrio Secundino qui et Saltoto. *Otto.*

montem **Astrixim** (astraxim *cod. Bob.*) *Mauretaniae meridionalis* OROS. hist. 1, 2, 93 (ISID. orig. 14, 5, 10). *cf.* Astrices. *Diehl.*

Astro ... *cogn.* CORP. VI 16165 L. Corn⟨elio ...⟩ Astro⟨logo?⟩ Lollia P. l. ⟨...⟩ *Otto.*

astrobolos *v.* astolon. **Astroboris** *v.* Astabores.

? **astrocynon.** CHALC. comm. 125 Homerus ortum caniculae canem Orionis appellat, cum hanc eandem stellam astrocynon (*sic vel* astrokinon *codd.*, ἄστρον κυνός *ed. Mullachiana*, astrum Cyneum *Wrobel*, astrocynion *A. Köhler*) quidam, Aegyptii vero Sothin vocent. *cf.* SCHOL. Germ. Bas. p. 67, 12 *Canis Icarii* ... astrum cyon nominatur, quam nos canis stellam nominamus. *cf.* astroquinon.

[**astrolapsus,** -ūs *m.* (*vel* **-um,** -ī *n.*)]. *i. q. astrolabium, de quo cf. Kauffmann, PW. II 1798 sq.* EXC. math. (Macrob. ed. Jan I p. 218 *sqq.*) 1, 8 sumpto astrolapsu, qui secundum ambitum firmamenti in CCCLX gradus per circuitum dividitur. 1, 31. 2, 3. *formam* astrolapsum *Ianius I p. 219 affert ex scholio ad Macrob. somn. Scip. 1, 20, 9, quod extat in codice Rehdigerano saec. XI vel XII. et hoc et excerpta math. ab auctoribus medii aevi videntur profecta esse. cf. M. Cantor, die röm. Agrimensoren, Lips. 1875, p. 177.*

astrologia, -ae *f.* ἀστρολογία. GLOSS. III 509, 58 astrorum ratio. V 337, 17 ratio siderum. IV 22, 19 lex astrorum (*v. sub* astronomia). *cf.* V 268, 41 astrologia ipsa res. IV 311, *ubi post* 36 astrologia ipsa ars *addunt duo codices.* *de differentia astronomiae et astrologiae* (*cf. etiam* HIER. *infra p. 966, 19*) *haec confuse*: ISID. orig. 3, 26 inter astronomiam ... et astrologiam aliquid differt. nam astronomia caeli conversionem, ortus, obitus motusque siderum continet (*v. infra l. 75*), vel qua ex causa ita vocentur. astrologia vero partim naturalis, partim superstitiosa est. naturalis, dum exsequitur solis et lunae cursum vel stellarum certasque temporum stationes. superstitiosa vero illa est, quam mathematici sequuntur, qui in stellis augurantur ... siderumque cursu nativitates hominum et mores praedicare conantur. diff. 2, 152 astronomia est lex astrorum. astrologia est ratio, quae conversionem caeli et signorum definit potestatesque et ortus siderum et occasus. hanc mathematici sequuntur (*cf.* 2, 150). *de inventoribus eius v. quae idem tradit* orig. 3, 24.

1 *naturalis* (*i. q. astronomia*): *v.* ISID. *supra l. 63.* VARRO rust. 1, 2, 17 quas (*Capras*) etiam astrologia in caelum recepit, non longe ab Tauro (*cf.* 2, 3, 7). CIC. de orat. 1, 187 omnia fere, quae sunt conclusa nunc artibus, dispersa ... quondam fuerunt; ut ... in astrologia caeli conversio ortus obitus motusque siderum (*v. supra l. 61*). div. 2, 88 Anchialum et Cassandrum summos astrologos ... cum in ceteris astrologiae partibus excellerent, hoc praedictionis genere non usos. *ibid.* Scylax ... excellens in astrologia. 2, 87 *Eudoxus* in astrologia ... facile princeps. rep. 1, 22 cuius (*caeli*) omnem ornatum et descriptionem ... non astrologiae scientia, sed poetica quadam facultate versibus Aratum extulisse. off. 1, 19 quod in rebus honestis ... operae ... ponetur, id iure laudabitur, ut in astrologia C. Sulpicium audivimus. VITR. 1, 1, 16 ut possint geometriam, astrologiam, musicen ceterasque disciplinas penitus habere notas. 1, 1, 3 astrologiam caelique rationes cognitas habeat. 1, 1, 10 ex astrologia ... cognoscitur oriens occidens meridies septentrio, etiam caeli ratio, aequinoctium solstitium astrorum cursus. 9, 6, 2. 9, 6, 3 Eudoxus ... Hipparchus, Aratus ceterique ex astrologia parapegmatorum disciplinas invenerunt. COLVM. 1, 1, 4 consultissimum astrologiae professorem Hipparchum. 1, 1, 5. PLIN. nat. 7, 123 astrologia Berosus *floruit*, cui ob divinas praedictiones Athenienses ... statuam inaurata lingua statuere. 7, 203 astrologiam Atlans *invenit* (ISID. orig. 3, 24, 1. 5, 39, 9). 35, 199 astrologiae *conditorem* Manilium Antiochum. QVINT. inst. 2, 18, 1 artium aliae positae in inspectione, id est cognitione et aestimatione rerum, qualis est astrologia nullum exigens actum, sed ipso rei cuius studium habet intellectu contenta, quae θεωρητική vocatur, aliae in agendo ..., qualis saltatio est (*inde* PS. CASSIOD. rhet. 4 p. 501, 18). APVL. Plat. 1, 3. TERT. anim. 31 geometriae et astrologiae et musicae devotus *Pythagoras*. SCHOL. Germ. Bas. p. 90, 18. LACT. inst. 3, 25, 11 geometria ac musica et astrologia necessaria est, quod hae artes cum philosophia habent aliquam societatem (*cf.* DIOM. gramm. I 483, 2 = Suet. ed. Reiff. p. 16, 11. HIER. adv. Pelag. 1, 21 astronomiam, astrologiam, arithmeticam, quae et ipsae partes philosophiae sunt. SIDON. epist. *ante* carm. 14, 2). SERV. georg. 1, 204. 1, 229 multi volunt ita hanc partem astrologiae librasse Vergilium, ut in omnibus utrumque tempus significaret, vernale et autumnale. *ibid.* Vergilium quasi ignarum astrologiae (*ibid.* astronomia *legitur*). 1, 252 hinc ... id est ... ex ratione astrologiae. Aen. 3, 360. HYG. fab. 274 p. 150, 24 (*in inventorum catalogo*) Euadnes, qui in Chaldaea de mari exisse dicitur, astrologiam interpretatus est. AVG. adn. in Iob 38 p. 610, 22 num et astrologia perscrutanda est ad cognoscendas proprietates istorum siderum? civ. 8, 2 p. 322 D. *Thales* admirabilis extitit, quod astrologiae numeris comprehensis defectus solis et lunae etiam praedicare potuit. MACR. sat. 1, 24, 18 ni me maior admiratio de astrologia totaque philosophia teneret (*cf.* 5, 2, 2 *ubi* astronomia *est*). SIDON. epist. 5, 2, 1 (astrologica *Engelbrecht*). AVDAX gramm. VII 320, 11 animi tantum *artes sunt* poetica, musica, astrologia, grammatica. CASSIOD. in psalm. 149 (Migne 70, 1047). BOET. anal. post. 1, 10. CORP. V 5893 (*Mediolani*) M. Valeri⟨us⟩ Maximu⟨s⟩ sacerdo⟨s⟩ d(ei) S(olis) i(nvicti) M(ithrae) stu⟨d(iosus)⟩ astrologia⟨e⟩ sibi et ... uxori. *titulus libri*: PLIN. nat. 18, 213 huius (*Hesiodi*) quoque nomine extat astrologia. *item* (*non* astronomia) *inscriptus est* MART. CAP. *liber octavus, v. subscriptiones cod. Bernensis.* SCHOL. Arat. p. 309 *tit.* excerptum de astrologia. *de* VARRONIS de astrologia *libro v. Ritschl, op. 3 p. 396* (CASSIOD. inst. 2, 7).

2 *superstitiosa* (*i. q. mathematica*): *v.* ISID. *supra p. 965, 62 sqq.* TERT. idol. 9 scimus magiae et astrologiae inter se societatem. *ibid.* attamen cum magia punitur, cuius est species astrologia, utique et species in genere damnatur. PORPH. Hor. carm. 1, 11, 2 *sq.* Babylonios numeros: mathematicam intellege, Babylonii enim astrologiam invenisse traduntur, per quam genesis colligitur. LACT. inst. 2, 16, 1 eorum (*daemonum*) inventa sunt astrologia et haruspicina. FIRM. math. 1, 1, 2. 7. 1, 3, 1. SCHOL. Bern. Verg. ecl. 9, 47 hic astrologiam tangit, quia quaedam astra cum regni principio oriuntur, ut dicunt astrologi. HIER. epist. 92, 2 ex quo perspicuum est, eum idololatriam et astrologiam et varias ethnicorum fraudulentae divinationis praestigias adprobare. AVG. civ. 5, 2 p. 192 D. quos Posidonius Stoicus multum astrologiae deditus eadem constitutione astrorum natos eademque conceptos solebat asserere. CASSIOD. in psalm. 70 (Migne 70, 505) ut astrologiam sacrilegam summa intentione fugiamus. *cf. Riess, PW. II 1802 sqq.*

astrologicus, -a, -um, ἀστρολογικός. FIRM. math. 7 p. 103v col. 1 ed. pr. *Aratum, Caesarem, Tullium* non aliqua astrologica scientia sed poetica elatos licentia. RVFIN. recogn. 10, 9 in astrologica disciplina eruditus est. EXC. Barb. p. 268, 1 Fr. astrologica arte. BOET. cons. 2, 7 (p. 44 P.) omnem terrae ambitum, sicuti astrologicis demonstrationibus accepisti. anal. pr. 1, 31 (Migne 64, 674) astrologicae demonstrationes. *ibid.* astrologicam quidem experientiam astrologicae disciplinae. *subst.* **astrologica,** -ae *f.*, ἀστρολογική. *cf.* (MAR.) VICTOR. gramm. VI 187, 5 *artes* musice, a s t r o l o g i c e, grammatice. CLAVDIAN. MAM. stat. anim. 1, 22 p. 81, 7 Vind. in hac (*memoria*) mihi reposita quodam modo sunt et grammatica, cum de dialecticis dissero, et rhetorica, cum de geometricis, et astrologica, cum de musicis, et hae simul omnes, cum de arithmeticis (*inde apud* SIDON. epist. 5, 2, 1 astrologica *proponit Engelbrecht*). *cf.* BOET. anal. pr. 1, 31 *supra l. 65.* *nota*: PS. AVG. hom. de sacril. 3, 8 (ed. Caspari p. 7) qui a s t r o l o g i a (*i. q. astrologica*) et tonitrualia legit, iste non christianus sed paganus est.

astrologius *v.* astrologicus *in fine.*

astrologus, -ī *m.*, ἀστρολόγος. ISID. orig. 8, 9, 22 astrologi dicti, eo quod in astris augurantur. GLOSS. II 248, 51 ἀστρολόγος. IV 406, 30 mathematicus, qui sidera tractat. 22, 17 aestimator siderum (*et saepius*; 208, 28 aestimator siderum et lunae cursus). 21, 42 astrologi, qui intendunt signa caeli (*cf.* V 268, 38).

i. q. astronomus: ENN. trag. 199 (Cic. rep. 1, 30) astrologorum signa in caelo quaesit (quidsit *cod.*), observat, Iovis (observationis *cod.*) cum capra aut nepa aut exoritur nomen aliquod beluarum.

61*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

quod est ante pedes, noenu (nemo *cod.*) spectat: caeli scrutatur plagas. VARRO Men. 280 astrologi non sunt (*sc. pueri*)? qui conscribillarunt pingentes caelum. ling. 9, 24 quem (*circulum*) ἀνταρκτικόν vocant astrologi. rust. 2, 1, 7 quod si apud antiquos non magnae dignitatis pecus esset, in caelo describendo astrologi non appellassent eorum vocabulis signa. 2, 3, 7 quas (*Capras*) etiam astrologi... receperunt in caelum (*cf.* 1, 2, 17). CIC. Verr. 3, 129 quae iste cum cognosset, novus astrologus, qui non tam caeli rationem quam caelati argenti duceret, eximi iubet non diem ex mense, sed ex anno unum dimidiatumque mensem. de orat. 1, 69 si constat inter doctos hominem ignarum astrologiae ornatissimis atque optimis versibus Aratum de caelo stellisque dixisse. div. 2, 146 astrologi motus errantium stellarum notaverunt. VITR. 1, 1, 16 similiter cum astrologis et musicis est disputatio communis de sympathia stellarum et symphoniarum. 5, 6, 1. 9, 8, 1 Eudoxus astrologus (GELL. 17, 21, 23). COLVM. 9, 14, 12 in hac ruris disciplina sequor nunc Eudoxi et Metonis antiquorumque fastus astrologorum, qui sunt aptati publicis sacrificiis. 11, 1, 31 in iis libris, quos adversus astrologos composueram. 11, 2, 2 novi autem veris principium non sic observare rusticus debet, quemadmodum astrologus, ut expectet certum diem illum, qui veris initium facere dicitur. MELA 1, 86 Thaletis astrologi. MART. 2, 7, 4 declamas belle..., historias bellas... facis, ... bellus grammaticus, bellus es astrologus. MIN. FEL. 17, 6 relinquenda vero astrologis prolixior de sideribus oratio. CHALC. comm. 124 reciprocos circuitus *Plato appellat*, quos astrologi regradationes vocant. SERV. georg. 1, 205 sciendum omnes astrologos pro ratione climatum dissentire in ortu siderum. SERV. auct. Aen. 10, 275. HYG. astron. 1 praef. p. 21, 18. 2, 2 p. 32, 20. 2, 14 p. 51, 14. 4, 5 p. 104, 8 sed Aratus non, ut reliqui astrologi (*cf.* CHRON. min. II p. 450), ab Ariete XII signa demonstrat... sed a Cancro, *et saepius.* HIER. chron. a. Abr. 380 Atlans, frater Promethei, praecipuus astrologus fuit (*cf.* AVG. civ. 18, 8. 39 EXC. lat. Barb. chron. min. I p. 116). AVG. civ. 21, 8 canones astrologorum, quos velut inerrabili computatione de praeteritis ac futuris astrorum motibus conscriptos habent. pecc. orig. 23, 27 *defectus solis et lunae* praedicere astrologi certa temporum dinumeratione consuerunt. MART. CAP. 8, 858. SIDON. epist. *ante* carm. 22, 2 geometras, arithmeticos et astrologos. SCHOL. Germ. Strozz. p. 218, 16 (*ex Plin. 18, 353*) nubecula, quam astrologi (astrologi *om. Plin.*) Praesepium appellant. SCHOL. Arat. p. 194, 5 *Ophiuchus* dicitur... esse Asclepius ab astrologis. p. 252, 24. p. 224, 4 *rec. interp.* iuxta astrologorum peritiam. *nota*: PAVL. FEST. 100 Hercules astrologus dictus, quod eo die se flammis iniecit, quo futura erat obscuratio solis.

i. q. mathematicus (*astrologus nostra quidem sententia*): CIC. div. 1, 12 quae (*gens*) non... aut augurum aut astrologorum aut sortium ... praedictione moveatur? epist. 6, 6, 7 quare, quoniam, ut augures et astrologi solent, ego quoque augur publicus ex meis superioribus praedictis constitui apud te auctoritatem augurii et divinationis meae, debebit habere fidem nostra praedictio. fat. 12 sint igitur astrologorum percepta huiusmodi: si quis verbi causa oriente Canicula natus est, is in mari non morietur. div 1, 85 quid *habet* astrologus, cur stella Iovis... salutaris sit? 1, 132 non habeo... nauci ... de circo astrologos, non Isiacos coniectores. 2, 88 nominat etiam Panaetius, qui unus e Stoicis astrologorum praedicta reiecit, Anchialum et Cassandrum, summos astrologos illius aetatis, qua erat ipse, ... hoc praedictionis genere non usos. LVCR. 5, 728 ut Babylonica Chaldaeum doctrina refutans astrologorum artem contra convincere tendit. MART. 9, 82, 1 dixerat astrologus periturum te cito. IVV. 6, 554 Chaldaeis sed maior erit fiducia; quidquid dixerit astrologus, credent a fonte relatum Hammonis, quoniam Delphis oracula cessant. SVET. Nero 36 anxius ea re, ut ex Balbillo astrologo didicit, solere reges talia ostenta (*ortum stellae crinitae*) caede aliqua illustri expiare..., nobilissimo cuique exitium destinavit (*cf.* GELL. 14, 1, 18). VLP. dig. 47, 10, 15, 13 si quis astrologus vel qui aliquam illicitam divinationem pollicetur, consultus aliquem furem dixisset, qui non erat. TERT. idol. 9 animadvertimus inter artes etiam professiones quasdam obnoxias idololatriae. de astrologis ne loquendum quidem est (*ibid. iterum*). anim. 25 cur autem et veteres astrologi genituram hominis ab initio conceptus dirigebant, si non exinde et anima est? apol. 35 qui astrologos et aruspices et augures et magos de Caesarum capite consultant. CENS. nat. 17, 4 inter ipsos astrologos, qui in stellarum ratione verum scrutantur. SPART. Sept. 2, 8 (*syn.* mathematicus). Hadr. 16, 10. FIRM. math. 3, 7, 19 faciet sacerdotes divinos haruspices augures mathematicos astrologos medicos. 3, 12, 16, *et passim.* SCHOL. Bern. Verg. ecl. 9, 47. AMBR. hexam. 5, 9, 24 qui mathematicus, qui astrologus quive Chaldaeus potest sic siderum cursus, sic caeli motus et signa comprehendere? HIER. epist. 92, 4 stent astrologi caeli et salvum te faciant, qui contemplati sunt sidera, nuntient tibi, quid super te futurum sit (*cf.* 53, 6, *ubi* astrologos *ab* astronomis *secernit*). RVFIN. recogn. 1, 32 *Abraham* cum arte esset astrologus, ex ratione et ordine stellarum agnoscere potuit conditorem. PRVD. apoth. 618. AVG. civ. 5, 5 Posidonius, magnus astrologus idemque philosophus, respondebat ideo fieri, quod eodem tempore fuissent nati eodemque concepti. 5, 2. 7 c. Faust. 2, 6 p. 259, 25 Vind. MAX. TAVR. tract. c. pagan. Migne 57, 781 istos paganos et astrologos vere fatuos. *Ihm.*

Astron, *quasi* Ἄστρον, *flumen Mysiae.* PLIN. nat. 5, 122. *Diehl.*

astronomia, -ae *f.*, ἀστρονομία. *v. Hultsch, PW. II 1828 sqq.* GLOSS. IV 22, 18 astrorum nomina. V 337, 16 lex astrorum. CASSIOD. inst. 2, 7 *astronomia dicitur* astrorum lex. ISID. orig. 1, 2, 2. 3, 23. *de differentia, quam statuerunt inter astronomiam et astrologiam, v. sub* astrologia *p. 965, 68 sqq.* *in universum cf.* CASSIOD. inst. 2, 7 *caput de astronomia* (ISID. orig. 3, 23 *sqq.*). SEN. epist. 95, 10 nulla ars contemplativa sine decretis suis est, quae Graeci vocant dogmata, ... quae et in geometria et in astronomia invenies. PETRON. 88 ubi est dialectica? ubi astronomia? ubi sapientiae cultissima via? IREN. 2, 32, 2 ut puta omnem speciem musicae et computationis et geometriae et astronomiae. CHALC. comm. 1. 6 *Timaeus* astronomiae quoque disciplinae perfecte peritus. 59 expertibus astronomiae. 355 erant instructi praecipuis doctrinis, quas ingenuas disciplinas adpellavit..., geometrica musica arithmetica astronomia (*cf.* CASSIOD. inst. gramm. VII 213, 23 ISID. orig. 2, 24, 15. 3 praef.). 124 tractatum illum ad astronomiam potius quam physiologiam pertinere. SERV. georg. 1, 229 insertis tam astronomiae quam geometriae partibus (*syn.* astrologia *ibid.*). IOS. Cassiod. c. Ap. 1, 129 de astronomia et de Chaldaeorum philosophia. AVG. civ. 18, 39 p. 315 D. MACR. sat. 5, 2, 2 (*syn.* astrologia 1, 24, 18). somn. 2, 4, 9 a nonnullis astronomiae studentibus. MART. CAP. 6, 581 (*personificatio*). BOET. arithm. 1, 1 p. 11, 25. mus. 2, 3 p. 229, 6 mobilis magnitudinis scientiam astronomia persequitur. CASSIOD. var. 3, 52, 7 astronomia et musica discuntur ad scientiam solam.

astronomicus, -a, -um, ἀστρονομικός. CHALC. comm. 2 cunctis (*quaestionibus*) certarum disciplinarum artificialibus remediis occurrendum erat: arithmeticis, astronomicis *eqs.* BOET. arithm. 1, 1 p. 9, 5 disciplinae. *ibid.* p. 12, 7 ratio. 2, 40 p. 137, 4 ad musicas speculationes vel ad astronomicas subtilitates. CASSIOD. var. 3, 52, 3 in astronomicis rebus. inst. 2, 7 astronomi secundum astronomicas regulas computantes. *ibid.* de astronomica ... disciplina. *subst.* astronomica, -ae: GRAMM. suppl. praef. p. XXXIV. *de titulis librorum* MANILII *et* HYGINI *non constat.*

astronomus, -ī *m.* ἀστρονόμος. PS. AMBR. philos. epist. Migne 17, 1147 ut istic sacerdotibus et astronomis congrederemur. HIER. epist. 53, 6 taceo de... musicis, astronomis, astrologis, medicis. MART. CAP. 3, 230 nam et actor cognoscet primo, quae valeat actitare, et astronomus quaedam facit, ut per ea cognoscat, quae debeat comprobare. CASSIOD. var. 1, 45, 4 Ptolemaeus astronomus. 2, 40, 14. 11, 36, 2. *legitur praeterea apud* FIRM. math. 5, 13. 15, *quae capita spuria videntur, cum desint in edit. principe a. 1497.*

[astroquinon] *pro* ἀπόκυνον DIOSC. 4, 77 de astroquinon. astroquinon aut quinarcon (κύναγχον) aut quinomoron (κυνόμορον) aut quinocranbin (κυνοκράμβην) dicunt. *cf.* astrocynon.

astrōsus, -a, -um. *ab* astrum. ISID. orig. 10, 13 astrosus ab astro dictus, quasi malo sidere natus. GLOSS. V 615, 26 est ab astro (in astra *cod.*) dictus, quod malo sidere natus sit (*cf.* 590, 49). III 159, 35 senifos (σκνιφός?) astrosus. V 589, 17 (*Scal.*) lunaticus. *cf.* CARM. epigr. 1092, 2 astro nato nihil est sperabile datum. CORP. XI 6281 matri piissim(ae) univir(a)e astros(a)e. III 8800 (*fragm.*) ⟨...⟩ astrosum M. Qu⟨...⟩ pater infelix. *Ihm.*

adstrūctio (astr-), -ōnis *f.* *ab* astruere. *actus astruendi, ubique significatu translato, cf.* astruo *II 2.* CARM. de Sod. 163 ibit subter aquas adstructio naufraga lucis. CAEL. AVR. chron. 3, 8, 137 astructiones corporum aspernantes solius detrahendi humoris intentione traducti. MART. CAP. 9, 930 bene modulandi sollertia, quae rhythmicis et melicis astructionibus continetur. *praecipue i. q. argumentatio, ratio*: RVF. Orig. de princip. 1, 8, 4 pro quibus quasdam ex scripturis commenticias afferre adstructiones solent. AVG. epist. 104, 4, 14 id quod perverse sentitur, sine ulla documentorum astructione proponere. MART. CAP. 5, 461 illa ... ratio ex oratoris plerumque adstructione colligitur. 5, 463 modi, quos dialectica conprehendit astructio. 5, 467 alterum deligere in astructionibus non vetemur. 5, 468 in superiori astructione. 5, 473 quamvis diluendis quaestionibus obiciendisque criminibus non dissimilis operetur astructio. 6, 616 rotundum telluris orbem astructio superior ratioque monstravit. 6, 724 ceterae astructionis doctrinaeque documentum. 8, 840 magnam partem astructionis exquirit contra propositum brevitatis. CAEL. AVR. acut. 3, 15, 119 ob astructionem (*sic ed. pr.*, astrictionem *vulg.*) probandae novae passionis. CLAVDIAN. MAM. 2, 7 p. 128, 6 in adstructionem veri. 3, 1 p. 154, 5. 3, 17 p. 188, 10. VITA Hilar. Arel. 4, 6 (Migne 50 p. 1225) astructioni nostrae ipse Hilarius testimonium praebet. ALC. AVIT. carm. 6 praef. quod legentibus multis mensurata fidei adstructione (atst- *cod. Leid.*, adstrict- *pars codd.*) deserviat. hom. 21 init. ...⟩igentis aevi pretiosum laborem adstructio condigna non sequitur.

syn.: (argumentatio, constructio), ratio. *opp.*: (destructio).

adstrūctor, -ōris *m.* *cf. c.* astruo *II 2.* VEN. FORT. Mart. 2, 403 adsertor validus..., nobilis adstructor, facundus contionator. *opp.*: (destructor). *Münscher.*

astrum, -ī *n.*, ἄστρον, *vox doctorum.* GLOSS. ἄστρον, stella

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

vel sidus, fatum. astra: ἀστέρες, sidera, stellae. MART. CAP. 8, 817 quidam Romanorum (*i. Varro*) ... stellas a stando, sidera a considendo, astra ab Astraeo dicta fuisse commemorat (*Achill. in Arat. p. 84, 31 M.*). *cf.* GERM. 105 AVIEN. Arat. 281 (*Arat. 99*). *de differentia vocum* astri, sideris, stellae *cf.* ISID. orig. 3, 59 stella est quaelibet singularis. sidera vero sunt stellis plurimis facta, ut Hyades, Pleiades. astra autem stellae grandes, ut Orion, Bootes (*item* diff. 1, 495). sed haec nomina scriptores confundunt et astra pro stellis et stellas pro sideribus ponunt. DIFF. gramm. suppl. 286, 22 astra sine sideribus esse possunt, sidera sine astris non possunt, quia astra fixa sunt caelo, sidera moventur (DIFF. ed. Beck p. 39, 103. *cf.* LVCAN. 5, 561/4). DIFF. Fleck. Jb. 127 (1883) p. 650 *et Beck, Fleck. Jb. 131 (1885) p. 642.* astrum *ab* sidere *significatione non differt, nisi quod vocabulum* astri *tum potissimum elegi videtur, cum corporum caelestium natura divina vel laetifica tangitur, differt usu: usque ad* TAC. *legitur* astrum *fere* 580^{ies}, sidus *fere* 1250^{ies}. *post* CIC. (*in philosophicis* astrum *et* sidus *fere aequiperant*) *scriptoribus* astrum *tantum non excluditur: bis legitur apud* SEN. phil. (105^{ies} sidus), 5^{ies} *in* PLIN. nat. (175^{ies} sidus), *de* FIRM. *et* MACR. *vide p. 977, 70 et 977, 3, frequentatur in litteris graecanicis* (HYG. astr., SCHOL. Germ., Arat.). *e poetis soli* SEN. STAT. MART. astrum *frequentius posuerunt quam* sidus (SEN. *61 : 46*, STAT. *99 : 65*, MART. *25 : 20*), *ceterorum usus his numeris continetur*: CIC. Arat. *2* (astrum): *6* (sidus), CATVLL. *0 : 9*, LVCR. *2 : 17*, VERG. *28 : 77*, APPEND. Verg. *2 : 11*, AETNA *3 : 8*, HOR. *8 : 18*, TIB. *0 : 6*, PROP. *7 : 14*, OV. *24 : 113*, MANIL. *154 : 179*, GERM. *14 : 49*, LVCAN. *23 : 45*, VAL. FL. *20 : 22*, SIL. *23 : 46*, IVV. *4 : 10*, AVIEN. *52 : 59*. *in carmine primus posuit* CIC. Arat., *in prosa oratione* VARRO ling. *ante* APVL. *solius* MANILI *locos non omnes enotavi.*

I ***in carminibus*: A *proprie*:** *corpora noctu in caelo lucentia*: **1 *generaliter*: a *pluraliter*:** CIC. Arat. frg. 32^b (nat. deor. 2, 111) stella ... iungens *Equum et Andromedam* una tenet duplices communi lumine formas aeternum ex astris cupiens conectere nodum. 162 has (*formas siderum*) ille astrorum custos ratione notavit (*sc. Astraeus?* GERM. 106 *Astraeum* parentem ... astrorum. *cf. p. 970, 30.* AVIEN. Arat. 281 nomen dedit omnibus astris). LVCR. 5, 509 motibus astrorum nunc quae sit causa canamus (5, 530. CIC. de consul. carm. frg. 3, 11 astrorum volucres ... motus. IVV. sat. 3, 43). EGNAT. carm. frg. 2 noctivagis astris labentibus (HOMER. 696 tarde labentibus. *aliter* STAT. Theb. 1, 92). VERG. georg. 1, 440 surgentibus (MANIL. 1, 182 neque fortuitos ortus surgentibus astris. 3, 286 *cf. p. 972, 43*). Aen. 4, 352 astra ignea surgunt (MANIL. 1, 310 consurgunt). georg. 3, 156 noctem ducentibus (*item* Νυκτὸς ὀπαδοί: OV. met. 11, 309 nox caelum sparserat astris. SEN. Med. 404 dum ... noctem sequentur. VAL. FL. 5, 566 adsurgens nox aurea cingitur astris). Aen. 8, 59 primis ... cadentibus (*aliter* STAT. Theb. 6, 408). 3, 585 neque erant astrorum ignes nec lucidus aethra siderea polus (8, 590 Lucifer ... quem Venus ante alios astrorum diligit ignes). 5, 25 *verba Palinuri*: si modo rite memor servata (*i. observata, cf.* sidus) remetior astra (5, 853 oculosque sub astra tenebat *Palinurus. item nautis utilia*: PROP. 3, 16, 15 demonstrant astra salebras. MANIL. 5, 13 *Argo* nunc quoque navigat astris, *cf. p. 970, 15.* LVCAN. 8, 167 *Pompeius gubernatorem* de cunctis consulit astris. VAL. FL. 1, 466 *Lynceus* dabit astra rati. SIL. 3, 662 observatis. STAT. Theb. 6, 452). Aen. 6, 725 caelum ac terras ... globum lunae Titaniaque astra (SERV. aut stellas dicit aut solem) spiritus intus alit (MANIL. 1, 154). 9, 403 astrorum decus *Luna* (OCTAVIA 389 orbem ... Phoebes, astra quem cingunt vaga. PETRON. 89 v. 55 Phoebe ... minora ducens astra. STAT. silv. 1, 4, 36 vaga cingitur astris luna). [VERG. georg. 1, 395 neque tunc astris acies obtunsa videtur: *ita* Gell. 6, 17, 8; tum stellis *codd. Verg.*; astris *legit* AVIEN. Arat. 513.] AETNA 70 *Gigantibus victis* decus mundi ... redditur astris. 253 *terra* nobis magis adfinis caelestibus astris. HOR. epod. 17, 41 tu pudica, tu proba perambulabis astra sidus aureum (MANIL. 3, 368 *p. 971, 60* perlustrat. SEN. Herc. O. 1581 tu comes Phoebo, comes ibis astris). carm. 3, 21, 24 rediens fugat astra Phoebus (*certant poetae in occasu astrorum describendo*: OV. fast. 4, 373 caelo motis ... astris *Aurora fulget. item* 5, 159 pulsis. SEN. apoc. 4 v. 25 discutiens fugientia Lucifer astra. LVCAN. 1, 232. 2, 721 lux *solis orientis* flammas propioribus eripit astris. 7, 45 vicerat astra iubar. 8, 778 percusserat astra aurorae praemissa dies. STAT. Theb. 5, 291 dimittit Eoo Lucifer astra polo. 6, 238. 7, 471 caligantia primus hauserat astra dies. 8, 274 *Luna oriente sole* leviter moto fugat astra flagello. 12, 1 nondum cuncta polo ... inclinaverat astra ortus: SCHOL. adventus exterserat solis. Ach. 1, 242 premit astra dies. AVIEN. Arat. 1115. *cf. etiam p. 970, 37 sq.*). HOR. carm. 3, 27, 31 nocte sublustri nihil astra praeter vidit et undas. PROP. 2, 32, 50 alta ... mortali deligere astra manu (*adynaton*). 3, 17, 7 te (*Liberum*) ... non esse rudem *amoris* testatur in astris (*cf. p. 970, 12 sq.*) lyncibus ad caelum vecta Ariadna tuis. 4, 1, 107 *verba astrologi*: aspicienda via est caeli verusque per astra trames (petendus? aspiciendus? *cf. p. 971, 31 et 971, 74*) et ab zonis quinque petenda fides. OV. met. 1, 73 neu regio foret ulla suis animalibus orba, astra tenent caeleste solum formaeque deorum (INCERTI vers. ap. Quint. inst. 9, 4, 90 astra tenent caelum). 7, 193 quae ... diurnis aurea cum luna succeditis ignibus astra (MANIL. 1, 174 *Phoebum* mundi subeuntibus astris. SEN. Thy. 825 non succedunt astra). 15, 787 saepe faces visae mediis ardere sub astris. fast. 6, 195. MANIL. 1, 33 suis parentia finibus astra. 1, 58 redeuntibus (SEN. apoc. 4 v. 26) astris *caelum distributum* in proprias sedes (4, 742). 1, 63 speculata ... longe deprendit *experientia* tacitis dominantia legibus astra (2, 126 dant leges nascentibus. 2, 835. 3, 58 fata ... et vitas hominum suspendit *natura* ab astris). 1, 310 mixta ex diversis viribus (2, 835). 1, 445 caelum depingitur astris, quae notia antiqui dixerunt sidera vates. 1, 451 figuras astrorum (2, 25 varias). 2, 35 ex variis pendentia casibus astra aethera per summum ... fixa revolvi. 2, 70 ambitus *astrorum.* 2, 252 *Capricornus* gelu contractus in astris (2, 531 Leo fulget in astris. 3, 183 *sub 2a.* 4, 142 *Taurus* summittit in astris colla. 5, 232 sidus *Orionis* venatur in astris. 5, 311. GERM. 676 celsis ... fulget in astris. AVIEN. Arat. 706. *cf.* MANIL. 5, 13 *Argo* nunc quoque navigat astris, *v. p. 969, 52*). 2, 261 nostros casus solatur mundus in astris (*sc. eorum corporum debilitatibus*). 2, 301 foedera ... inveniat mundi cognata per astra (2, 384. 466. 577). 2, 537 quaecumque nitent humana condita forma astra. 2, 702 fulgentibus (3, 351). 3, 49 circumfusis *orbi a natura.* 3, 70 astra locarat *natura.* 3, 110 appositis cum mundus consonat astris. 3, 536 *astrorum* vicibus (SEN. Tro. 1141 astra cum repetunt vices. HOMER. 865 *in clipeo Achillis* astrorum ... vices. STAT. Theb. 3, 558 *inter auguria.* AVIEN. Arat. 1408 vice). 4, 742 nitent ... perfunduntque suo subiectas aethere gentes. 5, 37 *Aries Argonem* ducit per astra. GERM. 266 lumine non multis Plias certaverit astris (SIL. 7, 640 Lucifer ... certat maioribus astris). 367 Eridanus medius liquidis interiacet astris (AVIEN. Arat. 781 Flumen ... manans astra inter sedesque deum). SEN. Herc. f. 459 qui gubernat astra *Iuppiter* (STAT. Theb. 3, 218 sator astrorum. AVIEN. Arat. 8 astrorum ... vigor. *cf. l. 35. 36.* IVVENC. 1, 117 astrorum ... parenti *deo. cf. p. 969, 35*). Herc. f. 928 astra inoffensos agant aeterna cursus (1332 *vitantia aspectum Herculis* transversos agunt obliqua cursus. Phaedr. 962 cursus ... vagos ... astrorum. LVCAN. 10, 203). Med. 758 mundus lege confusa aetheris et solem et astra vidit. Tro. 388 astrorum dominus *Sol* (*item* Thy. 836 dux astrorum. AVIEN. Arat. 1545. orb. terr. 1309 astrorum genitor, ... vigor aethrae). LVCAN. 1, 75 *redibit chaos*: sidera sideribus concurrent, ignea pontum astra petent (4, 526 nec segnis vergere ponto ... astra polus. VAL. FL. 4, 90 subeuntibus astris Oceani genitale caput. STAT. Theb. 3, 685 ad oceanum fugientibus. Ach. 1, 138 *Oceanus* tepet inlabentibus astris. AVIEN. Arat. 1073 hauriat astra). LVCAN. 1, 640 *Figulum* non stellarum Aegyptia Memphis aequaret visu numerisque moventibus astra (*cf.* STAT. Theb. 4, 411). 5, 561/4 non solum lapsa per altum aera ... sidera, sed summis etiam quae fixa tenentur astra polis (9, 12 stellasque vagas ... et astra fixa polis). 7, 451 *Iuppiter* astra Thyestae impulit et subitis damnavit noctibus Argos (STAT. Theb. 11, 129 festina polo ducentes astra Mycenas. VAL. FL. 3, 211 neque ... ignea cedunt astra loco, lentis haeret nox ... bigis. STAT. Theb. 5, 180 cessavere ... perfecto sole tenebrae: sera tamen mundo venerunt astra). VAL. FL. 2, 42 *noctu navigantes* terrent astraque et effusis stellatus crinibus aether. 3, 378 Mopsus ... astra tuens *animarum post mortem condicionem edocet.* SIL. 7, 364 *tot ignes conspecti sunt*, quam multa ... navita ... astra videt. STAT. Theb. 1, 92 lapsis ... citatior astris *Tisiphone* (*cf.* 6, 408). 3, 2 quamvis umentibus (6, 238 roscida. *cf.* PERVIG. Ven. 20) astris longus ad auroram superet labor. 3, 34 astrorum ... obitus (IVVENC. 1, 225 *et* ortus. AVIEN. Arat. 1870 lapsus). 3, 522 astra notavi prodigiosa. 4, 275 Arcades ... astris lunaque priores. 4, 411 deos *omina monstravisse* numeris ... sequentibus astra (*cf.* LVCAN. 1, 641). 5, 24 dic ... quae domus aut tellus, animam quibus hauseris astris (*cf.* 6, 885). 6, 322 *Sol Phaethontem* astra insidiosa docebat. 6, 408 tardius astra cadunt, *quam equi in campum emissi ruunt* (*cf.* 1, 92). 6, 885 *intempestive mortuus* indignantem animam propriis non reddidit astris (*cf.* 5, 24). 7, 99 perpetuis sollemnia iungimus astris (*trieterica instituimus*). 7, 114 si *Pavor* geminos soles ruituraque suadeat astra. 8, 550 cui ... ipsa diu positis (inspectis *M, cf.* CLAVD. 8, 146) letum praedixerat astris Vranie. 10, 327 *vergente nocte* honor non omnibus astris. 10, 375 absiliunt nubes, et fulgure claro astra patent. 12, 254 sola ... nigrantes laxabant astra tenebras. 12, 290 parum lucentibus astris. 12, 365 astrorum radiis (*cf. p. 975, 14*). Ach. 1, 643 vidit chorus omnis ab alto astrorum (silv. 3, 3, 54. CLAVD. 21, 85 *v. p. 975, 68.* ORAC. Sibyll. Aug. civ. 18, 23 *cf. p. 976, 63 et 977, 36*). silv. 2, 1, 211 omnia *moriuntur*: obeunt (*cf. l. 55*) noctesque diesque astraque. 4, 1, 3 Germanicus (*ut sidus*) ... oritur cum sole novo, cum grandibus astris, clarius ipse nitens. 5, 1, 124 *vespere* iam prospectantibus astris. MART. 8, 21, 11 stent astra licebit (*adynaton*). 9, 1, 9 manebit ... Flaviae decus gentis cum sole et astris (*cf. infra l. 81*). IVV. 6, 586 responsa ... conductus dabit astrorum mundique peritus. PERVIG. Ven. 20 umor ille (u. algens FVLG. myth. 1 p. 7, 14 H.) quem serenis astra rorant (sudant FVLG.) noctibus. AVIEN. Arat. 274 per immensum circumflagrantibus astris *circulum.* 790 *in Phaethontis ruina* astra vorax ignis coquebat. CLAVD. 5, 527 dum rotat astra polus (RVT. NAM. 1, 138). 8, 146 te ... inspectis Babylonius horruit astris. 15, 383 prius astra chaos miscebit Averno (*adynaton*). 17, 101 quae vis animaverit astra. 17, 128 quam certus in astris error. 22, 434 *Natura* numeros ... di-

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

vidit astris et cursus stabilesque moras (carm. min. 26, 83 pater rerum, qui saecula dividit astris). Pros. 2, 188 astra viarum mutavere fidem: *occidit Vrsa.* 2, 299 *lunaris globus* qui ... aeternis mortalia separat astris. PAVL. NOL. carm. 27, 221 aequantes his *meritis* astra poli, his telluris harenam (MART. CAP. 1, 32 *vers.* nepotum ... numerum, supernis astra quem vibrant polis. ALC. AVIT. carm. 5, 385 vulgus *par* numero, caelum cum pingitur astris. *comparatio e* VVLG. *deducta, cf. sub II A 1 a. aliter* SIL. 7, 364). RVT. NAM. 1, 123 astrorum flammae renovant occasibus ortus. DRAC. Med. 4 astra poli et Phoebi cursus et sidera caeli. ALC. AVIT. carm. 1, 62 astra notet ... et sidera norit. 2, 282 quaerere ... astris, quo quisquam sidere natus. 2, 289 divos iunior antiquis aetas ... protulit astris. [GERM.] frg. 5 Baehr. (*aet. incert.*) astrorum⟨que⟩ globos et sidera ... Atlans protulit in populos. CARM. epigr. 265 (*a. 382/392*), 1 Victor (*sacerdos Mithrae, cf. Corp. V 5893 s. v.* astrologia) caelo devotus et astris. CORIPP. Iust. praef. 32 *Persa* noctivagos ... colens astrorum consulit ignes.
astra *picta in sphaera* (*cf. p. 975, 76*): CLAVD. carm. min. 51, 7 *de sphaera Archimedis*: inclusus variis famulatur spiritus astris.
de catasterismis locutiones (*cf. p. 973, 23 sq. et 977, 17*): OV. fast. 2, 117 astris delphina recepit Iuppiter (AVIEN. Arat. 796 Heridanum ... astra receperunt). 3, 414 *Ampelum* Liber in astra tulit (CLAVD. carm. min. 17, 37 notus amor provexit in astra *Geminos*). 3, 808 miluus ... meritis venit in astra suis (MART. 11, 69, 6 *canis Cephali* luciferae venit ad astra deae). 5, 543 Latona nitentibus astris addidit *Oriona.* MANIL. 1, 369 *capram* aeternis merito sacravit in astris Iuppiter. SEN. Herc. O. 74 astra portentis ... ferisque Iuno tribuit (AVIEN. Arat. 379 astra ... cancro Iuno ... praestitit). MART. 9, 71, 10 sidera si possent pecudesque feraeque mereri, hic aries astris, hic leo dignus erat. CLAVD. 10, 273 si Bacchus ... potuit caelum signare Corona, cur nullis virgo redimitur pulchrior astris? *de cognitione astrorum locutiones*: OV. met. 15, 148 iuvat ire per alta astra (*cf.* PROP. 4, 1, 107 *p. 969, 79*). MANIL. 4, 158 inveniunt et in astra vias. 4, 279 gubernandi studium pervenit in astra. 4, 885 nostrum ... parentem pars sua perspicimus, genitique accedimus astris (*cf. p. 973, 69*). 4, 910 *homo* cognatum ... sequens corpus se quaerit in astris. AVIEN. Arat. 3 imus in astra Iovis monitu. 53 *Iuppiter Eudoxi* radium ... intulit astris. **b** ***singulariter*:** HOR. epod. 16, 61 nulla nocent pecori contagia, nullius astri gregem aestuosa torret impotentia. MANIL. 1, 397 *Canicula* nullum terris violentius advenit astrum nec gravius cedit. 1, 410 nec clarius astrum tinguitur oceano caelumve revisit ab undis. HOR. carm. 2, 17, 22 utrumque nostrum (*Horati et Maecenatis*) incredibili modo consentit astrum. epist. 2, 2, 187 genius, natale comes qui temperat astrum. MANIL. 4, 213 non alio ... genitus ... astro (4, 371 illo nascitur astro. *cf.* PETRON. 134 *sub II A 1 b. nota*: CARM. epigr. 1092, 3 = CORP. V 7047 credite mortales: astro nato nihil est sperabile datum. *cf. s. v.* astrosus). PERS. 5, 51 nescio quod certe est, quod me tibi temperat astrum. PAVL. NOL. carm. 27, 146 cui privato specialius astro ista dies ... peperit ... patronum. CARM. epigr. 1536, 4 properavit aetas, voluit hoc astrum meum. STAT. Theb. 4, 836 *fons* nulli ... expugnabilis astro (*qui exsiccari nequit*). 10, 85 nulli penetrabilis astro lucus (SCHOL. nullius sideris lumen admittens).

2 ***specialiter*:** **a** *de signis zodiaci* (*zodiaci* astra *etiam in exemplis sub 1 enumeratis subinde intellegenda sunt, semper fere in* MANIL. *lib. II sqq. hic selecta enotavi*). *pluraliter*: VERG. georg. 1, 232 per duodena regit mundi sol aureus astra. MANIL. 1, 541 quantis bis sena ferantur finibus astra. 5, 29 de bis sex astris.
MANIL. 3, 183 si *Phoebus* subiectis (*orbi, sc. noctu*) senis (saev- *trad.*) fulgebit in astris (3, 379 dum sex submersis vectatur ... in astris). 3, 368 dum *Phoebus* bis terna suis perlustrat cursibus astra. GERM. 570 nulla ... nox bis terna minus caelo trahit astra. AVIEN. Arat. 1057 omnibus iste (*circulus*) noctibus ... pelago sex inserit astra.
MANIL. 1, 607 caelum ... per astra quattuor (*Capricornum, Cancrum, Arietem, Libram*) in partes divisum mensibus aequis. MANIL. 2, 151 mascula sex sunt, *sex feminina* (*serm. astrol., item* 2, 381. 2, 175 *et* 179 bina. 2, 219 *diurna,* nocturna. 680 trigona). 2, 201 adversa (2, 395 quae diversis e partibus astra refulgent, per medium adverso mundum pendentia vultu, ... ex longo ... valent). 2, 277 *zodiaco tripertito* in tria ... cadit angulus astra (*ita passim apud* MANIL. *in divisionibus zodiaci; syn.* sidus, signum, *cf. ex. gr.* 2, 701/4. *item* AVIEN. Arat. 1045). MANIL. 4, 841 luna quibus defecit in astris, ... haec quoque signa suo pariter cum sidere languent. SEN. Thy. 844 sacris pervius astris ... signifer (CLAVD. 21, 145 nec dubiis titubavit signifer astris). *incertum an huc pertineat* PROP. 4, 1, 107 (*p. 969, 79.* verusque per astra trames *Itali*). LAVS Pis. 20 *sol* annua bis senis revocabit mensibus astra. *singulariter*: MANIL. 2, 329 *in divisione zodiaci*: quartum a quarto quis computat astrum. 2, 362 alterno. 2, 882 *describitur* ὀκτώτοπος: *regio Felicis Fortunae* non ipsi cedat, qui fungitur astro, *i. Iovi, cf. 890* (*sim. plur.* 905). 3, 80. 191. 228. 241. 296 quandoque horoscopet astrum. 3, 315 quo Phoebus decurrat in astro (3, 493 quo ... in astro fulserit. AVIEN. Arat. 1357 nunc ... istud astrum adolet flammis *sol, nunc in alio fertur*). 3, 483 astrum, quod quandoque vadis emissum redditur orbi. 3, 550 si mensis in astrum laetius inciderit. 4, 314 in ter denas *partes* divisum ducitur astrum. 4, 710 alias aliud terras sibi vindicat astrum. **b** *de sideribus nominatim appellatis*: *singulariter*: VERG. georg. 1, 218 averso (adverso *M, v. l.* SERV., *cf. interpretes veteres*) cedens Canis occidit astro. MANIL. 1, 268 ardenti fulgentem Scorpion astro. 2, 494 Cancer et adverso Capricornus conditus astro. GERM. 344 qua cauda Canis languenti desinit astro. VAL. FL. 2, 357 Pliada ... nimboso moverat astro Iuppiter. 5, 227 magno ... Aries apparuit astro. SIL. 1, 256 fessum ... ardenti labefecit Sirius astro. STAT. Theb. 10, 502 *Alcidamas* moriens convexa *Pollucis* magistri respicit: averso pariter deus occidit astro. silv. 1, 3, 5 calido latravit Sirius astro. AVIEN. Arat. 269 rutilo sidus *Arctophylacis* magis aestuat astro. 572 nec claro flagrat *Pleiadum* rubor aureus astro. 637 *Cygnus* non claro lucidus astro. 725 *Canis* flammigero distinguitur astro. 1233 toto Lepus occidit astro. 1376 cum caeruleo flagraret Sirius astro. 729 immodici terras coquit ignibus astri *Canis.* LYDIA 49 notum Minoidos astrum. MANIL. 2, 281 Virginis et Tauri ... astrum. 2, 496 Cancri. 2, 498 Capricorni. 2, 548 (= 568) quos dat Virginis astrum. 2, 625 Tauri. 3, 290 Lanigeri. 3, 569 Geminorum (AVIEN. Arat. 902). GERM. frg. 4, 78 Phrixeae rutilo pecudis ... astro. 114 pecoris ... aurati. AVIEN. Arat. 510 Equi. 520 Andromedae. 534 lanati ... pecoris. MANIL. 4, 357 iuvenile (*i. Aquarius*). 4, 769 quod cuncta regit, quod rerum pondera novit (*i. Libra*). 4, 784 geminum (*i. Centaurus; aliter* COLVM. 10, 312 gemino Titan *in* astro, *i. Geminis*). GERM. frg. 4, 58 Nemeaei (*i. Leonis*). VAL. FL. 1, 481 Arcadio Tiphys pendebat ab astro (*i. Vrsa*). STAT. Theb. 3, 25 Olenii (SCHOL. Haedorum). 4, 777 Icarii (*i. Canis*). MART. 8, 21, 5 Ledaeo (*i. Geminis*). 8, 55, 15 Herculeo (*i. Leone*). MANIL. 2, 446 Iunonis Aquarius astrum est. 2, 613 Aries ... est natura mitius astrum. AVIEN. Arat. 102 sic (*sc. Arctos*) astrum dici *Eudoxus docuit.* 164 declive caput vertexque obliquior astri (*sc. Draconis*). 436 Aurigae dexter pes imminet astro (*sc. Tauri*). 1191 metus *scorpionis* in astro (*sc. Orionis*) permanet. 1318 *ut nauta* possit ... astro (*sc. Orionis*) explorare notos. *pluraliter: de binis sideribus*: MANIL. 2, 194 sol aequoreis ... decurrit in astris (*i. Piscibus*). 5, 157 Geminis fraterna ferentibus astra in caelum. STAT. silv. 1, 3, 96 Oleniis ... sub astris (*i. Haedis*) *navigare.* CLAVD. 1, 240 Ledaeis (*i. Geminis*). 17, 298 Lycaoniis (*i. Vrsis*). *de uno sidere*: MANIL. 1, 626 *circulus* tuis (*Capricorni*) Aquilam designat ab astris. 2, 414 Pisces et Virginis astra adversi volitant. AVIEN. Arat. 352 propter anhela ... astra Bootis. 776 efflua ... Fluminis astra. 1226 Sagittigeri cum vibrant astra. 1293 nova (*modo orta*) Tauri ... astra. *de unius sideris stellis*: MANIL. 1, 628 posteriora pedum Cynosurae ... astra. 5, 127 *Hyadum* surgentibus astris. 5, 235 Crater auratis ... caelatus ab astris (CLAVD. 28, 167 caelatis nobilis astris *Vrna*). 5, 365 formantibus astris ... in caelum ... Olor evolat. GERM. 40 dat Grais Helice cursus maioribus astris. STAT. Theb. 8, 370 nubes ... Parrhasiis unum si detrahat astris, truncus honor Plaustri. AVIEN. Arat. 506 micat ille (*Equus*) procul flagrantibus astris. 1286 Persea proceri sustollere verticis astra. **c** *de stellis*: VERG. ecl. 9, 47 ecce Dionaei processit Caesaris astrum, astrum quo segetes gauderent frugibus et quo duceret apricis in collibus uva colorem (SERV. astrum graece dixit; nam stellam debuit dicere). PROP. 4, 6, 59 Idalio miratur Caesar ab astro. CARM. epigr. 963 (*a. 742*), 12 invidus aurato surrexit mihi Lucifer astro. MANIL. 1, 384 astro Augusto, sidus nostro quod contigit orbi, Caesar nunc terris, post caelo maximus auctor. GERM. 560 *Capricornus Augusti* numen ... in caelum tulit et maternis reddidit astris. STAT. silv. 1, 1, 55 *equus Domitiani* uni serviet astro (*sc. Caesaris, non duobus, ut Cyllarus, equus Castorum*). 3, 2, 11 Iliacae ... sororis (*Helenae*) astra fugate, *Gemini,* totoque excludite caelo. IVV. sat. 6, 570 quid sidus triste minetur Saturni, quo laeta Venus se proferat astro. 10, 313 nec erit felicior astro Martis *adulter,* ut in laqueos numquam incidat. AVIEN. Arat. 1515 pulchro Venus ... astro. VAL. FL. 5, 367 astro ... comantes Tyndaridas (*cf. 1, 570 sq.*). STAT. Theb. 1, 305 *Mercurius* obnubitque comas et temperat astra galero. 5, 440 *utriusque Tyndaridarum* simili coma fulgurat astro. Ach. 1, 181 Eurotae qualis vada Castor anhelo intrat equo fessusque sui iubar excitat astri. **d** *de sole* (*cf. p. 970, 34 sq.*), *luna*: [VERG. Aen. 6, 725 Titaniaque astra: SERV. aut stellas dicit aut solem. *v. p. 969, 55.* SEN. Herc. O. 728 (*verba turbata*) Phoebi comam tepefactus astris (*E,* ardet *A,* coma t. arsit *coniecerunt*).] AVIEN. Arat. 1017 repercussi momentum ... astri (*solis, sc. in solstitio*). 1564 si tranquillo (*de colore, opp.* picturatus, diversi coloris) ... cucurrerit astro *sol.* AVIEN. Arat. 1398 adfore quem (*implacabilem horrorem*) pelago comitem sibi dixerat astrum (*sc. luna*).

B ***pluraliter metaphorice positum*:** **1** astra *sedes deorum, beatorum* (*cf.* aether): CIC. carm. frg. 1 (Non. 65, 8 Cicero Alcyone) hunc genuit claris (cladis, claudis *codd.*) delapsus ab astris *Hesperus.* VERG. Aen. 5, 838 aetheriis delapsus Somnus ab astris. SEN. Herc. O. 468 descendat astris Luna desertis licet (*item* 527 relictis. OCTAVIA 768 *Iuppiter* quae regit ... deseret astra). 1598 fugit astra Iuno? STAT. Theb. 4, 750 lapsus ab astris non humilis ... amor. silv. 2, 1, 94 cum ... procul nitidis *Iuppiter* cessaret ab astris. COMM. instr. 1, 7, 9 *Iovem, Martem* moechos ab astris nascentes regere. apol. 1007 fulmen iactatur ab astris. SEN. Herc. O. 1442

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

quis *me* ab ipsis ... deducit astris? 1972 praesens ab astris ... Alcides cano. Stat. Theb. 11, 46 maeret ab astris (alto *B*) *Hercules.* Mart. 9, 51, 7 nitidis alternus venit ab astris *Castor.* Val. Fl. 3, 83 ceu Martius exilit astris currus. Stat. silv. 5, 1, 102 non plura ... nuntiat ex celsis *Mercurius* astris. Priap. 12, 6 manus ad astra tollens *precatur mentulam.* Val. Fl. 8, 68 manus *Medea* crinemque intenderat astris. *cf.* Cypr. Gall. deut. 267 *manum* stelligera per astra tollo (Vulg. ad caelum). Ov. epist. 15, 72 *Mercurius* se ... aetheria tollit in astra via (Stat. Theb. 8, 765 astra subit *Minerva in caelum rediens. item* Claud. Pros. 1, 117 iam Mercurius astra tenebat. Sen. Herc. O. 1297 nec ... voltus meos in astri torsi. 1691 in astra misit ... ad superos preces. Stat. Theb. 10, 78 *Iuno Iovis* secubitus vacuis *indignatur* in astris. 10, 782 spiritus *Menoeci* olim ante Iovem et summis apicem sibi poscit in astris. 10, 898 mediis Capaneus auditus in astris (*i. in deorum concilio. item* Claud. 15, 135 mediis apparet in astris *Africa*). silv. 4, 2, 10 *conviva Caesaris* mediis videor discumbere in astris cum Iove (Mart. 9, 91, 1 ad cenam si me diversa vocaret in astra hinc invitator Caesaris, inde Iovis). Stat. silv. 1, 2, 147 digna deae sedes *Violentillae*, nec sordet ab astris (*Veneris domo caelesti*). Stat. silv. 5, 1, 106 Fama ... tardum ... sub astris Arcada ... linquit. Comm. apol. 903 videbitur et tunc igne⟨a⟩ quadriga per astra. Claud. Pros. 3, 214 *Ceres filiam* patriis procul amandaverat astris. *bene meritis conceduntur* (*cf. locutiones de catasterismis p. 971, 19*): Verg. ecl. 5, 51 *Menalcas*: Daphnin ... tollemus ad astra, Daphnin ad astra feremus: Schol. Serv. auct.: apotheosin eius dicturus est (Claud. 7, 158 *Theodosius moriens*: securus ad astra ... ferar). Aen. 3, 158 *penates*: *Aeneae* venturos tollemus in astra nepotes (Serv. Caesarem, ... et bene in astra, cuius sidus apparuit). 7, 99 generi ... nostrum (*Latini*) nomen in astra ferant (7, 272). Sen. Herc. O. 1978 abit, in astra fertur. Ov. met. 9, 272 *Herculem Iuppiter* radiantibus intulit astris (15, 846 Venus ... Caesaris ... animam caelestibus i. a.). Pont. 4, 8, 63 *Caesarem* virtus addidit astris. Homer. 901 *Aeneas* augustum ... genus claris submitteret astris. Stat. silv. 4, 2, 59 rata numina miseris astris *Domitianus.* Verg. Aen. 9, 638 sic itur ad astra (Sen. epist. 48, 11 's. i. a. a.' hoc ... philosophia promittit, ut parem deo faciat. 73, 15 'hac i. a. a.' ... miraris hominem ad deos ire?). *cf.* Sen. Herc. f. 437 non est ad astra mollis e terris via (Prud. cath. 10, 92 ad astra doloribus itur). Mart. 9, 65, 10 securus adisses, *Hercules*, astra patris summi. Prop. 3, 18, 34 qua Caesar ab humana cessit in astra via. Ov. fast. 2, 478 bellicus a telo venit in astra deus (3, 186. Sen. Herc. f. 66 nec in astra lenta veniet ut Bacchus via). Sen. Herc. O. 1943 virtus mihi ... in astra ... fecit ... iter. Ov. met. 15, 876 parte ... meliore mei super alta perennis astra ferar. Ov. fast. 2, 496 rex patriis astra petebat equis. Sen. Herc. O. 1645 voltus petentis astra, non ignes erat. Lucan. 1, 46 astra petes, *Nero.* Ov. Pont. 2, 9, 62 lucida Pieria tendis in astra via. Sen. Herc. O. 1971 virtus in astra tendit. Val. Fl. 1, 563 tendite in astra, viri (*cf.* 565 iter ... grave caeli). Sen. Herc. f. 23 natus astra promissa (959. *cf.* Herc. O. 13 negas) occupet. Octavia 478 Augustus ... complexus astra est. Stat. silv. 3, 1, 26 virtute parata astra tenes, *Hercules. ambigue* Mart. 7, 56, 1 *cf. p. 974, 39.* Sen. Herc. O. 32 redde ... astra forti. Mart. 5, 65, 1 astra polumque (*cf. p. 974, 40*) dedit ... Alcidae Nemees terror (9, 101, 22 astra suis, caelo sidera *Domitianus* 14, 124, 2. Stat. silv. 3, 3, 139 *Vespasianus* progeniem ... terris partitus et astris). Mart. Cap. 2, 126 ut dent meare caelo, reserent caducis astra. Sen. Herc. O. 80 astra merui (97 laudibus. Paul. Nol. carm. 33, 35). 1713 ut dignus astris videar. Sen. Herc. O. 1433 inter astra positus (1564 locum virtus habet. 1571 recepto ... Alcide). Sen. Herc. O. 1704 spiritum admitte hunc (*meum, Herculis*) precor in astra. Octavia 530 nos quoque (*Neronem*) manebunt astra. Val. Fl. 4, 36 caelo mox aderis teque (*Herculem*) astra ferent. Lucan. 7, 458 fulminibus manes radiisque ornabit et astris ... Roma. Sil. 3, 594 se Curibus *gentis Flaviae* virtus caelestis ad astra efferet. 15, 100 me (*virtutem*) ... producit ad astra triumphus. Stat. silv. 4, 6, 53 Oetaeis emissus in astra favillis *Hercules, cf. 3 d.* *saepe in elogiis* (*cf. exempla graeca apud Rohdium, Psyche* II^2 *p. 384 adn.*^{2}): Carm. epigr. 1535^B, 2 (*saec. II? non christ.*) *puer mortuus* accessit astris (*cf. p. 971, 34*). 611, 4 (*non christ.*) mundus me sumpsit et astra, corpus habet tellus (Paul. Nol. carm. 18, 87 ista dies carnem terris, animam dedit astris. *ita passim* terra, tellus *opponitur* astris). Damas. epigr. 26, 4 Christum ... per astra secuti (Carm. epigr. 1434, 8 rettulit ad Christum celsa per astra gradum). Carm. epigr. 668 (*christ., a. 381*), 2 qui gaudet in astris (Paul. Nol. carm. 33, 74. Carm. epigr. 1836, 6 hic corpus posuit, sedem dicavit in astris). Carm. epigr. 669 (*christ., a. 382*), 2 fecit ad astra viam. 688 (*christ., med. saec. V*), 5 ad astra volans. 692 (*christ., a. 476* = 778, 6), 3 caeli perrexit ad astra. Inscr. christ. Gall. 627 (*a. 470*) = Carm. epigr. 696 (*a. 506*), 6 anima migravit ad astra. Carm. epigr. 787, 42 decedis martyr ad astra. Inscr. christ. Rossi II p. 128, 9 v. 12 mittere ad astra animam. II p. 170, 26 v. 25 abiit superis iungendus ad astra coetibus. Anth. 92, 6 (*christ.*) *puer* raptus ad astra. Inscr. christ. Rossi II p. 114, 79 v. 10 spiritus ad summum pergit in astra deum. Carm. epigr. 1401 (*post med. saec. VI*), 10 tales animae protinus astra petunt. Inscr. christ. Gall. 624 (*saec. VI*) obiit e saeculo astra petens. Inscr. christ. Hisp. 65 (*a. 641*) = [Alc. Avit.] carm. app. 13, 3 sp(iritu)s astra petit. Inscr. christ. Gall. 23 (*saec. VI med.*), 14 meritis astra subisse poli. Arator 1, 623 morientibus astra patescant (619 *syn.* sidera).

2 astra *culmen famae, laudis, gloriae* (*primum apud* Cic., *v. sub II B*): Verg. Aen. 1, 287 imperium Oceano, famam qui terminat astris Iulius. Hor. sat. 2, 7, 29 urbem tollis ad astra (Sil. 3, 164 gentem ... fama *bellorum* tollere ad astra. 7, 94 *parendo* tollis ad astra imperii, Romane, caput). carm. 4, 2, 23 *mortui* vires animumque moresque ... educit (red- *ARL*) in astra *poeta.* Sen. Herc. f. 195 alium ... fama ... laudet caeloque parem tollat et astris. Mart. 4, 75, 6 Alcestin fama sub astra ferat. epigr. lib. 1, 6 Mausolea laudibus ... Cares in astra ferant: *cf. p. 973, 64.* Sen. Thy. 885 aequalis astris gradior ... vertice attingens polum (*cf.* sidus). Sil. 17, 650 Phlegraeis confecta mole gigantum incessit campis tangens Tirynthius astra. Claud. 26, 470 vertice proximus astris.

3 astra *regio aeris maxime elata, ad quam perveniunt*:
a *aedificiorum, montium, arborum summitates*: Verg. Aen. 2, 460 turrim ... summis ... sub astra eductam tectis (Comm. apol. 165 turrem fabricare sub a[u]stris). 5, 759 vicina astris Ericyno in vertice sedes *Veneris.* Culex 139 pinus ... appetit aeriis contingere mo[n]tibus astra. Ov. met. 1, 316 mons ... verticibus petit arduus astra. Sen. Herc. O. 493 astris inserit Pindus caput (1153 Pindo congestus Athos nemus aetheriis inseret astris. Lucan. 6, 411 inseruit celsis prope se cum Pelion astris sideribusque vias ... abstulit Ossa. Avien. orb. terr. 252. 528. Claud. 24, 134 vicinis fastigia conserit astris). Herc. O. 1621 pinum ... astris minantem. 1638 alternae trabes in astra tollunt ... rogum. Val. Fl. 2, 491 Neptunus muros cum iungeret astris. Sil. 2, 353 astris ... coruscos Appenninus agat scopulos. 2, 599 structus ... ad astra ... rogus. 4, 744 vertice ... apex *Appennini* (10, 548 constructus acervo ingenti mons armorum) surgebat ad astra. 5, 486 quercus ... molita ... vertice ... proferre sub astra cacumen (12, 73 sub astra exurgant rupes). Stat. Theb. 2, 36 apex *montis* tantum fessis insiditur astris. 6, 93 silva ... extulerat super astra caput. 9, 639 in mediis frondentem Maenalon astris. silv. 3, 4, 49 Latii montes ... summis aequat Germanicus astris. Mart. epigr. lib. 2, 1 propius videt astra colossus. 4, 64, 9 puris leniter admoventur astris celsae culmina ... villae. *ambigue* (*cf. p. 973, 52*): 7, 56, 1 astra polumque (*cf. p. 973, 53*) pia cepisti mente, Rabiri, Parrhasiam mira qui struis arte domum. 8, 36, 7 nitidis ... conditus astris ... apex *aulae.* Avien. orb. terr. 99 ora ... ultima ... subducit in astra columnas *Herculis.* Claud. 26, 341 praeruptis ferit astra iugis. Pros. 1, 164 *Aetna* motibus astra lacessit (*cf. infra l. 64*) terrificis.
b *aves alte volantes*: Verg. Aen. 5, 517 *columba* decidit exanimis vitamque reliquit in astris aetheriis. 12, 893 opta ardua pinnis astra sequi. Phaedr. 2, 6, 12 altis ab astris *deicit aquila testudinem.* Sen. Herc. O. 1237 arcus ... astris ab ipsis detulit Stymphalidas (Mart. 9, 101, 7 *Hercules* silvis cervam, Stymphalidas astris abstulit). Oed. 893 astra ... demens petit *Icarus.* Val. Fl. 4, 488 *Argonautae* aequora servant astra simul, *unde harpyias adfore sperabant.* Sil. 4, 119 *aquila* se reddidit astris. Stat. Theb. 3, 493 omnis in astris consonet ... volucris bona murmura. 9, 27 subtexunt astra catervae ... avium. 12, 21 a mediis etiamnum respicit astris *turba columbarum draconem.* silv. 1, 6, 76 cadunt ... volucrum per astra nubes (4, 3, 38 tensae volucrum per astra pennae). Mart. 9, 54, 10 prope summa ... milvus ad astra volat. c *aqua turbata, maris potissimum*: Verg. Aen. 3, 567 *spuma maris elisa* rorantia vidimus astra (Schol. Serv. auct.: eum scilicet locum, in quo astra sunt). Manil. 5, 604 pontumque extollit in astra *cetus* (Sen. Ag. 471 in astra pontus tollitur). Sen. Phaedr. 1008 mare crevit ... in astra (Lucan. 5, 624). [Med. 345 spargeret astra (*A vitio metr.*, astris *E*, arcis *Madvig*) nubesque ... mare.] Lucan. 4, 126 *inundatione deminuta* discessit ab astris umor. 10, 326 *de Nilo*: spuma tunc astra lacessis (*cf. supra l. 44*). Val. Fl. 8, 330 omnis in astra itque reditque ratis. Sil. 9, 283 sparsuras astra procellas. *aqua arte in altum emissa*: Manil. 4, 262 ipsaque conversis aspergere fluctibus astra *valebit Aquario natus.* Stat. silv. 2, 7, 33 attollat refluos in astra fontes Graio nobilior Melete Baetis.
d *fumus, favilla, ignis, pulvis*: Verg. Aen. 9, 75 piceum fert fumida lumen taeda et commixtam Volcanus ad astra favillam (Lucan. 8, 730 ad astra ... ferat ... fumus odores). Lucan. 7, 814 rogus ossibus astra mixturus. *cf.* Stat. silv. 4, 6, 53 *p. 973, 66.* Cypr. Gall. exod. 301 favilla ... vibratur in astra (Vulg. in caelum). Epiced. Drusi 256 flamma ... aethera subiectis lambit et astra comis. Sil. 17, 592 ad astra evomuit ... Vesbius ignes. Stat. Theb. 7, 124 pulvereo stant astra globo. e *clamor*: Ov. fast. 3, 374 a populo clamor ad astra venit (Octavia 320 tollitur. Sil. 6, 252 datur. Stat. silv. 1, 6, 81 tollunt ... ad astra voces). fast. 4, 328 fertur in astra sonus. Sil. 16, 95 tonuere ... clamoribus astra. Stat. Theb. 3, 670 fragor ... vasto subter volat astra tumultu. 5, 143 magnus ... advolvitur astris clamor. 6, 448 subit (12, 790 quatit) astra fragor. Claud. 19, 51 pulsas ... astra querellis. f *res iactu sursum emissae*: Sen. Herc. O. 817 *Lichas* in astra missus fertur (Mart. 1, 3, 8 ibis ab excusso missus in astra sago). Mart. epigr. lib. 16^b, 2 Alciden (*gladiatorem*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Herculem agentem) taurus in astra tulit. 19, 2 sustulerat (22, 6 iactat) raptas taurus in astra pilas. **g** *bestia immanis*: SIL. 6, 185 sub astra ... extulit ... caput *serpens*. CLAVD. 2, 4 Python ... sanguineis tangeret astra iubis.

4 astra *regiones supernae oppositae infernis*: MANIL. 1, 346 de ponto surgit Delphinus ad astra (*i. oritur, item* 5, 338 pars ... Chelarum ... quae cornua ducit ad astra). 5, 198 vicesima Cancro ... pars sese emergit in astra (5, 416 ponto cum se Delphinus in astra erigit). 1, 656 *linea* nunc septem ad stellas (*i. ad Arcton*), nunc mota sub astra (*ad imum hemisphaerium*). *nascentes* astra *vident*: SEN. Phaedr. 1021 quae novum tellus caput ostendit astris? Cyclas exoritur nova? STAT. silv. 2, 1, 79 prima lucida voce astra salutantem (*puerum modo natum*). CLAVD. carm. min. 30, 48 cum te (*Serenam*) Lucina beatis adderet astrorum radiis (*'adderet familiae imperatoriae' Kraemer de Manil. astron. p. 48 falso*). SEN. Herc. f. 276 *Hercules* subitus ... ad astra emerget (*e Tartaro*). Thy. 1074 Nox Tartarea gravis ... nube ... sine astris. STAT. Theb. 6, 498 *Phoebus* anguicomam monstri effigiem ... tollit in astra nefas. 8, 40 (*verba Ditis*:) *hiatu terrae Tartarus* diris ... en pervius astris inspicitur. 11, 72 abrupta terrarum mole sub astris constitit *furia*. 11, 88 ab astris descendit vos usque (*ad inferos*) fragor *fulminis icti*. 11, 94 insuetos angues *furiae in terris versantis* nimia astra soporant. CLAVD. 3, 62 cupio (*furia*) Stygiis invadere nubibus astra. LVCAN. 5, 76 solum fluctu terras mergente cacumen *Parnassi* eminuit pontoque fuit discrimen et astris.

5 astra *pro nocte* (SCHOL. Stat. Theb. 11, 129): SEN. Ag. 461 in astra iam lux prona, iam praeceps dies. STAT. Theb. 12, 48 nec dulcibus astris victa, nec adsiduo coierunt lumina fletu. *sub astris*, *i. sub caelo nocturno*: VAL. FL. 2, 171 *mulieres* nudis ... sub astris condensae flectus acuunt. 8, 454 SIL. 15, 109.

6 astra *i. q. fatum* (*cf. A 1 b*): PROP. 4, 1, 119 *verba astrologi*: hactenus historiae: nunc ad tua (*Properti*) devehar astra.

7 astra *i. aer astris temperatus?* CLAVD. 26, 347 *glacies dilabitur* tepidis ... astris: *'accipe quasi* tepida vel calidiore tempestate, *cf. et alia et Statii silv. 4, 1, 24' Birt.* austr- *ς unus* (astr- *pro* austr- MANIL. 1, 612 *codd. praeter F* LVCAN. 3, 523 *G* 8, 847 *B*; austr- *pro* astr- VERG. georg. 1, 440 *M* CIC. Verr. 6, 27 *codd.* MANIL. 3, 483 *pars codd.* COMM. apol. 165 *cod.*).

C astra ***animata finguntur*** (*cf. sub A 1 a* OV. met. 1, 73 CLAVD. 17, 101): *numina, fati auctores* (*cf. sub A 1 a* MANIL. 1, 62, *B 6*): VERG. ecl. 5, 23 deos atque astra vocat crudelia mater *Daphnidis mortui*. SIL. 15, 561/3 tendens ad sidera palmas tellurem noctemque et caelo sparsa precatur astra. STAT. Theb. 12, 128 *ob mortem mariti* summis ... irascitur astris. OCTAVIA 237 gentibus clades novas minantur. LVCAN. 5, 204 adhuc dubitantibus astris Pompei damnare caput. STAT. Theb. 4, 691 vim coeptis indulgent. astra *in gigantomachia*: AETNA 51 impius et miles (*i. Gigantes*) metuentia comminus astra provocat. LVCAN. 3, 316 si terrigenae temptarent astra gigantes. VAL. FL. 4, 237 iam capta Typhoeus astra ferens. *cf.* STAT. Theb. 7, 320 furit Amnis et astris infensus bellare parat. *affectibus praedita*: MANIL. 2, 141 caelo noscenda canam mirantibus astris. 2, 476 (*serm. astrol.*:) affectus quoque *deus* divisit variantibus astris, atque aliorum oculos, aliorum contulit aures, iunxit amicitias horum sub foedere certo, cernere ut inter se possent audireque, quaedam diligerent alia et noxas bellumque moverent (2, 551). SEN. Herc. O. 1574 ne tuo vultu tremefacta leges astra conturbent (*cf. p. 970, 31*). STAT. Theb. 6, 685 attonitis quotiens avellitur astris *Luna incantatione*. 11, 589 *Charon* exeat ad superos et pallida turbet astra. CLAVD. 5, 455 tellus ... amolitur *cadaver* iam respirantibus astris). STAT. Theb. 8, 145 praesagis quo (*Amphiarao*) nullus amicior astris. 10, 665 astra vocant, caeloque animam ... mittes (12, 66 poscentibus astris *Herculem*. CLAVD. 15, 253 cupidis ... praereptus ab astris *Theodosius*). 10, 636 dant clara meanti (*Virtuti de caelo desilienti*) astra locum. silv. 1, 1, 98 una locum cervix *Domitiani* dabit omnibus astris *noctu descendentibus et Domitiani statuam osculantibus* (*i. imperatoris consanguineis defunctis, iam sideribus*). CLAVD. 8, 190 *stella medio die visa est*: te properantibus astris cernere sol ... caelum commune remisit. 21, 85 exultasse choreis astra. ALC. AVIT. carm. 3, 208 astra gemunt. *opinio christiana*: COMM. apol. 1011 iudicantur astra nobiscum *in iudicio domini*. *alia v. p. 970, 69. 974, 35. 44.*

II ***in prosa oratione*: A *proprie*: 1 *generaliter*: a *pluraliter*:** VARRO ling. 9, 25 sed quid plura de astris (*egit de signis, sole, luna*), ubi difficilius reperitur, quid sit aut fiat in motibus dissimiliter? CIC. rep. 1, 22 ab Eudoxo Cnidio ... *sphaeram* astris (astellis *corr. in* astris m^2), quae caelo inhaereren⟨t⟩ (*cf. p. 976, 44*), esse descriptam. 5, 5 iuris ... civilis non imperitus, sed ita, ut astrorum gubernator, physicorum medicus (*cf.* VITR. 9, 5, 1). 6, 24 annum ... solis, id est unius astri, reditu metiuntur; cum autem ad idem, unde semel profecta sunt, cuncta astra redierint (*ibid.* signis omnibus ad principium stellisque revocatis). leg. 2, 16 astrorum ordines *inter documenta rationis divinae* (nat. deor. 2, 97 rati astrorum ordines. *cf. p. 976, 8*). ac. 1, 26 *e quinto genere elementorum* essent astra mentesque *secundum Aristotelem*. fin. 1, 72 se, ut Plato, in musicis, geometria, numeris, astris contereret. nat. deor. 1, 30 *Platoni* et mundum deum esse et caelum et astra et terram et animos. 1, 36 *Zeno*, 1, 37 *Cleanthes* divinitatem astris tribuit. 1, 52 *deus* cursus astrorum ... conservet (2, 19 dispares. 2, 153). 2, 41 solem ... animantem esse ... et quidem reliqua astra, quae oriantur in *aethere*. 2, 42 cum in aethere astra (*ibid.* sidera) gignantur, ... in deorum numero astra esse ducenda. 2, 43 sensum ... astrorum atque intellegentiam ... declarat ordo (3, 16) eorum atque constantia (*ibid.* ordo siderum). 2, 44 quorum (*sc. deorsum aut sublime ferri*) neutrum astris (*ibid.* solem et lunam et sidera omnia) contingeret, propterea quod eorum motus in orbem circumque ferretur. *ibid.* ut contra naturam astra moveantur. *ibid.* motus astrorum ... voluntarius. 2, 49 sol ... astrorum tenet principatum. 2, 95 caelum totum ... astris distinctum et ornatum (MIN. FEL. 17, 5). 2, 117 in aethere ... astra volvuntur, quae se ... nisu suo conglobata continent et forma ipsa figuraque sua momenta sustentant; sunt enim rotunda. 2, 118 astrorum ignis ... consumit *vapores* (*ibid.* stellae). 2, 153 astrorum ortus, obitus cursusque. 3, 37 ali ... solem, lunam, reliqua astra aquis. 3, 51 quae (*argumenta divinitatis*) tu a caelo astrisque ducebas. Tim. 34 has ... ob causas nata astra sunt, quae per caelum penetrantia solstitiali se et brumali revocatione converterent (*ἐγεννήθη τῶν ἄστρων ὅσα δι' οὐρανοῦ πορευόμενα ἔσχε τροπάς*). Tusc. 1, 43 rebus, quibus astra sustentantur et aluntur. 1, 62 astra suspeximus cum ea, quae sunt infixa certis locis, tum illa non re, sed vocabulo errantia; quorum conversiones omnesque motus qui [animus] vidit, is docuit similem animum suum eius esse, qui ea fabricatus esset in caelo. div. 1, 91 Chaldaei cognitione astrorum ... antecellunt. 1, 109 quae ... extis, quae fulgoribus, quae portentis, quae astris praesentiuntur. 1, 121 ad astrorum et ad avium reliquorumque signorum et ad extorum veritatem. fat. 8 astrorum adfectio valeat, si vis, ad quasdam res, ad omnes certe non valebit. VITR. 1, 1, 10 astrorum cursus. 5, 6, 1 astrologi ex musica convenientia astrorum ratiocinantur. 9, 1, 12 divinitatibus splendoribusque astrorum ... obscuritates obici posse? 9, 5, 1 astrorum periti. 9, 6, 2 antefacta et futura ex ratiocinationibus astrorum explicare. SEN. dial. 8, 5, 5 illud ... quo maxime probatur homines divini esse spiritus, partem ac veluti scintillas quasdam astrorum (*Lipsius*, sacrorum *A*) in terram desiluisse (re- *trad.*) atque alieno loco haesisse. nat. 7, 1, 2 coetus astrorum, quibus immensi corporis pulchritudo distinguitur. COLVM. 1 praef. 32 in motibus astrorum ... Metonis providentiam vel Eudoxi. PETRON. 88 (*loquitur Eumolpus*) Eudoxus ... ut astrorum caelique motus deprehenderet. PLIN. nat. ind. auct. lib. 18 L. Tarutio, qui graece de astris scripsit, Caesare dictatore, qui item. 2, 98 coronae ... circa nobilia astra caeloque inhaerentia (*cf. p. 975, 76*). 18, 268 minorem Canem, ut in astris pingitur. 37, 132 quod *gemma* (*sc. astrion*) astris opposita fulgorem rapiat et regerat. APVL. flor. 18 p. 90 Oud. Thales ... astrorum peritissimus contemplator. mund. 2 astrorum (*ἄστρων*) innumerabilis multitudo. 29 reciprocis itineribus ... consurgant. 33 astra caelestia et mundi lumina. Plat. 1, 11 hos astrorum ignes sphaeris adfixos perpetuis atque indefessis cursibus labi et hos animales deos ... esse. *ibid.* quale *genus divinitatis* astra habent ceteraque numina. 1, 14 siderum circuitus et astrorum obitus atque ortus eorumque cum significatibus spatia. [APVL.] Ascl. 13 apocatastases astrorum, stationes praefinitas cursumque commutationis numeris constare. 25 nec caelum astrorum cursibus nec siderum cursus constabit in caelo. 29 quantum sol lumine ceteris astris antistat. MIN. FEL. 11, 3 caelo et astris interitum denuntiare. 22, 7 Erigone ... virgo inter astra ignita (HYG. astr. 2, 37. 2, 5 *et* fab. 14 p. 49 in astris). 34, 11 labuntur et redeunt. TERT. nat. 1, 1 *ipsorum vitia* vel astris vel fato imputant. 2, 3 p. 98, 24 animalia esse caelum et astra. 2, 6 p. 105, 13 et astra intercidisse et intercidisse se attestantur. PORPH. Hor. carm. saec. 35 lunam siderum reginam dicere, quod clarior inter astra videatur. PS. CYPR. spect. 9 aspiciat ... astrorum micantes choros (*cf. p. 970, 69*). LAMPR. Comm. 1, 4 astrorum cursu ... mathematici *vaticinabantur*. LACT. inst. 2, 9, 3 *deus* suum ... habitaculum distinxit ... sole ... et lunae orbe fulgenti et astrorum micantium splendentibus signis adornavit. AMM. 20, 3, 4 lunaris globus astrorum omnium infimus. 24, 8, 3 astrorum nocte micantium facies obumbratur. HIER. in Amos 2, 5 p. 288 Vall. chasil ... significare generaliter astra fulgentia. epist. 64, 19 Arcturum et Orionem ... et cetera astrorum nomina. 69, 6 necdum sole rutilante nec pallente luna nec astris micantibus. 121, 10 p. 882 Vall. sol ... et luna et astra rutilantia (124, 4 *in.* solem ... et lunam et astra cetera esse animantia). 122, 3 p. 897 Vall. (= 125, 7) astra quoque ipsa non sunt munda in conspectu *dei* (VVLG. Iob 25, 5 stellae). VVLG. deut. 4, 19 lunam et omnia astra caeli. 10, 22 multiplicavit te dominus ... sicut astra caeli. 28, 62 eratis sicut astra caeli prae multitudine. II Esdr. 4, 21 donec egrediantur astra (*ἕως ἐξόδου τῶν ἄστρων*). AVG. civ. 5, 2 *geminos* Posidonius ... eadem constitutione astrorum natos *dicit* (5, 8). 5, 8 *tit.* astrorum positionem ... fati nomine appellant. 7, 6 *Varro dicit* ab summo ... circuitu caeli ad circulum lunae aetherias animas esse astra ac stellas. 7, 23 *aetheris* vim, quae pervenit in astra, ea quoque facere deos *Varro dicit*. 21, 8 canones astrologorum, quos ... de praeteritis ac futuris astrorum motibus conscriptos

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

habent. MACR. comm. 1, 18, 14 ut ... vicina astra solis propinquitate celentur. 1, 19, 27 Plotinus ... in libro, qui inscribitur: si faciunt astra (εἰ ποιεῖ τὰ ἄστρα). *praeterea in* MACR. comm. *vocabulum* astrum *non legitur nisi ter in verbis Ciceronis, semel in Vergilii.* sidus, stella *saepissime. cf.* 1, 14, 21 ἄστρον ... quod nos sidus vocamus. SCHOL. Bern. Verg. ecl. 9, 47 quaedam astra cum regni principio oriuntur, ut dicunt astrologi. SCHOL. Pers. 5, 50 Iovis *stella* Saturni astrum frangit (*ibid.* Saturni stella). BOET. herm. sec. 3, 9 p. 192, 6 licet ignoremus nos, utrum astra paria sint an imparia (p. 187, 12 *sqq.*), unum tamen quodlibet definite in natura stellarum esse manifestum est. arithm. 1, 1 (p. 12, 2) harmonicis modulationibus motus celebratur astrorum. p. 12, 3 musicae vim astrorum cursus antiquitate praecedere. 1, 2 (p. 12, 7) motus astrorum caelique conversio *numeris continetur.* CASSIOD. var. 11, 36, 2 astra ipsa, ut astronomi volunt, licet assidua repetitione volvantur. SCHOL. Arat. rec. gen. p. 206, 3 *Leo* est de inlustrissimis astris (ἐπιφανῶν ἄστρων). ISID. nat. cap. 26 *tit.* de nominibus astrorum. *de catasterismis locutiones* (*cf. Graecorum* εἰς τὰ ἄστρα, ἐν τοῖς ἄστροις τιθέναι, εἰς τὰ ἄστρα ἀνάγειν): NIGID. ap. schol. Germ. Bas. p. 89, 8 (Ampel. 2, 10) *dei* ⟨Pana⟩ sancta astrorum memoria decoraverunt. HYG. astr. 2, 5 *et 9ies* inter astra collocare (2, 14 in astris). *item* SCHOL. Arat. rec. interpol. *30ies* (*bis* rec. gen., *cf. l. 39*). HYG. astr. 2, 6 *et 7ies* inter astra constituere (2, 23 in astris). *item bis* SCHOL. Arat. rec. interpol. HYG. astr. 2, 38 *Chiron* inter astra numeraretur (statueretur *H*). 3, 11 *Perseum* inter astra κεκονισμένον figuratum. 2, 4 p. 36, 17 in astris corpora eorum deformavit (2, 27 in aliquo astrorum numero). 2, 23 *Cancer* deae beneficio ... adfixus astris (SCHOL. Germ. Bas. p. 62 *Corona* astris adfixa). SCHOL. Germ. Bas. p. 59, 6 *et 25ies* astris inferre, p. 58, 18 *et bis* caeli astris inferre. p. 93, 19 inlationis (-ne, -nem *codd.*) in astris ... originem. p. 60, 15 *draconem* Iovem ... astris instituisse (*AP*, intulisse *SV*). p. 70, 6 Cancer astris positus ... beneficio Iunonis. p. 73, 4 *Ericthonium* astris receptum. p. 93, 10 scorpionem caelo inter astra XII locavit (SCHOL. Arat. rec. interpol. p. 204, 3). p. 79, 2 (*item* SCHOL. Arat. p. 219) Pegasum ... ad astra evolasse (εἰς τὰ ἄστρα ἀναπτάντα). PAVL. NOL. epist. 49, 8 fin. Argonautarum ... puppem ... inter astrorum choros numerant. HYG. fab. 133 p. 114 *et bis* in astrorum numerum referre (130 p. 113 delati. COMM. Bern. Lucan. 4, 527 in numero astrorum ref.). 194 p. 125 in astris ponere. SCHOL. Arat. rec. gen. *20ies* inter astra ponere (p. 194, 14 in astra), *item bis* rec. interpol. (*cf. l. 21*). SCHOL. Arat. rec. gen. *locis singulis* inter astra adornare, assumere, dare, honorificare, honorare, procedere, recondere, *bis* facere. rec. interpol. p. 220 ad astra conscendisse, p. 267 inter astra sedem promeruisse. **b *singulariter*:** CIC. Verr. 6, 27 *veris* initium iste (*Verres*) non a Favonio neque ab aliquo a[u]stro notabat. Ti. 45 qui recte ... curriculum vivendi confecerit, ad illud astrum, quocum aptus fuerit, revertetur (πάλιν εἰς τὴν τοῦ ξυννόμου πορευθεὶς οἴκησιν ἄστρου). div. 2, 96 *naturae vitia* astro ingenerata et tradita. 2, 97 omnesne, qui Cannensi pugna ceciderint, uno astro fuerint? ... quid, qui ingenio ... singulares, num astro quoque uno? PETRON. 134 malo astro natus est. PLIN. nat. 2, 23 pars *hominum* astro ... suo eventus adsignat nascendi legibus. APVL. mund. 16 catena (ἅλως) ... astrum (ἄστρον) ... ambit orbe incolumi. AMM. 25, 2, 7 (*face in caelo visa*) quid astri species portenderet nova. AVG. civ. 13, 19 quod *sapientes* post mortem ferantur ad sidera, ut aliquanto diutius in astro sibi congruo quisque requiescat.

2 *specialiter*: **a** *de sole* (*cf. sub 1 a* CIC. rep. 6, 24 nat. deor. 2, 41. 2, 49 [APVL.] Ascl. 29), *luna*: VARRO rust. 1, 37, 3 quanto minus haberet ignis id astrum (*sc. luna*). CENS. 13, 4 p. 23, 19 solis astrum (*ibid.* Martis, Iovis, Saturni stellam). *cf.* 23, 3. 19, 5 lunae astrum. SOL. 37, 21 lunae imaginem ... iuxta cursum astri ipsius ... vel minui vel augeri. **b** *de sideribus nominatim appellatis*: VARRO rust. 2, 5, 12 secundum astri exortum ... quod Graeci vocant *Λύραν*, Fidem nostri. FEST. 339, 7 id astrum (*sc. Septentrionem*) Grae⟨ci ἅμαξαν dicunt⟩. SCHOL. Germ. Bas. p. 67, 12 *canis Icarii* astrum Cyon nominatur, quam nos Canis stellam nominamus (*cf.* astrocyon). FIRM. math. 8 p. 103ᵛ col. 2 v. 3 *ed. pr.* hoc astro (*sc. Auriga*) oriente et Salmoneus et Bellerophontes nati (*cf. I A 1 b. exprimitur* MANIL. 5, 97 hoc genitum ... sidere Bellerophontem). *alibi apud* FIRM. *vocabulum non legitur*, signum, stella *saepissime*, sidus lib. 1—7 *30iens*, 8 *45ies* (p. 103ᵛ col. 2 v. 7—107ʳ col. 1 *43iens*). PORPH. Hor. carm. 2, 17, 19 occasum astri[s] huius (*sc. Capricorni*). *cf. ibid.* occasum signi h⟨u⟩i⟨u⟩s. **c** *de planetis* (*cf. sub 1 a* CIC. Tusc. 1, 62): VITR. 9, 1, 15 astra nitentia contra mundi cursum (*cf.* MANIL. 1, 309). 9, 1, 16 de zona XII signorum et septem astrorum contrario opere ac cursu, quibus rationibus et numeris transeunt e signis in signa et circuitum eorum. 9, 2, 3 luna de septem astris circulum proximum terrae ... pervagatur. FILASTR. 43 numero elementorum astrorumque septem vitam ... hominum ... consistere. SCHOL. Germ. Bas. p. 99, 5 (*verba interpolata*): haec sunt astra sive signa, quae planetae appellantur. HIER. epist. 64, 9 septem errantia astra. SCHOL. Arat. rec. interpol. p. 272, 1 cum sole et luna VII astra numerantur. MART. CAP. 1, 29 *Mercurius* in sidus vibrabile astrumque convertitur. **d** *de signis zodiaci*: SCHOL. Germ. Bas. p. 93, 10 *sub 1 p. 977, 33.* **e** *de siderum stellis*: SCHOL. Arat. p. 228 Persei caput et falx absque astra (-ris *rec. interpol.*) videtur (ἄναστρος ὁρᾶται). p. 259, 16 rec. gen. *Flumen* multis astris (ἄστροις) exornatur (rec. interpol.: multarum stellarum luce exornatum).

B *in* ***locutionibus poeticis*:** CIC. Att. 2, 21, 4 quia deciderat ex astris, lapsus quam progressus potius videbatur *Pompeius.* 2, 25, 1 quam plena manu, quam ornate nostras laudes in astra sustulit. TERT. nat. 2, 10 p. 114, 13 ⟨patet⟩ ... via[m] ab inferis ad astra subigitis (*Antinoo*). FVLG. myth. 1 praef. p. 14, 22 *Musae* te ... ex mortali caelestem efficient astrisque te non ... poeticis laudibus, sed ... mysticis intersererent rationibus (AMM. 23, 6, 4 *Arsaces* astris .. ritus sui consecratione permixtus est. MART. CAP. 1, 95 quos ... astris doctrinae nomen inseruit). HIER. epist. 22, 3 *igneus currus* te ad exemplum Heliae in astra sustollat. 133, 12 per superbiam ad astra sustolleris. VVLG. Is. 14, 13 super astra dei exaltabo solium meum. SVLP. SEV. epist. 2, 17 negato in astra conscensu. SIDON. epist. 1, 9, 8 *laudibus* ad astra portare ... eloquentiam. 4, 18, 6 astra quatiemus. MART. CAP. 6, 656 Haemus ... vicinia perflatur astrorum.

C astra ***personata*:** TERT. nat. 2, 2 Arcesilaus trinam formam divinitatis ducit, Olympios, Astra, Titaneos de Caelo et Terra: ex his, Saturno et Ope, Neptunum, Iovem et Orcum. VVLG. Iob 38, 7 cum me (*deum*) laudarent ... astra matutina.

accedunt adiectiva (*potiora*): aeterna: MANIL. 1, 369 SEN. Herc. f. 929 CLAVD. Pros. 2, 299. aetheria: VERG. Aen. 5, 838 SEN. Herc. O. 1154. alta: PROP. 2, 32, 50 Ov. met. 15, 147. 875 PHAEDR. 2, 6, 12. ardua: VERG. Aen. 12, 892. aurea: Ov. met. 7, 193 *cf.* CARM. epigr. 963, 3 MANIL. 5, 235. caelestia: AETNA 253 Ov. met. 15, 846 APVL. mund. 33. celsa: GERM. 676 LVCAN. 6, 411 STAT. silv. 5, 1, 102 *al.* clara: CIC. carm. frg. 1 (*ex coni.*) STAT. Theb. 10, 636 HOMER. 901 *al.* dulcia: STAT. Theb. 12, 48. fulgentia: MANIL. 2, 702. 3, 351. ignea: VERG. Aen 4, 352 LVCAN. 1, 75 VAL. FL. 3, 210. laetum: MANIL. 3, 551 *cf.* IVV. 6, 570. lucida: Ov. Pont. 2, 9, 62 STAT. silv. 2, 1, 79. nitentia: Ov. fast. 5, 543. nitida: STAT. silv. 2, 1, 94 MART. 8, 36, 7. 9, 51, 7. summa: STAT. Theb. 10, 782. 12, 128 silv. 3, 4, 49 MART. 9, 54, 10.

derivata (*praeter graeca*): astralis, astrifer, astrifico, astrificus, astriger, astriloquus, astrilucus, astrisonus, astrosus. *Dittmann.*

adstruo (astr-), -strūxī, -strūctum, -ere. *ab* ad *et* struere. *v.* NOT. Tir. 65, 16, 23, 30. GLOSS. aedificare vel firmare. *inde a* CAES., *sed rarum apud antiquiores* (*singulis locis* CAES. Ov. LIV. SEN. rhet. CVRT. COLVM. SCRIB. PLIN. nat. SIL. MART. QVINT., *binis* VELL. TAC., *tribus* APVL., *quattuor* SEN. phil.), *frequentius inde a* PLIN. min., *sollemne apud christianos.*

I *proprie*: *iuxta exstruere, construere, coaedificare*: CAES. civ. 2, 9, 2 ⟨hanc⟩ insuper contignationem ... latericulo adstruxerunt. LIV. 42, 15, 6 gradibus adstructis. COLVM. 1, 5, 10 veteri adstruitur recens aedificium. PLIN. epist. 9, 7, 4 hae mihi causae utrique *villae*, quae desunt, adstruendi. PAVL. NOL. 27, 470 cisternas adstruximus undique tectis.

II *translate*: **1** *i. q. addere*: **a** *res corporeas*: MAECEN. carm. frg. 3 (Sen. epist. 101, 11) tuber astrue gibberum. SCRIB. LARG. 227 *medico medicamentum* adstruente inprimenteque. TERT. adv. Marc. 3, 9 *deus* aeque potuit ... angelis adstruxisse carnem. *nota*: VELL. 1, 17, 2 ut Livium quoque priorum aetati adstruas. **b** *res incorporeas*: Ov. ars 2, 119 adstrue *animum* formae. SEN. contr. 1, 1, 13 exponam, quae aut veteres invenerunt aut sequentes adstruxerunt. VELL. 2, 55, 2 victus ab eo (*Caesare*) Pharnaces vix quicquam gloriae eius adstruxit. SEN. benef. 6, 23, 8 omnes alias inpudentis animi voces his adstrue. epist. 92, 10 fortissimae rei inertissima adstruitur. PLIN. nat. 9, 119 quid adstrui magnificentiae posset. SIL. 4, 8 astruit auditis docilis per inania rerum pascere rumorem vulgi Pavor. MART. 3, 20, 4 quae Neroni falsus astruit scriptor. QVINT. inst. 8, 3, 64 quaedam etiam ex iis, quae dicta non sunt, sibi ipse *quisquam* adstruat. FRONTIN. strat. 1 praef. qui aliquid illi (*operi meo*) adstruent. TAC. Agr. 44 triumphalibus ornamentis praedito quid aliud adstruere Fortuna poterat? hist. 1, 78 tamquam nobilitatem ac decus *Othoni* adstruerent. PLIN. epist. 3, 2, 5 dignitati eius aliquid adstruere ..., adstruere autem, quod sit splendidum. 4, 17, 7 ille famae meae ... adstruxit. 8, 6, 7 adstruitur his (*sequitur or. recta, v.* 6 additur). 9, 33, 11 non est opus adfingas aliquid aut adstruas. paneg. 35 Nerva ... perquam magna quaedam edicto Titi adstruxerat. 38 muneri eius liberalitas tua adstruxit, ut. 46 adstruis laudem, ne coegisse videaris. 62 sibi ... adcrescere putat, quod cuique adstruatur. 74 civitas ... nihil felicitati[s] suae putat adstrui posse, nisi ut. FRONTO p. 178, 24 N. tuae propriae gloriae addideris, quantum dignitati praedicatoris tui adstruxeris. APVL. met. 5, 6 haec etiam blanditiis astruit (*sequitur or. recta*). 11, 3 adstructis miseris lamentationibus. MIN. FEL. 6, 3 antiquitas ... fanis tantum sanctitatis tribuere consuevit, quantum adstruxerit vetustatis. 11, 2 aniles fabulas adstruunt et adnectunt. PANEG. 6, 6 p. 152, 17 neque ... dubium, quin tibi mature sacrum istud fastigium divinae potestatis ⟨is⟩ astrueret. IVST. 23, 3, 12 sicut ... fortuna rebus ... victorias adstruxerat, ita ... destruens, quae cumulaverat. SCHOL. Cic. Bob. p. 331, 18 O. gloriae Ciceronis accedit, quod ..., invidiae autem P. Clodii adstruitur, si. VOLVS. Aug. epist. 135, 1 adstruebatur, quid esset inventio.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

2 *instruere aliquid*: SEN. epist. 123, 1 indignandum nihil ⟨nisi⟩ ipse indignando adstruas. APVL. met. 2, 17 ad cuius noctis exemplar similes adstruximus alias plusculas. ALC. AVIT. epist. 46 p. 76, 12 etiam directis in rem legationibus astruere partes dei. *nota*: CVRT. 10, 1, 27 gentis eiusdem levissimos falsis criminibus adstruxit.

praecipue verbis, argumentis, ratione, testimoniis sim. aliquid astruere, i. affirmare, probare, ostendere. saepe additur acc. c. inf.: AGROEC. gramm. VII 117, 11 adstruere adfirmare (*cf.* DIFF. ed. Beck p. 32, 39. gramm. VII 272, 10 *et* 301, 3). PAPIN. dig. 46, 8, 3 vulgaribus verbis ... haec quoque ... adstruentur. IREN. 2, 1, 4 eadem ratione utens quisque adstruet super pleroma alterum esse pleroma. PORPH. Hor. epist. 1, 17, 1 Horatius satyrico charactere adstruit nihil esse. HIL. in psalm. 1, 14 etiam ex evangeliis intellegentiae huius est proprietas adstruenda. 54, 9 neque enim destruimus, sed adstruimus. trin. 1, 27 proprietatis fidem per divinitatis veritatem adstruximus. ZENO tract. 1, 1, 3 tractatus fidem cum adstruit, ex eo ipso eam, quo adstruit, destruit. LVCIF. Athan. 1, 19 minora astruis esse peccata tua quam. 1, 30 quomodo ... te in ecclesia esse poteris adstruere dei. 1, 40. 2, 18. 2, 20 adstruendo illos fuisse interfectos. de reg. apost. 7 adstruxisti (*praecedit* dixisti ... adfirmans) ... spiritum fabricatum esse. de non parc. 2 sive te prophetam velis adstruere nobis. 24. de non conv. 6. moriend. 11 adstruxeras ... fuisse blasphemiam. ANTH. 112, 7 Daedalus adstruitur terras mutasse volatu. IVL. VICT. rhet. 11 p. 413, 16 haec omnia cum astruxerimus, tunc concludemus. IVL. SEV. rhet. 9 p. 360, 2 eas (*res*) ... undique astruere et exaggerare. HILARIAN. curs. temp. p. 156, 1 Fr. p. 157, 22 Fr. verum. DAMAS. epist. 2 propheta sanctus astruxit dicens. QVEROL. p. 51, 6 adstruamus ab ipso nobis alienum mortuum esse coniectum domi. SYMM. epist. 4, 61, 2 senatoris angustias adstruat examinis diligentia. 8, 29. 8, 66 scriptis tuis sperato bono adstrui fidem. 9, 43, 3. 9, 55 allegationes suas properavit adstruere lectione publici scripti. *sim.* rel. epist. 10, 26, 5 quod cum adstrueret recitatione gestorum. 10, 19, 8. 10, 39, 5 ut *gestorum* lectio insinuationis meae adstruat veritatem. DICT. 1, 6 belli difficultates contraque pacis commoda adstruens. SERV. Aen. 11, 51 quod et Plato videtur astruere, qui dicit. COMM. Bern. Lucan. 7, 447 astruit deos non curare terrena. AMBR. hexam. 1, 1, 3 Plato non semper fuisse *mundum* ... praesumit adstruere. 1, 6, 20. 1, 7, 25 locus sine principio fuisse astruitur. off. 2, 28, 137. Iob 4, 9, 33 adstruamus hunc locum ... etiam alterius prophetae exemplo. AMBROSIAST. Rom. 8, 7 astruentes nihil posse fieri. I Cor. 6, 18 hoc nulla ratione astrui potest. I Tim. 3, 11 ut haeretici animum suum verbis, non sensu legis astruere videantur. PS. AMBR. serm. 10, 3 ad adstruendam fidem. 52, 7. mor. Brachm. p. 1135 D. HEGES. 1, 15, 2 regnum sibi iure delatum adstruere. 1, 30, 1 Messala et Atratino adstruentibus (διεξῆσαν ἀποδεικνύντες) paterna bene gesta. 2, 10, 3 haec adstruere sacerdotum testimoniis. 3, 21, 1 fama adstruebat (διεκήρυττε) perisse omnia. 4, 10, 1 ut non solum dilueret obiecta, verum etiam reos ipsos (*accusatores*) maximorum adstrueret (διεξῄει) flagitiorum. 5, 44, 1. HIER. epist. 133, 12 sententiarum tuarum acumina adstrue eloquio subsequenti. AVG. civ. 1, 13 propter fidem resurrectionis astruendam. 15, 12 argumentis quidam non destruentes fidem ... historiae, sed astruere nitentes. 15, 14. 15, 27 Origenes non ineleganter astruxit. 18, 10 *et* 17. 18, 52 neutram partem quaestionis huius astruentes sive destruentes. 18, 53 serm. 117, 9 categ. 11 epist. 82, 3, 23. 104, 14. 143, 8. 143, 11 sententiarum aliquam adstruere atque defendere. 147, 7, 19. 147, 20, 48. 187, 10. 264, 3 hoc ... testimoniis divinarum scripturarum conantur astruere. conf. 4, 15, 24 aptum ... definiebam et distinguebam et exemplis corporeis adstruebam. gen. ad litt. 308, 4 fid. et op. 14, 21 serm. ed. Mai 71, 1. IMP. HONOR. Aug. epist. 201, 2 pravas ... disputationes vel tacito consensu astruunt vel publica oppugnatione non destruunt. CORP. VI 1783, 22 aput vos abunde causas piaetatis adstruximus. EVSTATH. hexam. 3, 5 probationes, per quas possumus astruere. 6, 11. VIGIL. THAPS. c. Arian. 1, 4 *dogmatibus* astruitur unus et verus esse deus. c. Varimad. 1, 11 ut ipse astruis. MACR. sat. 1, 18, 7 hoc argumentis liquidioribus adstruetur. somn. 1, 4, 1 adseramus, sicut iam in principio huius sermonis adstruximus. 1, 6, 13. 1, 20, 10 (*bis*). 2, 7, 13. 2, 9, 1. 2, 14, 2 callidis argumentis astruit nihil ex se moveri. 2, 14, 6. THEOD. PRISC. eup. 2 alius adstruendo, destruendo alius. MART. CAP. 2, 113. 2, 172. 3, 239 non ... vocales astruere, sed omnes litteras ... monstrare. 4, 423 (*vers.*) multo astruendum ... volumine *et* decipula si astruxeris. 5, 441 in infinita *quaestione* ... universitatis astruendae sibi fiduciam vindicante. 5, 454 causam occidendi astruxit *Milo* insidias Clodianas. 5, 485 hac ratione illud Ciceronis astruitur. 6, 587 in astruendae praeceptionis excursus. 6, 589 cetera astruendae praecepta artis. 6, 592 *et* 694. 8, 814 in ipso astruendi limine. COD. Theod. 10, 10, 8 (*a. 353*) si non potuerint ostendere, quod adstruxerant. COD. Theod. 11, 39, 7 (COD. Iust. 4, 19, 24; *a. 378*) veritatem. COD. Iust. 6, 23, 20, 1 (*a. 416*) non scriptum aliquid ... falso adstruere moliantur. OROS. hist. 2, 9, 3 *agminis* numerum nunc difficilius est adstrui quam tunc vinci. CASSIAN. conl. 12, 10, 3 inevitabilem esse commotionem carnis hoc adstruere voluistis indicio. 13, 1. 13, 16, 1. 21, 9, 1. 23, 4, 1 manifestioribus adhuc testimoniis huius sententiae rationem. 23, 5, 4. Nest. 3, 12, 7 falsitatem. 7, 16, 2. *sim.* LEO M. epist. 15, 12 quibuslibet modis nituntur astruere, quod. 30, 1 vana et nimis perversa audet astruere (τολμᾷ λέγειν). 109, 3 *bis*. 120, 4 serm. 71, 3. PS. LEO serm. 13, 7 ut, quod vivendo docuit, moriendo constanter astrueret. PROSP. epist. ad Ruf. 2 p. 77 cum ... tantam naturae humanae vellent astruere sanitatem. PS. PROSP. vocat. gent. 1, 17 p. 670. 1, 23 p. 676 contra veritatem ... astruere. AVELL. p. 89, 11 rationem. 91, 13 quae libris sunt asserenda, ipsi possunt melius astruere. 110, 6. 111, 2. VICT. AQVIT. chron. I p. 677, 4 observantiae disciplinam. VICT. TONN. chron. II p. 199, 19. *ibid.* 24 tres adstruunt deos esse. ARNOB. conflict. 1, 6 te astruente. 1, 7. 2, 15. SIDON. epist. 3, 6, 2 disciplinae tunc fore adstruxi liberam professionem. 4, 3, 7 instruit ut Hieronymus, destruit ut Lactantius, astruit ut Augustinus. 7, 9, 13 *et* 24. 8, 11, 4. CLAVDIAN. MAM. p. 19, 11. 22, 9 diversum protinus adstruunt, etsi idem sentiunt. 23, 3 opiniones. 23, 7 sententias. 23, 24 cogitata sua. 27, 19. 31, 19. 37, 16 adstruens se ... proferre. 39, 18. 52, 16 nonnullis disputationibus adstruunt. 123, 9. 169, 8. 174, 14. 188, 8. FAVST. REI. epist. 2 p. 168, 2 quae in ea *epistula* adstruuntur, adsero et, quae sunt damnata, damno. grat. 2, 2 p. 61, 10 astruentes, quod. VICT. VIT. 3, 5 dum se conflictui paratos adstruerent. 3, 31 singillatim astruere. SEDVL. op. pasch. 5, 1 p. 274, 3 strepitum fuisse tonitruus adstruebant. PAVL. PETR. 5, 208 ne dubia adstrueret dicens nec certa taceret. ALC. AVIT. c. Eut. 1 p. 16, 11. 1 p. 17, 4 unitas mihi in Christo ... adstruetur. epist. 53 p. 82, 11 astruendae veritati. 93 p. 101, 2 (*Sigismundus rex imperatori*). BOET. herm. pr. 1, 9 (106, 25) Aristoteles hoc validissima argumentatione contendit adstruere. sec. 3, 9 (209, 20) ad adstruendum. 6, 13 (454, 24). ENNOD. carm. 1, 7 praef. (p. 523, 24 Vind.) invisum mihi eloquii uber adstruerem. GREG. M. Mon. Germ. epist. II p. 140, 28 quantum astruit. 151, 10 sicut astruunt. 159, 22 omnes astruunt auctores exsistere. 427, 36. *sim.* ISID. vir. ill. 12 (25 Arevalo) quibusdam hoc fallacibus argumentis astruere contendens. diff. 2, 107 alteram propositionem destruit et ipsa non valet astruere, quod proponit. PASSIO Iacobi Marian. 3 virtutis exemplis fidem fraternitatis. BEDA gramm. VII 242, 31 versus quidam ita scandendos adstruunt.

synonyma: *ad I*: (coaedificare, construere). *ad II 1*: addere, affingere, adnectere, tribuere. *ad II 2*: affirmare, arguere, asserere, defendere, exaggerare, monstrare, ostendere, probare. *opposita*: destruere. *ad II 2*: damnare (FAVST. REI.), diluere (HEGES.), tacere (PAVL. PETR.). *Münscher.*

? **astrutium**. CAEL. AVR. chron. 1, 4, 116 sternutamento commoto ex aceto naribus interius flato cum sinapi vel castoreo oleo irino infuso cum calchanto vel sulphure vivo aut astrutio incenso. 2, 1, 37 utentes ptarmicis vehementioribus, quae nos sternutamenta vocamus, ex pipere, helleboro, castoreo, astrutio et horum similibus. *est igitur remedium ad sternutationem excitandam. legendum videtur* struthio, *cf.* CELS. 5, 22, 8. *Ihm.*

astu *vel* **asty** *n.*, ἄστυ. PRISC. gramm. III 73, 4 astu nomen est indeclinabile. *legimus solum accus., semel abl. apud* VITR. *ubique significat Athenas urbem.* DON. Ter. Eun. 987 'in astu' in urbem de Piraeo, sic Athenienses vocabant urbem suam (*cf.* DON. Ter. Eun. 700). PS. ASCON. Verr. 1, 34 p. 144 urbs astu dicitur. PAVL. FEST. *v. sub* astus *p. 983, 9.* GLOSS. asty: urbem, arcem. TER. Eun. 987 an in astu venit? NEP. Them. 4, 1 Xerxes ... protinus accessit astu (astum *pars codd.*). Alc. 6, 4 postquam ⟨in⟩ astu (astum *codd.*) venit. CIC. leg. 2, 5 prius quam Theseus eos (*Atticos*) demigrare ex agris et in astu, quod appellatur, omnis se conferre iussit. VITR. 7 praef. 17 in asty vero [ad] Olympium ... architectandum suscipere. 8, 3, 6 ex eiusmodi locis et fontibus in asty et ad portum Piraeum ducti sunt salientes. CORP. IV 2094. *cf.* ACC. trag. 508, *ubi* astuque *coni. Turnebus.* *derivata graeca*: asticus, asteismos. *Münscher.*

Astuda *v.* Ascuris.

astula *v.* assula. **astulōsus** *v.* assulosus.

adstupeo, -ēre. *ab* ad *et* stupere. OV. met. 3, 418 dumque bibit, visae correptus imagine formae adstupet ipse sibi. SEN. dial. 9, 8, 5 non te pudet, quisquis divitiis adstupes? STAT. Theb. 3, 406 socerque adstupet oranti. SIDON. epist. 5, 5, 3 adstupet tibi ... senectus. STAT. Theb. 2, 13 nemus adstupet ipsaque tellus miratur.

[**astur**, -is]. FIRM. math. 5, 7 (p. 139, 2 ed. a. 1551) accipitres tamen, falcones, astures, aquilas et aves huiuscemodi equosque ad venandum alere studebant. *desunt haec aliaque inde a 5, 5 med. usque ad 5, 15 med. et in codicibus a Skutschio adhibitis et in editione principe a. 1497.* [*prov.* austor, *unde francog.* autour. *M.-L.*] *cf. Gröber, Archiv 1 p. 234.* *Ihm.*

Astur, -is, **Astures** (-ēs), -um, Ἄστυρ, Ἄστυρες. *ad orthographiam et declinationem*: Astyr: VERG. Aen. 10, 180 *et* 181. *cf. tamen B 1.* SIL. 3, 334 *nom. propr. idem septiens* Astur *ethnicon.* MELA 3, 13 Astyres *et* Astyrum. *idem hic illic in codd.* CORP. X 6976 (*Messanae*) práef. álae Astyrum (VIII 9047 *in Mauret. Caesar. a. 260*). XI 1437 (*Pisae*) Astirum. 3007 (*in agro Viterbiensi*) Astorum (6337 *Pisauri.* VII 513. III 10507 *Aquinci.* NOT. dign. occ. 40, 35. 42). OROS. hist. 6, 21, 1 Astores *D.* NOT. dign. occ. 26, 19 Hastorum (40, 38). *iidem fortasse corrupti* or. 28, 36 *in* Astarum. CHRON. Alex. chron. I p. 109, 185[bis] Aspores. INSCR. Rhen. Bramb. 1232 Aestureru et Callaecoru. CORP. III 11371 (*cf.* p. 2328[48]) coh. p. Aes(turum).

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

acc. Astures: OROS. hist. 1, 2, 73 IORD. Rom. 249. **A** *gens Hispana*: **1** *substantive*: **a** *pluraliter*: ISID. orig. 9, 2, 112 Astures, gens Hispaniae, vocati eo quod circa Asturam flumen septi montibus silvisque crebris inhabitant. *cf.* FLOR. 2, 33, 54 (OROS. hist. 6, 21, 9). MELA 3, 13. PLIN. nat. 3, 28 iunguntur iis (*Cantabris*) Asturum XXII populi divisi in Augustanos et Transmontanos (*cf. infra* Astur Transmontanus *sub b β*), Asturica urbe magnifica. 3, 6 iugis ... Asturum. 3, 18 *conventus* Asturum (*unde* MART. CAP. 6, 632. *idem* CORP. II 4223 *et* 6094 *Tarracone*. XII 1855 *Viennae, saec. II in.*). 4, 111 regio Asturum. FLOR. 2, 33, 46 duae validissimae gentes Cantabri et Astures (RVF. FEST. brev. 5, *unde* IORD. Rom. 212. OROS. hist. 1, 2, 73 CASSIOD. chron. II p. 135, 569). 2, 33, 60 IVL. HONOR. 21 geogr. p. 37, 4 Asturibus. OROS. hist. 6, 21, 2. LIB. gener. chron. I p. 109, 215 Calleci qui et Astures (CHRON. Alex. *ibid.* 185bis). LATERC. Veron. 14, 7 ISID. chron. II p. 291, 20. cohortes Asturum *et* alae Asturum *saepe memorantur in titulis, praecipue Germaniae, Britanniae, Illyriae, et* NOT. dign. *ll. cc.* *praeter exempla propter orthographiam supra citata huc apponam* CORP. III dipl. LVII *a. 146 ala* Ī Hisp. Astur. (XLIII *a. 124.* XXIX *a. 98*) *et ex vetustissimis* dipl. II *a. 60 cohors* I Astur. *bis.* **b** *singulariter*: *α collective*: LVCAN. 4, 8 inpiger. SIL. 1, 231 avarus. 252. 5, 192 latebrosis collibus Astur et Libys ... erumpunt. 10, 304. 12, 748 belliger. 15, 412 hic robur mixtusque rebellibus Afris Cantaber, hic volucri Mauro pernicior Astur. MART. 10, 16, 3. CLAVD. carm. min. 30, 75 effossis nec pallidus Astur oberrat montibus. *cf.* Asturius *adi.* *β singuli*: SIL. 16, 348 Astur Panchates (389). INSCR. Rhen. Bramb. 478 (*Bonnae*) Pintaius Pedilici f. Astur Transmontanus ... signifer cho. V̄ Asturum. *cf.* PLIN. nat. 3, 28 *l. 5 sq.* **2** *adiective*: MART. 14, 199 asturco. hic brevis ad numeros rapidum qui colligit unguem, venit ab auriferis gentibus Astur equus. MACR. sat. 5, 15, 4 ducem Asturem *minus recte intellegens* VERG. Aen. 10, 180 *sq.* **B** *nom. vir. et cogn.*: **1** *socius Aeneae*: VERG. Aen. 10, 180 sequitur pulcherrimus Astyr (*M* DIOM. gramm. I 445, 9 DONAT. gramm. IV 398, 3 *cod. Medic.*, -ur *PR* SERV. auct. MACR. sat. 5, 15, 4 VEN. FORT. carm. 7, 12, 17, -or CHAR. gramm. I 281, 13 DONAT. *l. c. cod. Berol.*), Astyr (*MR* DIOM. *l. c.* DONAT. *l. c. cod. Medic.*, -ur *P*, -or DONAT. *l. c. cod. Berol.*) equo fidens et versicoloribus armis. *cf.* SERV. auct.: quidam 'Astur' pro 'Astures' accipiunt, apud quos equi et equites optimi perhibentur *et* MACR. sat. *sub A 2.* **2** *Memnonis armiger*: SIL. 3, 334 armiger Eoi non felix Memnonis Astyr. **3** *cogn. vir.*: CORP. II 2604 (*in Tarraconensi*) Atilius Astur (2605). 6260, 9 (*in anulo aureo*) Asturi. *cf.* 745. IX 1763 (*Beneventi, periit*) *traditur*: Bassaei Astur. e. *sed cf. etiam* Asturius *cogn. vir.* **Lūcō Astorum** RAVENN. p. 320, 16. *Ptolemaeo* Λοῦκος Ἀστουρῶν. **Astura,** -ae, *eiusdem gentis fluvius.* FLOR. 2, 33, 54 apud Asturam flumen (OROS. hist. 6, 21, 9). ISID. orig. 9, 2, 112. *cf.* Astur *A 1 a.* *ab hoc populo regio incolitur* **Asturia,** -ae. PLIN. nat. 4, 118 Asturia et Gallaecia (33, 78). CORP. II 2634 (*Asturicae*) leg. Aug. per Asturiam et Gallaeciam. XII 1855 (*Viennae, saec. II in.*) provinc. Astur. et Callaec. (XIV 2941 *Praeneste*). VIII 18273 (*Lambaesi, a. 150*) ⟨i⟩uridico Astyriae et ⟨C⟩a⟨llaeciae⟩ (2747 *ibid., eiusdem anni*). V 534 (*Tergeste, a. 98/102*) Asturiae et Callaeciarum. *cf.* 535. PLIN. nat. 4, 112. 33, 78. CORP. II 4616 (*Ilurone, saec. II*) prímus praefectus Asturiae. RAVENN. p. 302, 5 *inter Hispaniae provincias.* *cum hoc nomine confunditur oppidum* Asturica, *cf. p. 982, 10 sqq.* *v. Hübner, PW. II 1863.* *adi.* **Asturius,** -a, -um. LVCAN. 4, 298 Asturii (assyrii *codd.*) scrutator pallidus auri (*cf.* CLAVD. carm. min. 30, 75). *ab eadem gente ortum est contra usum nom. gentile* **Asturia,** -ae. CORP. II 5650 (*in conventu Asturum*) Asturiae Capitonis f. Maternae. *cogn. vir. inde fictum nihil habet alieni*: **Asturius,** -ī. **1** CORP. VI 16492 Cn. Cosconi Asturi. *cf.* Astur *B 3.* **2** INSCR. christ. Rossi I 567 (*inter a. 385 et 406*) ⟨benemer⟩enti Astu⟨rio? **3** *cos. a. 449*: INSCR. christ. Rossi I 745 cons. Fl. Asturio v. c. co⟨nsule⟩. *sim.* 746. LEO M. epist. 420—445 (Jaffé) Asturio et Protogene coss (NOV. Valent. 26 *et* 27 *subscr.* MARC. COM. chron. II p. 83, 11, 449 PROSP. add. chron. I p. 487, 449. 489, 449 CONS. Ital. *ibid.* p. 301, 565 CONS. Const. *ibid.* p. 247, 449 CASSIOD. chron. II p. 157, 1248). CORP. V 6284 (*Mediolanii*) pc. Asturi et Pro⟨t⟩og⟨enis⟩. HYDAT. chron. II p. 24, 125 dux utriusque militiae (128). p. 25, 143 vir inlustris ad honorem provehitur consulatus. *idem* DIPTYCH. Gori 1 tab. 3 ad p. 58 Fl. Astyrius (SIDON. epist. 8, 6, 5) *et* CORP. XIII 2357 (*Luguduni*) Astoriŏ v̄ c̄ cons. *et saepius* Asterius: COD. Iust. 5, 17, 8 Protogene et Asterio conss. 5, 14, 8 post consulatum Protogenis et Asterii (6, 52, 1). POL. SILV. chron. I p. 547, 38 Asterio consule. VICT. AQVIT. chron. I p. 722, 422 Asterio et Protogene. CASSIOD. hist. 4, 24 (Migne 69, 972^{a}) *al.* **4** ENNOD. epist. 1, 24 tit. Ennodius Asturio (2, 12 Astyrio). **5** ILDEF. vir. ill. 2 Asturius post Audentium in Toletana urbe ... pontifex. *nota*: *ex Hispanis qui appellantur* Asterius *vereor ne unus et alter interpretandus sit* Asturius. *adi.* **Asturiēnsis,** -e *cf.* Asturicensis. *Asturiae regionis caput est* **Asturica,** -ae, *nunc* Astorga, *Ptolemaeo* Ἀστούρικα Αὐγοῦστα, *cf.* CORP. II 2636 (*Asturicae*) res p. Ast. Aug. PLIN. nat. 3, 28 Asturica urbe magnifica, *cf.* Astur *A 1 a.* CYPR. epist. 67 tit. IVL. HONOR. 19 geogr. p. 35, 1 oppidum. HIL. op. hist. frg. 2, 15 Dominianus ab Spaniis de Asturica (HYDAT. chron. II p. 25, 138). NOT. Gall. chron. I p. 574 *in provincia Gallaecia* civitas Asturica (RAVENN. p. 320, 12). HYDAT. *l. c.* p. 30, 186 *ter.* ITIN. Anton. 422 a Bracara Asturicam (423. 427. 429). 423 Asturica (425. 429. 431). 439 ab Asturica Caesaraugustam *bis.* 448 ab Asturica Tarracone. 453 ab Asturica Burdigalam. *etiam hodie in miliariis huius oppidi nomen legitur*: CORP. II 4854 (*a. 80*) via nova ⟨... As⟩turica (6124). 4866 (*a. 97*). 4747 (*a. 134/135*) a Bracaraug. Astur⟨ica⟩e. 6123 (*M. Aureli Antonini aet.*). EPHEM. epigr. VIII 111 (add. CORP. II 6291 *Tarracone, saec. I*) diis manibus ⟨L.⟩ Alfii Reburri Quirina Asturica veterani. 2633 (*a. 152*) egerunt... Asturicae. 2648. *confunditur cum* Asturia: CORP. VI 1620 proc. Hispaniae citerioris per Asturicam et Callaeciam. 32412 (*a. 209*) iuridic(us) Asturicae et Callaeciae. X 4750 (*Suessae*) leg. Aug. Asturicae et Callaec. IORD. Get. 232 inter Asturicam Hiberiamque. *v. Hübner, PW. II 1864.* *deriv. adi.* **Asturicus,** -a, -um. PLIN. nat. 8, 166 in eadem Hispania Gallaica gens est et Asturica. *cf.* asturco *l. 60 sqq.* SIL. 16, 583 Asturica rapidos de gente iugales. FLOR. 2, 33, 46 tit. bellum Cantabricum et Asturicum. *cf.* astyrice. *unde fictum videtur cogn. vir.* **Asturicus,** -ī. IVV. 3, 212 si magna Asturici cecidit domus (SCHOL. *ad l.* nobilis senatoris). *adi.* **Asturicēnsis,** -e. CORP. II 4072 (*Tarracone*) genio convent. Asturicensis. EPHEM. epigr. VIII 310 (*Tarracone, saec. III/IV*) Iulio Rufino Leontio ex tab. civi Asturicesi. CORP. II 4144 (*Tarracone*) L. Anteio Flavino bf. cos. civi. Asturic(ensi). 5124$^{auct.\ add.}$ ⟨C. I⟩ulio C. f. ⟨Qu⟩ir. Fido As⟨t⟩(uricensi) ⟨s⟩acerdoti Rom. et Aug. DIOCL. edict. 25, 3 ἐρέας Ἀστυρκησίας πεπλυμένης. HYDAT. chron. II p. 35, 249 conventus Asturicensis. p. 28, 173 de Asturicensi urbe (ISID. chron. II p. 279, 24). ISID. *l. c.* p. 280, 16 regione. CONC. Tolet. a. 589 (Mansi IX 1002^{b}) Talassius Asturicensis ecclesiae episcopus. a. 653 (Mansi X 1222^{b}) Candidatus Asturicensis episc. *minus recte traditum censeo* Asturiensis: CONC. Tolet. a. 646 (Mansi X 771^{c}) Candidati episcopi Asturiensis ecclesiae. *sim.* CONC. Bracar. a. 572 (Mansi IX 841^{e}) *et* Tolet. a. 633 (Mansi X 642^{c}). *eiusdem stirpis est appellativum* **asturco** *cum derivativo latino* **asturcōnārius,** *cf. s. v.*

1. Astura, -ae *num.* -ū-? *cf. l. 41.* **A** *fluviolus et insula Latii, Plutarch. Cic. 47* εἰς Ἄστυρα ... χωρίον παράλιον τοῦ Κικέρωνος, *Straboni fluviolus* Στόρας, *etiam nunc* Astura (Torre d'Astura) *vel* Stura. *cf. Hülsen, PW. II 1862, 1 et 2. Nissen, Ital. Landeskunde 2, 629 sq.* FEST. 317 Stura flumen in agro Laurenti est, quod quidam Asturam vo⟨cant⟩. PLIN. nat. 3, 57 *prope Antium* Astura flumen et insula. *cf.* SERV. Aen. 7, 801 'qua Saturae (*cf. l. 51*) iacet atra palus'; ... sed alii 'Asturae' legunt. quod si est, paludem pro flumine posuit; nam haud longe a Terracina oppidum est Astura et cognominis fluvius. PLIN. nat. 3, 81 ultra Tiberina ostia in Antiano Stura *insula.* *locativus*: Asturae: CIC. Att. 12, 45, 2. 13, 26, 2. 13, 38, 2. 14, 2, 4. 14, 11, 1. 14, 15, 3. 14, 19, 5. 15, 12, 1 *sq.* epist. 6, 19, 2 (*ubi* adturae *codd.*) SVET. Tib. 72. CIC. Att. 12, 40, 2 Asturam sum a te profectus. 13, 34 Asturam (ad sture *M*) veni. SVET. Aug. 97 Asturam perrexit. CIC. Att. 14, 5, 3 proficiscens Astura. PLIN. nat. 32, 4 Gai principis ab Astura Antium renavigantis. TAB. Peut. 6, 1 *statio.* RAVENN. p. 334, 8 Astura (Guido p. 510, 12) *et* p. 266, 8 Isturas (Guido p. 473, 13 Istura) *statio.* LIV. 8, 13, 5 ad Asturae (saturae *codd., cf. l. 40*) flumen. 8, 13, 12 caesi ad Pedum Asturamque sunt exercitus hostium. **B** *fluviolus Hispaniae, vide sub* Astur. **C** *opp. Mysiae v.* Astyre. **D** Astura (-ae), -ōrum (-ārum) *v.* Asturis.

2. Astura (-ās?), -ae, *cogn. vir. videtur sumptum a fluviolo vel oppido sic appellato.* CORP. V 1884 (*Concordiae*) M. Armonio M. l. Asturae patrono sex vír(o) Foro Corneli et sex vir(o) Iulia Concordia. *cf.* Asturesis. [*Diehl.*

Asturbis *cogn. mul. barb.* CORP. VI 30190 Asturbis que vix. ann. VI.

asturco, -ōnis *m.* [*ab* Asturicus. *Th.*] PLIN. nat. 8, 166 in eadem Hispania Gallaica gens est et Asturica. equini generis his sunt, quos celdones vocamus, minore forma appellatos asturcones gignunt; quibus non vulgaris in cursu gradus, sed mollis alterno crurum explicatu glomeratio, unde equis tolutim capere incursum traditur arte. MART. 14, 199 Asturco. hic brevis ad numeros rapidum qui colligit unguem, venit ab auriferis gentibus Astur equus (*cf.* SIL. 3, 332 *sqq.*). GLOSS. V 169, 22 asturco (asturio *codd.*) equus ambulator (*cf.* GLOSS. Suet. Nero 46 asturconem i. ambulator⟨...⟩ caballum, *v. Hermes 36 p. 359*). RHET. Her. 4, 50, 63 asturconi locus ante ostium suum detur. SEN. epist. 87, 10 ita non omnibus obesis mannis et asturconibus et tolutariis praeferres unicum illum equum ab ipso Catone defrictum? PETRON. 86 scis, quanto facilius sit columbas gallosque gallinaceos emere quam asturconem. *ibid.* rogo, inquit, domine, ubi est asturco? PLIN. nat. 8, 144 asturcone e suburbano redeuntem. SVET. Nero 46 *per quietem vidit* asturconem, quo maxime laetabatur, posteriore corporis parte in simiae speciem transfiguratum ac tantum capite integro hinnitus edere canoros. GRAN. LICIN. p 8^{a}, 16 asturcone pom⟨pam duc⟩ebat. PELAGON. 27 apud Tuscos amatores asturconum. VEG. mul. 2, 28, 37 *Parthi* equos, quos vulgo trepidarios, militari vocabulo tottonarios vocant, ita edomant ad ... quaedam blandimenta vecturae, ut asturconibus similes videantur. *nota*: PETRON. 86 puero asturconem Macedonicum optimum donabo.

asturcōnārius, -ī *m. ab* asturco. CORP. VI 6238 Pamphilus asturconarius. *cf. Ruggiero, diz. epigr. I 739.* *Ihm.*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Asturēsis, -is *nom. serv. derivatum videtur ab* Astura. *cf.* 2. Astura. CORP. VI 21213.

Asturīs *abl. opp. Norici.* EVGIPP. vit. Sev. capit. 1 in oppido quod Asturis vocatur. vit. Sev. 1, 1 in vicinia Norici Ripensis et Pannoniorum parvo, quod Asturis dicitur, oppido morabatur. 1, 5 in Asturis. *contulerunt pridem* NOT. dign. occ. 34, 45 *sub duce Pannoniae primae* tribunus cohortis Austuris. *Diehl.*

Asturus *v.* Asterius.

astus, -ūs *m.* [*inc. orig. Th.*] PAVL. FEST. 6, 3 astu apud poetas astutiam significat, cuius origo ex Graeco oppido, ἄστυ, deducitur, in quo qui conversati assidue sint, cauti atque acuti esse videantur. SERV. Aen. 11, 704 astu malitia, nam proprie astutos malitiosos vocamus. ISID. orig. 10, 6 astutus ab astu vocatur, quod est callidi et cauti nominis, qui possit sine periculo fortiter aliquid facere. *in prisca latinitate non legitur nisi abl. sing.* astu *adverbialiter fere a poetis usurpatus* (PLAVT. TER. PACVV. ACC.). *deinde evanescit* (CIC. *non* astu, *sed* astute *dicit*), *reviviscit Augusti temporibus cum apud poetas* (VERG. GRATT. PROP. OV., *non apud* HOR. TIB.) *tum apud scriptores sermonis pedestris* (LIV. *quater*, VAL. MAX. PLIN. nat.). *subst. vice positum cum adi.* (LIV. 35, 14, 12 OV. met. 4, 776) *vel pron.* (SIL. 16, 638 APVL. met. 5, 17) *vel genet. subi.* (OV. met. 7, 419 SEN. Tro. 752) *et obiect.* (SIL. 16, 32 STAT. Theb. 5, 320) *coniungitur. declinatur*: *acc. plur.*: GRATT. 24 (*ex coniectura*). SEN. Tro. 523. 613 VAL. FL. 4, 365. 5, 222 SIL. 6, 307. 7, 744. 14, 291. 15, 602 TAC. ann. 2, 20. 6, 44 GELL. 11, 18, 17 PRVD. Symm. 1, 74. *acc. sing.*: VAL. FL. 3, 519 STAT. Ach. 1, 283 GLOSS. V 339, 21. 346, 18 (*cod.* artum). *nom. plur.*: STAT. Ach. 1, 592 silv. 1, 2, 27 TAC. ann. 12, 45. *nom. sing.*: SIL. 6, 615. 7, 336. 14, 338. 16, 32 AMM. 24, 1, 13 GLOSS. *gen. sing.*: VAL. FL. 5, 541 SIL. 4, 706. APVL. *non utitur nisi abl.* astu (*duodecies*). *desunt dativi et gen. et abl. plur.*

GLOSS. astutia, calliditas (*cf.* PLAVT. Capt. 222 SEN. Tro. 523 SIL. 14, 338 HOMER. 605), fraus (*cf.* STAT. Ach. 1, 283 SOL. 32, 26), dolum (*cf.* SEN. Phaedr. 153 SOL. 32, 30), ingenio vel astutia, providentia (*cf.* TER. Andr. 208 TAC. hist. 5, 17 STAT. Ach. 1, 542), facni (*anglos.*). II 528, 34 [v]astu *πανουϱγία. cf.* NOVELL. 90, 3 si vero astu apparuerint malignantes *εἰ δὲ ἐξεπίτηδες φανεῖεν κακουϱγοῦντες.*

ENN. ann. 99 astu, non vi (at tu non ut *codd.*) sum (*i. eum*) summam servare decet rem. PLAVT. Capt. 222 doli non doli sunt, nisi astu colas. Epid. 545ª hanc congrediar astu. Poen. 1223 astu sum adgressus ad eas (*cf.* Trin. 963 PACVV. trag. 379. 378 ad manticulandum astu aggreditur. 380 manticulata ctu [ctu *cod. Festi*, astu *Ribb.*, *del. Buecheler, etiam quae sequuntur incerta*] an sanctiora dicis iura iuranda? SIL. 11, 55 TAC. ann. 2, 64. LACT. inst. 3, 29, 15 dolis et astu AVSON. 424, 3. 465, 3). Poen. 111 ita docte atque astu filias quaerit suas. Most. 1069 docte atque astu (astute *AP*) mihi captandumst. Rud. 928 ad erum veniam docte atque astu (astute *codd.*). Persa 148 praemonstra docte, praecipe astu filiae. Truc. 462 nisi astu (astute *codd.*) totam *rem* accurateque exsequare. PACVV. trag. 186 chlamyde contorta astu clupeat bracchium. TER. Andr. 208 quae si non astu providentur (*cf.* TAC. hist. 5, 17 quae provideri astu ducis oportuerit. STAT. Ach. 1, 542 providus astu. Theb. 6, 769). Eun. 924 astu rem tractavit (*cf.* APVL. met. 9, 7 maritum suum astu meretricio tractabat). ACC. trag. 475 satin astu et fallendo callet? (*cf.* SIL. 6, 482 gens ... astu fallere laeta. CARM. epigr. 1110, 8). 414 nisi ut astu ingenium linguā laudem (*cf.* APVL. Socr. p. 109 Oud. laudare astu adorta est). VERG. Aen. 10, 521 ille astu subit *hastam* (*cf.* GRATT. 257 thoes ... leones ... subiere astu. STAT. Theb. 9, 149 in medios astu subit ... campos). Aen. 11, 704 consilio versare dolos ingressus et astu (*cf.* TAC. ann. 6, 32 consiliis et astu res externas moliri). PROP. 4, 5, 15 astu caecare maritos. OV. met. 4, 776 sollerti ... astu. 7, 419 coniugis astu. 13, 193 *mater* astu decipienda (*cf.* HOMER. 1010 *Aiacis* decepit vires Laertius astu. APVL. met. 4, 12 callido deceptus astu) [trist. 2, 115 astu *L pro* ortu]. LIV. 28, 21, 10 maior usu armorum et astu. 35, 14, 12 Punico astu (*cf.* VAL. MAX. 5, 1 ext. 6. MART. 4, 14, 5 perfidos ... astus Hannibalis). 27, 20, 9 Tarentum captum astu magis quam virtute (*cf.* 42, 47, 5 ut astu magis quam vera virtute gloriarentur. APVL. met. 8, 2 puella fuerat astu virtutibusque sponsi sui liberata. IVST. 9, 2, 14 cum virtute et numero praestarent Scythae, astu Philippi vincuntur. LACT. inst. 2, 16, 17 duos exercitus ... et astu et virtute confecit). PLIN. nat. 8, 91 astu interimunt. SEN. Tro. 523 nectit pectore astus callidos (*cf.* AMM. 15, 5, 5 *sing.* HOMER. 605 ictum celeri praevidit callidus astu. STAT. Theb. 6, 851 PLIN. paneg. 81. PAVL. NOL. carm. 16, 111 doloso callidus astu. GELL. 12, 12, 1 callide et cum astu. PS. QVINT. decl. 9, 9 excipiebatur callide veterani gladiatoris astu). Tro. 613 nunc advoca astus, anime, nunc fraudes, dolos (*cf.* STAT. Ach. 1, 283 fraudes astumque ... contulit. SEN. Phaedr. 153 astu doloque tegere nos. SVET. Tib. 65 astu magis ac dolo quam principali auctoritate subvertit. VAL. FL. 5, 222 ante dolos, ante infidi tamen exequar astus Soligenae. PRVD. Symm. 1, 74 astus multiplices variosque dolos texebat). Tro. 752 astu maleficae mentis.

COLVM. 6, 37, 1 nisi astu inhibeatur. MELA 3, 43 astu frustraturus. PETRON. 97 Vlixem astu simillimo vicit. VAL. FL. 1, 492 pavido. 2, 555 acri lubricus astu. 3, 519 astumque (actumque *VP*) per omnem. 4, 365 quos inventus timuisset (tendisset *Schenkl*) Iuppiter astus? 5, 541 inscius astus. SIL. 1, 57 exuperans astu. 4, 706 corde levem atque astus inopem contundere gentem. 6, 307 astus adiungere ferro. 6, 615 astus fallax (*cf.* CYPR. GALL. exod. 1309). 7, 336 hic Fabio persuadeat astus non certare dolis. 7, 744 astus ... exue notos. 8, 465 astu superaverat annos. 11, 590 occulto circumdamur astu (12, 477 caeco). 12, 427 aegre reseraverat astu limina. 12, 442 inclusas ... extulit astu ... carinas. 12, 494 astu quaerit tot milia portis abstrahere. 13, 453 nec ... dextra concesserit ulli Appius aut astu. 14, 291 astus miscebant Tyrios. 14, 319 novo pestis conterruit astu. 14, 338 calliditas Graia atque astus pollentior annis. 14, 353 Italum ductorem astu Teucrosque fatigat (*cf.* SOL. 15, 7 *canis* beluam ... astu fatigavit). 15, 602 tenebris nox texerat astus. 16, 32 astus belli ... deerat. 16, 638 hoc astu (*cf.* APVL. met. 5, 17 IVL. VAL. 2, 25 SOL. 25, 10). STAT. Ach. 1, 385 timido. 1, 592 detecti timidae Nereidos astus. 1, 671 tacito. Theb. 3, 65 non hanc lacrimis meruisse nec astu crudelem veniam. 5, 320 falsi [in *om. BM*] criminis astu parta fides. 6, 496 finxit *Phoebus monstri effigiem* in astus (*sic P sec. Muell.*, artus *P sec. Kohlmann*, astu *BM*) temporis. silv. 1, 2, 27 mendaces obliqui carminis astus.

QVINT. inst. 9, 1, 20 *oratio* astu caret. TAC. hist. 1, 58 praefectum astu subtraxit (*cf.* VEG. mil. 4, 27 astu se a proelio subtrahunt). 2, 28 militari astu cohortes turbidas dispergendi. 2, 98 suomet astu occultati. 3, 73 miles neque astu neque constantia ... indigebat. 5, 22 caedes astu adiuta. ann. 1, 56 terga abeuntium lacessere illi moris, quotiens astu magis quam per formidinem cessit. 2, 20 astus (*acc.*) hostium in perniciem ipsis vertebat. 6, 44 praeveniens inimicorum astus. 12, 33 astu locorum fraude prior, vi militum inferior. 12, 45 machinamenta et astus oppugnantium. 14, 2 id eiusdem libertae astu disiectum. FLOR. 1, 33, 14 summus vir astu (astutus *NL*) et audacia. IVST. 2, 6, 20 quem falce astu convulneraverat. 11, 6, 8 nihil astu agere. 38, 8, 10 quasi astu inspicienda praeberentur, quae omni studio occultanda erant. FRONTO p. 215, 6 N. neglegentia contemptu tutatur, diligentia astu oppugnatur. GELL. 1, 6, 4 qualicumque astu. 11, 18, 17 ad insidiarum astus. 17, 9, 18 latebra barbarico astu excogitata. APVL. Socr. p. 111 Oud. vulpes, quod cursu amiserat, astu recuperavit. met. 1, 12 Vlixi astu deserta. 3, 10 quorundam astu (*cf.* 7, 6). 8, 9 astu ... miro personata. 8, 14 quo ... astu Thrasyllum inductum petisset. 9, 9 captioso. CYPR. GALL. gen. 445 falso ... astu (actu *trad.*). exod. 908 mendoso fallax nudatur in astu. NEM. cyn. 17 de paelicis (*Iunonis*) astu. SOL. 17, 6 quantolibet. 27, 23 hominem astu accitum. 32, 26 fraudulento. 32, 30 doloso. 45, 14 cum ... quadrigae currus aemulos non minus astu quam velocitate praeverterent. LACT. opif. 2, 3 ut *animantes* ... astu se protegant. IVL. VAL. 1, 4 astu dissimulans indignationem. 1, 12 astu se dabat (*i. simulabat*) Alexander a Nicolao praeteriri. MAR. VICTOR. gramm. VI 173, 28 sub incerta atque ambigua specie astu proferuntur. 187, 10 malitioso. ITIN. Alex. 47 astu cedere simulant. AVR. VICT. Caes. 2, 1 *Tiberius* imperium complexus est, cuius nomen astu abnuebat (*cf.* PS. AVR. VICT. epit. 2, 6 quod quidem astu fecerat). Caes. 33, 20 ducum ... nomina ... quasi destinata ad necem astu composuit. VIR. ill. 78, 10 maximo. ZENO tract. 1, 6, 6 astu circumscriptus *Iacob.* AMM. 16, 10, 16 respondit astu (*sic Valesius*, agustu *V*) gentili. 17, 13, 27 astu et ludificandi varietate ... formidatus. *cf.* 31, 12, 9 astu et ludificandi varietate (varietatem *V*) nimium sollers. 24, 1, 13 astus gentis et ludificandi varietas timebatur. SCHOL. Stat. Theb. 3, 274 Vulcanus ... monile astu perfecit. PRVD. psych. 667 nascitur hic inopina mali lacrimabilis astu tempestas. cath. 6, 140 procul esto pervicaci praestigiator astu. ham. 145 mundum ... versuto circuit astu. CLAVD. 28, 219 astu debilitat saevum cognatis viribus Histrum (*i. gentes barbaras*). AVG. c. Iul. op. imp. 3, 145 sin autem id astu facis, vaferrimus inveniris. epist. 82, 26. 27. 28. 29. 31 non mentientis astu, sed compatientis affectu (*affertur bis ab* HIER. epist. 112, 17). c. adv. leg. 2, 2, 4 non fallentis astu, sed compatientis affectu. OROS. hist. 1, 8, 7 qui vel astu ... iram misericordiamque veri Dei memoriae subtrahere conati sunt. 2, 7, 2 astu eadem *castra* instructa vino epulisque. 3, 21, 6 quos astu Romani bello avocaverunt. 6, 15, 29 templa sua astu spoliantibus (*cf.* COMM. Bern. Lucan. 10 praef. p. 316, 5). MARC. com. chron. II p. 96, 502, 2 civitatem astu proditam. p. 98, 514, 2 civitatem ... astu ingressus est. AMBR. exam. 5, 8, 23 astu quodam. CORIPP. Ioann. 1, 540 belliger astu mittitur.

synonyma: (ars *cf.* PROP. 3, 3, 50), astutia, calliditas, fraus, dolus, providentia, malitia. *opposita*: virtus (LIV. 27, 20, 9), constantia (TAC. hist. 3, 73), auctoritas (SVET. Tib. 65), vis (TAC. ann. 12, 33), cursus (APVL. Socr. p. 111 Oud.), velocitas (SOL. 45, 14). *Münscher.*

Astus, -ī, *Ἀστός*, *nom. serv. et cogn.* CORP. IV 1771ᵃᵈᵈ· 2508, 34 v(icit) Astus ⟨Iu⟩l. XIV. VI 662 (*cf.* 30807) S(ilvano) s(ancto) s(acrum). Astus vilicus d. d. 8520 dispesator castrorum. 12563. XIV 3832 (*Tibure*) Rubellia L. l. Onomaste fec. Asto filio. X 1403 (*Herculanei*), c 12 ⟨Se⟩x. Caecilius Sex. f. Mae. Astus. XV 4287 (*a. 153, in titulo picto amphorae*) *utrum sit* Astus *an* Asius *non constat.* **Astē**, -ēs, *Ἀστή*, *cogn. mul.* CORP. VI 33812 (ad 9615) Minucia (mulieris) l. Astte medica. IX 226 (*Vriae*) Aste Caesaris n̄. ser. ... fec. Silvanus nutrici b. m. V 3611 (*Veronae*) Firmia Aste. *dat.*: CORP. V 3461 (*Veronae*) Sentiai Aste. XV 7829 (*in fistula*) Aeliae Aste. XIV 4026 (*Ficuleae*) Flavinae Aste Flavinae Quintae libertae. **Asticus**, -ī,

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Ἀστικός, nom. serv. et cogn. CORP. IV 1091. XV 4188 (*a. 149, in tit. picto amph.*) Firmani Asticus. 4400. XI 6689, 106 (*in tegula*) Flaviae Asticus figu(lus). *cf.* III 8900 (*Salonis*). CORP. VI 11705 L. Anni Astici. XII 761 (*Arelate*) Astico C. Valer. Valeriani. 893 (*ibid.*) L. Valerio Astico. 2255 (*Gratianopoli*) Aemilia Sti *videtur esse aut* Aemili Asti *aut* Asti⟨i⟩ *aut* Asti⟨ci⟩. 5242 (*Narbone*) L. Licinio ⟨. . .⟩ Astico. III 480 (*Alabandae*) Ι. Φουλβίου Ἀστικοῦ. **Asticē,** -ēs, *Ἀστική, cogn. mul.* CORP. III 3168 (*in Dalmatia*) Iuniae Astice coniugi pientissime. **Astīus,** -ī, *Ἀστεῖος, nom. serv. et cogn. in titulis:* CORP. IV 1299. X 1403 (*Herculanei*) f 2, 8 C. Raius C. l. Astius. l 2, 10 M. Volusius M. l. Astius. ACTA ARV. a. 183 1, 5 M. Vlpius Astius pr. (2, 20. 3, 6. 9). CORP. VI 19203 d. m. s. Helio Astíus T. Staberí Fortunati ser. 10648 T. Aelio Aug. lib. Astio. 34859 Ti. Claudii Aug. l. Astii. III 255 (*Ancyrae*) d. m. Astio Aug. lib. tab. CORP. VI 21028 D. Laelius Astius. 27289 T. Helvius Astius. XIII 3183[3] (*in prov. Lugud.*) Merc. M. Latinius Astius. *nota*: CORP. VI 10206 *in opere musivo gladiatori Samio humi prostrato adscriptum est* Astivus. *apud scriptores*: COD. Iust. 8, 45, 30 (*a. 294*) *impp. Diocletianus et Maximianus* AA. et CC. Hastio. RAVENN. Guido p. 540, 22 *sq. unus de septuaginta apostolis* primo nomine Cesar dictus est, nunc vero Astius a civibus eiusdem urbis (*Epidauri*) nominatur. *ab hoc cognomine diversum est gentile latinum* Astius. **Astio,** *quasi Ἀστείων vel Ἀστίων. cogn. lib.* CORP. VI 4159 (*e columb.*) M. Livius divae Aug. l. Astio. *adi. latine form.* **Astīviānus,** -a, -um. *ab* Astivus. CORP. XV 13 (*a. 123*) ex fig. Astivianis. 14 ex praedis Astivianis.

Astusapēs *v.* Astansobas. [*Diehl.*

astūtia, -ae *f. ab* astutus. PAVL. FEST. *cf. p. 983, 9.* GRAMM. suppl. 98, 12. GLOSS. πανουργία, κακοποιία, calliditas. V 268, 51 astu: ingenio vel astutia. 529, 10 astu: providentia, astutia.

I *astute factum, dolus*: PLAVT. Epid. 363 nunc ego hanc astutiam institui. Mil. 237. Capt. 530 nisi si aliquam corde machinor astutiam. 539 nisi reperio atrocem mi aliquam astutiam. 679 mea opera atque astutia. 250 inest spes nobis in hac astutia. VAL. MAX. 1, 8 ext. 15 cum eum aliquotiens captum et astutia elapsum cepissent. 7, 3, 8 venio nunc ad eos, quibus salus astutiā quaesita est. 7, 3 ext. 7 offensam astutia mire avertit. COLVM. 7, 3, 5 arietis . . . saevitiam pastores hac astutia repellunt. LACT. inst. 1, 22, 3 videlicet astutiam Minois voluit imitari. *plur.*: CARM. epigr. 2, 3 quei soueis a⟨rg⟩utieis (astutieis *Garrucci*) opidque Volgani gondecorant. PLAVT. Epid. 375 eam permeditatam, meis dolis astutiisque onustam. Asin. 546 nostris sycophantiis, dolis astutiisque. Mil. 233 in regionem astutiarum mearum te induco. TER. Andr. 604 em astutias. CIC. off. 3, 68 aliter leges, aliter philosophi tollunt astutias. 3, 71. SALL. Cat. 26, 2 neque illi tamen ad cavendum dolus aut astutiae deerant (*cf.* PACVV. trag. 358). PAVL. FEST. 311, 7 sutelae dolosae astutiae a similitudine suentium dictae. TAC. ann. 13, 38 cuicumque mortalium, nedum veteri et provido duci, barbarae astutiae patuissent. LACT. opif. interpol. 19, 8 § 5 si dolo et astutiis (studiis *codd.*) non quiverit *decipere diabolus*. NON. 18 nebulones . . ., qui mendaciis et astutiis suis nebulam quandam . . . obiciebant. PRISCILL. tract. p. 97, 9 adversus diaboli insidiantis astutias. AMBR. Noe 18, 64 tarde . . . inter astutias istius mundi et saecularium fluctus cupiditatum portum solet invenire simplicitas. VVLG. Sir. 1, 6 astutias (πανουργεύματα) illius (*sapientiae dei*) quis agnovit? II Cor. 2, 11 non . . . ignoramus astutias eius (*diaboli*) *affertur ab* AVG. gen. c. Manich. 2, 14, 20 HIER. epist. 22, 29 Ephes. libri 3 praef. GAVDENT. 18 p. 980 (*in* VVLG. non enim ignoramus cogitationes eius. οὐ γὰρ αὐτοῦ τὰ νοήματα ἀγνοοῦμεν). ENNOD. epist. 7, 7 habeat suas mundus astutias. op. 3 p. 370, 9 quae essent astutiae regis, edocuit. COD. Iust. 5, 27, 7, 3 (*a. 519*) astutiae sine divinis adfectandae litteris seu . . . illicitis ambiendae machinationibus.

II 1 *calliditas*: *de hominibus*: TER. Haut. 710 qui vim tantam in me et potestatem habeam tantae astutiaè. Andr. 723 opus est tua mihi ad hanc rem exprompta malitia atque astutia. PACVV. trag. 358 *feris* abest ad praecavendum intellegendi astutia. CAECIL. com. 229 meae malitiae (mil- *cod.*) astutiā opus est subcenturia⟨re⟩. CIC. Cluent. 183 si aut confidens astutia aut callida esset audacia. epist. 3, 10, 9 quae tamen ego omnia in expetenda amicitia tua non astutia quadam, sed aliqua potius sapientia secutus sum. VAL. MAX. 7, 3 ext. 5 Demosthenis quoque astutia mirifice cuidam aniculae succursum est. 7, 4, 2 iuvenili calliditati senilis astutia respondit. 7, 4, 3 Romanae virtutis praesidium ab astutia mutuantis. 7, 4 ext. 2 aciem . . . compluribus astutiae copulatam laqueis. APVL. flor. 18 p. 88 Oud. ingeniatus ad astutiam. met. 9, 23 ingenitā astutiā dissimulato tanto flagitio. met. 10, 10 revalescente rursus astutia. mund. 27 machinatores fabricarum astutia unius conversionis multa et varia pariter administrant. TERT. idol. 17 ab omni specie idololatriae intactum se aut gratia aliqua aut astutia etiam praestare. nat. 2, 4 ⟨itaque semota⟩ interpretationis eius astutia. TREB. trig. tyr. 10, 7 quod alii vel audacia vel iudicium, huic detulit iocularis astutia (argutia *Cornelissen*). VOPISC. Prob. 1, 4 occidit . . . tanti viri et talis historia, qualem non habent bella Punica . . ., non Hispaniensis astutia. IVL. VAL. 3, 6 comminiscitur per astutiam, quo demum genere. LACT. inst. 5, 3, 1 afuit . . . ab his fingendi voluntas et astutia, quoniam rudes fuerunt. CORP. III 13569 v. 28 astutia officialium. OPTATVS 2, 21 p. 58 sub nube simplicitatis occaecato astutiae lumine. PRISCILL. tract. p. 83, 23 corruptae carnis astutia. AMM. 26, 7, 3 astutia confidenti . . . fingentes. SCHOL. Cic. Gron. p. 412, 21 O. ne intellegatur oratoris astutia. HYG. fab. 148 p. 22, 1 ut Martem astutia deciperet *Vulcanus*. 141 p. 22, 16 *Vlixes* astutia . . . sua. AMBR. off. 3, 6, 41 et hanc tu industriam vocas, hanc diligentiam nominas, quae calliditatis versutia, quae astutia fraudis est. exam. 1, 6, 24 nec argumentationis astutia, sed fides mentis. 1, 3, 9. VVLG. Iob 5, 13 *deus* apprehendit sapientes in astutia (ἐν τῇ φρονήσει) eorum (*affertur* I Cor. 3, 19, *ubi legitur* ἐν τῇ πανουργίᾳ). II Cor. 4, 2 abdicamus occulta dedecoris non ambulantes in astutia (ἐν πανουργίᾳ). Ephes. 4, 14 non . . . circumferamur omni vento doctrinae in nequitia hominum, in astutia (ἐν πανουργίᾳ) ad circumventionem erroris (*cf.* AVG. civ. 22, 18). PRVD. apoth. praef. 26 vae captiosis sycophantarum strophis, vae versipelli astutiae. AVG. civ. 21, 27 scelera faceremus vel potentiā . . . vel astutiā, qua ipsos homines falleremus. gen. c. Manich. 2, 15, 23 eos oculos esse apertos . . . id est oculos astutiae, quibus simplicitas displicet. serm. ed. Mai 1, 4 mundanam . . . astutiam, divinam prudentiam. COD. Theod. 14, 3, 1 (*a. 319*) nihil ei haec astutia nec detestabilia commenta profutura sunt. 10, 1, 7 (*a. 357*) per innumeras occupationes tui officii vel forte fraudulentam astutiam. 15, 1, 25 (*a. 389*) quicquid talis astutiae deprehenderit fraude violatum. COD. Iust. 1, 49, 1, 2 (*a. 479*) cuiuslibet artis astutia, cuiuscumque occasionis excogitata calliditas excludatur. CAEL. AVR. acut. 1, 9, 62 tenebrae . . . erunt artis astutiā componendae. ENNOD. op. 3 p. 348, 22 Vind. solitae calliditatis astutia. LEG. Visig. Recc. 5, 4, 17 necesse est contra notandae calliditatis astutiam praeceptum novae constitutionis opponi.

de bestiis: SOL. 27, 24 feminis *hyaenis* . . . ingenita est callidior astutia. VVLG. II Cor. 11, 3 sicut serpens Hevam seduxit astutia sua (πανουργίᾳ). *cf.* AVG. conf. 13, 13 civ. 14, 7 *et* 9 ne Corinthii serpentina seducerentur astutia. HIER. epist. 58, 6 habeto simplicitatem columbae . . . et serpentis astutiam. SIDON. epist. 7, 13, 4. AVG. gen. c. Manich. 2, 14, 21 excludetur serpentis astutia. serm. ed. Mai 20, 2. *a christianis scriptoribus usurpatur de diabolo ac daemonibus*: LACT. inst. 4, 27, 9 religionem, quae et rationem daemonum novit et astutiam intellegit. LACT. inst. interpol. 2, 8, 7 § 6 dedit *deus* illi (*diabolo*) ad mala excogitanda ingenium et astutiam. AVG. civ. 1, 32 astutia spirituum (*deorum*) nefandorum praevidens. 2, 18 maligna. 2, 25. 3, 17 mendacissima. 10, 16 fallacissima. 12, 1 *angeli mali* habentes . . . vanitatis astutiam pro certissima veritate. 19, 23 nocendi astutiae milleformi. AVG. serm. ed. Mai 17, 1 non habet *diabolus* vim cogendi, sed astutiam suadendi. PS. AVG. quaest. test. (Migne 35) 115 p. 2347 astutia et subtilitas . . . diaboli. *v. supra p. 985, 47. 50. 54.*

2 *cum laude dicitur pro prudentia, sapientia*: AVG. gen. ad litt. 11, 2, 4 p. 431, 12 abusione . . . nominis sapientia dicitur in malo, quemadmodum in bono astutia. c. Iul. 4, 3, 20 ipsi prudentiae non temeritas vel imprudentia *vicina est*, sed astutia, quod tamen vitium est, quamvis in scripturis sanctis et in bono accipiatur, quod dictum est: astuti (VVLG. prudentes. φρόνιμοι) ut serpentes (Matth. 10, 16) et in malo, quod in paradiso erat serpens prudentissimus omnium bestiarum (VVLG. gen. 3, 1 callidior cunctis animantibus. φρονιμώτατος). PS. APVL. Ascl. 3 nunc mihi adesto totus, quantum mente vales, quantum calles astutia. VVLG. prov. 1, 4 ut detur parvulis astutia (πανουργίαν), adolescenti scientia et intellectus. prov. 8, 5. Sir. 1, 6 *cf. p. 985, 53, quo loco* astutiae *significant consilia prudentia*. 42, 18 abyssum et cor hominum investigavit et in astutia eorum (πανουργεύμασιν) excogitavit. GAVDENT. 18 p. 980 laudat . . . dominus . . . astutiam et callidam prudentiam vilici. p. 981 imitemur prudentiam vilici huius, non perfidiam, aemulemur astutiam eius, non sectemur nequitiam.

synonyma: *ad I*: argutia, astus, dolus, mendacium, sutela, sycophantia. *ad II 1*: calliditas, ad mala excogitanda ingenium, malitia, nequitia, versutia, fingendi voluntas. *ad II 2*: intellectus, mens, prudentia, sapientia, scientia. *opposita*: *ad I et II 1*: audacia, diligentia, industria, potentia, prudentia, sapientia, simplicitas, virtus. *ad II 2*: imprudentia, nequitia, temeritas.

astūtulus, -a, -um. *deminutive ab* astutus. APVL. met. 6, 27 astutul⟨a⟩e anus (*F mg. et fort. F*[1], *φ*, acutule *Fe corr.*) 9, 1 hoc astu⟨tu⟩lo commento. 9, 30 astutule asine. *compos.*: perastutulus.

astūtus, -a, -um. *ab* astus. *compar. inde a* PLAVT. *sollemnis est, superl. legitur* DECL. in Cat. 85 AVG. civ. 21, 6 gen. ad litt. 11, 29, 36 serm. 347, 3. abstutus *scriptum in titulis pessimis* CORP. XIII *saec. VII v. infra p. 987, 82.* PRISC. gramm. II 562, 18 sunt quaedam, quae cum formam habeant participiorum, tamen carentia tempore nomina esse ostenduntur, ut . . . astutus. GRAMM. suppl. 98, 12. PAVL. FEST. 380, 19 astutus arte tutus. SERV. Aen. 11, 704 proprie astutos malitiosos vocamus. PORPH. Hor. sat. 2, 3, 21 vafer: astutus, *cf.* 2, 2, 131. PS. ASCON. Verr. 1, 34 p. 144 astuta urbana, etenim urbs astu dicitur. ISID. orig. 10, 6 astutus ab astu vocatur, quod est callidi et cauti nominis, qui possit sine periculo fortiter aliquid facere. AVG. gen. ad litt. 11, 2, 4 (p. 431, 14) cum proprie magisque usitate in latina lingua . . . astuti male cordati intellegantur. GLOSS. astu-

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

tus: πανοῦργος (*cf.* VVLG.), fraudulentus seu insipiens, subdolosus. ἀγχίνους, ἀσφαλής, δαήμων, δόλιος, πανοῦργος: astutus.

I *callidus, dolosus, versutus*: **1** *de animantibus*: *de hominibus*: PLAVT. Amph. 268 me malum esse oportet, callidum, astutum admodum. Pseud. 385 ad eam rem usust homine astuto, docto, cauto et callido (hominem astutum, doctum, cautum et callidum *AP*). 907 doctum hominem atque astutum [Asin. 565 *v. p. 725, 34*]. TER. Haut. 222. 874 me non tam astutum neque ita perspicacem esse. Ad. 221 ego numquam adeo astutus fui. GANNI frg. pros. Paul. Fest. 369 mulieri non astutae facile veterator persuasit (*cf.* QVINT. decl. 306 p. 200, 2 astuta mulier, anus inverecunda). CIC. Mur. 8 esset hominis et astuti et ingrati. epist. 3, 10, 9 id est maxime astuti. off. 3, 57 non aperti, ... non viri boni *hoc genus est*, versuti potius, obscuri, astuti, fallacis, malitiosi, callidi, veteratoris, vafri. Planc. 74 in qua *oratione* ego homo astutus ei me dedebam, cui nihil magno opere deberem. off. 3, 68 non placuisse maioribus nostris astutos. epist. 3, 8, 6 quod si qui me astutiorem fingit. 3, 10, 8 sin autem me astutum et occultum lubet fingere. Att. 1, 12, 1 nihil ego illa (*sc. Teucride*) impudentius, astutius, lentius vidi. HOR. sat. 1, 3, 62 pro bene sano ac non incauto fictum astutumque vocamus. 2, 5, 23 captes astutus ubique testamenta senum. PROP. 4, 5, 44 cum ferit astutos comica moecha (comis amica *Guyetus*) Getas. MART. 8, 33, 5 an magis astuti derasa est ungue ministri brattea ...? 12, 87, 4 homo sagax et astutus. QVINT. inst. 9, 3, 65 cum te pro astuto sapientem appelles. RVT. LVP. 1, 4 non probas te pro astuto sapientem [intellegi]. TAC. Germ. 22, 12 gens non astuta nec callida. LACT. inst. 5, 2, 5 ne simplicitas eorum praedae ac pabulo sit hominibus astutis. PS. LACT. mort. pers. 14, 3 Diocletianus vero, qui semper se volebat videri astutum et intellegentem. OPTATVS 1, 2 p. 4, 6 nec minus astutas, sed tantum simplices ... mentes. AMM. 27, 12, 14 Sapor immensum quantum astutus. VVLG. II Cor. 12, 16 sed esto: ego vos non gravavi, sed cum essem astutus (πανοῦργος), dolo vos cepi. SVLP. SEV. dial. 1, 27, 5 sed neque monachum tam astutum neque Gallum decet esse tam callidum. ISID. sent. 3, 24, 3 simulatio ... et hypocrisis non committitur nisi a male astutis per calliditatem.

in aliqua re: RVT. LVP. 2, 16 alter eorum erat in dando benignus, alter erat in accipiendo astutus. *de vulpe proverbialiter usurpatur*: HOR. sat. 2, 3, 186 tu, astuta ingenuum volpes imitata leonem. PERS. 5, 117 fronte politus astutam vapido servas in pectore volpem. *a scriptoribus christianis de diabolo ac daemonibus usurpatur*: LACT. opif. 1, 7 adversarius noster scis quam sit astutus et idem saepe violentus. SVLP. SEV. dial. 2, 11, 1 astutus inimicus variis cogitationibus brutum pectus *militis* agitabat. AVG. civ. 2, 10 si ... malitiam daemonum cogites, quid astutius ad decipiendum atque callidius? civ. 19, 9 *daemones* tanto nocentiores, quanto astutiores ac fallaciores patiatur inimicos. 21, 6 eos (*homines*) ipsi (*daemones*) astutissima calliditate seducunt. gen. ad litt. 11, 29, 36 (p. 444, 44) prudentissimus omnium bestiarum, hoc est astutissimus ... dictus est serpens propter astutiam diaboli ..., quemadmodum dicitur prudens vel astuta lingua, quam prudens vel astutus movet ad aliquid prudenter astuteque suadendum. serm. 347, 3 p. 1526 qui cum astutissimo adversario (*diabolo*) continua certatione confligit. CYPR. GALL. gen. 73 spumeus astuto vincens animalia sensu *anguis*.

2 *de ratione, consilio*: PLAVT. Cas. 860 nec fallaciam astutiorem ullus fecit. CIC. Verr. 1, 34 tua ista ratio existimetur astuta, meum hoc consilium necessarium. PROP. 3, 9, 54 Parthorum astutae tela remissa fugae. [PLIN. nat. 36, 192 astuta et ingeniosa sollertia *h, codd. ceteri* astuta et *omittunt*.] DECL. in Cat. 85 Carthaginiensium astutissimi doli. GELL. 5, 10, 7 capit consilium Protagoras ... astutum. AMM. 31, 15, 7 astutum iniere consilium. SVLP. SEV. chron. 2, 37, 5 Arriani astuto consilio miscent innoxium criminosis. CARM. adv. Marc. 5, 77 nos autem astuta quis suasit fraude manere. AVG. gen. c. Manich. 2, 15, 23 (p. 208, 29) occultantes simplicitatem, de qua iam erubescebat astuta superbia. COMPVT. Carth. 2, 17 ut insontium astuta simplicitas cunctis subdita cognoscatur (*in fine opusculi*). COD. Iust. 12, 20 (21, 2), 6, 1 liberalitatem ... astuta interpretatione ... convertere. *de genere dicendi*: RHET. Her. 4, 49 quoddam genus in dicendo licentiae, quod astutiore ratione (astuti operatione *M*) conparatur. CIC. orat. 64 nihil iratum habet, ... nihil astutum *oratio philosophica*.

II *cum laude dicitur pro sapiens, prudens*: HILARIAN. curs. temp. p. 158, 15 Fr. hic (*homo*) ut sapiens animal rationalem et astutum sese gubernaret in mundo. VVLG. prov. 13, 16 astutus (πανοῦργος) omnia agit cum consilio; qui autem fatuus est, aperit stultitiam. 14, 15 *et* 18. 15, 5 stultus irridet disciplinam patris sui; qui autem custodit increpationes, astutior fiet (ὁ δὲ φυλάσσων ἐντολὰς πανουργότερος). 27, 12. Sir. 18, 28. 37, 21. AVG. conf. 13, 21 (*sub finem*) serpentes boni non perniciosi ad nocendum, sed astuti ad cavendum. serm. ed. Mai 20, 2 ut simus simplices ut columbae, astuti ut serpentes: simplices ut columbae, ne cuiquam noceamus; astuti ut serpentes, ut ne nobis noceatur caveamus (*cf.* VVLG. Matth. 10, 16 *ubi legimus* prudentes, φρόνιμοι). *ibid. saepius.* CORP. XIII † 2478 benegnus, abstutus, passiens (*patiens*), dulcissimus, aptus. 2477. 2479. 2480. 2484 (*omnes saec. VII*).

synonyma: *ad I*: callidus, cautus, doctus, dolosus, fallax, fraudulentus, ingeniosus, malitiosus, pellax, sagax, subdolosus, vafer, versutus, veterator. *ad II*: prudens, sapiens, rationalis. *opposita*: *ad I*: sapiens, (stultus). *ad II*: fatuus, stultus.

adv. **astūtē.** astutius *legitur* VARRO ling. 10, 13 AVG. civ. 15, 13 SEDVL. op. pasch. 2, 7 p. 203, 23; astutissime GELL. 18, 4, 10 LACT. inst. 1, 22, 23 AVG. civ. 19, 5. GLOSS. callide (*cf.* CIC. Caec. 4), argumentose, in re mala perite. PLAVT. Cist. 694 astute augura. Epid. 281 te commentum nimis astute intellego. Rud. 1240 consulte, docte atque astute cavet (*cf.* Most. 1069 Rud. 928 *p. 983, 45 sq.*). Cas. 488 satin docte? astute (at tute *codd.*). Most. 271 lepide atque astute in mentem venit (*cf.* Truc. 462 *p. 983, 47*). TER. Eun. 509 ita me video ab ea astute labefactarier. Phorm. 968 satis astute adgredimini. Andr. 183. VARRO ling. 10, 13 ne astutius videar posuisse. CIC. Caec. 4 vereor, ne id, quod videntur impudenter fecisse, astute et callide fecerint (AVG. civ. 15, 13 astutius factum). Att. 10, 6, 1 astute nihil sum acturus. MATIVS Cic. epist. 11, 28, 2 non agam astute (*cf.* PS. ASCON. Verr. 2, 17 p. 161 astute agit *Orelli*, astu tegat *traditum*). CIC. epist. 2, 16, 6 neque quicquam astute cogito (AMM. 14, 10, 5 quod operā consultā cogitabatur astute. LACT. inst. 1, 22, 23 quod ille astutissime excogitavit). CIC. ad Q. fr. 1, 2, 2 nihil enim nec temere dicere nec astute reticere debeo. GELL. 14, 1, 33 quae aut temere aut astute vera dicunt. 18, 4, 10 levia inaniaque pro gravibus et veris astutissime componentes. PORPH. Hor. epist. 1, 17, 14 astute, ut dignitatem huic sectae colendorum principum daret, invertit, quod erat reciprocum. SCHOL. Cic. Bob. p. 311, 20 O. astute Xerxem fefellit *Themistocles*. AVG. civ. 19, 5 pax ... quae vera putata est, cum astutissime fingeretur (*cf. p. 987, 51*). SEDVL. op. pasch. 2, 7 p. 203, 23 quid igitur, Herodes, astutius (*sic Hartel*, saucius *sim.*: *vel* acutius *codd.*) furis? COD. Iust. 1, 14, 2 (*a. 426*) qui vel astute ea interpretari voluerit. 4, 35, 23, 3 (*a. 531—532*) lex ..., quam homines astute lacerandam esse existimaverunt. ISID. diff. 1, 87 callidum non pro astuto tantum, sed pro astute docto dicimus.

synonyma: (astu), callide, consulte, docte, lepide. *opposita*: impudenter, (stulte), temere. *Münscher.*

Astūtus, -a *cogn.* CORP. VI 14996 Ti. Claudius Vol(tinia) Astutus. XII 2636 (*Genavae*) Astutus. VIII 6517 (*in prov. Numidia*) Ma-l<i>a Astuta. *Otto.*

asty *v.* astu.

Astyagēs, -is, Ἀστυάγης. *ad orthographiam et declinationem*: *passim in codd. ut fit* -i- *pro* -y-, *raro* -u-, *veluti* EXC. Barb. p. 314, 15. LIB. geneal. chron. I p. 181, 421 A s t y a c e s. EXC. Barb. p. 314, 1 A r t y a g u m. 10 Astyagus. 15 Astuago. *acc.* Astyagen: STAT. Theb. 9, 253 (*Tyrium*) *ante voc.* SOL. 15, 16 (*pauci* -em). IVST. 1, 4, 1. HIER. in Dan. 5, 1 (-ea *alii ll.*). 8, 3 *bis.* Astyagem: IVST. prol. 1. *inepte interpretatur* HIER. nom. hebr. p. 56, 1 voluntas vel consilium festivitatis. **1** *Medorum rex, qui memoratur praeterea* CIC. div. 1, 112 VAL. MAX. 1, 7 ext. 5. AMPEL. 12 vir fortis et iustus. TERT. anim. 46 Medorum regnator. IVST. 1, 4 *et* 6 *saepius.* HIER. chron. a. Abr. 1419 (IORD. Rom. 57). 1435. 1441. 1457 VVLG. Dan. 13, 65 SVLP. SEV. chron. 2, 7, 6 OROS. hist. 1, 19, 5 *sqq.* 1, 19, 10 SIDON. carm. 2, 117. 9, 30 IORD. Rom. 57 BEDA chron. III 270, 149. *cf. Ed. Meyer, PW. II 1865, 2 et* Astiagi. **2** *Phinei socius*: OV. met. 5, 203 *et* 205. **3** *Tyrius*: STAT. Theb. 9, 253. **4** *grammaticus*: PRISC. gramm. II 15, 8 teste Astyage. *cf.* Astyagius. *v. Cohn, PW. II 1865, 3.* **5** *nom. serv.*: CORP. VI 34537 ...> andra uxor | ... A>styages | ... Pha>rnaces | ... si>bi. **Astyagius,** -ī *nom. vir.* POMP. gramm. V 209, 5 docente Astyagio (ARS Bern. gramm. suppl. 141, 24). 211, 8 Astyagius (astygius *AC*). *cf.* Astyages *4.*

Astyanax, -actis, Ἀστυάναξ. *ad declinationem*: Astyanactem DARES 24. *saepe* -a. CHAR. gramm. I 121, 17 Astyanacte *ablativus* per e. *ad orthographiam*: Astuanax *v. sub 2.* **1** *Hectoris et Andromachae filius*, quem nonnulli Scamandrium appellabant (DICT. 3, 20): VERG. Aen. 2, 457 puerum Astyanacta (EPICED. Drus. 430 puer). 3, 489 Astyanactis imago. OV. met. 13, 415 mittitur Astyanax illis de turribus, unde ... saepe videre patrem monstratum a matre solebat (STAT. silv. 5, 3, 76 Phrygia ... turre cadentem. AVSON. 232 Scaeis deiectus ab altis). SEN. Ag. 640. HOMER. 565 parvumque ad pectora natum Astyanacta tenet *Andromache* (1059). TERT. nat. 2, 9 DARES 24 SCHOL. Hor. carm. 3, 3, 67 HYG. fab. 109 p. 98, 16 SERV. auct. Aen. 2, 456. 3, 302. 489. 9, 262 MYTHOGR. 1, 204 p. 63. 2, 209. *cf. Wagner, PW. II 1866.* *nota translationes*: MART. 14, 212 pumilus. si solum spectes hominis caput, Hectora credas: si stantem videas, Astyanacta putes. 8, 6, 15 miratus fueris cum prisca toreumata multum, in Priami calathis Astyanacta bibes (*intellege vinum novum*). *tragoediae titulus*: NON. 357 Accius Astyanacte (471. 467 *ubi* Asteanacte *Leid. Bamb.*). FVLG. serm. p. 114, 4 Rutilius Geminus in Astianactis tragoedia. **2** *nom. serv. et cogn.*: CIC. Att. 4, 15, 6 *actor.* CORP. VI 10205 (*in opere musivo, secutor*) Astyanax vicit, Kalendio ϑ. *ibid.* Astyanax, Kalendio ϑ. XV 866 (*in tegula*) A s t u a n a x facit. VI 34690 d. m. Brutti Apelletis Astyanax amicus a(mico) b. m. TREB. POLL. tyr. 12, 3 Maeonius Astyanax.

Astycratia, -ae, Ἀστυκράτεια, *Niobis.* HYG. fab. 11 p. 43, 10

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Astygratia (69 p. 77, 17). SCHOL. Stat. Theb. 3, 191 Astycratia (MYTHOGR. 1, 156).

astycus *v.* asticus.

Astygitones, -um, Ἀστυγείτονες. *appellativum pro gentis nomine sumpsit* IOS. Cassiod. c. Ap. 1, 170 et Astygitones a Colchis dicuntur didicisse nuper. 1, 191 ab Astygitonibus.

astylis *v.* astytis.

Astylos (-us), -ī, Ἄστυλος. *nom. graec. et cogn.* 1 PLIN. nat. 34, 59 *Pythagoras Reginus* fecit et stadiodromon Astylon, qui Olympiae ostenditur. *cf. Kirchner, PW. II 1869, 3.* 2 *pastor*: CALP. ecl. 6, 7 Astyle *voc.* (6, 74). 3 *in titulis*: CORP. IV 423 C. Calventium Sittium II v. i. d. ego Astylus sum. VI 8419 Astylo Caesaris ser. a rationibus adiutori. V 908 (*Aquileiae*) Astylus dolabrar. col. fab. CORP. VI 22454 C. Mestrius Astylus. 24710 L. Ponti Astyli.

Astylē, *cogn. mul.* CORP. XII 3428 (*Nemausi*) d. m. Astyle Pereg⟨r⟩ino filio pientissimo. **Astylidēs,** *Astyli filius. cf.* Astylos *2.* GRATT. cyneg. 215 Hagnon Astylides (*Scaliger, trad.* Hastilides).

Astymedēs, -is, Ἀστυμήδης, *Rhodius.* LIV. 45, 25, 5 Philocrates et Astymedes principes legationis (*scil. Rhodiorum*) erant. *ibid.* cum Astymede. *cf. Wilcken, PW. II 1869.*

Astynomus, -ī, Ἀστυνόμος. 1 *Priami filius*: HYG. fab. 90 p. 86, 25 Astynous *F.* 113 p. 100, 21 Achilles Astynomum *interfecit.* 2 *scriptor*: PLIN. nat. 5, 129 Astynomus *tradit Cyprum antea vocatam esse* Crypton et Colinian. index auctorum 4. 5. *cf. Schwartz, PW. II 1872.* **Astynomē,** -ēs, Ἀστυνόμη, *nom. mythicum.* 1 *Niobis*: HYG. fab. 69 p. 77, 16. *debuit appellari* Astyoche. 2 HYG. fab. 70 p. 77, 19 ex Astynome Talai filia sorore Adrasti Argivus. SCHOL. Stat. Theb. 1, 45 Capaneus ... Hippotae et Astynomiae filius. 3 DICT. 2, 19 Astynomen Chrysi filiam. 2, 17 Eetionis coniugem Astynomen. 2, 33 *et* 2, 47 *acc.* **Astynomīa,** Ἀστυνόμεια, *cf.* Astynome *2.* *de singulis cf. Bethe, PW. II 1869.*

Astynous, -ī, Ἀστύνοος. 1 HOMER. 443 *Diomedes* Astynoum magnumque Hyperona fundit. 2 DICT. 3, 7 *Priami filius ab Aiacibus interficitur. traditur* astyochum *GB*, astymenem *P.* *cf.* Astynomus *1.*

Astyochē (-a), -ēs (-ae), Ἀστυόχη. 1 *nom. myth.*: STAT. Theb. 3, 170 hic mater Penthea clamat Astyoche. HYG. fab. 162 p. 15, 10 *Herculis filius* Tlepolemus ex Astyoche. 97 p. 90, 21 Astyoches. SERV. ecl. 6, 72 ex Astyoche, Laomedontis filia. DICT. 2, 5 Astyochen. *Niobis vide* Astynome *1.* *de singulis cf. Escher, PW. II 1872.* 2 *cogn. mul.* CORP. VI 23960 Clodiae Asthiochae.

Astyochēa, -ae, Ἀστυόχεια. HYG. fab. 117 p. 102, 17 cui (*Strophio*) fuit Astyochea Agamemnonis soror nupta. *v. Escher, PW. II 1873.*

Astypalaea, -ae, Ἀστυπάλαια. 1 *insula maris Cretici*: OV. ars 2, 82 cinctaque piscosis Astypalaea vadis. MELA 2, 114. PLIN. nat. 2, 243 Astypalaeam in Carpathio mari insulam (MART. CAP. 6, 612). 4, 71 liberae civitatis. 8, 140 insulā. LIB. geneal. chron. I p. 103, 134, 14 Astypala. CHRON. Alex. chron. I p. 168, 165 Astipalis. *ibid.* p. 103, 125, 14 Asta vetera. *v. Oberhummer, PW. II 1873, 1.* 2 *nom. mythicum*: PLIN. nat. 35, 138 Aristophon *laudatur* Ancaeo vulnerato ab apro cum socia doloris Astypalaea numerosaque tabula. *cf.* HYG. fab. 157 p. 14, 7 ⟨P⟩ericlymenus et Ancaeus (*trad.* autheus) *Neptuni filii* ex Astypalaea (astyphile *F*) Phoenicis filia. *v. Tümpel, PW. II 1876, 8.* *deriv. lat. adi.* **Astypalaeēnsis,** -e. *ad Astypalaeam insulam pertinet*: CIC. nat. deor. 3, 45 Achillem Astypalaeenses insulani sanctissume colunt. *adi. graec.* **Astypalēius,** -a, -um, *quasi* Ἀστυπαλήϊος. OV. met. 7, 461 hinc Anaphen sibi iungit et Astypaleïa (seu stimphalia *M¹*, et hinc stiphaleia *N, sim. cett.*) regna, promissis Anaphen, regna Astypaleïa bello. *alterum adi. graec.* **Astypalaeicus,** -a, -um, Ἀστυπαλαϊκός, *ad eandem insulam pertinens*: PLIN. nat. 30, 32 *cocleas* (45. 126).

Astyphilē *cf.* Astypalaea *2.*

Astyrē, Astura, Ἄστυρα, *opp. Mysiae.* PLIN. nat. 5, 122 Astyre *Aeoliae oppidum.* MELA 1, 91 Asturam. *v. Bürchner, PW. II 1876, 1.* *Diehl.*

? **astyrice.** CELS. 5, 14 carnem alit et ulcus implet resina pinea, ochra Attica vel astyrice, cera, butyrum (vel astyrice *sive* astirice *codd.*, vel asteracae *edd. antiq.*, mel erythace *Targa*). *an* Asturica?

astysmos *v.* asteismos.

astytis, -idis *f.*, ἀστυτίς. PLIN. nat. 19, 127 purpuream (*lactucam*) maximae radicis Caecilianam vocant, rotundam vero ac minima radice, latis foliis astytida (astilida *codd.*, ἀστυτίδα *edd. rec.*, *graeca vestigia extant in excerptis cod. Paris. 10318*). *Ihm.*

Asuada *statio Palaestinae.* NOT. dign. or. 34, 32 *sub duce Palaestinae* ala prima miliaria Sebastena, Asuada. *v.* Asadada Sedada.

Asvadus, -ī, *Gothus, ut videtur, aetatis Iustinianeae.* CONS. Ital. chron. I p. 337, 1 Asvadum magistrum militiae. 2 Asbadus *et* Asbade. 3 Asbado. -b- *verior scriptura.* *Diehl.*

Asubrius *v.* Assius.

Asucius *nom. gent., v.* Assius *et* Assalicus, Asselius. CORP. XII 5679, 6 (*in tegula*) Asucíor(um). III 13552, 51 (*in vase cretaceo Illyrici*) Asuci of(icina).

Asudius, -a *nom. gent., cf.* Assius. PLIN. epist. 5, 1, 1 Pomponia Galla exheredato filio Asudio Curiano heredem reliquerat me. CORP. XI 5451 (*Asisii*) Asudia C. l. Alethea. *Otto.*

Asuellius *v.* Assius. **Asuerus** *v.* Assuerus.

Asuetīnius, Asuetius *v.* Assius.

Asuillius, Asuius *v.* Assius.

? **asula.** PLAVT. frg. inc. fab. 21 (37) asulae (*ex* FESTO 297). *vox incerta num ad Plautum pertineat dubium.* *Ihm.*

Asula fecit. CORP. VII 1330, 3 *in lucerna Londinii reperta.*

Asullius *v.* Assius.

Asuodane *cogn. vir. dat. ut videtur.* CORP. III diplom. CXI a. 162 p. 2328[71].

Asuoremixtēnsis, -e *ethnicon.* NOT. episc. Maur. Sitif. 36 Emilius Asuoremixtensis. *v. Dessau, PW. II 1878 sub* Asuoremixta. *Diehl.*

a super. ITALA (cod. Lugd.) deut. 6, 9 scribes (*verba*) a super limina (ἐπὶ τὰς φλιάς, VVLG. in limine). RAVENN. p. 19, 23 qui Persae Parthi a super ipsam ponuntur Armeniam.

a supra. PS. BOET. grom. p. 408, 24 possessor a supra in planum descendat. *sim.* p. 410, 6.

? **asur** superbus GLOSS. *cod. Paris. 2341 post* IV 21, 53. *an* Assur? *Ihm.*

Asur *v.* Assur. **Asuri** *v.* Gessuri.

Asurih (*an* Asuriη*?*) Guduis filia a. LX. CORP. VIII 17470 (*in prov. procons.*). *cf.* Assuri.

Asurim *v.* Assurim.

Asurius, Asuvius *v.* Assius.

1. Asus, -ī *cogn. vir.* CORP. VI 33690 (*e columb.*) Aelius Asus. *cognomen videtur esse integrum.*

2. Asus, -ī *nom. barb.* CORP. XIII 10010, 181 (*in vasc. Gallico*) Asus f(e)c(it) Cigetou(ti). *Diehl.*

Asuta *v.* Assutalus. **Asybel** *v.* Asbel.

asyla, -ae *f.* [*cf. c. gr.* ἄσυλος. *Th.*] *nomen herbae*: PLIN. nat. 25, 145 mirum, quod feminam (*sc. anagallida*) pecora vitant aut, si decepta similitudine ... degustavere, statim eam, quae asyla appellatur, in remedium quaerunt. a nostris felis oculus (feris oculis *codd.*) vocatur.

Asyla *v.* Asylus. **Asȳlās** *v.* Asilas.

asyllogistus, -a, -um, ἀσυλλόγιστος. BOET. anal. pr. 1, 4 (*in lemmate*) de modis syllogisticis et asyllogistis absolutis primae figurae.

Asyllus, -ī *v.* Asylus. **Asȳlo** *cf.* Asylus.

asȳlum, -ī *n.* [*a. gr.* ἄσυλον *tractum. Th.*] SERV. Aen. 2, 761 dictum 'asylum' quasi 'asyrum'. *auct.*: alii asylum ideo dictum, quod nullus inde tolleretur, id est quod συλᾶσθαι, hoc est abripi, nullus inde poterat; vel quod fugienti illuc spolia non detraherentur; σῦλα enim graece aut furta aut spolia dicuntur. *cf.* LIV. 35, 51, 2 ea religione et eo iure sancto, quo sunt templa, quae asyla Graeci vocant. GLOSS. II 248, 59 ἄσυλον. IV 3, 20 graece templum, ad quod quisquis fugiebat, nefas erat inde trahi. dictum asylum a non trahendo spolium (*cf.* V 338, 34 assellum spolium. IV 21, 50 aslum spolium, *et saepius*). *similia* V 4, 18 = 48, 32. 268, 65. 427, 31. IV 431, 1. 406, 26 (locum sacrum vel religiosum, unde educitur). II 568, 26 (tutus locus ac munitus). IV 21, 46 (confugii templum, *sic saepius*). V 268, 62 (locus refugii, *alibi additur* sanctus, *cf.* IV 208, 34. 480, 53). *confunduntur* asylum *et* asilus GLOSS. IV 480, 54. V 268, 58. asilum *in codd. scribitur passim.*

de asylo a Romulo constituto: VERG. Aen. 8, 342 hinc lucum ingentem quem Romulus acer asylum rettulit. LIV. 1, 8, 5 ne vana urbis magnitudo esset, adiciendae multitudinis causa ... locum, qui nunc saeptus descendentibus inter duos lucos est, asylum aperit (1, 9, 5). VELL. 1, 8, 6 asylo facto inter duos lucos. LVCAN. 1, 97 exiguum dominos commisit asylum (*cf.* COMM. Bern. *ad h. l.*). SIL. 15, 91 Roma minanti impar Fidenae contentaque crescere asylo. IVV. sat. 8, 273 ab infami gentem deducis asylo (SCHOL. Romulus ut augeret populum Romanum, secutus Atheniensium morem asylum in luco constituit. LACT. inst. 2, 6, 13 constituit asylum. AVG. civ. 1, 34). TAC. hist. 3, 71 iuxta lucum asyli ... propior atque acrior (*vis*) per asylum ingruebat. FLOR. 1, 1, 9 erat in proximo lucus, hunc asylum facit, et statim mira vis hominum. MIN. FEL. 25, 2 nam asylo prima plebs congregata est. SERV. auct. Aen. 8, 635 Romulus . . . asylum condidit, ad quem locum si quis confugisset, eum exinde non liceret auferri. PS. ASCON. Verr. p. 159 B. quem lucum asylum vocaverat Romulus. PRVD. Symm. 1, 196. AVG. civ. 5, 17 asylum illud Romuleum (*cf.* 1, 34). MACR. sat. 1, 6, 16 qui in asylum eius (*Romuli*) confugerat. GLOSS. V 427, 30 a Romulo primum in Roma constructum erat. V 480, 54 locus sacer Romae (*cf.* V 268, 58).

VARRO frg. Non. 44 in asylum qui confugissent. CIC. Verr. 2, 85 e fano Dianae servum suum, qui in illud asylum confugisset, abduceret. VERG. Aen. 2, 761 Iunonis asylo (*cf.* AVG. civ. 1, 4). MELA 1, 117 ut aliis quoque ad eos confugisse pro asylo sit (*inde* MART. CAP. 6, 665 *v. p. 991, 23*). TAC. ann. 3, 60 licentia asyla statuendi *Graecas per urbes.* 3, 63 apud Pergamum Aesculapii conpertum asylum. 4, 14 Cois Aesculapii delubro vetustum asyli ius ut firmaretur petentibus. SVET. Tib. 37 abolevit et ius moremque asylorum, quae

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

usquam erant. AMPEL. 8, 6 Argis in Achaia Iunonis templum . . ., quod asylum vocant. 16, 4 *Perses* Samothraciam confugit in asylum. VLP. dig. 21, 1, 17, 12 si quis in asylum confugerit . . . qui in asylum aut quod aliud confugit. AMM. 16, 10, 5 senatus officia reverendasque patriciae stirpis effigies contemplans asylum mundi totius adesse existimabat. SERV. Aen. 6, 505 ubi (*Rhoeteo in litore*) erat asylum Aiacis, sicut in Sigeo Achillis. 8, 342 Athenis sibi primi asylum, hoc est templum misericordiae, collocarunt, unde nullus posset abduci (*cf.* COMM. Bern. Lucan. 1, 97). VVLG. II Macc. 4, 34 qui cum . . . suasisset de asylo procedere. CLAVD. carm. 15, 391 spesque suas vitamque tuo commisit asylo. SALVIAN. gub. 5, 44 qui perdito ingenuae incolumitatis statu ad asylum aliquod desperatione confugiunt. DRACONT. carm. min. 5, 51 quis civis asylum credat in arce micans insontibus esse periclum (*de statua*)? CASSIOD. var. 9, 18, 11 ne . . . asylum . . . videatur existere criminosis. *additur* tamquam, velut: GELL. 7, 2, 13 perfugiunt ad fati necessitatem tamquam in aliquod fani asylum. LAMPR. Hel. 2, 3 in templum dei Heliogabali confugisse velut in asylum. AVR. VICT. Caes. 23, 1 in Solis sacerdotium . . . tamquam asylum confugerat *Heliogabalus*. COD. Theod. 6, 27, 18 (*a. 416*) ad scholam agentum in rebus passim plurimi velut ad quoddam asylum convolarunt. AVG. civ. 2, 29 ad quam patriam te invitamus et exhortamur, ut eius adiciaris numero civium, cuius quodam modo asylum est vera remissio peccatorum. MART. CAP. 6, 665 Arimphaei . . . vitam degunt cunctis gentibus venerandi, ut ad eos velut ad quoddam asylum confugiant metuentes (*e* MELA 1, 117 *v. p. 990, 79*). OROS. hist. 4, 16, 9 velut asylo patefacto. *nota*: SPART. Sept. 21, 8 Papinianum, iuris asylum et doctrinae legalis thesaurum. *cf.* TERT. pudic. 10 ebrietatis idolum et moechiae asylum, *ubi* asilum (οἶστρον) *legit Rigaltius.* *v. Stengel, PW. II 1881 sqq.* *Ihm.*

Asȳlum *acc., Persarum fluvius.* PLIN. nat. 6, 135.

Asȳlus, -ī, ἄσυλος, *nom. serv. et cogn.* IVV. 6, 267 uxor Asyli (SCHOL. *ad l.* nomen gladiatoris). *in titulis*: CORP. VI 6715 (*e columb.*) d. m. Fl. Saturninae fecerunt T. Flavius Asylus coníugi et Cascella Asyla . . . matri. 280 (*cf.* add. p. 3012) Hierus et Asylus T⟨i. Cl.⟩ Liviani ser(vi) Herculi d. d. *cum hoc titulo contulit Hülsen (Berl. philolog. Wochenschr. 1889 p. 683)* MART. 9, 103, 3 dat faciem Pollux Hiero, dat Castor Asylo (asillo *pars codd.*). CORP. VI 14120 T. Callius Asylus. X 6713 (*Antii*), 1, 18 C. Memmius Asylus. *cf.* CORP. V 8125, 21 (*in anulo*) Peticius Asylo: *utrum nominativus sit an dativus non discreverim.* *nota orthographiam*: CORP. VI 12564 dís manibus A s y l l i Ogulni Felicis servi. 22579 d. m. L. Modiarius Genialis coiugi benemerenti Elpidi scriserunt et A s y l l u s. **Asȳla,** -ae, *cogn. mul. v. l. 35.* *Diehl.*

asymbolus, -a, -um, ἀσύμβολος. TER. Phorm. 339 tene asymbolum (ad symbolum *pars codd.*) venire unctum atque lautum e balineis, otiosum ab animo, cum ille et cura et sumptu absumitur (*cf.* DON. *ad h. l.*). GELL. 7, 13, 2 ne omnino, ut dicitur, immunes et asymboli veniremus, coniectabamus ad cenulam non cuppedias ciborum, sed argutias quaestionum.

asymmeter, -tra, -trum. *cf.* ἀσύμμετρος. BOET. anal. pr. 1, 23 quoniam diameter est asymmeter. *ibid.* asymmetrum . . . esse diametrum.

asynartetus, -a, -um, ἀσυνάρτητος. SACERD. gramm. VI 545, 16 asynarteta metra id est inconvenientia. 546, 1 fit asynartetum etiam per antipathian. 546, 9 genus est illud asynartetum, quo usa est Sappho per totum librum suum primum. *cf.* DIOM. gramm. I 501, 31 MAR. VICTOR. gramm. VI 88, 21 (ἀσυνάρτητα id est inconexa). 102, 31. 103, 8. 13. 105, 24. 107, 1. 141 *sqq.* *Ihm.*

Asyncritus, -ī, Ἀσύγκριτος, *nom. serv. et cogn.* **1** *ethnici*: CORP. IX 114 (*Brundisii*) C. Falerius Asyncritus. 224 (*Vriae prope Tarentum*) P. Gerellanus P. l. Asyncritus Augustalis . . . P. Gerellanus Asyncritus. pater filio pientissimo. XII 3192 (*Nemausi*) L. Aemil. Asyncriti (sex) vir. Aug. COD. Iust. 7, 32, 7 (*a. 293*) *impp. Diocletianus et Maximianus* AA. et CC. Asyncrito. CORP. VI 31955 (*saec. IV*) Aurell. Iusta et A s y n c r i t i u s. *nota* CORP. VI 12565 d. m. Asyncreto Aug. lib., *quasi a* cresco *formatum. cf. l. 69.* **2** *christiani*: VVLG. Rom. 16, 14 salutate Asyncritum (*adde ineptam etymologiam* HIER. nom. hebr. p. 73, 29 dirigens thuribulum). CONC. Const. Mansi IX 176^b A s y n c r e t i o (*cf. l. 66*) reverendissimo episcopo Aradi. *Diehl.*

asyndetus (-a, -um), ἀσύνδετος. *in astronomia*: RVFIN. recogn. 10, 11 *mathematicus* respondebit tibi . . ., quia tempora tua malitiosus suscepit Mars aut Saturnus, aut aliquis eorum apocatastaticus fuit . . ., addens, quia in his omnibus aliquis aut asyndetus fuit cum malo aut invisibilis *eqs.* SIDON. epist. 8, 11, 9 seu super diametro Mercurius asyndetus seu super tetragono Saturnus retrogradus seu super centro Mars apocatasticus. *n.* asyndeton *t. t. gramm.*: SACERD. gramm. VI 456, 3 dialyton vel asyndeton est dictio sine coniunctione prolata (*cf.* DIOM. I 488, 5 DON. IV 399, 8 ISID. orig. 1, 35, 20 BEDA rhet. p. 611, 14). DIOM. I 445, 5 asyndeton est, cum plurima nomina sine coniunctione ponuntur. POMP. gramm. V 304, 22 sunt . . . duae figurae, polysyndeton et asyndeton . . . . asyndeton, ubi nulla conexio est. *cf.* CHAR. gramm. I 281, 10 SERV. auct. Aen. 10, 659. *graece scriptum* AQVILA rhet. 41 p. 35, 9 DON. Ter. Andr. 1, 5, 50, *et saepius apud* GRAMM. *adv.* ἀσυνδέτως: DON. Ter. Eun. 5, 8, 27 (sinthetos *cod. C*) *et saepius.* asyndete *fide caret, cf.* POMP. gramm. V 264, 23.

asynthetus, -a, -um, ἀσύνθετος. MART. CAP. 9, 949 atque in spatiis alia sunt conposita, alia disiuncta atque asyntheta. *cf.* MAR. VICTOR. gramm. VI 114, 16 *metra*, quae Graeci σύνθετα et ἀσύνθετα appellant.

? **asyntrophon.** APVL. herb. 87 *rubus* a Graecis dicitur batos . . ., aliis selinortion, aliis asyntrophon.

asyphylium *v.* asifolium. **Asyr** *v.* Assur.

asystatus (-os), -a, -um (-on), ἀσύστατος. LACT. inst. 3, 6, 10 Arcesilas introduxit genus philosophiae asystatum, quod latine instabile vel inconstans possumus dicere. 13 in asystati generis exemplum. AVG. c. Iul. op. imp. 1, 71 ut quod dicis asystaton sit. 5, 60 referam te asystata et contraria dicere. *saepe apud rhetores*: IVL. VICT. rhet. 2 p. 374, 29 asystaton est . . . thema, quod circumstantiam non habet, ut 'reum facit iniuriarum pauperem dives'. vides hanc causam stare non posse. 3, 13 p. 384, 4 hoc genus quaestionum nonnulli quasi sine statu, asystaton, repudiant, cum omnia videantur utrimque paria esse et sint ἰσάζοντα. FORTVN. rhet. 1, 2 p. 82, 15 asystata (*sc.* ζητήματα) quot modis fiunt? 1, 3 p. 83, 10 hae solae sunt asystatarum (*sc. materiarum*) species?, *et saepius.* MAR. VICTOR. rhet. p. 181, 22 si constitutio non erit, nec causa esse iudicanda est: est enim asystata controversia. GRILL. rhet. p. 599, 27 asystatae controversiae et primum eae, quae a parte accusatoris deficiunt. AVG. rhet. 15 p. 146, 1 *sqq.* RHET. min. p. 586, 20. 24. *aliis locis graece scriptum.*

at. [*cf. esse videtur c. got.* ath-than 'sed, tamen', *gr.* ἀτάρ (*nisi hoc c.* ἄτερ *coniungendum*) *et c. praepositionibus hibern.* aith- 're-, rursus', *lituan.* at 're-, ab-', *slavon.* otŭ 'ab, dis-, re-'. *Th.*] *cf. omnino* ast. *Hand, Tursell. I p. 417—451.* *de significatione*: PAVL. FEST. 13 *v. p. 999, 79.* PRISC. gramm. III 99, 21 *v. p. 1005, 66.* GLOSS. II 249, 37 ἀτάρ at. 266, 55 δέ ast at autem ceterum certe verum (*cf.* IV 22, 24 at verum ceterum). 22, 22 at ac (?) καί ἀλλά ἀτάρ δή. 335, 50 καί at atque etiam et que. 284, 34 ἐγὼ δέ ast ego, at ego. 379, 5 ὁ δέ at ille. IV 22, 23 at tu: tu vero (*cf.* GRAMM. suppl. 291, 7 'at', quod 'vero'). 22, 39 at dum quamdiu (*cf.* TER. Eun. 728 PROP. 2, 14, 11). *adde*: SERV. Aen. 7, 363 at non sic: legitur et 'an non sic'; sed hoc absolutum est. si autem 'at' legeris, inceptiva particula est ad ornatum solum pertinens. 10, 411 'sed' modo inceptiva particula est, ut in Sallustio saepius, sicut 'at' interdum: nam non est coniunctio ratiocinantis. VEL. gramm. VII 62, 12 est coniunctio disiunctiva 'at'. DIOM. gramm. I 415, 29 copulativae hae: et que ac at ast atque (*similiter* GRAMM. suppl. 57, 18. 165, 4). PRISC. gramm. III 478, 15 'at' quae pars orationis est? coniunctio (*cf.* GLOSS. IV 311, 38 at coniunctio verborum est). *de scriptura* (*cf. Lindsay, lat. Sprache p. 88*): QVINT. inst. 1, 7, 5 illa quoque servata est a multis differentia, ut 'ad', cum esset praepositio, d litteram, cum autem coniunctio, t acciperet. CAPER gramm. VII 95, 15 ad praepositio per d, at coniunctio per t scribi debet (*similia apud* GRAMM. *passim.* ISID. diff. 1, 55 DIFF. Beck p. 30, 22). CHAR. gramm. I 229, 12 'ad' pro 'autem' Licinius Calvus (*v. p. 995, 46*) . . . cum certum sit 'at' coniunctionem esse, 'ad' vero praepositionem; εὐφονώτερον tamen est, ut hic per d scribatur, ne subsequens t littera duriorem suique similem sonum litterae amplexa dictum faciat immitius. *in codicibus et vetustissimis et recentioribus* ad *pro* at *passim legitur (exempla congessit Neue-Wagener, Form.* II^3 *p. 958 sq.); item in titulis* CARM. epigr. 327, 6. 1128, 4. 1184, 3 (*saec. I?*). 1178, 34. 38. 50 (*saec. II?*). 1445, 5 (*saec. V*). 702, 7 (*a. 528*). 1371, 6 (*a. 529*). *permultis locis* et *vel* ac *vel* ut *vel* aut *traditur pro* at, *neque paucis de vera lectione dubitatur, maxime in fragmentis antiquissimorum scriptorum, velut* ACC. trag. 131. 580 CAEL. hist. frg. 38 LVCIL. 271. 1156 AFRAN. com. 328 *al.* *de positione*: AVDAX gramm. VII 351, 17 at coniunctio omnibus casibus praeponitur. GRAMM. suppl. 57, 28 praepositivae sunt coniunctiones . . . 'at' 'ac' et 'ast'. 157, 30 praeponuntur . . . 'ast' 'at' (*cf.* p. LI, 3). *postponitur non raro apud poetas inde a* CATVLLO, *quam licentiam non admiserunt* LVCR. TIB. OV.: CATVLL. 64, 58 immemor at iuvenis. VERG. ecl. 7, 67. 10, 31 georg. 3, 331 Aen. 5, 264. 7, 500. 11, 753 HOR. sat. 1, 2, 47. 1, 8, 37 PROP. 4, 1^b, 95. 4, 10, 23 (*cf.* 1, 6, 22. 4, 1, 19). MANIL. 1, 282. 4, 635 (?) GERM. 19. 140. 468 frg. 4, 42. 70. 100. 123. 151. 159 SEN. Troad. 1085 LVCAN. 3, 535 COLVM. 10, 389 VAL. FL. 1, 264. 2, 437. 4, 85. 5, 297 (6, 206?) SIL. 2, 437 STAT. Theb. 4, 116. 8, 363. 12, 677 (*cf.* 12, 709) silv. 5, 3, 129 (*cf.* 4, 6, 58) MART. 10, 70, 3 TER. MAVR. 480 NEMES. ecl. 3, 50. AVIEN. Arat. 866 si quis at ista respuat. orb. terr. 1266 or. mar. 192. 377. 670, *et saepius.* CLAVD. 15, 246. 24, 178 rapt. Pros. 3, 168 SEDVL. carm. pasch. 1, 176 VEN. FORT. carm. 2, 16, 40. 3, 13, 12. *maiore licentia*: HIL. carm. Macc. 17 victum ut se vidit at ille. *per anaphoram apud poetas et rhetores (huc non pertinent* TER. Hec. 790. 791 *versus paralleli*; 791 *om. A, post* 783 *exhibent D et* E^2, *metro minus commendatur* 790): LVCIL. 529 at . . . libertinus tricorius, Syrus ipse, at mastigias, quicum versipellis fio et quicum commuto omnia. VERG. georg. 2, 467 at secura quies . . ., at latis otia fundis *non absunt.* HOR. sat. 1, 3, 32 at est bonus . . ., at tibi amicus, at ingenium ingens . . . latet. PRIAP. 80, 1.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Ov. am. 3, 7, 1 at non formosast, at non bene culta puella, at, puto, non votis saepe petita meis. fast. 2, 395 am. 1, 3, 11 *sq.* VAL. FL. 3, 667 CLAVD. 15, 309. VARRO ling. 9, 55 at Marcam, at Numeriam. CIC. Verr. 6, 13 at non at eis ipsis, qui iudicassent, at non statim, at non eorum facinorum damnati. 4, 8. 6, 4 Cluent. 113 (*ter*) Planc. 87 (*ter*) Sest. 47 nat. deor. 3, 82 Att. 9, 12, 1. 10, 12ᵃ, 1 errasse nos confitendum est. at semel? at una in re? (SEN. contr. 1, 2, 8). epist. 2, 15, 4 (*ter*) Att. 9, 10, 3 (*ter*) SEN. benef. 4, 34, 2. rem. fort. 5, 3 'insepultus iacebis'. at tu conbustus, at tu obrutus, at tu inclusus, at tu putridus, at tu evisceratus et constrictus.

particula proprie est o b i c i e n d i, *ut apparet ex usu dialogi scaenici* (*I*), *ideoque maiorem vim* (ἦϑος *vel* πάϑος) *habens quam* sed *aliaeve adversativae; inde explicatur rhetoricus usus occupandi vel refutandi et communis omnium scriptorum maiore vel minore vi opponendi vel potius contra ponendi res homines sententias. non raro* (*maxime praecedente* si, si non, si minus *sim.*) *id valet quod* tamen certe saltem, *quae particulae cum* at *coniungi solent. augetur praeterea vis particulae variis additamentis* (at contra, at enim, at vero, at hercle *sim.*). *in usu fuit per totam latinitatem; plus 1100ies habet* CIC. (*dimidia fere pars in orationibus legitur*), *plus 400ies* OV., *fere 350ies* PLAVT. SEN. min. Icti (*cum* GAIO inst.), *plus 200ies* CELS. QVINT. APVL., *paene 200ies* VERG. PLIN. nat. TAC., *plus 100ies* TER. LVCR. COLVM. SIL. STAT., *fere 90ies* CVRT., *80ies* LIV., *ad quem proxime accedunt* SALL. PROP. SEN. rhet. VAL. FL., *sequuntur* LVCAN. MART. HOR. TIB. CAES. PLIN. min. RHET. Her. VAL. MAX. FRONTO HYGIN. fab. PETRON. NEP. CATVLL. (*fere 30ies*) VELL. VARRO SVET. IVV. (*17ies*) VITR. PERS. *rarissimum apud* CATONEM. *ex ingenti copia parvus proponitur delectus.*

I *in* ***dialogo*** *et in* c o l o r i b u s   d i a l o g u m   i m i t a n t i b u s:

in dialogo, semper fere m u t a t a   p e r s o n a; at ego, at tu, *talia passim*: PLAVT. Amph. 436 per Iovem iuro med esse neque me falsum dicere. :: at ego per Mercurium iuro tibi Iovem non credere (Rud. 635 *cf.* 1256 ENN. trag. 141). Poen. 313 at ego amo hanc. :: at ego esse et bibere. Merc. 430 viginti minis opinor posse me illam vendere. :: at ego si velim, iam dantur septem et viginti minae. :: at ego — :: quin ego, inquam —. Truc. 946. 947. Men. 1086 non ego. :: at ego. Rud. 1013. 1019. Capt. 710 sed malene id factum arbitrare? :: pessume. :: at ego aio recte, qui abs te sorsum sentio (*cf.* 72 Cas. 71). Amph. 1084 immo omnes sani sunt profecto. :: at me uxor insanum facit suis foedis factis. :: at ego faciam, tu idem ut aliter praedices . . . pudicam esse tuam uxorem ut scias (*cf.* Most. 94 Poen. 173 TER. Hec. 439). Pseud. 251 te volo. :: at vos ego ambos . . . :: non licet conloqui te? :: at mihi non lubet. Capt. 706 nunc falsa prosunt. :: at tibi oberunt. :: optumest. at erum servavi. Merc. 756 haud malast. :: at tu malu's. Pseud. 1144 hic leno est. :: at hic est vir bonus. 1063 non equidem capiam. :: at quaeso (*cf.* Epid. 423 Capt. 747 Cas. 391 Mil. 399 Rud. 1256). Cas. 690 moram offers mihi. :: at tu mihi offers maerorem. Cist. 573 servate di me⟨d⟩ obsecro. :: at me perditis (Rud. 1164 *cf.* Stich. 340). Capt. 203 at nos pudet, quia cum catenis sumus. :: at pigeat postea nostrum erum, si vos eximat vinculis (Cas. 911 Cist. 769). Rud. 107 virile sexus numquam ullum habui. :: at di dabunt. Mil. 1214 reddam impetratum. :: at gestio. :: at (ac *codd.*) modice decet. Epid. 262 age dic. :: at deridebitis. :: non edepol faciemus. Persa 216 prior rogavi. :: at post scies. Pseud. 235 at — :: bat. :: crucior. :: cor dura (*cf.* Ter. Phorm. 1002 at — :: quid 'at'?). Mil. 355 totiens monere mirumst. :: at metuo ut satis sis subdola (*cf.* Poen. 883. 1162 TER. Phorm. 965 ACC. trag. 78). Cist. 584 at n o n missam oportuit (Epid. 689 Mil. 1017 TER. Hec. 439 *cf.* RHET. Her. 1, 16, 26. 4, 31, 42 CIC. inv. 1, 18 NEP. Phoc. 4, 3 PHAEDR. append. 15, 9 SEN. Troad. 318). Curc. 121 egon salva sim, quae siti sicca sum? :: at i a m bibes (Amph. 345 Aul. 356 Epid. 32 Mil. 445 Trin. 1187 TER. Andr. 617. 682. 683 Haut. 694 CIC. Att. 7, 9, 1). Bacch. 677 erras. :: at q u i d e m tute errasti (*cf.* Mil. 659 Most. 1014). Mil. 1142 ut lepide deruncinavit militem. :: at e t i a m parum (Capt. 561). Amph. 369 at mentiris etiam (*cf.* Asin. 923 Capt. 455 Rud. 401 TER. Eun. 1011 TVRPIL. com. 35. *nec minus apud alios* at etiam *coniunguntur, notandum tamen plerisque locis* etiam *pertinere ad aliud verbum, cf. e. gr.* CIC. Catil. 2, 12 Verr. 6, 77 Phil. 2, 76 fin. 1, 39 epist. 12, 22, 1. CAES. civ. 2, 31, 7 aut *codd.* LIV. 28, 43, 20 FRONTO p. 36, 4 N.). TER. Hec. 850 nescio. :: at ego scio (Haut. 309). Eun. 244. Ad. 161 leno ego sum. :: scio. :: at ita, ut nusquam fuit fide quisquam optuma (*cf.* 280 Haut. 617). Haut. 546 stolidus est. :: at te adiutare oportet. 159 fateor: peccatum a me maximumst. :: Menedeme, at porro recte spero et illum tibi salvom adfuturum esse hic confido. 973 loquere. :: at tuto. :: loquere. POMPON. com. 7. TRAG. inc. 162 (Rhet. Her. 2, 25, 39, *fort. exemplum fictum*) miseri sunt qui uxores ducunt. :: at tu duxisti alteram. RHET. Her. 4, 50, 63 'id fecissemus', inquiunt illi, 'si domum novissemus'. 'at istud quidem facile fuit undelibet invenire'. CIC. leg. 1, 57 at ego huc declinabam, nec invitus. :: licebit alias, nunc id agamus, quod coepimus. 2, 15 quid, quod Zaleucum istum negat ullum fuisse Timaeus? :: at ⟨ait⟩ Theophrastus, auctor haud deterior mea quidem sententia (*cf.* fin. 5, 3). Att. 13, 42, 1 'sed quando?' 'nihil ad me' inquit 'de tempore, quoniam rem probo'. 'at ego' inquam 'censeo, priusquam proficiscaris' . . . hic dialogus sic conclusus est. 2, 1, 5. 7, 9, 1. 13, 33, 4 SALL. Cat. 40, 3 VERG. ecl. 1, 64. 3, 66 malo me Galatea petit . . . et fugit ad salices et se cupit ante videri. :: at mihi sese offert ultro . . . Amyntas. HOR. sat. 1, 6, 40. 1, 9, 71 OV. met. 1, 557 (4, 654). 1, 678. 14, 663. fast. 2, 395 *sqq.* ex illis unus et alter ait: 'at quam sunt similes! at quam formosus uterque! . . . :: at si quis vestrae deus esset originis auctor, . . . ferret opem certe. LIV. 24, 37, 11 *Henuensium principes aiunt* (*seq. orat. obl.*) . . . tum Pinarius: at illi, si ad consulem gravarentur mittere, sibi saltem darent populi concilium. VAL. MAX. 9, 14 ext. 3. SEN. Ag. 970 iustae parenti satis. :: at iratae parum. 978 nullum est periclum tibimet. :: at magnum tibi. Herc. O. 437. *cf.* ben. 3, 9, 3 (*syn.* sed). OCTAVIA 457 decet timeri Caesarem. :: at plus diligi PERS. 3, 96 CALP. ecl. 2, 48. 2, 80 STAT. Theb. 6, 726. TAC. dial. 42 ego, inquit, te poetis, Messalla [cum] antiquariis criminabimur. at ego vos rhetoribus et scholasticis, inquit. PLIN. epist. 1, 20, 15 GELL. 6, 17, 6. 11, 9, 2 cum . . . Aristodemus talentum *se accepisse* respondisset: 'at ego plus' inquit *Demosthenes*, 'accepi, ut tacerem'. APVL. met. 1, 18 ad haec ille subridens 'at tu' inquit 'non sanguine, sed lotio perfusus es'. 1, 12. 26. 4, 7. 6, 15. 10, 14 sic alter alterum compellat: 'at istud . . .' subicit alius: '. . .'.

cum i m p e r a t i v o: PLAVT. Pseud. 32 non adest. :: at tu cita. Asin. 464 Sauream non novi. :: at nosce sane (*cf.* Amph. 353). Poen. 857 at onus urget. :: at tu appone et respice ad me (Men. 547 Most. 897 Persa 242). Pseud. 1157 iam redeo ad te. :: at maturate propera (TER. Andr. 956 age fiat. :: at matura. *cf.* Phorm. 716 Eun. 207. 208). Capt. 232 scio. :: at scire memento, quando id quod voles habebis (*cf.* Stich. 47). Aul. 635. Cas. 707 et ego orabo. :: at blande orato. Merc. 464 Most. 216 Persa 500. 288 abi in malam rem. :: at tu domum (Stich. 771 Capt. 398 *cf.* Curc. 7 Persa 446 TER. Andr. 895). Pseud. 942 at vide ne titubes (*cf.* Poen. 292 Rud. 1067 TER. Hec. 223 Haut. 1032). TER. Eun. 534 non possum, inquam. :: at tu apud nos hic mane. Haut. 550 fac ergo. :: at heus tu, facito (*cf.* RHET. Her. 4, 50, 63, *ubi* at heus tu *suadent codd.*, at eho tu *Marx*). Phorm. 403. 819 TITIN. com. 51 VERG. ecl. 5, 88. HOR. epist. 1, 7, 16 'vescere sodes'. 'iam satis est'. 'at tu quantum vis tolle'. 'benigne'. OV. met. 12, 367 'at inferias . . . accipe' ait. VAL. MAX. 3, 2 ext. 1 eo deinde libenter id se fuisse facturum . . . adfirmante 'at me' inquit '. . . aspice'. SEN. Ag. 155 rapienda rebus in malis praeceps via est. :: at te reflectat coniugi nomen sacrum. PERS. 6, 41 HOMER. 980 STAT. Achill. 1, 807. *in* i n t e r r o g a t i o n e (*cf. p. 1009, 33 sqq.*): PLAVT. Mil. 1034 iube adire. :: at scin quid tu facias? (TER. Haut. 738). Aul. 47 at scin quomodo tibi res se habet? Rud. 797 tangam hercle vero. :: tanges, at scin quomodo? (Aul. 307. 831 Amph. 356 Poen. 376 Bacch. 1178). Bacch. 594 at scin quam iracundus siem? (*cf.* Asin. 149). Persa 798 iurgium hinc auferas, si sapias. :: at, bona liberta, haec scivisti et me celavisti? Stich. 342 ecquem convenisti? :: multos. :: at virum? :: equidem plurimos. Epid. 726 pallium tibi dabo. :: quid deinde porro? :: libertatem. :: at postea? Rud. 711 iniqua haec patior cum pretio tuo. :: at e t i a m minitatur audax? (*sic* at etiam Capt. 563 Trin. 991 Merc. 130 Most. 851 Amph. 1025 TER. Andr. 762. Eun. 668 exi foras, sceleste. at etiam restitas?). TER. Eun. 361 estne, ut fertur, forma? :: sane. :: at nihil ad nostram hanc? :: alia res [est]. 272 credo; at num quid aliud? Haut. 377 Phorm. 418. Hec. 804 'non sum'. 'at Callimedes?' 'non'. 526 quibus? :: at rogitas? (Andr. 828 *cf.* Haut. 631). APVL. met. 1, 24 'at has quisquilias quanti parasti?' 'vix' inquam 'piscatori extorsimus accipere viginti denarium'. 2, 24 at ego 'iube' inquam' domina, cuncta quae sunt usui necessaria nobis exhiberi'. 'at quae?' inquit 'ista sunt?' *rarum in dialogo* p o s t   i n t e r r o g a t i o n e m: PLAVT. Mil. 54 quid in Cappadocia, ubi tu quingentos simul, ni hebes machaera foret, uno ictu occideras? :: at pedistatelli quia erant, sivi viverent. Curc. 554 quid, valeam? :: at tu aegrota aetatem, si lubet, per me quidem. Pseud. 124 oculum anne in aurem? :: at hoc pervolgatumst minus. TER. Andr. 566 qui scis ergo istuc, nisi periclum feceris? :: at istuc periclum in filia fieri gravest. Eun. 736 eho, nonne id sat erat? :: at nescibam id dicere illam. n o n   m u t a t a   p e r s o n a: PLAVT. Rud. 170 salvae sunt, si illos fluctus devitaverint. nunc, nunc periclumst. ⟨unda⟩ eiecit alteram. at in vadost, iam facile enabit. Cas. 446 nam illorum me alter cruciat, alter macerat. at candidatus cedit hic mastigia, stimulorum loculi. protollo mortem mihi. Epid. 110 quis erit, vitio qui id vortat tibi? :: qui invident omnes inimicos mi illoc facto repperi; at pudicitiae eius numquam nec vim nec vitium attuli. TER. Haut. 527 sed habet patrem quendam avidum misere atque aridum, vicinum hunc: nostin? at quasi is non di[vi]tiis abundet, gnatus eius profugit inopia. 677 quid agam? . . . quid si hoc nunc incipiam? nihil est. quid, [si] sic? tantundem egero. at sic opinor: non potest. immo optume. euge habeo optumam (*cf.* CAECIN. Cic. epist. 6, 7, 4 quid si hoc muto? at vereor ne peius sit). Haut. 637 at id omitto: misericordia, animus maternus: sino (*cf.* CIC. Rab. Post. 34 at de me omittamus: ad Alexandrinos revertamur). *cf.* CIC. epist. 7, 24, 2 at vide, quid suscenseat (*cf.* Verr. 5, 151 at videte hominis impudentiam. agr. 2, 23. 30 dom. 115. 130 Phil. 2, 77). Att. 2, 13, 1 facinus indignum! epistulam *tibi* neminem reddidisse! at scito eum fasciculum . . . eo ipso die latum esse.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

emphatica vel pathetica quae inest in particula vis aptam facit ad exprimendum indignationem, minas, imprecationes, preces, sim.: *cf.* DON. Ter. Andr. 666 'at' principium increpationi aptum (*affert* VERG. Aen. 2,535 HOR. epod. 5,1; *cf.* SERV. Aen. 7, 363). *minae*: PLAVT. Curc. 194 tun meam Venerem vituperas? . . . at ne tu hercle cum cruciatu magno dixisti id tuo. Amph. 793 quid ego audio? :: id quod verumst. :: at cum cruciatu iam, nisi apparet, tuo (Capt. 681 Amph. frg. 1 *cf.* Asin. 130. 137 Rud. 775). Amph. 583 at te ego faciam . . . ut minus valeas et miser sis (Capt. 962. 1019 Men. 951 Persa 819). CATVLL. 8,14 at tu dolebis . . . scelesta, vae te! (*cf.* 8, 19. 62, 59). VERG. Aen. 9,744 'at non hoc telum . . . effugies'. HOR. carm. 3, 7, 22 at . . . cave (TIB. 1, 2, 87. 3, 8, 3 PRIAP. 70, 9 OV. met. 2, 88). Ov. met. 8, 279 'at non impune feremus'. STAT. Theb. 5, 565 'at non mea vulnera . . . umquam effugies' (*cf.* HOR. sat. 2, 1, 44 OV. ars 2,173 PETRON. 69. 122 v. 167). PLAVT. Aul. 52 at ut scelesta sola secum murmurat (*cf.* Asin. 149). Capt. 664 at ut confidenter . . . mihi contra astitit. TER. Haut. 918 quae vidi! vae misero mihi! at ne (anne *A*) illud haud inultum, si vivo, ferent! *imprecationes*: PLAVT. Merc. 793 vae misero mihi. at te, vicine, di deaeque perduint. Most. 38 at te Iuppiter dique omnes perdant (Pseud. 836). TER. Hec. 134 at te di deaeque perdant (469 Eun. 431). Andr. 666 at tibi di dignum factis exitium duint (*cf.* DON. *ad h. l.*). POMPON. com. 137 at te di omnes cum consilio, calve, mactassint malo. CATVLL. 3, 13 at vobis male sit, malae tenebrae Orci, quae omnia bella devoratis. 28, 14 at vobis mala multa dii deaeque dent, opprobria Romulei Remique (*cf.* 8, 14). VERG. Aen. 2, 535 at tibi pro scelere . . . di . . . persolvant grates dignas et praemia reddant debita. HOR. sat. 2, 2, 40 at vos praesentes, Austri, coquite horum obsonia (*cf.* epod. 3, 19). PRIAP. 78, 1. 83, 19 at o sceleste penis, o meum malum, gravi piaque lege noxiam lues (*cf.* v. 9). PROP. 3, 24, 31 PHAEDR. app. 21, 11 SEN. Ag. 1001. APVL. met. 8, 25 at te . . . cadaver surdum . . . dea Syria et sanctus Sabadius et Bellona. . caecum reddant. 9, 21 at te . . . nequissimum et periurum caput . . . cuncta caeli numina . . . pessimum pessime perduint! apol. 64 at tibi . . . pro isto mendacio duit deus iste superum et inferum commeator utrorumque deorum malam gratiam. IVST. 14, 4, 10 at vos, ait, devota capita, respiciant dii periuriorum vindices talesque vobis exitus dent, quales vos ducibus vestris dedistis. *iuramenta*: PLAVT. Mil. 501 licetne? :: at ita me di deaeque omnes ament, nisi . . . (TER. Hec. 258). Cist. 512 at ita me di deaeque, superi atque inferi et medioxumi, itaque me Iuno regina et Iovis suprema filia itaque me Saturnus eius patruos *eqs.* Poen. 1258 at ita me di servent, ut pater est vester (TER. Phorm. 807). Capt. 622 at ita me rex deorum atque hominum faxit patriae compotem, ut. . . . Curc. 574 at ita me machaera et clupeus . . . bene iuvent . . . :: at ita me volsellae, pecten, speculum . . . bene me amassint (mactassint *Ritschl*). CALVVS or. frg. (Char. gramm. I 229, 9 *cf. p. 992, 51*) at (ad *cod. Neap.*) ita mihi Iovem deosque inmortales velim bene fecisse, iudices, ut ego pro certo habeo, si parvuli pueri de ambitu iudicarent. HOR. sat. 1, 8, 37 mentior at si quid, merdis caput inquiner albis. 2, 6, 54 at omnes di exagitent me, si quicquam (*sc. audivi*) (*cf.* epod. 5, 1 at o deorum quidquid in caelo regit terras et humanum genus, quid iste fert tumultus? *affert* DON. Ter. Andr. 666 *v. supra l. 3*). APVL. met. 3, 23 at mihi scelus istud depellant caelites . . ., ut ego *eqs.* *vota, preces* (*passim* at tu, at te *sim., gr.* ἀλλά; *saepe ita invocantur dii*): PLAVT. Mil. 231 ego impetrare dico id quod petis. :: at te Iuppiter bene amet. 570 ignoscam tibi istuc. :: at tibi di faciant bene (Men. 1021 Persa 488). Pseud. 37 at te di deaeque, quantumst — :: servassint quidem. Cist. 742 at vos Salus servassit. TER. Hec. 721 faciam, ut mones . . . at te oro . . . adiutor sis mihi. CIC. Att. 12, 31, 2 at tu concede mihi, quaeso. VERG. Aen. 8, 572 at vos, o superi, . . . miserescite regis et patrias audite preces. 9,288. HOR. carm. 1, 28, 23 at tu, nauta, vagae ne parce malignus harenae (TIB. 1, 1, 33 PROP. 2, 5, 17 OV. trist. 5, 11, 29 *cf.* am. 1, 7, 63). TIB. 3, 12, 7 at tu, sancta, fave. 3, 11, 19 *et saepius*. PRIAP. 42, 3. 77, 15 PROP. 2, 16, 13 OV. fast. 4, 931 (STAT. Theb. 5, 746). 6, 97 at vos ignoscite divae, *et saepe*. LIV. 1, 12, 5 at tu, pater deum hominumque, hinc saltem arce hostes. CALP. ecl. 4, 157 VAL. FL. 7, 139 SIL. 2, 696 STAT. Ach. 1, 14 MART. 9, 90, 13 QVINT. decl. 315 p. 242, 27 R. OPT. PORF. 5, 9 AVIEN. orb. terr. 1392. CARM. epigr. 327, 6 at tu, summe deus, Crhysanti respice gentem. *al.* *in exclamatione* (*talia inde a* CIC. *apud rhetores et poetas frequentia*): *ex. gr.*: TER. Phorm. 367 saepe interea mihi senex narrabat se hunc neclegere cognatum suom: at quem virum! quem ego viderim in vita optimum (*cf.* Eun. 590. CIC. epist. 9, 20, 1 Brut. 65 *cf.* Flacc. 90 Sull. 42 Att. 10, 9, 1 Phil. 12, 2). CIC. Phil. 8, 24 an ab eo mandata acciperem . . . ? at quae mandata! qua arrogantia! quo stupore! Deiot. 17 id *facinus* . . . ab homine stulto cogitatum esse confingitis? at quam non modo non credibiliter, sed ne suspiciose quidem! Phil. 2, 43 at quanta merces rhetori data est! 10, 9 at cui pesti quantaeque restitit! Tusc. 5, 103 quid hoc levius? at quantus orator! (Phil. 3, 21 fin. 4, 7 Cato 49 Tusc. 4, 73 nat. deor. 2, 100 CVRIVS Cic. epist. 7, 29, 1). Rabir. 20 equester ordo, at quorum equitum, di immortales! (Verr. 5, 84 agr. 1, 20 Scaur. 20 *cf.* Flacc. 75). Att. 5, 20, 7 at te (acte *M*) Romae non fore! *et passim.* Ov. fast. 2, 395 alter ait: at quam sunt similes! at quam formosus uterque! (am. 3, 2, 15 met. 10, 631). SEN. contr. 1, 5, 2 SEN. epist. 104, 26 PLIN. nat. 24, 160 PLIN. paneg. 10 GELL. 14, 6, 3 MIN. FEL. 10, 5 SIDON. epist. 4, 3, 2 *al.*

ex dialogi more explicantur formulae at ille . . . inquit *sim.*: VARRO rust. 2, 5, 1 haec hic. at Q. Lucienus . . . inquit (1, 22, 6). 1, 12, 3. CATVLL. 45, 10 Septimius . . . inquit . . . at Acme . . . inquit. VERG. Aen. 10, 444 haec ait . . . at *iuvenis talibus dictis* it contra dicta tyranni (*cf.* 2, 687. 12, 54). HOR. sat. 1, 7, 32 Persius exponit causam. . . . tum Praenestinus . . . regerit convicia. . . . at Graecus *exclamat*. PROP. 4, 9, 51 talibus Alcides. at talibus alma sacerdos (*cf.* 4, 4, 89. 4, 6, 59). OV. met. 2, 702 dixit '. . .'; at senior . . . inquit. 14, 484. 2, 231 (ars 2, 93) trist. 3, 11, 51 fast. 6, 679 (*cf.* Ib. 243 met. 2, 40. 5, 663. 12, 18) PHAEDR. append. 13, 28. 29, 9 SEN. benef. 7, 21, 2 (*cf.* apoc. 4) CVRT. 8, 8, 1 (*cf.* 3, 8, 4. 3, 12, 12 *al.*). LVCAN. 2, 284 sic fatur. at illi arcano sacras reddit Cato pectore voces (*cf.* 8, 637 PETRON. 49). VAL. FL. 4, 249 (*cf.* 7, 103) SIL. 11, 247 APVL. met. 1, 13. 5, 28. 10, 3 LAMPR. Alex. 61, 5 IVVENC. 4, 475 VVLG. Matth. 9, 12 Marc. 10, 24. *item* at contra: HOMER. 623 SIL. 3, 97. 15, 652 (*cf.* 3, 570). CIC. Att. 15, 29, 2 'sed quorsus?' inquam. at ille, filium velle (15, 11, 1). 5, 1, 3. 13, 42, 1. Tusc. 2, 61 *cum* moleste se dixisset ferre, quod eum non posset audire, at ille: tu vero, inquit, potes. div. 2, 133. 144. Phil. 12, 27 quem cum Scato salutasset, 'quem te appellem' inquit; at ille: 'voluntate hospitem, necessitudine hostem', *et saepius*. NEP. Epam. 5, 5 idem ille Meneclides cum huic obiceret . . .: at ille 'desine' inquit. 4, 2 (*cf.* 8, 2). Att. 8, 4 at ille . . . respondit (*cf.* Iph. 3, 4). VERG. georg. 4, 446 'quidve hinc petis?' inquit. at (et *P*) ille 'scis, Proteu, scis ipse'. HOR. sat. 1, 9, 6 'numquid vis' occupo. at ille 'noris nos' inquit. OV. fast. 5, 275 met. 11, 622. 14, 106 VITR. 2 pr. 2 VAL. MAX. 6, 2, 1. 6, 2, 3 (7, 3, 2) PHAEDR. 2, 8, 8 *et saepius* SEN. epist. 12, 3 (*cf.* dial. 5, 14, 2 Herc. O. 510. 1736) CVRT. 3, 2, 11. 6, 5, 6 (respondent). 8, 14, 42. PETRON. 8 'quid novi' inquam 'ego?' at ille deficiens . . . inquit (36. 52. 86. 87. 131. 137. *cf.* 41. 80. 87. 115). PLIN. nat. 22, 114 GELL. 13, 21, 7 (*cf.* 6, 17, 11). APVL. met. 1, 20 haec Aristomenes. at ille comes eius . . . inquit, *et passim*. IVL. VAL. 1, 3 HIER. epist. 108, 18[a] VVLG. gen. 30, 3 num. 20, 20 Ios. 9, 8 Matth. 25, 12 Luc. 9, 19 (ὁ δέ, οἱ δέ *sim.*), *et saepissime* (*cum variis verbis*). AVG. civ. 14, 7. 18, 53 (*cf.* 9, 4. 16, 42). *oratione finita* at *continuat narrationem vel aliquid novi inducit*: dixit:at, dixerat:at *sim., formulae poetarum propriae*: VERG. Aen. 10, 481 'aspice, num mage sit nostrum penetrabile telum'. dixerat; at clipeum . . . transverberat ictu. 11, 595. 709 (*cf.* 3, 259). 5, 654 haec effata. at matres . . . (georg. 4, 33). 7, 446. 8, 443 OV. met. 2, 40. 5, 533. 10, 356. 13, 474 trist. 3, 11, 51 Ib. 243 (*omnibus locis* dixerat. at. *cf.* epist. 5, 122). LVCAN. 1, 352. 4, 363. 8, 192 sic fatur; at ille *eqs.* VAL. FL. 1, 608 (*cf.* 8, 357). 5, 363 sic ait. at Iuno *eqs.* HOMER. 96. STAT. Theb. 12, 166 sic fatus, at illis horruerant lacrimae (*hac versus sede passim apud poetas* at ille *sim. legi dudum observatum est*).

in ***occupatione*** *vel anteoccupatione* at *passim legitur, frequenter* at enim, *rarius* at vero, at credo *sim. inducit autem obiectionem sive a vero oblocutore iniectam sive a ficto (Ciceroniana exempla distinxi secundum genera refutandi); item* at *in refutatione, saepe in subiectione, rarius in conclusione*: *additur*: inquis, inquit *sim.*: RHET. Her. 4, 4, 6 'at hoc ipsum difficile est' inquiunt 'eligere de multis'. quid dicitis difficile . . . ? 4, 3, 5. CIC. Att. 15, 4, 3 'at' inquis "Ἡρακλείδειον aliquid". non recuso id quidem. 7, 9, 3 'at sic malo' inquies . . . 'at tum' inquis. Cael. 68 Pis. 74 Planc. 33 Deiot. 25 or. frg. A XIII 26 M. parad. 36 BRVT. Cic. epist. ad Brut. 1, 4 (9, 12), 2 (*cf.* Phil. 10, 12 'at ne Bruto quidem': id enim fortasse quispiam improbus dixerit. Phil. 2, 3 fin. 4, 40. HYG. astr. 4, 2 p. 100, 21 at aliquis dixerit). CATVLL. 10, 14 'at certe tamen' inquiunt 'quod illic natum dicitur esse, comparasti ad lecticam hominis. LVCR. 1, 803. 897 HOR. sat. 1, 1, 61 OV. trist. 5, 1, 49 SEN. suas. 2, 18. contr. 4 praef. 11 memini et illam contradictionem . . . 'at' inquit 'inter pueriles condiscipulorum sinus lasciva manu obscena iussisti'. et pleraque huius generis illi obiciebantur. SEN. benef. 3, 14, 4 epist. 47, 12 QVINT. decl. 257 p. 51, 4 R. HIER. epist. 22, 31 at dicis: '. . .'. *cf.* SALL. or. Lep. 18 at obiectat mihi. RHET. Her. 4, 3, 6 oportet testimonium cum re convenire; aliter enim rem non potest confirmare. at id, quod illi faciunt, cum re non convenit. quid ita? 4, 3, 5. 4, 14, 20. CIC. Verr. 5, 20 at publice commodasti. non sine magno quidem rei publicae . . . detrimento (2, 56 Sulla 55 Quint. 71 Cluent. 133 ac. 2, 75 fin. 1, 35 nat. deor. 3, 82. 89 div. 2, 62 epist. 9, 18, 2. 9, 28, 4. 12, 1, 2 at enim). Rab. Post. 22 at dioecetes fuit regius. et quidem in custodia etiam fuit regia (fin. 2, 81 leg. 3, 24 *cf.* ac. 2, 53). Cato 33 at minus habeo virium quam vestrum utervis. ne vos quidem T. Ponti centurionis vires habetis (Tusc. 5, 116 nat. deor. 2, 12 Phil. 5, 7). Rabir. 31 'at occidit Saturninum . . .'. utinam fecisset! (Phil. 1, 21). Verr. 6, 5 'at in Italia fuit'. fateor, et magnum quidem et vehemens (Cluent. 97 orat. 31. 143 OV. trist. 5, 1, 69 SEN. epist. 115, 17). Brut. 256 'at prodest plus imperator'. quis negat? (fin. 2, 80. 5, 92 div. 2, 74 epist. 9, 6, 4 epist. ad Brut. frg. 6). Cato 21 at memoria minuitur. credo, nisi eam exerceas (47 Flacc. 57. Mur. 78 at enim. Brut. 256. *cf.* Att. 8, 7, 1 'at nemo dubitat . . .'. ego non puto. SEN. epist. 112, 3). orat. 144 'at dignitatem docere non habet'. certe (off.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

3,105 at enim, Att. 7, 9, 3). Tusc. 1, 90 at id ipsum odiosum, sine sensu esse. odiosum, si id esset carere (Verr. 4, 122 Cael. 68 Tusc. 5, 47 Cato 68). fin. 2, 102 'at habetur'. et ego id scilicet nesciebam (div. 2, 47 Phil. 2, 21 *cf.* 3, 16 Brut. 288 Ivv. 13,180 Tac. ann. 11, 24). Sulla 51 'at accusat . . .'. o patrem sapientem! (Verr. 6, 49 Phil. 2, 20. 7, 14. 13, 35). div. 2, 81 at omnes . . . utuntur auspiciis. quasi vero quicquam sit tam valde quam nihil sapere vulgare! (Vat. 7 at enim. off. 3, 110 Phil. 13, 23. ad Q. fr. 1, 1, 7 at enim. *cf.* div. 3, 56 nat. deor. 2, 91). Cato 65 at sunt morosi . . . senes. si quaerimus, etiam avari; sed . . . (Phil. 2, 20 div. 2, 74. Sulla 56 at enim. Caecin. 69 Verr. 6, 48 Sen. epist. 17, 9). Phil. 2, 5 at beneficio sum tuo usus. quo? (off. 3, 101 'at stulte . . .'. quomodo stulte? Att. 8, 3, 4). Phil. 2, 21 at laetatus sum. quid ergo? (div. 2, 67. 69. 71 Tusc. 5, 107 Phil. 13, 14 Mil. 35 Flacc. 88 nat. deor. 1, 38. 113. 114. 116 div. 1, 24. 2, 71. 109. 112. 140. 145 Verr. 6, 6 Cael. 38 ad Q. fr. 1, 2, 6 off. 3, 87 Liv. 3, 68, 3. 4, 4, 1 Qvint. decl. 328 p. 289, 27. 388 p. 438, 17 Tac. ann. 3, 34 Plin. paneg. 57 Tert. nat. 1, 7). Phil. 11, 25 at hominem dignum mittent. num P. Servilio digniorem? (opt. gen. 5, 16 Deiot. 16. 32). div. 1, 60 at multa falsa. immo obscura fortasse nobis. Arch. 9 at non est professus. immo vero *eqs.* (Pis. 74 Cluent. 88 Att. 9, 10, 3. 10, 12ᵃ, 1 Q. Cic. pet. 8 Brvt. Cic. ad Brut. 1, 4, 2 Sall. or. Phil. 5. Liv. 21, 40, 8 at enim. 41, 7, 8 at hercule. Val. Max. 5, 3 ext. 3. Plin. paneg. 36 at fortasse). Scaur. 41 'at creditum est aliquando Sardis'. et fortasse credetur aliquando, si . . . (leg. 3, 24). Cluent. 97 'at enim etiam Bulbus est condemnatus'. adde maiestatis . . . . 'at est hoc illi crimen abiectum'. fateor, sed . . . . 'at hoc obfuit ei maxime'. iam ista divinatio est. Flacc. 57 'at moleste fert civitas'. credo . . . . 'at queritur'. impudenter facit . . . . 'at accusat verbis gravissimis'. Lvcr. 6, 673 'at nimis est ingens incendi turbidus ardor' (*sequitur* scilicet; *item* 1, 803. 897. 4, 843 at contra. *cf.* 3, 356). Hor. sat. 1, 1, 51 'at suavest ex magno tollere acervo'. dum ex parvo nobis tantundem haurire relinquas, cur tua plus laudes cumeris granaria nostris? 1, 1, 61. 80. 1, 2, 18. 1, 4, 48. 1, 10, 3. 20. 23. 50 (*cf.* 2, 3, 4). Prop. 2, 7, 5 'at magnus Caesar'. sed magnus Caesar in armis: devictae gentes nil in amore valent. 3, 16, 7. Ov. trist. 5, 1, 69 'at mala sunt'. fateor. 2, 253. 277 epist. 16, 41. Liv. 9, 4, 15 'at foeda atque ignominiosa deditio est'. sed ea caritas patriae est, ut tam ignominia eam quam morte nostra, si opus sit, servemus. 39, 37, 12. Vitr. 1, 1, 12 at fortasse mirum videbitur imperitis *eqs.* Sen. suas. 2, 17 cum posuisset contradictionem: 'at omnes . . . fugerunt'. 2, 1. 7, 33 contr. 7, 4 (19), 5. 9, 2 (25), 15. 10, 1, 11 'at me quidam propter hoc suspectum habent'. potes discutere istam suspicionem: quaere, quis fecerit. 10, 3, 5 (*in exc. deest* at). 10, 4, 16. Sen. dial. 2, 1, 2 'at ardua per quae vocamur et confragosa'. quid enim? plano aditur excelsum? benef. 3, 31, 4 non est bonum vivere, sed bene vivere. at bene vivo. sed potui et male. nat. 1, 6, 5 epist. 14, 16 *et saepe.* Scrib. Larg. praef. p. 3, 18 H. Pers. 1, 28. Qvint. decl. 274 p. 124, 3 'at tyrannus fulmine percussus est' (*syn.* sed), *et passim.* inst. 9, 2, 83 at credibile est hoc eum velle. fortasse (*cf.* 1, 6, 44, *ubi est parenthesis*). Tac. ann. 4, 40 at enim Augustus filiam suam equiti R. tradere meditatus est. mirum hercule (12, 6). 14, 44 Plin. epist. 1, 20, 9. 22. 3, 21, 6 at non erunt aeterna quae scripsit: non erunt fortasse, ille tamen scripsit, tamquam essent futura. 6, 2, 8. 7, 17, 3 at horum recitatio usu iam recepta est. num ergo culpandus est ille qui coepit? (Apvl. apol. 9).

alia vide sub at enim, at vero *p. 1008 sq.* Cic. Planc. 11 'male iudicavit populus'. at iudicavit. 'non debuit'. at potuit. 'non fero'. at multi clarissimi . . . cives tulerunt. S. Rosc. 41 quaeramus quae tanta vitia fuerint in unico filio, qua re is patri displiceret. at perspicuum est nullum fuisse. pater igitur amens, qui odisset eum, quem procrearat? at is quidem fuit omnium constantissimus. 94 dices: 'quid postea, si Romae adsiduus fuit'. respondebo: 'at ego omnino non fui'. 'fateor me sectorem esse, verum et alii multi'. 'at ego, ut tute arguis, agricola et rusticus'. 'non continuo . . . sum sicarius'. 'at ego profecto . . . longe absum ab eius modi crimine'. Phil. 2, 12 non placet M. Antonio consulatus meus. at placuit P. Servilio (ac. 2, 133). parad. 20 parva, inquit, est res. at magna culpa. Att. 7, 11, 3 'non est' inquit 'in parietibus res publica'. at in aris et focis. 'fecit Themistocles . . .'. at idem Pericles non fecit (9, 5, 3 epist. 4, 9, 3 ac. 2, 145 fin. 2, 74. 94. 4, 71 off. 3, 84 Tull. 49 Phil. 8, 27). nat. deor. 1, 97 ipsa vero quam nihil ad rem pertinet, quae vos delectat maxime, similitudo! quid? canis nonne similis lupo? atque, ut Ennius 'simia quam similis . . . nobis!' at mores in utroque dispares. elephanto beluarum nulla prudentior: at figura quae vastior? ac. 2, 107 primum enim negatis fieri posse, ut quisquam nulli rei adsentiatur. at id quidem perspicuum est. nat. deor. 2, 133 hic quaerat quispiam . . . . at id quidem absurdum est (3, 43 Tusc. 1, 93 div. 2, 106 Qvint. inst. 1, 10, 39. 7, 1, 47). Lvcr. 3, 736 sed tamen his esto quamvis facere utile corpus, cum subeant: at, qua possint, via nulla videtur. Sall. or. Lep. 8. Hor. sat. 1, 1, 44 'quod, si comminuas, vilem redigatur ad assem'. at ni id fit — quid habet pulchri constructus acervus? Sen. contr. exc. 1, 2 'Fortuna pati coegit et misereri debent omnes mei'. at nos non facimus miserandas sacerdotes. Pers. 5, 179 Qvint. inst. 7, 2, 48. 12, 10, 22. Chalc. comm. 172 dicent fortasse quandam esse substantiam. at qui fieri potest *eqs.*?

at duplex in compensatione: Cic. Font. 21 'at hoc Galli negant'. at ratio eorum . . . coarguit. nat. deor. 1, 115 at etiam de sanctitate, de pietate adversus deos libros scripsit Epicurus. at quomodo in his loquitur? fin. 2, 88 uterque . . . summo bono fruitur, id est voluptate. 'at enim hic etiam dolore'. at eum nihili facit (*cf.* Qvint. decl. 271 p. 111, 13. 15 R.). Cato 35 at multi ita sunt imbecilli senes, ut nullum officii . . . munus exsequi possint. at id quidem non proprium senectutis vitium est, sed commune valetudinis. 68 at senex ne quod speret quidem habet. at est eo meliore condicione quam adulescens, quod . . . . Mativs Cic. epist. 11, 28, 6 'at ludos, quos Caesaris victoriae Caesar adulescens fecit, curavi'. at id ad privatum officium, non ad statum rei publicae pertinet. *cf.* Cic. epist. 6, 6, 10 *Caesar* numquam nisi honorificentissime Pompeium appellat. at in eius persona multa fecit asperius. armorum ista et victoriae sunt facta, non Caesaris; at nos quem ad modum est complexus!

additur credo, puto *sim., ironice fere*: Varro ling. 9, 26 at in mari, credo, motus non habent similitudines geminas (*praeced. interrogatio*). Cic. Verr. 5, 102 at ex bono viro, credo, audieras et bono auctore. qui id potes, qui ne ex viro quidem audire potueris? (2, 62. 3, 107). Rabir. 29 at, credo, . . . omnia sua secum una moritura arbitrabatur. non est ita, Quirites. Deiot. 16 at, credo, haec homo inconsultus . . . non videbat. quis consideratior illo? quis prudentior? epist. 4, 5, 3 at (an *cod. Med.*) illius vicem, credo, doles. Lvcr. 5, 175 at, credo, in tenebris vita . . . iacebat (an *codd., v. adn. Lachmanni*). Caes. civ. 2, 32, 10 at, credo, (si *add. codd.*) Caesarem probatis, in me offenditis. Verg. Aen. 7, 297 at, credo, mea numina tandem fessa iacent. Ov. Pont. 1, 3, 47 at, puto, qua genitus fueram, tellure carenti in tamen humano contigit esse loco. orbis in extremi iaceo desertus harenis. 1, 2, 43. 1, 5, 25 (1, 8, 39 met. 2, 566). trist. 5, 12, 51 met. 3, 266. 11, 425. 13, 523 ars 1, 370 am. 3, 7, 2 (*v. p. 993, 1*). Val. Max. 5, 3 ext. 3 at, puto, hactenus saevire adversus optime meritum abunde duxerunt. immo ne corpus quidem eius sic expirare . . . passi sunt. Sen. suas. 2, 1 [Bvc. Eins. 1, 11, *ubi* at *Bährens pro* et]. Sall. or. Phil. 5 at scilicet . . . (*sequitur* immo). *cf.* Petron. 122 v. 167 at, reor, haud impune, nec hanc sine vindice dextram vinciet ignavus.

post interrogationes, sollemne in subiectione: Gracch. or. frg. (Cic. de orat. 3, 214) quo me miser conferam? quo vertam? in Capitoliumne? at fratris sanguine madet. an domum? matremne ut miseram . . . videam? (*cf.* Qvint. inst. 11, 3, 115). L. Crass. or. frg. (Cic. de orat. 2, 225) quid te facere (*vis*)? cui gloriae, cui virtuti studere? patrimonione augendo? at id non est nobilitatis. sed fac esse, nihil superest. Rhet. Her. (*postquam quid sit 'subiectio' exposuit, exempla proponit quattuor, ex quibus duo adscribam*) 4, 23, 33 quaero igitur, unde iste tam pecuniosus factus sit. amplum patrimonium relictum est? at patris bona venierunt. hereditas aliqua venit? non potest dici *eqs.* 4, 24, 34 nam quid me facere convenit, cum a tanta Gallorum multitudine circumsederer? dimicarem? at cum parva manu tum prodiremus: locum quoque inimicissimum habebamus. sederem in castris? at neque subsidium, quod expectarem, habebamus neque erat, qui vitam produceremus. castra relinquerem? at obsidebamur. vitam militum neglegerem? at eos videbar ea accepisse condicione, ut eos . . . conservarem. hostium condicionem repudiarem? at salus antiquior est militum quam inpedimentorum (*cf.* 4, 38, 50). Cic. Quinct. 41 appellandi tempus non erat? at tecum plus annum vixit. in Gallia agi non potuit? at et in provincia ius dicebatur et Romae iudicia fiebant (43. 44). Verr. 2, 143 quid ita? ne vitiosum opus fieret? at erat probatio tua. ne parum locuples esset? at erat et esset amplius, si velles, populo cautum praedibus et praediis. 3, 192 nunc vero quid faciat Hortensius patronus? avaritiaene crimina frugalitatis laudibus deprecetur? at hominem flagitiosissimum . . . defendit. an ab hac eius infamia vestros animos in aliam partem fortitudinis commemoratione traducat? at homo inertior . . . proferri non potest. at mores commodi. quis contumacior? . . . at haec sine cuiusquam malo. quis acerbior? Catil. 1, 28 quid tandem te impedit? mosne maiorum? at persaepe etiam privati . . . perniciosos civis multaverunt. an leges . . . ? at numquam . . . qui a re publica defecerunt civium iura tenuerunt. Mil. 15 factumne sit? at constat. a quo? at paret. Scaur. 45 domus tibi deerat? at habebas. pecunia superabat? at egebas (*cf.* orat. 223 Qvint. inst. 9, 2, 15). Att. 16, 6, 2 cur ego tecum non sum? cur ocellos Italiae, villulas meas non video? sed id ⟨satis⟩ superque, tecum me non esse, quid fugientem? periculumne? at id nunc quidem . . . nullum est. nat. deor. 1, 22 *sq.* 2, 77 div. 2, 56. 80 Tusc. 1, 93 *et passim.* Sall. Cat. 51, 22 quam ob rem in sententiam non addidisti, uti prius verberibus in eos animadverteretur? an quia lex Porcia vetat? at aliae leges item condemnatis civibus non animam eripi, sed exilium permitti iubent. Ov. fast. 2, 802 quid faciat? pugnet? vincetur femina pugnans. clamet? at in dextra, qui vetet, ensis adest. Cvrt. 3, 6, 6 Apvl. apol. 47 met. 8, 18. *cf. praeterea* Varro Men. 444 Cic. Quinct. 83 (S. Rosc. 39 fin. 1, 34 nat. deor. 3, 45 div. 2, 58 off. 3, 102 leg. 1, 52) Phil. 12, 25 Lvcr. 3, 665. 775 Qvint. inst. 2, 21, 19 (*syn.* atqui § 18) Plin. epist. 1, 16, 9 Fronto p. 41, 6 N. Chalc. comm. 173. Hier. epist. 14, 10 (*syn.* sed).

saepe in interrogatione: *cf.* Varro ling. 7, 3. Cic. Verr. 5, 146

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

praetor appellatur. at quis appellat? magistratus aliqui? nemo (Quinct. 62 S. Rosc. 105 Q. Rosc. 46). 6, 177 reliquum iudicium ... de te futurum est. at quo tempore futurum est? nam id maxime providendum est (4, 124. 6, 145. 146. 177 Tull. 39 Cluent. 136 agr. 2, 76. 82). 3, 11 at quem ad modum, iudices, venerunt? (3, 104. 5, 27 Phil. 3, 19 SEN. epist. 77, 18 QVINT. inst. 6, 2, 29. 7, 1, 40). 4, 73 at haec obscura sunt? aut, si omnes homines velint, obscura esse possunt? ... tu palam egisti (agr. 2, 82). S. Rosc. 2 quid ergo? audacissimus ego ex omnibus? minime. at tanto officiosior quam ceteri? ne istius quidem laudis ita sim cupidus, ut *eqs.* (Verr. 3, 106). Phil. 1, 20 at quae est ista tertia decuria? centurionum, inquit (2, 14. 8, 2 Verr. 3, 110 dom. 9. 47. 110. 111 Brut. 287). Phil. 5, 24 profugit paludatus. at quo? in provinciam firmissimorum ... civium. off. 3, 84 'multi iniqui atque infideles regno' ... inquit Accius. at cui regno? quod a Tantalo et Pelope proditum iure obtinebatur (*cf.* LVCIL. 809). Verr. 4, 20 *tu* totam Hieronicam legem sustulisti? at quam legem? acutissime ac diligentissime scriptam? (*et sic per ellipsin* 3, 160. 174. 4, 75. 145. 5, 22 Font. 39 Cluent. 89. 199 agr. 2, 26 Flacc. 9. 74 Cael. 57 Mil. 45. 102 Phil. 2, 95 fin. 2, 85 Att. 6, 8, 3 LIV. 7, 4, 5 SEN. Oed. 807 APVL. apol. 78). SALL. Iug. 31, 12 (*in oratione Memmi*) at qui sunt ii, qui rem publicam occupavere? homines sceleratissimi. OV. fast. 4, 219 'cur ...?' '...' 'at cur turrifera caput est onerata corona?' (1, 175. 277 *cf.* trist. 2, 313 MANIL. 1, 495 QVINT. decl. 282 p. 163, 16 R. HIER. epist. 1, 3. *sic* at quare *passim apud* SEN. nat. 1, 8, 1. 1, 14, 6 *al.*). SEN. contr. 9, 4, 6 'tyrannum', inquit, 'occidi'. at patrem quantulo minus quam occidisti? *al.*

rarius in conclusione (*cf.* atqui): CIC. inv. 1, 72 aut metuamus Karthaginiensis oportet, si incolumis eos reliquerimus, aut eorum urbem diruamus. at metuere quidem non oportet. restat igitur, ut urbem diruamus. nat. deor. 3, 43 si di sunt, suntne etiam Nymphae deae? si Nymphae, Panisci etiam et Satyri? hi autem non sunt; ne Nymphae quidem igitur? at eorum templa sunt ... dedicata. ne ceteri quidem ergo di, quorum templa sunt dedicata? div. 2, 50 (*conclusio Epicuri*) 'quod finitum est', inquit, 'habet extremum' ... 'quod autem habet extremum, id cernitur ex alio extrinsecus' ... 'at, quod omne est, id non cernitur ex alio extrinsecus' ... 'nihil igitur cum habeat extremum, infinitum sit necesse est' (*cf.* fin. 1, 39 div. 2, 123). fat. 31 (*Carneadis conclusio*) si omnia antecedentibus causis fiunt, omnia naturali conligatione conserte contexteque fiunt; quod si ita est, omnia necessitas efficit; id si verum est, nihil est in nostra potestate; est autem aliquid in nostra potestate; at, si omnia fato fiunt, omnia causis antecedentibus fiunt; non igitur fato fiunt, quaecumque fiunt (*cf.* 40). CIC. Tusc. 3, 14 non cadunt autem haec in virum fortem; igitur ne aegritudo quidem. at nemo sapiens nisi fortis; non cadet ergo in sapientem aegritudo. 3, 15 numquam igitur est perturbatus (*animus sapientis*). at aegritudo perturbatio est animi; semper igitur ea sapiens vacabit. 3, 19. 5, 44. 48 vir ... sine libidine nonne beatus? at semper sapiens talis; semper igitur beatus. S. Rosc. 117 (at vero). LVCR. 3, 186 *et saepius* (*alia vide infra l. 62 sqq.*). SEN. epist. 92, 21 si tepido illi plus frigidi ingessero, fiet frigidum. si plus calidi adfudero, fiet novissime calidum. at huic nec misero nec beato quantumcumque ad miserias adiecero, miser non erit, quemadmodum dicitis: ergo imago ista dissimilis est. nat. 2, 38, 2 fatum est, ut hic disertus sit, sed si litteras didicerit. at eodem fato continetur, ut litteras discat: ideo docendus est (*et bis ibidem*). CHALC. comm. 320 quidquid incorporeum est, nullam condicionem corporis patitur nec corpus unquam fieri potest. at vero silva ... corpus mundusque facta est ...: igitur ne incorporea quidem. deinde, si corpus est, sensile est. at enim sensile non est: ne corpus quidem igitur erit. si autem incorporeum quiddam erit silva, intellegibilis eius natura est. at intellegibilis non est: ne incorporea quidem (*cf.* 341 transl. 25. 28). *huc pertinet* at nunc (*pro* nunc vero, νῦν δέ): LVCR. 1, 169 si de nilo fierent, ex omnibus rebus omne genus nasci posset, nil semine egeret ... at nunc seminibus quia certis quaeque creantur, inde enascitur atque oras in luminis exit, materies ubi inest cuiusque et corpora prima: atque hac re nequeunt ex omnibus omnia gigni. 1, 244. 340. 561. 992 (*eodem sensu* at quoniam 1, 543. 581, quod nunc 1, 221, nunc igitur quoniam 1, 675, nunc 1, 110, nunc quia 6, 570). CHALC. comm. 353 nam si una eius esset potentia, unum quiddam semper esset. at nunc, cum in omnes qualitates figurasque vertatur atque omnia fiat, potentias eius necesse est opportunitatesque variae commutationis praenosci mentibus. (*cf. etiam* VARRO ling. 8, 3 HOR. sat. 1, 6, 87 OV. trist. 2, 15 met. 3, 553 SEN. dial. 6, 20, 4 nat. 4, 2, 25 AVG. civ. 7, 27).

II ***in oratione continente*:**
personae, res, sententiae oppositione, quam particula exprimit, distinguuntur ex adverso positae; ita maxime cum personarum nominibus et cum pronominibus coniungitur (at ego, at tu, at ille, at qui *sim.*): PAVL. FEST. 13 at differentiam rerum significat, ut cum dicimus: Scipio est bellator, at Marcus Cato orator. *nota imprimis*: RHET. Her. 1, 7, 11 inter insinuationem et principium hoc interest. principium eius modi debet esse, ut statim apertis rationibus ... docilem faciamus auditorem. at insinuatio eius modi debet esse, ut occulte *eqs.* CIC. ac. 2, 118 est enim inter magnos homines summa dissensio. Thales ... ex aqua dixit constare omnia. at hoc Anaximandro ... non persuasit; is enim infinitatem naturae dixit esse, e qua omnia gignerentur (*cf.* 2, 133). SEN. epist. 118, 8 verum et verisimile inter se differunt. ita quod bonum est, vero iungitur; non est enim bonum nisi verum est. at quod invitat ad se et adlicefacit, verisimile est: subripit, sollicitat, adtrahit (nat. 2, 40, 4). VLP. dig. 33, 4, 1, 10 differentiam facit inter eum, cui dos relegata est, et orcinum libertum, cui peculium legatum est: namque eum de peculio posse conveniri ait, heredem non posse, quia peculium desiit penes se habere: at dotis actio nihilo minus competit, etsi dotem desierit habere (*cf.* PAVL. dig. 41, 4, 2, 2). CENS. nat. 6, 3 duplex opinio est. Anaxagorae enim ... videtur. at Diogenes et Hippon existimarunt *eqs.* PLAVT. Most. 781 muliones mulos clitellarios habent, at ego habeo homines clitellarios. Stich. 160 illa me in alvo menses gestavit decem, at ego illam in alvo gesto plus annos decem. Curc. 623 Mil. 672. Capt. 72 scio absurde dictum hoc derisores dicere, at ego aio recte (*cf.* 710 Amph. 612 Cas. 71). ENN. ann. 1 frg. 59, 4 (Cic. div. 1, 107) in monte Remus auspicio se devovet atque secundam solus avem servat. at Romulus pulcher in alto quaerit Aventino, servat genus altivolantum. Epich. frg. (PRISC. gramm. II 341, 21) terra corpus est, at mentis ignis est. CATO orat. frg. (Gell. 13, 24, 1) vitio vertunt, quia multo egeo; at ego illis, quia nequeunt egere. orig. frg. 10 (Gell. 3, 7, 19) at tribuno militum parva laus pro factis relicta, qui idem fecerat (*opp. Leonidas*). agr. praef. 4. TER. Andr. 563 tibi ita hoc videtur, at ego non posse arbitror. Haut. 1042 pudet dicere hac praesente verbum turpe; at te id nullo modo facere puduit (*cf.* Andr. 226 Eun. 693). METELL. MAC. or. frg. (Gell. 1, 6, 2). VARRO rust. 3, 2, 5 tua enim oblita tabulis pictis nec minus signis; at mea, vestigium ubi sit nullum Lysippi aut Antiphili, at crebra sartoris et pastoris. ling. 9, 6. 9, 55 sic esse Marcum, Numerium, at Marcam, at Numeriam non esse (9, 76. 10, 29. 53). frg. gramm. (Rufin. gramm. VI 556, 14). rust. 3, 7, 1 ille foras exit a villa. at in villam intro involant columbae. NIGID. frg. (Gell. 13, 26, 1) interrogandi secunda syllaba superior tonost quam prima, deinde novissima deicitur; at in casu vocandi summo tonost prima, deinde gradatim descendunt. RHET. Her. 3, 22, 36 solis exortus, ... occasus nemo admiratur, propterea quia cotidie fiunt; at eclipsis solis mirantur, quia raro accidunt. 4, 9, 13 *et saepius*. CIC. Arat. 257 laeva ... *at* dextra de parte. 367 at parte ex alia (*talia passim, maxime apud poetas*: CATVLL. 64, 251 VERG. Aen. 10, 361 MANIL. 1, 319 GERM. 283 SIL. 1, 426. 5, 4 *al. cf.* BELL. Alex. 40, 2 SALL. Cat. 59, 4 LIV. 3, 11, 1 CVRT. 3, 11, 47 PLIN. nat. 6, 190. 192). CIC. Arat. 118 nam quorum stirpis tellus amplexa reprendit, haec augens anima vitali flamine mulcet; at quorum nequeunt radices findere terras, denudat foliis ramos et cortice truncos (*cf.* carm. frg. 40, 4 p. red. 2, 23 dom. 108 ac. 2, 81 *al.*). div. 2, 93 in his locis ... post solstitium Canicula exoritur ..., at apud Troglodytas ... ante solstitium. Tusc. 2, 65 Graeci ... hostem aspicere non possunt, eidem morbos toleranter ... ferunt; at Cimbri ... in proeliis exsultant, lamentantur in morbo. off. 1, 97 si Aeacus aut Minus diceret ..., indecorum videretur ...; at Atreo dicente plausus excitantur (div. 2, 82). 1, 35 maiores nostri Tusculanos ... Hernicos in civitatem etiam receperunt, at Karthaginem et Numantiam funditus sustulerunt. 1, 113 quam multa passus est Vlixes ... at Aiax, quo animo traditur, milies oppetere mortem quam illa perpeti maluisset. Tim. 50 animus ... sensum omnem effugit oculorum; at ignis ... aqua, terra corpora sunt eaque cernuntur. Tusc. 1, 105 hic ulciscitur ..., at illa ... maeret (carm. frg. 55 Q. Rosc. 1 Caecin. 74 Att. 7, 7, 7. 7, 20, 1 orat. 155). ac. 2, 74 furere tibi Empedocles videtur, at mihi dignissimum ... sonum fundere (nat. deor. 1, 24 leg. 2, 7. 45 p. red. 2, 7. 10. 11 Tusc. 1, 5. 5, 52 Catil. 1, 4), *et passim*. *sic per totam latinitatem. addam haec*: CATVLL. 44, 3. LVCR. 2, 388 lumen per cornum transit, at imber respuitur. CAES. Gall. 1, 52, 4. 5, 33, 2 Titurius ... trepidare ...; at Cotta ... nulla in re communi saluti deerat. SALL. Cat. 52, 1 Iug. 20, 2 MESSALA aug. frg. (Gell. 13, 5, 4) NEP. Epam. 3 VERG. georg. 2, 256. HOR. sat. 1, 1, 66 populus me sibilat, at mihi plaudo ipse domi. epist. 1, 10, 3 (*cf.* VERG. Aen. 3, 594) TIB. 2, 1, 79 PRIAP. 20, 6 PROP. 2, 25, 17 OV. ars 2, 149 met. 3, 546 fast. 5, 14 LIV. 1, 7, 1. 8, 32, 8 ad haec, quae rogatus es, responde. at extra ea cave vocem mittas. MANIL. 2, 637 VITR. 1, 1, 2 FEST. 214. 230 plorare flere nunc significat ... at apud antiquos plane inclamare. SEN. contr. 9, 1, 13 suas. 4, 3 GERM. 2. 338 VELL. 2, 64, 3 VAL. MAX. 5, 3 ext. 3 CELS. 3, 18 SEN. epist. 27, 8 dial. 11, 3, 1. benef. 5, 9, 2 beneficium res voluntaria est, at prodesse sibi necessarium. Oed. 342. Phoen. 153 eripere vitam nemo non homini potest, at nemo mortem. CVRT. 4, 13, 4 intempesta nocte ... at interdiu. 4, 14, 4 COLVM. 12, 18, 6 MELA 2, 53 LVCAN. 7, 367. 8, 444 hinc ... at inde (*cf.* STAT. Theb. 2, 599. 9, 673 silv. 3, 5, 76). PERS. 5, 62 hic ... ille ... at te. PETRON. 93 CALP. ecl. 4, 84 PLIN. nat. 2, 160. 6, 26. 18, 86 rufior illa, at Pisana candidior. VAL. FL. 6, 173 hinc ... at circa. SIL. 15, 224 qua ... at qua (1, 198. 14, 76 AVIEN. Arat. 883). 7, 89 STAT. Theb. 2, 145 MART. 1, 76, 13. QVINT. inst. 8, 2, 3 *in hac specie* nulla virtus est, at, quod ei contrarium est, vitium (*cf.* 5, 10, 56). 5, 10, 83. 8, 6, 25 at id quod contra est (*cf.* 3, 8, 48). IVV. 1, 50. 5, 87 (*syn.* sed). TAC. ann. 12, 45 nihil

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

tam ignarum barbaris . . .: at vobis ea pars militiae maxime gnara. 1, 67. PLIN. epist. 4, 14, 1. SVET. Caes. 49 actiones Dolabellae et Curionis patris, in quibus eum Dolabella pelicem reginae . . ., at (ad *Memm.*, ac *deter.*, *Roth*) Curio stabulum Nicomedis . . . dicunt. Aug. 2. 82 (at quotiens *recte codd.*). Cal. 15 (*cf.* Claud. 11 a⟨t in⟩ fratris memoriam?). Vit. 5 (Cal. 44 Nero 2 Galba 7 Dom. 4) FLOR. 1, 40, 28 FRONTO p. 109, 10 N. GAIVS inst. 3, 194 GELL. 15, 9, 6 APVL. mund. 26 Plat. 1, 9 met. 6, 18. 30 ecce . . . at paulo ante. TERT. nat. 2, 5 anim. 34. TER. MAVR. 89 at consona (*opp.* vocalia). PORPH. Hor. sat. 1, 10, 40 COMM. instr. 1, 37, 7 SER. SAMM. 394 ANTH. 402, 2. 480, 4 SOL. 40, 6 PANEG. 9, 26 VOPISC. Aur. 14, 3 IVVENC. 2, 786. CHALC. comm. 159 duae causae . . . ita concurrerunt, ut non quod propositum est, at longe secus praeterque opinionem accidat. 218 (*cf.* 51). RVT. LVP. 1, 1. 14 AMM. 30, 4, 1 HIER. epist. 39, 6 AVG. civ. 8, 23.

CARM. epigr. 1488, 3 (*saec. I?*) hospitium est illud (*monumentum*) corporis, hic domus est. illíc paulísper remoramus, ad híc habitamus. 1128, 4 haec namque emeritos bis XXXX per annos vixit, ad hic tertio consule natus obit. 1371, 6 (*a. 529*) plenus amore dei nescivit vivere mundo, ad famulo Christi gloria Christus erat. *in enumeratione plurium*: *ex. gr.*: LVCR. 3, 299. 302 (*syn.* sed). NEP. Hann. 13, 1 Atticus . . ., at Polybius . . ., Sulpicius autem Blitho. OV. met. 11, 638 hic . . . . at alter . . . . est etiam diversae tertius artis. fast. 2, 475 proxima lux . . . at tertia. PHAEDR. 4, 5, 5 tres filias: unam . . .; at alteram . . .; tertiam. COLVM. 7, 12, 2 PLIN. nat. 11, 156. MART. 6, 39, 1 hic . . . at ille . . . *tertius* . . . quartus. IVV. 3, 246 hic . . . alter, at hic . . . ille. TAC. ann. 12, 1 huic Pallas, illi Callistus fautores aderant; at Aelia Paetina . . . Narcisso fovebatur. TER. MAVR. 235. NEMES. ecl. 3, 50 hic . . . alter . . . ille . . . at ille . . . alius . . . atque alius. SPART. Sept. 22, 3 *Victoriola* media . . . at quae . . . illa vero.

praecedit quidem (*rarum ante argenteam latinitatem*): (*cf.* PLAVT. Curc. 184). TER. Phorm. 1003 non opus est dicto. :: tibi quidem; at scito huic opust. CIC. har. 30 ac mea quidem domus . . . liberata est. at in eis aedibus, quas tu . . . tenes, sacellum dico fuisse. LVCR. 3, 906 tu quidem . . . at nos. OV. fast. 4, 451 illa quidem clamabat . . . . at chorus aequalis . . . clamant (*cf.* VERG. georg. 4, 460). SEN. epist. 71, 30 sapiens quidem vincit virtute fortunam, at multi professi sapientiam levissimis nonnumquam minis exterriti sunt (76, 4). CVRT. 10, 2, 20 tum quidem . . . at mox. QVINT. 12, 1, 12 bonus quidem . . . at malis hominibus. 5, 14, 33 quidem . . . at si (12, 9, 2). TAC. ann. 15, 21 olim quidem . . . at nunc. SVET. Galba 10 e plebe quidem . . . at e primoribus (Aug. 33, *ubi Roth* ac *perperam*). FRONTO p. 4, 9 N. tu quidem . . . at ego. 79, 7 GAIVS inst. 1, 100. 3, 161. GELL. 17, 10, 13 ille Graecus quidem . . . at hic noster (*cf.* 10, 3, 7). APVL. met. 3, 7 ego quidem . . . at ille. 3, 22. 4, 8. 4, 28 maiores quidem natu . . . at vero puellae iunioris (*cf.* PAVL. FEST. 50). 11, 27 mund. 35. Plat. 1, 12 tunc quidem . . . at ubi (met. 10, 14). apol. 16 in planis quidem . . . at contra in cavis (*cf.* met. 10, 13. 28). TERT. nat. 1, 16 immo tu quidem pulchre, at scriptor vanissimus si finxit *eqs.* VOPISC. Tac. 6, 1 semper quidem . . ., attamen (*alia v. sub* attamen *p. 1010, 78 sqq.*). TREB. Claud. 5, 5 magna videlicet virtus ab auro nomen accipere. at ego scio saepius inter gladiatores bonis propugnatoribus hoc nomen adpositum.

iuncturae frequentiores: at non: PLAVT. Capt. 690 facito ergo ut Acherunti clueas gloria. :: qui per virtutem, periit, at non interit (*cf.* APVL. met. 4, 21 nobis perivit, sed a gloria non perivit). (*cf.* Persa 285 ita sum. quid id ad te [attinet]? at non sum, ita ut tu, gratiis). TER. Andr. 669 deceptus sum, at non defetigatus. Phorm. 160 non potitus essem: fuisset tum illos mi[hi] aegre aliquot dies, at non cottidiana cura haec angeret animum. LVCIL. 1045. RHET. Her. 4, 44, 57 amisit vitam, at non perdidit. 3, 5, 9. CIC. inv. 2, 176 ad hostes transire turpe videtur esse, at non illo animo, quo Vlixes transiit; et pecuniam in mare deicere inutile, at non eo consilio, quo Aristippus fecit. Tull. 20 respondit pudenter, at non stulte. Cluent. 74 facile hoc Habitus patiebatur . . .; at non Oppianicus (orat. 151 Tusc. 2, 61 nat. deor. 1, 81 div. 2, 133). Tusc. 3, 23 CATVLL. 64, 139. VERG. georg. 4, 530 haec Proteus . . . at non Cyrene (3, 349 Aen. 4, 529). Aen. 10, 425 (5, 453. 9, 124. 11, 148. 725) *al.* HOR. carm. 2, 9, 13 TIB. 1, 9, 37. PROP. 1, 15, 9 at non sic Ithaci digressu mota Calypso. OV. Pont. 3, 3, 41 at non Chionides . . . talis (HIER. epist. 108, 17 transl. Orig. Ierem. 11 p. 843 Vall. VVLG. num. 12, 7 at non talis servus, οὐχ οὕτως). met. 12, 27. 13, 305, *et saepe.* LIV. 32, 33, 12 MANIL. 4, 396 VAL. MAX. 1, 1 ext. 2 LVCAN. 8, 396 PETRON. 49. 98. 113 PLIN. nat. 29, 28 SIL. 13, 163. 15, 471 STAT. Theb. 3, 275 silv. 2, 5, 16. MART. 10, 44, 5 gaudia tu differs, at non et stamina differt Atropos. QVINT. inst. 10, 1, 101. TAC. hist. 2, 70 erant quos . . . misericordia subiret. at non Vitellius flexit oculos. ann. 6, 4. 12, 36. 54. 15, 68 FRONTO p. 141, 14 N. FAV. EVLOG. p. 3, 19 (ac *cod.*). *al.* at nunc, iam, olim *sim.* (*aliter* at nunc *in conclusione, v. p. 999, 62 sqq.*): PLAVT. Bacch. 440 nam olim populi prius honorem capiebat suffragio, quam magistro desinebat esse dicto óboediens; at nunc priusquam septuennis est, si attingas eum manu, extemplo puer paedagogo tabula disrumpit caput (*cf.* Capt. 888 Pseud. 550 Curc. 42 Asin. 858 Cist. 455 TER. Phorm. 488 Eun. 872 Andr. 179 Haut. 377). CIC. Verr. 6, 125 vestros quondam nautas contra Karthaginem Scipio duxit; at nunc navem contra praedones paene inanem Cleomenes ducit (*ibid. iterum*). epist. 10, 28, 1 CINNA frg. 1 (p. 323 B.) VERG. Aen. 10, 392 (*cf.* PS. VERG. Aen. 1, 4* at nunc horrentia Martis arma virumque cano, *praecedit* quondam). TIB. 3, 10, 17 PROP. 3, 13, 47. 3, 18, 7. OV. am. 3, 8, 4 ingenium quondam fuerat pretiosius auro. at nunc barbariast grandis habere nihil, *et saepius.* VITR. 7, 5, 8 FEST. 118. 124. 270 SEN. contr. 9, 2, 25 suas. 2, 19 VELL. 2, 10, 1 COLVM. 8, 10, 6. 10, 407 SEN. nat. 3, 18, 4 *al.* LVCAN. 1, 24. 4, 346. 10, 511 PETRON. 109 (*opp.* modo) PLIN. nat. 8, 176. 9, 67. 15, 3. 18, 21 STAT. Theb. 3, 391 (*cf.* 9, 303) silv. 2, 2, 138 *al.* MART. 2, 1, 3 *al.* QVINT. inst. 2, 2, 12. 4, 1, 53. 4, 2, 39 IVV. 6, 659. 11, 120. 14, 289 TAC. dial. 29. 35 Agr. 1. 39 ann. 15, 21. 29. 43. 16, 16 PLIN. paneg. 12. 54. 66. 70 epist. 3, 20, 2 FRONTO p. 232, 15 N. APVL. apol. 98 TERT. nat. 1, 4. 18 ieiun. 5 (*cf.* idol. 15. 19) PANEG. 11, 21 p. 261, 1 ANTH. 423, 5. RVT. LVP. 2, 16 olim in adulescentia sedulo omnem gloriam sectabar: at nunc in senectute summum me ambitionum invasit odium. AMM. 15, 11, 7 *et saepius.* HIER. epist. 69, 9 *et saepius.* CARM. epigr. 1445, 5 (*saec. V*) *Foedula* hoc iacet in tumulo . . . Martini quondam proceris sub dextera tinta (*i. baptizata*) . . . ad nunc marturibus sedem tribuentibus aptam Cerbasium *colit.*

QVINT. decl. 388 p. 439, 19 modo dicebam, libertum habeo, at iam praeiudicium habeo (FRONTO p. 16, 17 N.). CIC. Cluent. 80 nunc . . . at tum. SALL. or. Macri 7 at mox. HOR. sat. 1, 6, 47 nunc . . . at olim (SEN. epist. 86, 9. DIOM. gramm. I 485, 32, *ubi Keil* et olim *non recte, cf.* PORPH. Hor. p. 329, 2 Holder). NVX 7 at prius (MART. 6, 2, 6. 12, 71, 2). CALP ecl. 1, 82 at quondam. QVINT. inst. 1, 7, 22 nunc . . . at veterum (*cf.* 8, 3, 31). MART. 12, 15, 9 nunc . . . at nuper.

at si: *passim per totam latinitatem* (*in deliciis habent* CELS. COLVM. QVINT.). *praecedere solet* si, quod si *sim.*; *syn.* si vero, sin, sin autem *al.* (*raro* at nisi: LVCR. 5, 43 OV. met. 7, 29 Pont. 3, 5, 21; *lectio inc.* MANIL. 4, 23 PLIN. nat. 19, 142): TER. Andr. 569 nempe incommoditas denique huc omnis redit, si eveniat, quod di prohibeant, discessio. at si corrigitur, quot commoditates, vide. VARRO ling. 9, 58 contra nemo dicit cubiculum surdum . . .; at si fenestram non habet, dicitur caecum. frg. (Gell. 3, 14, 3) contra autem si sextario hemina fusa est, non 'dimidiatum sextarium fusum' dicendum est. . . . at (ac *codd. VP*) si scyphus argenteus mihi cum alio communis in duas partis disiectus sit, 'dimidiatum' eum esse dicere scyphum debeo. RHET. Her. 3, 4, 8 (3, 22, 35). CIC. fin. 3, 49 itaque si bona valetudo sit in bonis, divitias quoque in bonis esse ponendas, at si sapientia bonum sit, non sequi, ut etiam divitias bonum esse dicamus. inv. 1, 13 top. 33 nat. deor. 3, 30 fat. 30 off. 1, 59. 1, 144 (*cf.* off. 3, 75 at dares hanc vim M. Crasso . . ., in foro, mihi crede, saltaret). CATVLL. 62, 54 at si forte (*idem hexametri exordium* LVCR. 4, 447 OV. met. 10, 220 Pont. 3, 6, 33 CALP. ecl. 5, 32 IVVENC. 2, 719). LVCR. 3, 413 (*praeced.* si). 4, 557 (*praeced.* ubi). VERG. georg. 1, 191 si superant fetus . . .; at si luxuria foliorum exuberat umbra. 1, 67 (ad *R*). 219 (*syn.* si vero). 430 (*syn.* sin). 458. ecl. 7, 55 omnia nunc rident; at si formonsus Alexis montibus his abeat, videas et flumina sicca (*cf.* 7, 35. 67). HOR. epist. 2, 2, 155 TIB. 1, 4, 27. 3, 3, 27 PROP. 2, 25, 35. OV. am. 1, 13, 39 illum dum refugis, longo quia grandior aevo, surgis ad invisas a sene mane rotas; at si, quem mavis (*cf.* trist. 2, 239), Cephalum complexa teneres, clamares: lente currite, Noctis equi! rem. 15 fast. 5, 303. 6, 367. 789 trist. 2, 333 Pont. 4, 6, 39 *et saepius.* LIV. 3, 61, 4 GRATT. 244 (*cf.* 408) MANIL. 3, 183. 5, 446 VITR. 1, 1, 15. 7, 9, 3 FEST. 321 SEN. suas. 7, 4 contr. 1 praef. 3. CELS. 3, 21 *et nonagies fere* (4, 13 at sive . . . sive). PHAEDR. 3, 14, 11. SEN. Phaedr. 1243 non movent divos preces; at si rogarem scelera, quam proni forent. 441 (Herc. O. 138). epist. 94, 36. benef. 5, 20, 5 (aut *cod. Nazar.*) *et saepius* (*cf.* benef. 3, 21, 2). COLVM. 5, 3, 8 (sin autem . . . at si . . . at si . . .), *et passim, plus tricies.* LVCAN. 3, 312. 9, 412 PERS. 4, 33. 5, 171 CALP. ecl. 3, 53. PLIN. nat. 10, 41 respondere vates, exitium imperio portendi, si dimitteretur, at si exanimaretur, praetori. 19, 66. 28, 93 (*cf.* 18, 193) HOMER. 718 STAT. Theb. 2, 726. 7, 100 MART. 8, 38, 4. QVINT. inst. 1, 2, 5 nam . . . potest turpis esse domesticus ille praeceptor . . . at si bona eius indoles *eqs.* *et passim, plus vicies.* TAC. ann. 1, 36 *et saepius.* VLP. dig. 44, 2, 9, 2 PAVL. dig. 36, 2, 21 GAIVS dig. 30, 65, 2 inst. 2, 85 *et passim apud* Ictos. GELL. 11, 13, 7. 12, 11, 6 APVL. apol. 30. PS. APVL. herm. p. 274 Oud. at si reflexim inferas (*sic bis*). TERT. nat. 2, 6 CENS. nat. 6, 7 COMM. instr. 2, 9, 9. SER. SAMM. 178 (si . . . si vero . . . at si). 963 (si vero . . . quod si . . . at si), *et saepius.* SOL. 52, 59 (62) (*aliter* PLIN. nat. 37, 103). IVVENC. 1, 685 ITIN. Silv. 45, 4 (ut si *cod.*) AVIEN. Arat. 874 AMM. 23, 5, 19 (28, 4, 16 at *Petschenig*, et *cod. V*) FAV. EVLOG. p. 16, 6 (*sequitur* si vero) AVG. civ. 12, 9. 12, 14. 16 (*cf.* 4, 23) MART. CAP. 3, 281 (*sine opponendi vi*) SIDON. epist. 3, 13, 10 (et *Luetjohann*) MAXIM. eleg. 1, 41 (2, 34 set si). at ubi (*cf.* ast ubi *p. 944, 1 sqq.*), *frequens inde a* CELSO: VARRO ling. 8, 15 haec sine agitationibus; at ubi motus maiores. SEN. contr. 1 praef. 21 CELS. 2, 1. 13. 3, 6 si sudare corpus coepit, . . . oportet . . . singula membra detergere. at ubi sudor omnis finitus est aut si is non venit . . ., leniter ungendus est, tum detergendus; *et saepe, minus tamen frequens quam* at si. SEN. clem. 1, 25, 5 sic unus aeger ne domum quidem perturbat; at ubi crebris mortibus pestilentiam esse adparuit, conclamatio civitatis ac fuga

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

est. nat. 2, 1, 5. 4, 2, 5. 5, 2. COLVM. 6, 24, 4 non dubium est, ubi pabuli sit laetitia, posse omnibus annis partum educari; at ubi penuria est, alternis submitti; *et saepius*. MELA 2, 33. 3, 21. 65 QVINT. inst. 8, 3, 13. 11, 3, 111 (3, 11, 10 aut *cod.*) FRONTO p. 21, 4. 62, 2 N. GAIVS inst. 1, 191 APVL. Plat. 1, 12 met. 10, 2. 14. 29 Socr. 16 p. 155 Oud. TERT. pudic. 1 anim. 53 *et saepius*. CAPITOL. Ant. 2, 1 AMM. 18, 7, 5 (*cf.* 29, 6, 18 at vero ubi) VVLG. Gal. 3, 25. 4, 4 (δέ). *minore opponendi vi*: CATVLL. 63, 87 LIV. 4, 52, 8. 26, 51, 13 SCRIB. LARG. 122 PLIN. nat. 8, 66. 15, 82 APVL. met. 10, 19 COMM. apol. 553 PANEG. 12, 36 p. 303, 19 IVST. 7, 5, 10 (*saepius habet* ubi vero) DARES 24 DICTYS 1, 23. 2, 3. 10 (*aliis locis* sed ubi) AMM. 20, 11, 20 MART. CAP. 2, 149 SIDON. epist. 1, 7, 10. *cf.* adubi *vol. I p. 825.* at cum (*huc non pertinent* PLAVT. Cas. 562 Pseud. 142 Epid. 227): *cf.* METELL. NVM. epist. frg. (Gell. 15, 13, 6). NIGID. frg. (Gell. 13, 26, 4) item 'mei' qui scribit in casu interrogantis ... per i unum scribat, non per e; at (ac *pars codd.*) cum 'mei', tum per e et i scribendum est, quia dandi casus est (*praecedit* si ... sin vero). CIC. epist. 9, 22, 3 cum loquimur 'terni', nihil flagitii dicimus; at cum 'bini', opscenum est. Brut. 289 top. 34 (*syn.* at si). 61 inv. 1, 10 (*syn.* cum vero) LVCR. 4, 150 (*cf.* 6, 804. 3, 1068, *ubi* quem *codd.*, quom *Lachm.*) PROP. 4, 2, 29. OV. epist. 5, 79 nunc tibi conveniunt quae te per aperta sequantur aequora ...; at cum pauper eras ... nulla nisi Oenone pauperis uxor erat. ars 1, 147 am. 3, 8, 35 (*praeced.* dum ... sed postquam ...) trist. 3, 10, 9 (dum ... at cum) Pont. 4, 11, 19 NVX 67 MANIL. 3, 593 (*praeced.* si), *et saepius*. SEN. contr. 1 praef. 14 (cum ... rursus cum ... cum vero ... at cum) CELS. 4, 18. 7, 19 SEN. epist. 28, 4. 84, 6 nat. 1, 1, 5. 1, 2, 9. 2, 19. 7, 1, 2 Herc. O. 382. CVRT. 3, 1, 5 quamdiu intra muros fluit, nomen suum retinet: at cum extra munimenta se evolvit, maiore vi ac mole agentem undas Lycum appellant (*cf.* MACROB. sat. praef. 7). COLVM. 4, 17, 2 (si ... at cum). 4, 29, 8 (cum ... at cum). 10, 145 (*sequitur* at si) CALP. ecl. 5, 49 PLIN. nat. 36, 171 (*cf.* praef. 24) SIL. 16, 55 STAT. Theb. 6, 23 MART. 1, 49, 19 QVINT. decl. 263 p. 76, 14 R. inst. 2, 6, 5 *al.* PLIN. epist. 9, 26, 4. PAVL. dig. 21, 4, 2, 2 est tamen nonnulla diversitas, quod ibi, cum rem putat alienam quae sit venditoris, affectionem emptoris habeat, at cum nondum putat condicionem extitisse, quasi non putat sibi emisse. VLP. dig. 45, 1, 75, 2 GAIVS inst. 3, 151 GELL. 6, 3, 20. 10, 3, 7 (*praecedit* quidem) APVL. Plat. 2, 7 TERT. testim. 4 *al.* SOL. 35, 5 *al.* RVT. LVP. rhet. 1, 18 nam cum aliqua res dubia accidisset, apparebat sapientissimus: cum autem configendum esset cum hostibus, fortissimus: cum vero praemium dignis tribuendum, liberalissimus: at cum animadvertendum, clementissimus. AVIEN. Arat. 626. 1308. 1557 VEG. mil. 3, 7 MACROB. sat. 1, 16, 20. at postquam: *cf.* TER. Andr. 688 fecere alii saepe item boni. at postquam id evenit, cedo: numquid circumspexti? PROP. 2, 8, 37. 4, 2, 9 (*praecedit* quondam). 4, 9, 63. OV. fast. 5, 175 dum ... at postquam. 1, 209 epist. 13, 21 met. 13, 80 NVX 17 (*praeced.* prius) GERM. Arat. 120. LVCAN. 1, 277 tum cum ... at postquam. 2, 437. 3, 484. 8, 674 (*cf.* 618) PLIN. nat. 7, 187 (*cf.* 2, 100). STAT. Theb. 8, 406 pulcher adhuc belli vultus ... at postquam. TAC. ann. 3, 26 LAMPR. Gord. 23, 1. *al.*

at simul: OV. trist. 1, 5, 29 dum iuvat et vultu ridet Fortuna sereno, indelibatas cuncta sequuntur opes: at simul intonuit, fugiunt. 1, 9, 19 met. 8, 449 fast. 5, 163 (*formula in usu post* VERG. ecl. 4, 26: HOR. sat. 2, 2, 73. 2, 6, 32 OV. fast. 6, 469 rem. 413 Pont. 1, 2, 21 NVX 131 MANIL. 3, 323. 370 LVCAN. 6, 611 CALP. ecl. 5, 56 VAL. FL. 6, 603).

in talibus contraponendis acuitur vis particulae additis contra (*deest apud* CAES. VERG. HOR. LIV., *saepissime habet* SEN. min.), e contrario *sim.*: at contra: TER. Phorm. 173 nostri nosmet paenitet. :: at tu mihi contra nunc videre fortunatus, Phaedria. LVCIL. 1119 haec te imbubinat, at contra te imbultitat ⟨ille⟩. 545 VAL. AED. epigr. (Gell. 19, 9, 12). NIGID. frg. (Gell. 10, 4, 4) 'vos' cum dicimus ... at contra cum dicimus 'nos'. CIC. Arat. 475 cedit Equus fugiens: at contra signipotens Nox cauda Centaurum retinens ad se rapit ipsa (*sequitur* at vero). Pis. 95 Opimius eiectus est e patria ... at contra bis Catilina absolutus. Quinct. 75 S. Rosc. 131 Verr. 6, 66 fin. 1, 56 Tusc. 1, 5. epist. 4, 4, 2 nos, qui domi sumus, tibi beati videmur, at contra nobis non tu quidem vacuus molestiis, sed prae nobis beatus. LVCR. 3, 201 parvissima corpora proquam et levissima sunt, ita mobilitate fruuntur; at contra quaecumque magis cum pondere magno asperaque inveniuntur, eo stabilita magis sunt. 2, 74 illa senescere, at haec contra florescere cogunt (at contra *exordium hexametri passim*: 1, 366. 570. 1087. 2, 235. 400. 404. 424. 3, 25. 191. 198. 201. 4, 95. 625. 661. 843. 6, 976; *alia sede*: 2, 392. 713). BELL. Alex. 37, 2 SALL. Cat. 12, 5 Iug. 4, 7 *et saepius*. OV. ars 2, 604 exiguast virtus praestare silentia rebus; at contra gravis est culpa tacenda loqui. hal. 31. 118 GRATT. cyn. 40. 160. 513 (at tibi contra). SEN. contr. 4 praef. 6 GERM. 600. 619. SEN. clem. 1, 17, 3 nulla regi gloria est ex saeva animadversione ...; at contra maxima, si vim suam contineat. nat. 10, 16, 4 epist. 70, 28. 107, 12 hic est magnus animus ..., at contra ille pusillus et degener (*cf.* Oed. 962). COLVM. 6 praef. 1. 7, 3, 21. 8, 17, 8 PETRON. 124 v. 254. PLIN. nat. 34, 18 Graeca res nihil velare, at contra Romana ac militaris thoraces addere. VAL. FL. 6, 472. 7, 556. SIL. 3, 97 sic ille. at contra ... (15, 652 *cf.* 3, 570 HOMER. 623). 5, 320. 10, 122. 13, 30. 17, 395 QVINT. inst. 2, 15, 11. TAC. ann. 4, 28 at contra reus (*opp.* accusator). SVET. Aug. 93 Galba 15 Vit. 9 POMP. dig. 41, 1, 27 MARC. dig. 23, 2, 49. APVL. apol. 16 cur in planis quidem speculis ferme pares optutus et imagines videantur, ⟨in⟩ tumidis vero et glebosis omnia defectiora, at contra in cavis auctiora. 20 nec Laelius *tantam rem familiarem habuit* quantam Scipio, nec Scipio quantam Crassus dives, at enim nec Crassus dives quantam volebat ...; at contra hi ... non ultra volentes quam poterant, ... iure meritoque dites et beati fuerunt. 34 VOPISC. Aur. 42, 6 LACT. inst. 5, 20, 9 VEG. mil. 1, 12 HYG. astr. 4, 12 p. 112, 3 HIER. in Ion. 1 p. 397 Vall. epist. 14, 3. 148, 17 SVLP. SEV. chron. 2, 30, 7 RVT. NAM. 1, 363 ISID. epist. 4, 3 fid. cath. 2, 14, 5 sent. 2, 11, 6. 3, 32, 4. 3, 59, 12 rer. nat. 18, 3. *cf. p. 1010, 19 sqq.* at e contrario: *cf.* CIC. Q. Rosc. 47 at ego hoc ex contrario contendo. NEP. Eum. 1, 5 apud nos ... mercennarii scribae existimantur; at apud illos e (*om. cod. opt.*) contrario nemo ad id officium admittitur nisi ... industria cognita. SEN. dial. 5, 41, 4 nihil ergo habet in se utile taeter iste et hostilis affectus, at omnia ex contrario mala, ferrum et ignes. COLVM. 2, 1, 3 *al.* PLIN. nat. 9, 186. 16, 186. 21, 89. GAIVS inst. 2, 83 at (et *cod.*) ex contrario. TERT. nat. 2, 7 HIER. epist. 107, 6. 148, 11 in Naum 1 p. 542 Vall. in Sophon. 3 p. 717 OROS. hist. 3, 3, 2.

at e diverso: PLIN. nat. 13, 62. 23, 40. 28, 262. GAIVS inst. 3, 126 par condicio est omnium ..., quod ita obligari non possunt, ut plus debeant, quam debet is, pro quo obligantur. at ex diverso ut minus debeant, obligari possunt.

apud bonos scriptores nusquam particula vim adversativam exuit, quamquam saepe minore vi fit contrapositio, maxime apud rerum scriptores et poetas (*apud quos sollemne est illud* at ille), *ita ut dici possit per* at *tanquam fieri transitum sive ad novum vel inopinatum narrationis momentum sive continuari orationem* (*gr.* δέ). *huc referri possunt ex. gr.*: ENN. ann. inc. libr. frg. 38 at tuba terribili sonitu taratantara dixit (*propter* VERG. Aen. 9, 501 at tuba terribilem sonitum ... increpuit. *cf.* STAT. Theb. 10, 552). VARRO rust. 3, 17, 10 nos haec. at strepitus ab dextra et cum lata candidatus noster designatus aedilis in villam (*cf.* 3, 7, 1). frg. (Aug. civ. 7, 34) Terentius quidam *libros* in urbem pertulit ad praetorem. at ille ... rem tantam detulit ad senatum. RHET. Her. 4, 39, 51 filii parvi ... ludibrio et despectui paternis inimicis erunt oppositi; tota domus ... concidet calamitate; at inimici ... insultabunt in horum miserias. 4, 55, 68 e populo unus: 'fuge, fuge', inquit, 'Tiberi. non vides? respice inquam'. deinde vaga multitudo ... perterrita fugere coepit. at iste spumans ... Gracco ... percutit tempus (*cf.* SEN. suas. 6, 20 *de morte Ciceronis*). CIC. Arat. 126. 450 *al.* epist. 9, 2, 1 at tibi repente paucis post diebus, cum minime expectarem, venit ad me Caninius (Att. 8, 8, 2 at ille tibi ... pergit Brundisium. *similiter* ecce *legitur apud* CIC. Att. 14, 19, 1 ecce tibi et Bruti et tuae litterae. 15, 4, 5 ecce autem. Verr. 2, 17 *et saepius*). Att. 8, 11 d, 3. 16, 5, 3. div. 1, 74 at eodem tempore Thebis *valvae* subito se ipsae aperuerunt. off. 3, 112 ad Brut. 1, 18, 1 CATVLL. 50, 14. 63, 87. 64, 58. 241 LVCR. 5, 650. 1436 *al.* CAES. civ. 2, 7, 3 *naves quinque* sunt depressae ..., una ... profugit; quae omnes citeriorem Hispaniam petiverunt. at ex reliquis una praemissa Massiliam *eqs.* BELL. Alex. 25, 4 at Fortuna ... Euphranorem persequebatur. 47, 1. 71, 1 BELL. Afr. 31, 4. SALL. Cat. 46, 2 quibus rebus confectis omnia propere per nuntios consuli declarantur. at illum ingens cura atque laetitia simul occupavere. Iug. 84, 1. 97, 1 hist. frg. 1, 11 NEP. Them. 4, 1 Alc. 9, 1 *et saepe.* VERG. Aen. 3, 225 at subitae (9, 473 *cf.* 8, 241). 1, 657. 691 *al.* 10, 776 dixit stridentemque eminus hastam iecit; at illa volans clipeo est excussa (*talia apud poetas dactylicos passim. cf.* LIV. ANDR. frg. 38 at celer hasta volans perrumpit pectora ferro. VERG. Aen. 10, 521 at tremibunda supervolat hasta, *in parenthesi*). 8, 140 vobis Mercurius pater est, quem candida Maia ... fudit; at Maiam ... Atlas generat (*cf.* VVLG. num. 26, 28 at vero. gen. 4, 18 et ... et ... et ... genuit). HOR. sat. 1, 5, 60. 1, 8, 47 at illae currere in urbem. 2, 6, 32 at simul atras ventum est Esquilias. TIB. 1, 10, 57 PROP. 1, 20, 23 OV. met. 4, 174. 5, 448 fores pulsavit. at inde prodit anus (*cf.* 2, 359). fast. 6, 717 at pater (met. 2, 401. 11, 633). LIV. 2, 48, 1. 3, 47, 1 GRATT. cyn. 186 MANIL. 4, 230. 518 *al.* SEN. suas. 2, 10 at quia semel in mentionem incidi Fusci, ... subtexam. GERM. Arat. 344. 356. VELL. 2, 50, 1 (*passim*). VAL. MAX. 1, 5, 4 *al.* CELS. 1, 2. 2, 1 (*saepissime*). PHAEDR. 23, 1 mons parturibat ... eratque ... maxima exspectatio: at ille murem peperit. SEN. nat. 4, 2, 1 CVRT. 10, 8, 1 LVCAN. 2, 478. 6, 106 *al.* PETRON. 51 Caesar non pote valdius quam expavit. at ille sustulit phialam de terra (62. 90 *al.*). PLIN. nat. 37, 4 *Polycrates* anulum mersit. at illum piscis ... reddidit. 8, 82 *al.* VAL. FL. 3, 74 *al.* SIL. 15, 381 HOMER. 911 (*incip. lib. XX*) STAT. Theb. 6, 491 QVINT. inst. 9, 4, 22 IVV. 3, 264. TAC. hist. 1, 53 (*et sic saepe in initio capitis, ut res in urbe gestae opponantur rebus alibi gestis*). SVET. Vesp. 5 at in Achaia somniavit. Dom. 16 GELL. 6, 17, 12 APVL. met. 5, 21. 6, 6 mund. 13 (*cf.* GELL. 2, 22) COMM. apol. 565 SOL. 40, 19 IVVENC. 1, 257. 4, 657 IVST. 38, 8, 2 FILASTR. 31, 3 DICTYS 3, 16. 20. AMM. 16, 11, 1 (*passim*). HYG. astr. 2, 4 p. 36, 4 fab. 18, 2 (*plus triciens*). AVG. conf. 3, 2 civ. 1, 15 *al.* SVLP. SEV. chron. 1, 6, 6 (*passim*). SEDVL. pasch. 5, 104. 139. MART. CAP. 2, 115 (*saepius habet* at vero). OROS. hist. 2, 11, 2 at Romae — ut ad id tempus redeam ... — Romae

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

ergo ... gravis pestilentia (3, 23, 1). *nota*: VERG. Aen. (*lib. tertius fin.* sic pater Aeneas ... quievit. *tum incipit*) 4, 1 at regina gravi iam dudum saucia cura vulnus alit venis. *item per* at — *sententia opposita quasi antecedens subauditur — incip.* PROP. 2, 27, 1 (et *Lachmann*) VAL. FL. 6, 1 SIL. 15, 1 (*cf.* APVL. met. 1, 1), *per* at non Ov. met. 4, 1 am. 3, 7, 1 (PRIAP. 80, 1) LVCAN. 9, 1 STAT. Theb. 3, 1. *cf.* Ov. epist. 12, 1, *ubi initium deest, v. Vahlen, Anfänge d. Heroiden des Ovid p. 12.* *aliam vim* at *habet* HOR. epod. 5, 1 *et* PRIAP. 78, 1, *ubi cum indignatione dictum est (v. supra p. 995, 51. 29).*

i. q. tamen, saltem, certe (at — tamen, attamen *v. p. 1010, 25 sqq.*): *huc referri possunt multa exempla supra allata, cf. praeterea*: CIC. or. frg. A XV 10 M. difficilis ratio belli gerendi, at plena fidei, plena pietatis (*affert* AQVILA rhet. 14 p. 26, 16, *qui haec*: ἀντεισαγωγή compensatio ... *pergit ita*: et si dicas 'magnus labor, multa pericula opponuntur: at gloria ex his immortalis est consecutura'). Verr. 6, 4 sit fur, sit sacrilegus ... at est bonus imperator, at felix et ad dubia rei publicae reservandus. Cluent. 42 erat huic inimicus Oppianicus: erat, sed tamen erat vitricus: crudelis et huic infesta mater, at mater. Sull. 81 parens tuus ... Catilinae fuit advocatus, improbo homini, at supplici; fortasse audaci, at aliquando amico. PROP. 3, 7, 46 viveret ... pauper, at in terra, nil ubi flare potest (*cf.* 3, 6, 32. 3, 18, 22. 4, 1, 98. 4, 8, 32, *ubi legitur* sed). EPIST. Sapph. 33. SEN. Herc. f. 622 o nate, certa at (et *codd.*) sera Thebarum salus (*cf.* Ag. 403 si propitios, attamen lentos deos). MELA 1, 116 fecundos pabulo, at alias steriles campos tenent. SIL. 3, 233. *praemissa sententia negativa*: TER. Andr. 679 parum succedit quod ago; at facio sedulo. VARRO rust. 3, 2, 5 vestigium ubi sit nullum Lysippi aut Antiphili, at crebra sartoris et pastoris. ling. 10, 6 potest fieri, ut homo homini similis non sit, at (simile sit non sit ut *F*) multas partis habeat similis (*cf.* 9, 6 Men. 531). RHET. Her. 1, 14, 24 ergo in iudicium non venit: at in senatum ... talis causa potest venire. CIC. inv. 2, 118 possit dici neque administrationem esse ullam publicae meretricis neque extitum legis in meretrice publicanda, at in auro publicando ... incommodi nihil inesse. Verr. 4, 41 tibi fortasse idoneus fuit nemo quem imitarere, at te videlicet inventorem rerum ... imitabuntur omnes. Planc. 67 non valuit rebus isdem, quibus fortasse nonnulli: at valuit adsiduitate ..., valuit liberalitate. dom. 77 esto: non fuit in me poena ulla peccati, at fuit iudicii (div. in Caec. 47). off. 3, 97 non honestum consilium, at utile, ut aliquis fortasse dixerit. orat. 104 non adsequimur, at quid sequi deceat videmus. top. 30 nolim enim ... 'specierum' et 'speciebus' dicere ... at 'formis' et 'formarum' velim. Brut. 238. LVCR. 4, 611 cernere nemo ... potis est, at voces accipere extra. CAES. civ. 2, 34, 1 erat vallis inter duas acies ... non ita magna, at (aut *codd. plerique*) difficili et arduo ascensu. SALL. Iug. 80, 29 non possum fidei causa imagines neque triumphos ... ostentare, at, si res postulet, hastas vexillum phaleras (*cf.* 110, 6). VERG. Aen. 7, 315 non dabitur ...: at trahere atque moras tantis licet addere rebus, at licet amborum populos excindere regum (*utroque loco* ad *cod. R*). 11, 429 non erit auxilio nobis Aetolus et Arpi: at Messapus erit. HOR. carm. 2, 18, 9 non ebur neque aureum mea renidet in domo lacunar ...: at fides et ingeni benigna vena est pauperemque dives me petit. Ov. epist. 11, 32 nec noram, quid amans esset; at illud eram. CELS. 6, 18, 2 sanies tenuis ..., non coacta, at aquae similis. SEN. Phaedr. 1268 hic, hic repone, non suo, at vacuo loco (*cf.* dial. 4, 11, 2 *ira est* minime metuenda, at timetur a pluribus). *additur* certe: *cf.* TER. Haut. 572 esto, at certe ut concedas hinc aliquo ab ore eorum aliquantisper. CIC. fin. 4, 73 ne sit sane, at certe gravius. Marc. 25 satis, si ita vis, naturae fortasse *vixisti*: at ... patriae certe parum (*cf.* Arch. 22 dom. 22 nat. deor. 3, 92 div. 2, 97 Tusc. 1, 85). CATVLL. 65, 11 numquam ego te ... aspiciam posthac: at certe semper amabo. SEN. Phaedr. 1183 non licuit animos iungere, at certe licet iunxisse fata. QVINT. decl. 348 p. 371, 18 R. sane non consummaverit primum suspicio, at certe transfugae hoc mentiendi causa quae fuit? *cf.* MELA 3, 2 PANEG. 3, 2 p. 102, 26 *al.*

inde saepius in sententiis sic conformatis, quasi sint ***apodoses****, partim plenis partim contractis*: PRISC. gramm. III 99, 21 'at' quoque pro 'saltem' et 'vel' et 'aut' invenitur (*affert* VERG. Aen. 6, 405, *v. p. 1006, 45*) ... similiter: 'si non factis debitum reddis, at verbis age gratias' pro 'saltem verbis' (*cf.* p. 286, 8).

praecedit si, *rarius* quod si: PLAVT. Capt. 684 (*v. sub* ast *p. 942, 56*). Bacch. 887 si tibi est machaera, at (et *codd.*, ad *Festus p. 161*) nobis vervinast domi. 365 si illi sunt virgae ruri, at mihi tergum domist. Truc. 615 si tu in legione bellator clues, at ego in culina clueo. Men. 742 si me derides, at pol illum non potes (*cf.* 670. Capt. 970). TER. Eun. 866 si ego digna hac contumelia sum maxime, at tu indignus qui faceres tamen. ACC. trag. 620 nam si a me regnum Fortuna atque opes eripere quivit, at virtutem nequit. VARRO rust. 3, 16, 4 quod si in hoc faciunt etiam graguli, at non idem (*sc. faciunt*), quod hic (*i. apud apes*) societas operis et aedificiorum (*sc. est*), quod illic (*i. apud gragulos*) non est. CIC. prov. 14 qua e poena si tum ... evolarunt, at aliam multo maiorem subierunt. Phil. 2, 114 quod si se ipsos illi ... e conspectu nostro abstulerunt, at exemplum facti reliquerunt. CATVLL. 30, 11 si tu oblitus es, at di meminerunt. CAES. Gall. 6, 40, 2 et si (etsi *Schn.*) pars aliqua circumventa ceciderit, at reliquos servari posse confidunt. VERG. Aen. 1, 543 si genus humanum et mortalia temnitis arma, at sperate deos memores fandi atque nefandi. 4, 615. georg. 4, 341 sin duram metues hiemem parcesque futuro contusosque animos et res miserabere fractas: at suffire thymo cerasque recidere inanes quis dubitet? PROP. 4, 7, 29 si piguit portas ultra procedere, at illuc iussisses lectum lentius ire meum. Ov. epist. 4, 33 si tamen ille prior, quo me sine crimine gessi, candor ab insolita labe notandus erat, at bene successit, digno quod adurimur igni. LIV. 1, 41, 3 si tua re subita consilia torpent, at tu mea consilia sequere. 3, 56, 12 quodsi tribuni eodem foedere obligatos se fateantur, tollendae appellationis ..., at se provocare ad populum. 10, 26, 3 sin collega quid aliud mallet, at sibi L. Volumnium darent adiutorem (*cf.* 38, 48, 15). GRATT. cyn. 468 quod primam si fallet opem dimissa facultas, at tu praecipitem qua spes est proxima labem adgredere. SEN. nat. 2, 59, 12 quod si tibi parari credis illam caeli confusionem, ..., si in tuum exitium tanta ignium vis excutitur: at tu solacii loco numera tanti esse mortem tuam.

frequentius praecedente negativo membro (si non, si minus, si parum, si nullus *al.*): TER. Eun. 75 si nequeas paululo, at quanti queas. CATO agr. 2, 1 fundum eodem die, si potest, circumeat; si non eodem, at postridie. LVCIL. 10 si non amplius, at (ad *codd.*) lustrum hoc protolleret unum. VARRO ling. 6, 2 illi in quibus, si non tantum acuminis, at plus litterarum. RHET. Her. 3, 8, 15 si separatim haec causa minus saepe tractatur, at in iudicialibus ... causis saepe magnae partes versantur laudis aut vituperationis. 3, 20, 33 si eum non, at aliquem aegrotum ... sumemus (*cf.* VARRO rust. 3, 11, 1 si id non, potissimum ibi). CIC. Quinct. 97 aliquam si non propinquitatis, at aetatis suae, si non hominis, at humanitatis rationem haberet. Verr. 4, 8 si non virtute, non industria, non innocentia, non pudicitia, at sermone, at litteris, at humanitate eius delectamini. Flacc. 61 liceat haec nobis, si oblivisci non possumus, at tacere. Mil. 93 si mihi bona re publica frui non licuerit, at carebo mala. Sest. 57 si nondum socius, at non hostis (*et saepius in orationibus*). de orat. 1, 99 si non populi et reges, at omnes sui cives. 2, 32 orat. 19. top. 65 si non uberior, at fortasse subtilior. Att. 2, 23, 4 te, si comitiis non potueris, at declarato illo esse Romae. 12, 23, 3 levatio quaedam est, si minus doloris, at officii debiti (Verr. 6, 69 Cluent. 15 Catil. 1, 22 dom. 129 de orat. 1, 109 Tusc. 1, 109 epist. 9, 2, 5). epist. 6, 22, 2 si non aequo animo, at forti feras. Tusc. 1, 60 si, quid sit hoc, non vides, at quale sit, vides; si ne id quidem, at quantum sit, profecto vides. nat. deor. 1, 80 off. 1, 35. 114. LVCR. 2, 1017 si non omnia sunt, at multo maxima pars est (3, 406). CAES. Gall. 1, 43, 9 si nullam partem Germanorum domum remittere posset, at ne quos amplius Rhenum transire pateretur (*cf.* PROP. 4, 4, 57). VERG. Aen. 6, 405 si te nulla movet tantae pietatis imago, at ramum hunc ... adgnosces (*affert* PRISC. *v. supra p. 1005, 66 sqq. cf.* Ov. met. 9, 123). CVLEX 68. PROP. 1, 5, 10 quod si forte tuis non est contraria votis, at tibi curarum milia quanta dedit! (Ov. met. 2, 294 trist. 2, 92). Ov. Pont. 1, 7, 70 si non ferre doles, at meruisse dole (ars 2, 619 am. 1, 3, 11. 2, 19, 2 fast. 2, 15 met. 11, 707). ars 2, 245 si tibi per tutum planumque negabitur ire ..., at tu per praeceps tecto delabere aperto. LIV. 9, 1, 8 quod si nihil ... relinquitur ..., at ego ad deos ... confugiam (36, 7, 14). 3, 31, 7. 9, 8, 9 si vobis non fuit cordi ..., at vos satis habeatis. 3, 17, 3 si vos urbis, Quirites, si vestri nulla cura tangit, at vos veremini deos. GRATT. cyn. 179. SEN. Oed. 513 si te ruentes non satis Thebae movent, at sceptra moveant lapsa cognatae domus. epist. 68, 1 si non praecepto, at (ad *codd.*) exemplo. dial. 11, 4, 2 sin id credi non potuerit, at ego mihi ipse magis placebo. MELA 1, 1 si non ope ingenii orantis, at ipsa sui contemplatione pretium operae attendentium absolvat. LAVS Pis. 215 quod si digna tua minus est mea pagina laude, at voluisse sat est. SIL. 11, 824 si perferre nequit spectacula tanta senectus ..., at tu securis concede penatibus. QVINT. inst. 4, 2, 105 nonne timuisse, si minus vim deorum ..., at illam ipsam noctem? PLIN. paneg. 32 si non sterilitatem, at mala sterilitatis exturbat. PORPH. Hor. sat. 2, 1, 16 si non potes gesta Caesaris scribere, at potes iustitiam et fortitudinem. APVL. apol. 46 quod si hic nescit quid dixerit aut nomina oblitus est, at tu ... cede huc, dic. IVST. 2, 12, 7 aut si hoc parum tutum est, at vos commisso proelio ite cessim, inhibete remis et a bello discedite. CLAVD. 15, 309 si tanta recusas, at soceri reverere faces, at respice fratris conubium. *praecedit* etsi, quamquam, licet *al.*: PLAVT. Trin. 528 etsi scelestus est, at mihi infidelis non est. Persa 170 quamquam ego vinum bibo, at mandata non consuevi simul bibere una. CIC. Cael. 8 quis est ... qui isti aetati non possit quam velit petulanter, etiamsi sine ulla suspicione, at non sine argumento male dicere? epist. 6, 6, 2 etsi non sapientissimi, at amicissimi hominis (VAL. MAX. 3, 8 ext. 4 SVET. Nero 33 IVL. dig. 38, 1, 24). LVCR. 3, 1018 quae tamen etsi absunt, at mens sibi conscia factis praemetuens adhibet stimulos. 4, 473 et tamen hoc quoque uti concedam, at id ipsum quaeram ..., unde sciat (2, 919. *cf.* Ov. epigr. *ante* am. 1, 1 v. 4 ut iam nulla tibi nos sit legisse voluptas, at levior demptis poena duobus erit. trist. 5, 12, 19 QVINT. inst. 8, 3, 36). VERG. georg. 4, 208 ergo ipsas quamvis angusti terminus aevi excipiat ..., at genus immortale manet. SEN. suas. 2, 6 ut habeat

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

certe Sparta etiamsi non fortes milites, at nuntios veros (*cf.* contr. 2, 6, 11). STAT. silv. 3, 4, 16 licet ... at. APVL. mund. 24 nisi de mundo reputantes, etsi minus curiose, at quoquo modo possemus, diceremus de rectore. *nota usum singularem*: CAES. Gall. 7, 2, 2 quoniam in praesentia obsidibus cavere inter se non possint, ne res efferatur, at (*sic β*, aut *α*, ut *edd.*) iure iurando ac fide sanciatur petunt (*cf.* civ. 3, 25, 3, *ubi* ut *codd.*, at *Kraff.*). LIV. 1, 28, 9 nunc quoniam tuum insanabile ingenium est, at tu tuo supplicio doce humanum genus ea sancta credere, quae a te violata sunt. LVCR. 2, 534 quod rara vides magis esse animalia quaedam fecundamque minus naturam cernis in illis, at regione locoque alio ... multa licet genere esse in eo. PROP. 3, 2, 13 quod non Taenareis domus est mihi fulta columnis ...: at Musae comites. *at* APVL. met. 5, 28 interim dum Psyche quaestioni Cupidinis intenta populos circumibat, at ille vulnere lucernae dolens ... ingemebat *Schoppius del.* at.

accedit certe (*rarius* saltem), *inde a* CIC.: CIC. Sest. 14 si non subtilius disputandum, at certe dolentius deplorandum. 34 *homine* in causa populari si non moderate, at certe populariter ... versato (de orat. 3, 210 epist. 15, 15, 1). S. Rosc. 46 si tibi fortuna non dedit ..., at natura certe dedit. Caecin. 80 Mil. 32. off. 3, 33 sin hoc non licet per Cratippum, at illud certe dabis. Att. 9, 7ᵃ, 1 (*Balbus et Oppius Ciceroni*) quod si non fuerit prudens, at certe ab optima fide ... proficiscetur. rep. 3, 7 si minus ... at certe (Sest. 92 Planc. 29 de orat. 2, 68 OV. am. 1, 4, 68). CAES. Gall. 5, 29, 7 in quo si non praesens periculum, at certe longinqua obsidione fames esset timenda. OV. epist. 16, 64 si iam divitiis locus hic numeroque virorum vincitur, at certe barbara terra tuast. met. 8, 186 terras licet, inquit, et undas obstruat: at caelum certe patet. SEN. contr. 1, 3, 1 veniet ad colendum Romani imperii pignus etiamsi non stupro, at certe carnificis manu incesta? CELS. 2, 15 si ne id quidem est, at certe. SEN. dial. 5, 1, 4 etiamsi resistere contra affectus suos non licet, at certe affectibus ipsis licet stare. 12, 4, 3 si non finire lacrimas, at certe reservare debemus. COLVM. 4, 6, 3 hoc si operarum penuria facere prohibet in malleolo..., at certe in ordinariis vitibus utique obtinendum est. 12, 20, 8 etiamsi non in totum perennem, at certe usque in alteram vindemiam (*cf.* 2, 18, 2). CALP. ecl. 4, 15 rusticitas, si non valet arte carminis, at certe valeat pietate probari? PLIN. nat. 35, 9 siquidem non ex auro argentove, at (aut *codd.*) certe ex aere. QVINT. inst. 1 pr. 2 si non inveniendi nova, at certe iudicandi de veteribus (6 pr. 4. 12, 11, 31 decl. 277 p. 131, 30). inst. 1, 1, 1 si tamen non continget quales maxime velim ... paedagogos habere, at unus certe sit adsiduus. TAC. dial. 19 etsi non instructus, at certe imbutus (ann. 12, 39 SVET. Cal. 12). Germ. 33 maneat si non amor nostri, at certe odium sui. hist. 4, 58 si vobis non fuit cordi ..., at certe pollui ... ne sinatis. PLIN. epist. 2, 3, 8 si non ob alia nosque ipsos, at certe ut hunc audias veni. VLP. dig. 29, 5, 1, 28 si non corpore suo, at certe voce. MARCIAN. dig. 28, 5, 52 (51), 1 quamvis servus eius non est, at certe libertus est. GELL. praef. 13 si non inutile, at quidem certe indecorum est. APVL. Socr. 14 p. 150 Oud. si non apud omnes certam fidem, at certe penes cunctos notitiam promiscuam possident. HIER. epist. 66, 13 vinceris, si non opere, at certe sexu. AVG. civ. 11, 27 verum tamen inest..., etsi scientia nullo modo, at certe quaedam scientiae similitudo. saltem: (*cf.* PLAVT. Merc. 637 CIRIS 447 PROP. 3, 7, 63). CIC. epist. 9, 8, 2 aliquo, si non bono, at saltem certo statu civitatis haec inter nos studia exercere possemus! Pis. 31 itaque, credo, si minus frequentia sua vestrum egressum ..., at ominibus saltem bonis ..., non tristissimis ... prosequebantur (*cf.* 24). VERG. Aen. 1, 557 sin absumpta salus ... nec spes iam restat Iuli, at freta Sicaniae saltem ... regemque petamus Acestem. CVRT. 3, 8, 2 si id consilium damnaret, at ille divideret saltem copias. FRONTO p. 15, 22 N. si nondum venit, at (ad *trad.*) saltem appropinquat? (p. 16, 1). p. 164, 17 si non moribus, at saltem ut consiliis ubique nostris uterentur (*cf.* p. 227, 6). VOPISC. Tac. 8, 5 efficiam, ne vobis desint, si non fortia facta, at saltem (salutem *codd.*) vobis atque imperatore digna consilia.

***iuncturae usitatiores** reliquae per pleraque capita superiora*: (at non *v. p. 993, 57 sqq. et 1001, 53 sqq.*, at etiam *p. 993, 64 sqq. et 994, 49 sqq.*, at iam *p. 993, 60 et 1001, 78*, at nunc *p. 999, 62 sqq. et 1001, 78 sqq.*, at credo *sim. p. 998, 16 sqq.*, at contra *p. 996, 18 et 1003, 57 sqq.*, at si, ubi, cum, postquam, simul *p. 1002 sq.*, at certe *p. 1005, 56 et 1007, 16*, at saltem *supra l. 53*, at quidem *p. 993, 62*).

at pol, at hercle *sim.*: at pol: PLAVT. Cas. 231 mane. :: non maneo. :: at pol ego te sequar. 355 credo ecastor velle. :: at pol ego hau credo (Bacch. 1107 Cas. 373 Curc. 135 Epid. 173 Merc. 453 Persa 50. 235 Poen. 592 Rud. 939 Trin. 474 Cist. 758 CAECIL. com. 190 TER. Eun. 665). Capt. 596 atra bilis agitat hominem. :: at pol te ... pix atra agitet apud carnificem. Cist. 736. 737. 740. Amph. 371 non edepol volo profecto. :: at pol profecto ingratiis. Bacch. 1124 Cas. 754. Persa 211 nemo homo umquam ita arbitratust. :: at pol multi esse ita sciunt. TER. Haut. 590 at tu pol (*cf.* PRIAP. 85, 19 'velim pol' inquis. at pol ecce vilicus venit). PLAVT. Asin. 300 scibam ego te nescire, at pol ego, qui te⟨d⟩ expendi, scio. Men. 746 Truc. 316 TER. Hec. 543. 839. *de* at pol qui *apud* PLAVT. Amph. 705 Asin. 823. Rud. 946 *v. Leo, Götting. Nachrichten 1895 p. 424.*

at edepol: PLAVT. Merc. 140 resinam ex melle Aegyptiam vorato, salvom feceris. :: at edepol tu calidam picem bibito, aegritudo abscesserit [126]. Poen. 571 quin etiam deciderint vobis femina in talos velim. :: at edepol nos tibi in lumbos linguam (*cf.* 1217). Trin. 606. at ecastor: PLAVT. Truc. 107—110 at ecastor (eccastor *A*, *om. P*) nos rursum lepide referimus gratiam furibus. TER. Phorm. 1050 at ego ecastor posthac tibi quod potero ... faciamque et dicam. Hec. 860. at hercle: PLAVT. Cas. 802 esurio hercle, atque adeo hau salubriter. :: at ego amo. :: at ego hercle nihili facio (594 at *B*, et *A*). Rud. 1413. 1138 ius merum oras meo quidem animo. :: at meo hercle ⟨iniuriam⟩. 555 quamvis malam rem quaeras, illic reperias. :: at tu hercle et illi et alibi. Poen. 1234. 1032 Rud. 153 Aul. 425 *cf.* Curc. 194 Rud. 656 TER. Andr. 336. at hercule: CIC. de orat. 2, 286 Laelius, cum ei quidam malo genere natus diceret indignum esse suis maioribus, 'at hercule' inquit 'tu tuis dignus'. Tusc. 5, 12 non mihi videtur ..., at hercule Bruto meo videtur. S. Rosc. 50 Manil. 54 Att. 2, 25, 1 epist. 9, 26, 3. LIV. 7, 4, 7 ne mutas quidem bestias minus alere ac fovere, si quid ex progenie parum prosperum sit: at hercule L. Manlium malum malo augere filii. 41, 7, 8 quando id bellum ... populus Romanus iussisset? at hercule privato quidem consilio bellum susceptum esse, sed gestum prudenter fortiterque. immo utrum susceptum sit nequius an inconsultius gestum dici non posse (*cf.* 34, 3, 3), *et duodecies, semper in orationibus.* SEN. contr. 1, 2, 1 SEN. nat. 1, 16, 4 CVRT. 6, 3, 15. 7, 1, 36. 7, 7, 15. PLIN. nat. 7, 5 ne maris quidem beluae ac pisces nisi in diversa genera saeviunt. at Hercule homini plurima ex homine sunt mala. 7, 2. 169. 28, 4. QVINT. decl. 260 p. 64, 25 R. 274 p. 121, 16. TAC. dial. 21 quotus enim quisque Calvi in Asicium aut in Drusum legit? at Hercule in omnium ... manibus versantur accusationes. 19 ann. 1, 3. 17. 26. 3, 54. 12, 43 PLIN. epist. 1, 13, 3. 2, 14, 3. 7, 24, 7. FRONTO p. 76, 22 N. (*in indice, ipsa epistula periit*). at mehercule: CIC. leg. 1, 12 :: at mehercule ego arbitrabar. 3, 19 at vero ... :: at mehercule ego *eqs.* nat. deor. 1, 78 Att. 6, 1, 17 SEN. nat. 7, 32, 4 epist. 117, 31 QVINT. decl. 245 p. 5, 25 R. at hercules: LIV. 3, 68, 6 (*cod. Veron.*) SEN. contr. 2, 7, 8. 7, 5, 10 CVRT. 6, 10, 20. 10, 3, 9. PLIN. nat. 29, 142 nos haec ... fastidiemus. at hercules Diodorus et in morbo regio ... se dedisse tradit, *et duodecies.* QVINT. decl. 388 p. 439, 29 R. APVL. met. 1, 24. at mehercules: SEN. contr. 1, 2, 4. 9, 4, 6. 18. PHAEDR. 3, 17, 8 (mehercule *codd. PR*). SEN. clem. 1, 5, 1 longius videtur recessisse a proposito oratio mea, at mehercules rem ipsam premit. epist. 113, 32 non vis esse iustus sine gloria? at mehercules saepe iustus esse debebis cum infamia, *et passim.* (SEN.) mon. 55 COLVM. 1 praef. 17. at medius fidius: RVT. LVP. rhet. 1, 21.

at enim (*non legitur apud* CATONEM VARRONEM RHET. Her. CAES. NEP. LVCR. VERG. HOR. TIB. PROP. OV. *al.*): *in dialogo*: NAEV. com. 59 at enim tu nimis spisse atque tarde incedis. PLAVT. Poen. 1197 quid vis? expedi. :: at enim hoc volo agas. :: at enim ago istuc. Trin. 806 ita faciam. :: at enim nimis longo sermone utimur. Bacch. 993 nolo inquam. :: at volo inquam. :: quid opust? :: at enim quod te iubeo facias. Pers. 569 venient ad te comissatum. :: at ego intromitti vetuero. :: at enim illi noctu occentabunt ostium. Cist. 739 at pol ille ... :: at sibi ille ... :: at pol illa ... :: at enim ille ... :: at pol illi .... Stich. 737 satis mihi pulchra es. :: at enim pulcherrima. 129 Cist. 235 Men. 790 Most. 808. 922. Pers. 832 nam ego nil merui. :: at enim quod ille meruit, tibi id obsit volo. Poen. 662. 914 Pseud. 436. Trin. 919 (atque *B*). Epid. 94 at enim tu praecave. at enim — bat enim, nihil est istuc. TER. Phorm. 487 audi quod dicam. :: at enim taedet iam audire eadem miliens. :: at nunc dicam quod libenter audias. Haut. 317 quid illo facias? :: at enim — :: quid 'enim'? :: si sinas, dicam. 699. 713 Eun. 381. 751 Ad. 168. 830. TVRPIL. com. 65 at enim scies ea quae fuisti inscius. CIC. de orat. 3, 47 'utinam quidem!' inquit ille: '... multa ... hic hodie vitia ponemus'. 'at enim non sine meo periculo' Crassus inquit 'possum ... te reprehendere'. 3, 187. *praeterea apud bonos quidem scriptores semper fere in occupatione*: LVCIL. 533 at enim dixi. CIC. inv. 2, 52 rationis infirmatio: 'at enim qui patria potestate ... tribuniciam potestatem ... infirmat, minuit maiestatem' (2, 92). 2, 73. ad Q. fr. 1, 1, 7 at enim inter ipsos existunt graves controversiae. quasi vero .... 1, 2, 6 at enim Graecis solis indulgeo. quid? epist. 12, 1, 2 Quinct. 65 S. Rosc. 45 Q. Rosc. 32. 39 div. in Caec. 22 Verr. 1, 15. 2, 148. 3, 15. 3, 26 'at enim ad Verrem pecunia ista non pervenit'. quae est ista defensio? 4, 180. 203. 223. 6, 49 Tull. 55 Caec. 95 Manil. 51. 60 Cluent. 83. 84. 88. 97. 196 agr. 2, 76 Mur. 35. 74. 78 Flacc. 33. 59. 84 Sull. 56. 62 dom. 5. 8. 10 Vat. 7 Cael. 10 Mil. 15 Scaur. 35 Phil. 2, 3. 10, 15 at enim veteranis suspectum nomen est M. Bruti. magisne quam Decimi? 11, 20. 13, 7 or. frg. (Quint. inst. 5, 13, 29) ac. 2, 52. 53 fin. 2, 78. 87 *sq.* 4, 40. 5, 91 Tusc. 4, 56. 5, 47 nat. deor. 3, 11. 27. 86 div. 2, 38. 146 fat. 8 off. 1, 44. 3, 79. 105. TIRO epist. frg. (Gell. 6, 3, 29) at hoc enim ... plane stultitiae plenum est. LIV. 24, 26, 8 at enim periculi quidem nihil ab se timere: invisam tamen stirpem regiam esse. 38, 48, 2 at enim sunt quidem ista: verum *eqs.* (42, 41, 12), *et passim in orationibus.* GRATT. 136 SEN. dial. 4, 32, 1. 6, 7, 1 epist. 13, 8. 85, 25. 88, 36. CVRT. (*in orationibus*) 6, 10, 18 at enim Dymnus se occidit! num igitur facturum eum di-

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

vinare potui? minime. 6, 8, 13. 6, 9, 16. 6, 10, 26. 8, 8, 10. 9, 2, 22. LVCAN. 3, 369 (*in oratione*). PETRON. 107 at enim amici fuerunt nostri. eo maiora meruerunt supplicia. 115. STAT. (*in orat.*) Theb. 3, 12 silv. 1, 2, 170. QVINT. inst. 3, 8, 24 at enim, si quis liberos procreare volet, necesse habet ducere uxorem. quis dubitat? decl. 247 p. 13, 24 R., *et passim in occupatione.* TAC. ann. 4, 40 at enim Augustus filiam suam equiti R. tradere meditatus est. mirum hercule, si ... (12, 6). PLIN. epist. 8, 14, 21. 9, 26, 8 at enim alia condicio oratorum, alia poetarum. quasi vero M. Tullius minus audeat. FRONTO p. 32, 22 N. haec ... olim incommoda regibus solis fieri solebant: at enim nunc adfatim sunt, qui et regum filiis ... subserviant. p. 143, 21 audivi te nonnumquam ita dicentem: at enim cum aliquid pulchrius elocutus sum, placeo mihi. p. 157, 23 *et saepius.* VLP. dig. 43, 21, 1, 11 ego ceteros quidem impune prohiberi puto: at enim eum, qui operiat apertum vel contra, eum non puto prohibendum. APVL. met. 9, 35 *his* erat cum quodam paupere modicae casulae domino vetus familiaritas. at enim casulae parvulae conterminos magnos et beatos agros possidebat vicinus potens et dives. Socr. 20 p. 167 Oud. mund. 7. 12. apol. 20 nec Laelius *tantam rem familiarem habuit* quantam Scipio, nec Scipio quantam Crassus dives, at enim nec Crassus dives quantam volebat (*sequitur* at contra). 27. 85 vipera, ut audio, exeso utero in lucem proserpit atque ita parricidio gignitur. at enim tibi a filio iam adulto acerbiores morsus viventi et videnti offeruntur. Plat. 1, 6. 13. 14. 16. 18 *et saepius.* TERT. anim. 58 quid ergo fiet in tempore isto? dormiemus? at enim animae nec in viventibus dormiunt. 19 testim. 5 pudic. 1 *et saepius.* CYPR. mort. 8 at enim quosdam movet, quod ... (*saepius habet* sed enim). LACT. inst. 1, 4, 2. 1, 11, 17 at enim poetae ista finxerunt. 1, 19, 1 at enim dicet aliquis. 2, 2, 6 *et passim.* CHALC. comm. (*in conclusione*) 320 (*v. supra p. 999, 56*). 341 (*cf.* 319). AVG. civ. 1, 12 de sepultura humanorum corporum, quae Christianis etiamsi fuerit negata, nil adimit. — at enim in tanta strage cadaverum nec sepeliri potuerunt (*item in initio cap.* 1, 18. 25. 2, 8. 6, 8. 8, 20), *et saepius.* *in interrogatione* (*cf. p. 994, 40*): PLAVT. Pseud. 641 at enim scin quid est? 538 at enim scin quid mihi in mentem venit? CIC. div. in Caec. 15 at enim cur a me potissimum hoc praesidium petiverunt? (*cf.* Tusc. 5, 107). SALL. Cat. 51, 25 at enim quis reprehendet, quod in parricidas rei publicae decretum erit? LIV. 6, 15, 11. 34, 32, 12. PLIN. nat. 2, 73 at enim cur non semper ad quadraginta sex et ad partes viginti tres perveniunt? immo vero, sed ratio canonicos fallit. APVL. apol. 17 at enim Manio Curio tot adoreis longe incluto ..., ei igitur Manio Curio duos solos in castris calones fuisse? 40 Socr. 5 p. 130 Oud. TERT. nat. 2, 8 PORPH. Hor. ars 128 PANEG. 3, 7. 18.

at enimvero: LIV. 5, 9, 3 in quam sententiam cum pedibus iretur, ceteri tribuni militum nihil contradicere. at enimvero Sergius Verginiusque, propter quos paenitere magistratuum eius anni senatum apparebat, primo deprecari ignominiam, deinde intercedere. 4, 4, 1 'at enimvero (*sic cod. Paris.*, vero *om. rel. codd.*) nemo post reges exactos de plebe consul fuit'. quid postea?

at vero: *inde a* CIC. *rarum apud poetas bonae aetatis* (CIC. Arat. 110. 262. 426. 478 VERG. georg. 3, 323 Aen. 4, 279. 10, 761. 820. 12, 216 VAL. FL. 3, 280. 6, 345. 7, 617, *ubi fere continuatur oratio*). GLOSS. IV 305, 39 ad vero: ast. [TER. Andr. 839.] *in dialogo*: CIC. leg. 2, 34 adsentior, quoniam omnis haec in religione versatur oratio. :: at vero quod sequitur, quomodo aut tu adsentiare ⟨aut⟩ ego reprehendam, sane quaero. 3, 19 nobis vero placet, sed iis, qui in provinciis sunt, minime placet. :: at vero, Tite, si parebunt his legibus, nihil erit iis urbe, nihil domo sua dulcius nec laboriosius molestiusque provincia. rep. 1, 14 Brut. 18 *cf.* CHALC. transl. 18. *in occupatione*: CIC. Caec. 45 at vero hoc quidem iam vetus est .... itane vero? Phil. 2, 38 at vero Cn. Pompei voluntatem a me alienabat oratio mea. an ille quemquam plus dilexit? SVLPIC. Cic. epist. 4, 5, 3 *cf.* CIC. epist. 9, 22, 2 S. Rosc. 117. *in conclusione*: CHALC. comm. 320 (*v. supra p. 999, 56*). *cf.* transl. 25. 28 *et saepius.* BOET. herm. sec. 5, 12 p. 391, 5 (ἀλλὰ μήν, *cf.* herm. pr. 2, 12 p. 192, 22 *al.*). *in interrogatione*: CIC. Flacc. 93 quis tibi, Laeli, de epistulis istis indicavit? mulieres negant se scire, qui sis; ipse igitur ille tibi se ad matrem et sororem scripsisse narravit? an etiam scripsit oratu tuo? at vero M. Aebutium ... nihil interrogas? Sull. 30. 72 fin. 5, 40. CAES. civ. 2, 31, 3 qua ... fiducia ... munitissima castra expugnari posse confidimus? at (*sic Madvig*, aut *codd.*) vero quid proficimus, si ... ab oppugnatione castrorum discedimus? CIC. Caec. 56 verbum certe hoc non modo postulat, sed etiam cogit; at vero ratio iuris ... respuit hanc defensionem. Sest. 139 leves hos semper nostri homines et audaces ... et perniciosos cives putaverunt. at vero qui horum impetus ... represserunt ..., hi graves, hi principes, hi duces ... semper habiti sunt. Catil. 4, 10 iam hoc nemini dubium est .... at vero C. Caesar intellegit *eqs.* off. 2, 81 quid? nostros Gracchos ... nonne agrariae contentiones perdiderunt? at vero Aratus Sicyonius iure laudatur, qui *rem publicam* adventu suo liberavit. Tusc. 1, 117 hic enim noster ... at vero ille sapiens. 5, 114 Democritus luminibus amissis alba scilicet discernere et atra non poterat, at vero bona mala, aequa iniqua. Brut. 308 at vero ego. Att. 5, 11, 1 *et passim.* LIV. 2, 24, 3 VITR. 2, 9, 2. PAVL. FEST. 50 cuncti significat quidem omnes, sed coniuncti et congregati, at vero omnes etiam si diversis locis sint. SEN. nat. 4, 11, 2 excelsa sunt ista, quamdiu nobis comparantur; at vero ubi ad universum respexeris, manifesta est omnium humilitas. SVET. Cal. 51 qui deos tanto opere contemneret, ad minima tonitrua et fulgura conivere, caput obvolvere, at vero maiore (ad vero maiore *cod. Memm.*, ad vero maiora *Gud. aliique deteriores*, ad maiora vero *excerpta Heirici*, at vero ad maiora *Heinsius*) proripere se e strato sub lectumque condere solebat. APVL. Socr. 19 p. 163 Oud. *Socrates* nullo adhortatore umquam indigebat, at vero prohibitore nonnumquam. met. 2, 8. 4, 28. 9, 7 Ps. APVL. Asclep. 2. 15 LACT. inst. 2, 1, 9 CHALC. transl. 22 (δέ). 29. 41 (γὲ μήν) comm. 85 *al.* VEG. mil. 3, 6 AVG. civ. 12, 16. 13, 11 *al.* MART. CAP. 9, 957. 981. *et passim.* *minore opponendi vi, transitum potius faciens*: VELL. 2, 104, 4 APVL. met. 1, 10. 5, 22 IVL. VAL. 1, 4 p. 9 K. IVVENC. 2, 69. DARES 10 at Helena vero. AMM. 29, 6, 18. 31, 5, 1 VVLG. gen. 8, 5 (δέ, *item* gen. 25, 4 num. 14, 6 Tob. 10, 8). 9, 23 (καί, *item* 14, 18 exod. 6, 25 num. 16, 34. 26, 58) OROS. hist. 1, 17, 1. 3, 10, 1 *passim.* FVLG. Verg. cont. p. 95, 14 aet. mund. p. 154, 18. 163, 9 *et saepius.* at vero contra: ARNOB. 7, 36 discordias alios ex his vos, alios dicitis qui pestilentias inrogent ..., alios vero qui praesint bellis ...: at vero nos contra ab ingeniis numinum iudicamus esse disiunctas (4, 20. 7, 35). ISID. sent. 2, 36, 4. *nota*: FVLG. aet. mund. p. 163, 13 H. ad vero econtra Aman crucem nocte praeparat.

at ... tamen, at tamen (*quod in unum vocabulum coaluit*): GLOSS. II 23, 2 attamen ἀλλ' ὅμως. *scribitur* adtamen *hic illic in codicibus (velut in* FILASTRII *altero), in titulis aetatis labentis* CORP. VI 1710 (*aet. Claudiani*) *et* XII 944, 23 (*saec. VI*), NOT. Tir. 1, 66. *nota positionem*: CHIRON 109 ego attamen. THEOD. PRISC. log. 35 eis ego attamen (*praeced.* licet).

NAEV. com. 79 alii adnutat, ... alium amat, ... cum alio cantat, at tamen alii signat (aliis dat *codd.*) digito litteras. PLAVT. Most. 772 molestus ne sis. haec sunt sicut praedico. :: at tamen inspicere vult. :: inspiciat, si lubet. Curc. 489 nemo it infitias. :: at tamen meliusculum est monere. Persa 835 (at tamen non — tamen —). Cas. 299. Merc. 322 ne sis me obiurga, hoc non voluntas me impulit. :: quin non obiurgo. :: at ne deteriorem tamen hoc facto ducas. Mil. 562 at non malitiose tamen feci (*cf.* Rud. 1006). TER. Andr. 713 quid veniam? nihil habeo. :: at tamen, si quid. 634. 711. Haut. 88 at istos rastros interea tamen adpone, ne labora. :: minime. Ad. 687 id peccatum primum magnum ..., at humanum tamen. Phorm. 630 verum pono esse victum eum; at tandem tamen non capitis eius res agitur, sed pecuniae. CIC. inv. 2, 70 infirmatio est: at tamen aeternarum inimicitiarum monumentum Graios de Graiis statuere non oportet (*cf.* Verr. 2, 146 nat. deor. 1, 102). [fin. 2, 85 Att. 3, 19, 2. 4, 18, 1 attamen *codd.*, *leg.* ac tamen; *cf. Madvig, Cic. de fin. p. 286. 779*] CATVLL. 10, 14 at certe tamen, inquiunt, quod illic natum dicitur esse, comparasti ad lecticam hominis. HOR. sat. 2, 1, 16 'at tamen et iustum poteras et scribere fortem, Scipiadam ut sapiens Lucilius'. OV. met. 10, 724 'at non tamen omnia vestri iuris erunt' dixit (*cf.* STAT. Theb. 5, 20). SEN. contr. 9, 2 (25), 16 attamen factum ipsum turpe est (10, 4, 11). MIN. FEL. 25, 1. 26, 7 (*occup.*). CIRIS 74 ipse pater timidam vacua complexus harena coniugium castae violaverat Amphitrites: at tamen exegit longo post tempore poenas. OV. epist. 1, 2 nil mihi rescribas, at tamen ipse veni. LIV. 3, 56, 5 nec in tribunicio auxilio Appius, nec in iudicio populi ullam spem habebat: attamen (*Madvig*, tamen *codd.*) et tribunos appellavit et ... 'provoco' inquit. COLVM. 2, 14, 5 nec ignoro quoddam esse ruris genus, in quo neque pecora neque aves haberi possint: attamen inertis est rustici eo quoque loco defici stercore. 4, 17, 3. 4, 22, 6. 8, 13, 3. 12, 52, 20 *et saepius.* PERS. 5, 159 nam et luctata canis nodum abripit, at (et *α*) tamen illi, cum fugit, a collo trahitur pars longa catenae. VAL. FL. 2, 151 SIL. 7, 114 STAT. Theb. 6, 584. 8, 645. 12, 741 Ach. 1, 764. 952 attamen hunc ... hunc saltem sub corde tene. silv. 3, 2, 59. QVINT. decl. 252 p. 33, 30 (ac tamen *cod. A*). TAC. hist. 4, 55 nam publice civitas talibus inceptis abhorrebat; at (*Halm mavult* ac, *cf.* ann. 11, 24) tamen interfuere quidam. FRONTO p. 21, 10 N. plane non ubique nec omni modo, attamen nonnumquam et aliquando. VLP. dig. 17, 2, 33 societate sine tutoris auctoritate coita pupillus non tenetur, attamen communiter gesta tenetur (21, 1, 1, 10 coll. Mos. 14, 3, 3) APVL. apol. 23 TERT. idol. 9. nat. 1, 19 attamen quanto acceptabilior nostra praesumptio est? TER. MAVR. 347 quod Latinus aemulando nec satis fidens suis ..., attamen fandi paravit non secundam copiam. COMM. apol. 117. instr. 2, 8, 2 paenitens es factus: noctibus diebusque precare, attamen a matre (*i. ecclesia*) noli discedere longe. 2, 10, 6. VOPISC. Tac. 6, 1 attamen nulla umquam ... prudentior ... dicta sententia est (*praecedit* quidem; *cf.* Prob. 7, 3 quatt. tyr. 15, 9 LAMPR. Alex. 66, 2 HIER. epist. 127, 10 CLAVDIAN. 17, 7 COD. Iust. 8, 13, 3. *v. etiam supra p. 1001, 30 sqq.*). CAPITOL. Opil. 12, 3 longum est eius crudelitates omnes aperire. attamen unam ostendam (Max. Balb. 7, 2 adtamen B^2P. VOPISC. Aur. 41, 15. CAPITOL. Maximin. 4, 9 et tamen *codd.*, attamen *Petschenig*). PANEG. 2, 10. FILASTR. 104, 5 (adtamen *et* atamen *codd.*). 156, 6 adtamen (attamen *cod. alter*). AVIEN. Arat.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

2, 79 at non cuncta tamen. HIER. epist. 125, 1 quid Salomone sapientius? attamen infatuatur amoribus mulierum. 39, 4 attamen quod tempore mitigandum est, cur ratione non vincitur? *et saepius.* VVLG. gen. 38, 26 attamen ultra non cognovit eam. num. 14, 22. III reg. 3, 2 (πλήν; II par. 33, 17 Dan. 4, 20). III reg. 15, 6 (καί; II par. 32, 31) Iob 14, 22 (ἀλλά; II par. 15, 17 Ierem. 34, 4) *et saepius.* MART. CAP. 6, 614. SIDON. epist. 1, 9, 7 attamen gaude (*praecedit* sane). CORP. XII 944, 23 (*saec. VI*). *in apodosi, qualem supra diximus (p. 1005, 65), partim plena partim contracta, inde a* CIC. (*huc non pertinent* CIC. Verr. 6, 6 CAES. Gall. 4, 31, 1 SALL. Iug. 26, 2 *al.*): *praecedit* si, si non, si minus, quodsi: (*cf.* TER. Eun. 866). CIC. Planc. 35 si non perfacetum, attamen fortasse non rusticum (Font. 37 Phil. 13, 18 off. 2, 58). Brut. 15 te ... remunerandum si non pari, at grato tamen munere (orat. 103 epist. 9, 6, 3). de orat. 3, 14 ei, si nequaquam parem illius ingenio, at pro nostro tamen studio meritam gratiam ... referamus. Phil. 2, 78 cognosceret te si minus fortem, at tamen strenuum (Planc. 88 de orat. 3, 79). epist. 2, 6, 3 si minus potentem, at probatam tamen (agr. 2, 35). CATVLL. 64, 160 si tibi non cordi fuerant conubia nostra ..., at tamen in vestras potuisti ducere sedes. LVCR. 3, 172 si minus offendit ... at tamen insequitur (1, 459 at ... tamen). 3, 536 quod si forte putas ..., at locus ille tamen .... 6, 322 quin, prius in cursu si non accenditur igni, at tepefacta tamen veniat commixta calore (*cf.* 3, 406). OV. ars 2, 611 si non ... attamen (rem. 52). SEN. Ag. 403ᵃ colamus prosperum tandem diem et si propitios attamen lentos deos. CVRT. 6, 7, 9 si id sustinere non posset, attamen ne proderet se. VLP. dig. 37, 11, 5 si defecerit condicio, attamen ... (12, 4, 5, 1). TERT. nat. 1, 18 si crucem ... nullus adhuc ex vobis Regulus pepigit, attamen iam ignis contemptus evasit. PORPH. Hor. ars 319 verba sordida si non delectant, attamen res avocat auditu digna. 368 *sq.* HIER. in Ezech. 10, 33 p. 395 Vall. (si). CIC. Brut. 290 etiamsi quid agatur nesciat, at placere tamen ... Roscium intellegat (PLIN. nat. 7, 100 etiamsi non prius, attamen clarius. VLP. dig. 17, 2, 63). CIC. Phil. 2, 116 res bello gesserat, quamvis rei publicae calamitosas, at tamen magnas (OV. trist. 2, 136. VLP. dig. 38, 5, 1, 6 quamvis ... legatum retro nostrum sit, nisi repudietur, attamen cum repudiatur, retro nostrum non fuisse palam est, *et saepius.* AMM. exc. Val. 5, 24. MART. CAP. 4, 364, *ubi* attamen *cod. Bern.* COD. Iust. 5, 14, 8. 5, 17, 8, 1. 6, 61, 5, 1). OV. trist. 1, 3, 36 quamquam sero clipeum post vulnera sumo, attamen hanc odiis exonerate fugam (VLP. dig. 40, 5, 30, 17 *et saepius*). FRONTO p. 23, 1 N. nam etsi aeque pernicitas equorum exercetur ..., attamen (VLP. dig. 5, 1, 52, 4 etsi nihil sit eo loci, attamen iubendum satisdare, *et saepius. cf.* 4, 8, 3, 1 tametsi ... attamen. TERT. 1, 10 etsi non nomen, attamen sectam. 1, 20 HIER. transl. hom. Orig. in Ierem. 12 p. 861 Vall. FILASTR. 141, 4. 150, 7 COD. Iust. 3, 28, 36 pr.). *alia*: VLP. dig. 4, 2, 16, 2 licet ... poena ad heredem non transeat, attamen (IVL. dig. 28, 2, 13 *et saepius apud* Ictos). APVL. met. 6, 22. HIER. epist. 18, 17 pius licet, attamen coarguendus error. CORP. VI 1710 (*tit. Claudiani*) licet *carmina* sufficiant, adtamen *statuam erigi iusserunt.* THEOD. PRISC. log. 32 *satyriasis* licet sine febribus attamen inter acutas ... aegritudines numeratur. 35 licet ... ita definierint ..., eis ego attamen non facile adcommodabo consensum. 111 licet ... est, attamen. COD. Iust. 5, 18, 2 *et saepius.* VLP. dig. 29, 5, 3, 26 sive iure valeat ... sive non valeat, attamen edicto locus est (37, 10, 5). 47, 2, 46 apparet ... qualiterqualiter domino sit servus subtractus, attamen superesse adversus furem furti actionem. *Ihm.*

Atā *v.* Attus.

Ataaxt(ī) m(anu) *in lamina plumbea.* INSCR. Jullian, Inscript. de Bordeaux 970.

Atābulī, -ōrum *gens Aethiopum.* PLIN. nat. 6, 189. *ab hac gente appellatus videtur ventus* **Atābulus,** -ī *m., de quo cf. Kauffmann, PW. II 1886, Nissen, Ital. Landeskunde I 389. v. etiam* argestes. HOR. sat. 1, 5, 77 incipit ex illo montis Apulia notos ostentare mihi, quos torret Atabulus (*cf.* PORPH. *ad l.* sic appellatur ventus in Apulia ferventissimus, Graeca appellatione ⟨qua⟩si Atab⟨a⟩lon ἀπὸ τοῦ ἐς τὴν ἄτην βάλλειν πάντα). SEN. nat. 5, 17, 5 Atabulus Apuliam infestat. PLIN. nat. 17, 232 flatus alicuius regionis proprius, ut est in Apulia Atabulus. QVINT. inst. 8, 2, 13 fallunt ... verba ... regionibus quibusdam magis familiaria ..., ut Atabulus ventus. GELL. 2, 22, 25 Horatianus ... ille Atabulus. MAR. MERC. subnot. 4, 2 te ... Atabulus provinciae tuae pestifer halitus inflavit. SIDON. epist. 1, 5, 8 Calaber Atabulus.

Atabyria, -ae, Ἀταβυρία. PLIN. nat. 5, 132 *Rhodos* vocitata est antea ... Atabyria ab rege. **Ataburus,** -ī, **Atabyrius,** -ī, Ἀταβύριος. LACT. inst. 1, 22, 23 constituta sunt templa Iovi Ataburio, Iovi Labryandio: Ataburus enim et Labryandus hospites eius atque adiutores in bello fuerunt. *cf. Jessen, PW. II 1888.*

Atabyrion, *nunc* Tabor, *cf.* Itabyrion.

Atacīnus *v.* Atax.

d. m. **Ataco⟨nī*?* *cogn. vir.?* INSCR. Rhen. Bramb. 836. *cf.* Attacco. *Diehl.*

Atacottī *v.* Atecotti.

ārea Ātād, *indecl.,* אָטָד, Ἀτάδ, *nom. loci Palaestinae.* VVLG. gen. 50, 10 veneruntque ad aream Atad, quae sita est trans Iordanem. HIER. sit. et nom. p. 85, 15 area Atath locus trans Iordanem ... tertio ab Iericho lapide, duobus milibus ab Iordane, qui nunc vocatur Bethagla. nom. hebr. p. 3, 16 Atad testimonium vel ramnus. *Plenkers.*

dea Atāecina *Hispanorum.* CORP. II 462 dea Ataecina Turibrig(ensis) Proserpina. 605 (*in colonia Metellinensi*) dominae ⟨T⟩uribri⟨g⟩. Adaegina⟨e⟩. 5298 (*Norbae*) d. s. T. Ad. 5299 (*ibid.*) de(ae) s. A. T. 461 d. s. A. T. P. *cf.* Atecina *et* Cabuniaeginus. *v. Ihm, PW. II 1889.*

Atafīdius *v.* Attus. **Atafrius** *v.* Attus.

Atālēnus *v.* Attus.

? **Atainopo** *cogn. vir.* CORP. X 3699 (*Cumis, a. 251, periit*), 1, 42 Ti. Iulius Atainopo *dendrophorus.*

Atalanta (-ē), -ae (-ēs, -ēnis), Ἀταλάντη. *nota formas vetustas quae traduntur in vasculo Praenestino* CORP. XIV 4107 Ateleta *et in speculis Etruscis* INSCR. Gerhard Etr. Spieg. II 176 (*cf.* V p. 121) atlnta 224 atlnta. *codd. passim exhibent* Athalant- *et* Athlant-. *latine declinatur: nom.* Atalanta: CORP. XIV *l. c.* PACVV. *et* GRACCH. *fabularum titulus.* OV. met. 10, 598 (*in medio versu*). SVET. Tib. 44 HYG. fab. 185 tit. p. 117. SIDON. carm. 2, 495 *et* 11, 68 *in medio versu.* SCHOL. Veron. Verg. Aen. 12, 468. *gen.* Atalantae SCHOL. Stat. Theb. 4, 246. *dat.* Atalantae *recte scripserunt edd.* ACC. trag. 447 COD. Iust. 5, 31, 3 (*a. 215*). *acc.* Atalantam: VARRO Men. 300 HYG. fab. 185 p. 117, 3. 244 p. 136, 20 HIER. adv. Iov. 1, 41. *voc.* Atalanta: OV. met. 10, 565 (*in medio versu*). *abl.* Atalanta: OV. ars 2, 185 *et* epist. 4, 99 (*in versus fine*). FEST. 334. 375 NON. 490. 495 HYG. fab. 70 p. 78, 2 PRISC. gramm. II 206, 11. *graece declinatur: nom.* -e: PLIN. nat. 4, 71. 35, 17 HYG. fab. 99 p. 93. 173 p. 29, 3 HIER. chron. a. Abr. 1592 SERV. Aen. 3, 113 *bis* SCHOL. Stat. Theb. 2, 481. 4, 267. 309. 7, 268 MYTHOGR. 1, 39 *bis.* 146. 174. 2, 47. 144. INSCR. *saepe. gen.* -es: OV. am. 3, 2, 29 *et* ars 3, 775 *ante cons.* STAT. Theb. 6, 563 *in versus fine.* HYG. fab. 70 p. 78, 2 frg. Nieb. 99 p. 93, 8. 270 p. 145, 17 SCHOL. Stat. Theb. 1, 44. 6, 541. 7, 416. CORP. III 14606 (*in Dalmatia*) d. m. Fl. Atalantes. *dat.* -e: INSCR. *saepius. cf.* SCHOL. Stat. Theb. 4, 256 HYG. fab. 174 p. 29, 14. Atalanteni: CORP. VI 12567 d. m. Atalanteni Stratonicus merenti. *acc.* -en (*pro quo nonnulli codices ut fit exhibent* -em): LIV. 35, 37, 7 SEN. nat. 6, 24, 6 (-em) PLIN. nat. 2, 204 QVINT. inst. 5, 9, 12 PORPH. Hor. ars 221 (-em) SERV. Aen. 6, 61 (-em) SCHOL. Stat. Theb. 2, 163 (-em). 6, 541. *abl.* -e: LIV. 35, 38, 14 FRG. Bob. gramm. VII 544, 4 MYTHOGR. 1, 39. -ene: CORP. VI 20025 cum Cominia Atalanten(e). *nota plur.* SCHOL. Stat. Theb. 7, 267 duas Atalantas.
A *nom. myth. duarum virginum, Arcadicae et Boeoticae, quae viros cursu superabant, de quibus egit Escher, PW. II 1890, 4.* **1** *ad Arcadicam*: HYG. fab. 70 p. 78, 2 Iasii filia (99 p. 93, 2 SCHOL. Stat. Theb. 2, 481. 4, 309 MYTHOGR. 1, 146. 1, 174. 2, 144). ACC. trag. 447 exuvias dignavi (*scil. Meleager*) Atalantae dare (HYG. fab. 174 p. 29, 14). OV. ars 3, 775 Milanion umeris Atalantes crura ferebat (am. 3, 2, 29 fugacis). 2, 185 quid fuit asperius Nonacrina Atalanta? epist. 4, 99 arsit et Oenides in Maenalia Atalanta (STAT. Theb. 6, 563, *ubi cf.* SCHOL. Atalantes confundit historiam: hanc enim Atalanten, Hippomenis uxorem, diximus filiam Schoenei fuisse, illam autem ... Oenomai filiam [7, 416] uxorem Pelopis). SVET. Tib. 44 Parrasi ... tabulam, in qua Meleagro Atalanta ore morigeratur. HIER. adv. Iov. 1, 41 Calydoniam virginem. SCHOL. Stat. Theb. *saepius.* FRG. Bob. *l. c.* Parthenius mons Arcadiae dictus a virgine Atalante *ex* HYG. fab. 99 p. 93, 8 Atalantes *filium* Parthenopaeum *nominaverunt,* quoniam virginem simulans in monte Parthenio eum exposuerat. *cf.* 70 p. 78, 2. 99 p. 93, 2. 270 p. 145, 17. **2** *ad Boeoticam*: HYG. fab. 244 p. 136, 20 Schoenei filiam (185 p. 117, 3. 173 p. 29, 3 SERV. auct. Aen. 3, 113 SCHOL. Stat. Theb. 6, 541 [563] *cf. l. 50 sqq.*). OV. met. 10, 598 victrix. 565. SERV. Aen. 6, 61 puellam Sciriam cursu potentem (MYTHOGR. 1, 39. 2, 47). SCHOL. Stat. Theb. 7, 267 duas Atalantas fuisse certissimum est: unam Arcadem ... aliam de Scyro. 7, 268. SIDON. *l. c.* **3** *utra sit intellegenda, incertum*: PLIN. nat. 35, 17 Lanivi, ubi Atalante et Helena comminus pictae sunt nudae ab eodem artifice, utraque excellentissima forma, sed altera ut virgo. *cf. vasculum Praenestinum, in quo etiam* Felena *scriptum legitur.* CORP. IV 2411 (*in pavimento*) Ἀταλάντη. QVINT. inst. 5, 9, 12. SCHOL. Veron. Verg. Aen. 12, 468 ...⟩ qualis in tragoediis Atalanta traditur. **4** *translate*: VARRO Men. 300 si non malit vir viracius uxorem habere Atalantam *i. qualis erat Atalanta.* **5** *circumscribitur ex. gr.*: PROP. 1, 1, 10 Iasidos. CLAVD. carm. min. 30, 170 Schoeneida. **B** *fabularum titulus*: **1** FEST. 334 Pacuvius in Atalanta (375 NON. 490. 495). **2** PRISC. gramm. II 206, 11 Gracchus in Atalanta. PORPH. Hor. ars 221 Pomponius Atalanten (*trad.* -em) *satyricon scripsit.* **C** *cogn. mul. una tantum memoratur apud auctores* (COD. Iust. 5, 31, 3), *multae in titulis*: CORP. VI 12567 *cf. l. 36.* 12568. 12569. IX 5465 (*Falerione*). V 1100 (*Aquileiae*). CORP. VI 12935 Aulia Atalante. 14025 Antonia L. l. Atalante (34450). 14027 Caesoniae Atalante. 15060 Palpia Atalante. 15320 Claudia Atalante (18104 *dat.*). 17482 d. m. F. Atalante matri dulcissimae F. Zosime filia. 19023 Caesia M. l. Atalante (IX 2714 *Aeserniae*). 20025 *cf. l. 41.* 20859 d. m. Iunia Atalante Damalidi bernae fecit. 34314 Aemilia M. f. Atalante. XIV

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

421 (*Ostiae*) Statiliae Atalante. 1368 (*ibid.*) Modiae Atalante. V 7078 (*in colonia Taurinorum*) Corneliae Atalante. VIII 12620 (*Carthagine*) Flavia Atalante. III 14606 *cf. p. 1012, 33.* **D** *insula prope Euboeam sita, de qua cf. Oberhummer, PW. II 1889, 1. nunc* Talanda. LIV. 35, 38, 1 in insulam Atalanten. 35, 38, 14. SEN. nat. 6, 24, 6 athlantem *Δ Φ.* PLIN. nat. 2, 204 avellit *terrae motus* ... Euboeae Atalanten et Macrian (*cf.* HIER. chron. a. Abr. 1592 terrae motu apud Locros scissa Athlante facta est insula *et* OROS. hist. 2, 18, 7 Atalante civitas Locris adhaerens terrae contigua). 4, 71. **Atalantus,** -ī, *Ἀτάλαντος, nom. serv.* CORP. VI 20631 Atalantus verna Erotis l. oll. *adi.* **Atalantēus,** -a, -um, *Ἀταλάντειος, ad Atalanten pertinens*: *ad Arcadicam*: MANIL. 5, 179 *Meleagrum* Atalanteos (athladl- atl- *codd.*) conatum ferre labores. STAT. Theb. 4, 309 aures (*i. matris Parthenopaei*). *ad Boeoticam*: STAT. Theb. 7, 267 Schoenon. *patronymicon* **Atalantiadēs,** *Ἀταλαντιάδης, Atalantes (Arcadicae) filius.* STAT. Theb. 9, 789 trux Atalantiades (*i. Parthenopaeus*). *Diehl.*

Atalēnus, Atalius *v.* Attus. **Atalia** *v.* Attalia.

atalla, -ae *f.* [*fortasse cf. c.* atena attanus atanulus. *v. Mommsen, Eph. epigr. 8 p. 254. Th.*] ACTA ludi saec. Aug. 107 *et* 132 ad atallam fuerunt (*sequuntur nomina*). *cf. Wissowa, PW. II 1895. Ihm.*

Atalus *v.* Attalus. **Atamās** *v.* Athamas.

Atamī (*gen.?*) *in pede vasculi Arretini.* CORP. XV 5944.

? **Atampio.** CORP. XIII 3162 (*apud Viducasses, saec. III in.*), 2 pr. pr. prov. ⟨B⟩ritanniae ad Sennium Soll⟨em⟩nem Atampio (*an* a Tampio*?*).

Atanagrum urbem *Hispaniae Tarraconensis.* LIV. 21, 61, 6. *cf. Hübner, PW. II 1895. Diehl.*

Atandrius *v. sub* Antandros. **Atānius** *v.* Attus.

atanulus. [*fortasse cf. c.* attanus atena; *v. Mommsen, Eph. epigr. 8 p. 254. Th.*] GLOSS. II 22, 47 atanulus (atnanulus *cod.*) ἅγιον ἱερέως σκεῦος, κειμήλιον. IV 406, 33 atanulu genus vasis. V 591, 18 (Scal.) atanulum genus vasis (591, 46 attanabo). *cf.* atalla, athanuvium. *Ihm.*

Atanum *v.* Attanum. **atanuvium** *v.* athanuvium.

1. Atara *nom. barb.* (*mul.?*). CORP. III 11558 (*Viruni*) Atara Noeibionis f. *Diehl.*

2. Atārā, עֲטָרָה, *Ἀτάρα, nom. fem. hebr.* VVLG. I par. 2, 26. *Plenkers.*

Atarathē, -ēs, *Damasci uxoris nomen restituit Gutschmid, Textesq. p. 130 apud* IVST. 36, 2, 2. *traditur* ariarathes arates arathis. *cf.* Atargatis.

Atarbius, -ī, *Ἀτάρβιος, signorum modo fictum ab ἀταρβής. cogn. vir.* CORP. VIII 9913 (*in Mauret. Caesar.*) Artemius pater Atarbio fil. cariss. COD. Iust. 11, 70, 1 imp. Iulianus A. A t a r b i n o, *Libanio Ἀτάρβιος. cf. Seeck, PW. II 1896 sub* Atarbius *1.* AVELL. p. 301, 4 (= CONC. Chalc. Mansi VII 267ᵃ) Atarbius venerabilis episcopus Trapezuntis. *cf.* Aterbius.

vicus **Atarca.** CORP. V 6812 (*Eporediae, chr., a. 440*) h. loco Basili⟨us⟩ negotiator ... de vico Atarca. *Diehl.*

Atarēnus *nom. gent.* CORP. VIII 18231 (*in prov. Numidia*) T. Atarenus Prudens princeps leg(ionis) III Aug(ustae). *Otto.*

Atargatis, -idis, *Ἀτάργατις, Romanorum dea Suria, de qua cf. Cumont, PW. II 1896; Wissowa, Rel. und Cultus p. 300.* PLIN. nat. 5, 81 *Bambyce* alio nomine Hierapolis vocatur, Syris vero Mabog — ibi prodigiosa Atargatis, Graecis autem Derceto dicta, colitur. TERT. nat. 2, 8 Atargatim Syrorum (*cf.* apol. 24 Syriae Astartes *codd. praeter Fuldensem qui* Syriae Atargatis). SCHOL. Germ. Bas. p. 65, 19 alii dicunt eam (*Virginem sidus*) esse Cererem ..., alii Atargatin, alii Fortunam. MACR. sat. 1, 23, 18 deam nomine Adargatin. 19 Adargatidis simulacrum. *Diehl.*

? **ataripe** diminute GLOSS. V 562, 7 (attrītae*? Goetz*). *Ihm.*

Atarna, Atarnea, *Ἀτάρνα (Ἀτάρνη), opp. Aeoliae.* ENN. heduph. frg. v. 10 Apul. apol. 39 polypus Corcyrae, calvaria pinguia ⟨A⟩tarnae (carne *F*). PLIN. nat. 5, 122 Atarnea. *cf.* Atarnites. *unde appellatur* **Atarneus** pagus. *cf. Ἀταρνεύς.* PLIN. nat. 37, 156 cetionides in Aeolide nunc Atarneo pago, quondam oppido, nascuntur, multis coloribus tralucentes. *alterum deriv.* **Atarnītēs,** *oppidi incola.* OV. Ib. 319 aut ut Atarnites insutus pelle iuvenci turpiter ad dominum praeda ferare tuum. *cf.* SCHOL. *ad l.* i. Hermias ab A t a r n o (atarmo *G*) oppido sic dictus, a Memnone rege captus corio tauri indutus ante eum ductus est (*G; sim. P et Bern. 711 qui* atarna). *v. Bürchner, PW. II 1896 sq. sub* Atarneus. *Diehl.*

atarna *v.* attitarna.

Atārōth, *indecl.,* עֲטָרוֹת, *Ἀταρώθ. nomen complurium oppidorum Palaestinae.* VVLG. num. 32, 3 (ITALA *cod. Lugd.* Adaroth *cod. Monac.* Adaroch). 32, 34 (ITALA *cod. Lugd.* Aseroth *cod. Monac.* Atroth). Ios. 16, 2 transitque terminum Archi Ataroth (*Ἀχιαταρώθ A,* ITALA *cod. Lugd.* Archiaarum). 16, 5. 7. 18, 13 Ataroth Addar (*Ἀταρὼθ Ἀδδάρ A, Ματαρώβ Ὀρεχ SB,* ITALA *cod. Lugd.* Atiarot Corec). num. 32, 35 *traditur forma* Etroth. HIER. sit. et nom. p. 87, 17 Ataroth civitas olim Amorraeorum trans Iordanem. p. 93, 24. 25 Ataroth civitas tribus Efraim. nunc vicus ... Attharus dicitur. 31. 32 Ataroth civitas Beniamin. sunt autem duae Ataroth haut procul ab Aelia. nom. hebr. p. 16, 6 Atharoth coronae (24, 15 Ataroth). *nom. vir. hebr.* HIER. sit. et nom. p. 87, 18 vocatus est autem Ataroth et filius Salma sive Salmon, ut in paralipomenis scriptum est (*Ἀταρώθ,* VVLG. I par. 2, 54 *vertit* coronae). *Plenkers.*

Atarta *v.* Atrade. **Atarvius** *v.* Aterbius.

atat *v.* attat. **Atath** *v.* Atad.

atattatae *v.* attattatae.

Atatius, Atatīnus, Atatiēnus *v.* Attus.

Atav ... *nomen.* CORP. XII 5683, 323 (*in amphora*) Atav⟨us?⟩. *Otto.*

atavia, -ae *f. cf. c.* atavus. GAIVS dig. 38, 10, 1, 7 quinto gradu sunt supra atavus atavia, infra adnepos adneptis (INST. Iust. 3, 6, 5). *similiter* PAVL. sent. 4, 11, 5 (*inde* LEX. Vis. Recc. 4, 1, 5). PAVL. dig. 38, 10, 10, 16 atavia totidem (*sedecim*) personas continet. 38, 10, 10, 17 *est tritavus* atavi vel ataviae pater (*et saepius ibid.*). 38, 10, 10, 18 (*bis*). [*francog. vet.* taie *'avia'. M.-L.*]

Atavius *v.* Attus. **Ataulphus** *v.* Athaulfus.

Ataus *v.* Attus.

atavus, -ī *m.* [*cf. c.* abavus proavus. *prius compositionis membrum non satis perspicuum. Th.*] PAVL. FEST. 11 atavus (att- *codd.*), quia atta est avi, id est pater, ut pueri usurpare solent. GLOSS. πρόπαππος (V 441, 45 propappus). ἀπόπαππος. πρόγονος ὁ προπάτωρ. proavi pater. V 441, 46 pappus. 417, 46 quartus pater. GAIVS dig. 38, 10, 1, 7 (*v. sub* atavia). PAVL. sent. 4, 11, 5 (*v. sub* atavia). dig. 38, 10, 10, 16 atavus est abavi vel abaviae pater ... huius appellatio personas complectitur sedecim enumeratione facta *per mares* ... pater avus proavus abavus atavus. ISID. orig. 9, 5, 9 atavus abavi pater. 10 tritavus atavi pater (GLOSS. Plac. V 3, 14 = 49, 12). 9, 6, 23 patris mei abavus mihi atavus est, ego illi adnepos ... patris mei atavus mihi tritavus est, ego illi trinepos. GRAMM. suppl. 298, 33 atavus ... sine h scribendum.

PLAVT. Persa 57 pater, avos, proavos, abavos, atavos, tritavos. TER. Phorm. 395 primus esses memoriter progeniem vestram usque ab avo atque atavo proferens. VARRO ling. 7, 3 quare cur scriptoris industriam reprehendas, qui herois (verbis *Madvig*) tritavum, atavum non potuerit reperire, cum ipse tui tritavi matrem dicere non possis? CIC. Cael. 33 non patrem tuum videras, non patruum, non avum, proavum, atavum audieras consules fuisse? VELL. 2, 16, 2 multum Minatii Magii, atavi mei, ... tribuendum est memoriae. PLIN. nat. 15, 46. SIL. 2, 10 Ausonios atavo ducebat consule fastus. SVET. Nero 2 PAVL. dig. 38, 10, 10, 16—18 *saepe.* SOL. 1, 28 atavi materni. SPART. Hadr. 1, 2 SERV. Aen. 8, 268 HIER. in Sophon. 1 p. 673 Vall. (*bis*). epist. 109, 2 ut immundum patrem avo et atavo sociaret immundis. CLAVD. carm. 28, 420 hic proles atavum deducens Aelia Nervam. SIDON. epist. 8, 3, 3. IORD. Get. 33, 170 inmemor atavi praeceptorum. *plur. i. q.* m a i o r e s, *usus maxime poetarum*: *cf.* GLOSS. IV 22, 28. 472, 33 attavi: antiqui. VARRO Men. 63 avi et atavi nostri, cum alium ac cepe eorum verba olerent, tamen optume animati erant. VERG. Aen. 7, 56 Turnus avis atavisque potens (*cf.* CASSIOD. var. 11, 39, 5 quibus ... ab avis atavisque praefui). 7, 474 atavi reges (HOR. carm. 1, 1, 1 Maecenas atavis edite regibus. SEN. Troad. 712 VAL. FL. 2, 343 MART. 12, 4, 2). VERG. Aen. 12, 529 *Murranum* atavos et avorum antiqua sonantem nomina per regesque actum genus omne Latinos (*cf.* MART. 5, 17, 1 *l. 58*). OV. am. 1, 8, 17 evocat antiquis proavos atavosque sepulcris. met. 14, 117 *Aeneas* formidabilis Orci vidit opes atavosque suos umbramque senilem ... Anchisae. EPICED. Drus. 451 hoc atavi monuere mei proavique Nerones. COLVM. 1 praef. 19 veteres illi Sabini Quirites atavique Romani. VAL. FL. 1, 737 exanimes atavos. SIL. 4, 150 ipse, tumens atavis, Brenni se stirpe ferebat. MART. 5, 17, 1 dum proavos atavosque refers et nomina magna (*cf.* VERG. *l. 50*). IVV. 3, 312 felices proavorum atavos. HIER. epist. 54, 16 ab atavis, beatitudine divitiisque censetur. 130, 3 rhetorum disciplina est, ab (ab *deest in opt. codd.*) avis et atavis et omni retro nobilitate ornare quem laudes. CLAVD. 28, 334 nec tali publica vota consensu tradunt atavi caluisse per urbem. CORP. IX 1591 Campaniae ab atavis patrono. X 6850 *et* 6851 *rex Theodericus* inducta in mare aqua ignotae atavis (*v. l.* ataviis) et nimis antiquae reddidit siccitati. CARM. epigr. 1836, 3 (*christ.*) nobilis et atavis clarissima femina magnis. 1353, 4 (*saec. VI*) ⟨pr⟩otinus ex atavis ⟨...⟩. 1389, 7 (*a. 579*) consulibus atavis pollens. *nota*: DRAC. laud. dei 2, 627 Abraham ... confectus senio membrisque trementibus aevo inter avos atavosque fuit *i. senex decrepitus.* *Ihm.*

Atax, Atacis, *Ἄταξ, Ἄταγος m., nunc* l'Aude, *fluv. Galliae Narbonensis.* PRISC. gramm. II 167, 1 *barbarum.* MELA 2, 81 Atax ex Pyrenaeo monte degressus (PLIN. nat. 3, 32 flumen Atax e Pyrenaeo Rubrensem permeans lacum. VIB. SEQ. geogr. p. 146, 18). LVCAN. 1, 403 mitis Atax Latias gaudet non ferre carinas (VEN. FORT. carm. 6, 5, 214). PORPH. Hor. sat. 1, 10, 46 ab Atace fluvio. SIDON. epist. 9, 15, 33 Atacem tonare cum suis oloribus. carm. 5, 209 VEN. FORT. vit. Mart. 2, 78. AVIEN. ora 589 hic salsum in aequor amnis A t t a g u s ruit. *sumitur pro persona*: TIB. 1, 7, 4 forti milite victus Atax *Messallae.* *nota*: HIER. chron. a. Abr. 1935 P. Terentius V a r r o v i c o Atace (attace *F*) in provincia Narbonensi nascitur (PROSP. chron. I p. 403, 302). *adi.* **Atacīnus,** -a, -um, *subst. incola territorii quod adiacet fluvio.* MELA 2, 75 Atacinorum Decimanorumque

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

colonia. HOR. sat. 1, 10, 46 experto frustra Varrone Atacino (*i. poeta etiam satirico*). *cf.* PORPH. *ad l.* Terentius Varro Narbonensis, qui Atacinus ab Atace fluvio dictus est (*minus recte* HIER. *p. 1014, 81*). PLIN. nat. ind. auctorum 3 ex auctoribus ... M. Varrone ... Varrone Atacino (4. 5. 6). QVINT. inst. 10, 1, 87 Atacinus Varro. NON. 191, 23 Varro Atacinus. ANTH. 414 tit. P. Terentii Varronis Atacini. GRAMM. *saepe. cf. Holder, Altcelt. Sprachsch. I 251; Ihm, PW. II 1898.* *cogn. mul.* **Atacīna,** -ae. CORP. II 4627 (*Emporiis in Tarraconensi*) Corneliae Atacinae (*sic potius quam* -ne). *cf.* Atecina.

Atbaris *v.* Barium.

Atbitus, -ī *cogn. barb.* INSCR. Atti della società di archeologia ... per la provincia di Torino VII (1897) p. 60 Veca Atbiti f. *cf.* Adbitus.

Atceī *cf.* Agareni. **Ateās** *cf.* Atheās.

Atebla *cogn. vir. barb.* CORP. III 10946 (*in Pannonia sup.*) Atebla L(ucii) Attieni Rufi (centurionis) lib. *cf.* Ateula.

Atebo *in gemma Dalmatica.* CORP. III 10188, 7.

Ateboduus, -ī *cogn. vir. celt.* CORP. III 5247 (*Celeiae in Norico*) Ca⟨m⟩panus Atebodui f. vius fecit sibi et Quartae coniugi et suis. 4732 (*in Norico*) Ategnate Amuronis f. optime coniu. Ateboduus Vercombogi f. **Atebodua,** -ae *cogn. mul.* CORP. III 5386 (*cf.* 11726; *Solvae in Norico*) Tertius viv. fec. sibi et Ateboduae Qarti f. con. *cf.* Athubodua *dea.*

Atecīna, -ae *cogn. mul. celt.* CORP. III 11650 (*in Norico, saec. I inc.*) Quincto Rudsci f. et Atecínae Sínomari f. coniugi. *cf.* Atacina *et* Ataecina.

Atecingus, -ī *cogn. vir. barb.* CORP. V 5832 (*Mediolani, saec. I inc.*) P. Tutilius P. f. O⟨uf.⟩ veteranus sign⟨ifer⟩ aquilifer leg. V ... sibi ⟨et⟩ P. Atecingi f. ⟨et⟩ Demincae ⟨f.⟩ *eqs.* *Diehl.*

Atecius *nom. barbaricum, cf.* Atticius. CORP. V 4601 (*Brixiae*) T. Fannio Atecí filio Donicio, Corneliae Contesil⟨..⟩nis f. Maxumae M. Fannius T. f. parentibus. 6788 (*Eporediae*) d. m. C. Ateci ⟨V⟩aleri. VII 1336, 97 (*in patella, male lecta*) Atecii m. XIII 727 (*Burdigalae, litteris saec. I*)? *Otto.*

Ateclos fec. *in vasculo Gallico.* CORP. XIII 10010, 184 a. *cf.* b Ateclo m.

Atecnud(is) *in vasculo Gallico.* CORP. XIII 10010, 185 a. *cf.* c *et* d. *at* b Atednud. *idem certo nomen* CORP. XIII 1193 (*Avarici Biturigum*) Gracchus Ategnutis fil.

Atecottī, -ōrum *gens Britannica.* NOT. dign. or. 9, 8 Atecotti. 9, 29 *inter auxilia palatina per Illyricum.* occ. 5, 70 Atecotti iuniores (5, 51. 7, 78 *et* 5, 218 Gallicani). 5, 48 Atecotti seniores (5, 197 *et* 7, 74 Honoriani). 5, 200 Honoriani Atecotti iuniores (7, 24). AMM. 26, 4, 5 Pecti Saxonesque et Scotti et A t a c o t t i (*v. l.* attacotti atacitti) Brittannos ... vexavere. 27, 8, 5 Attacotti bellicosa hominum natio et Scotti. HIER. epist. 69, 3 Scottorum et A t t i c o t o r u m ritu. adv. Iovin. 2, 7 Atticotos gentem Britannicam. *fort. huc pertinet* CORP. III 9538 (*Salonis, iud. vel christ.*) e numero Ata⟨? *cf. Hübner, PW. II 1902.*

Atectī *v.* Atectorigiana *sub* Atectorix.

Atectius *v.* 2. Atectus.

Atectorīx *nomen principis Pictonum vel Petrucoriorum legitur in nummis Celticis (Holder, Altcelt. Sprachsch. I 254), a quo appellata videtur* **ala Atectorīgiāna.** CORP. XIII 1041 (*Mediolani Santonum, litteris bonis saec. I*) duplicario alae Atectorigianae. III 12452 (*in Moesia inferiore*) prae(fectus) eq. ale Atect. VI 33032 (*descr. Lanciani*) C. Valerius Maximus decurio alae Atectorigiarse (*sic*) exercitus Moesiae inferioris. III 6154 (*Tomis, a. 222/35*) Fl. Severianus dec. alae I Atectorum Severianae: *Mommsen* (*Hermes 22, 546 sq.*) Atector(igianae) *restituendum esse iudicat* Atector. *compendio in exemplo a fabro corrupto. cf.* Atectus, Atextus, Atiextus, Epadatextorix.

1. Atectus, -ī, *cf.* ἄτηκτος, *cogn. vir.* CORP. X 4019 (*Capuae*) L. Arrio Atecto Surrentio. *idem fort. cogn.* 8042, 77 (*in tegula Campana*) C. Mur. Iusti Atec. *ab hoc nomine diversum celticum. cf.* 2. Atectus. *Diehl.*

2. Atectus *nom. vir. celt.* CORP. III 11481 (*in Norico*) Vitali Festi f(ilio) con(iugi) et Atecto f(ilio) an(norum) XXX Aiiu Macci f(ilia). XIII 727 (*Burdigalae, litteris saec. I*)? **Atectius** *nom. gent.* INSCR. Zeitschr. des Aachener Geschichtsvereins VII p. 165 (*in tegulis Aquensibus*) tras Renum f(ecit) Atectius Iullinus m(iles) leg(ionis) X g(eminae). *cf.* Atextus, Atiextus, Atectorix. *Otto.*

Atēdius, Atēdiānus *v.* Attus.

Ateduna, -ae *cogn. mul. celt.* CORP. III 4906 (*Viruni in Norico*) Cupitus Atedunae l. 11647 (*in Norico*) Atedunae f(iliae).

Ategenta, -ae *cogn. mul. celt.* CORP. III 4735 (*in Norico*) Votticius Cupitus et Votticia Ategenta. 11763 (*Iuvavi in Norico*) Ategenta Iuvenalis f. 5643 (*ibid.; cf.* add. p. 1841) Sul. Ressatus et A t i g e n t a con. vi. f.

Ategiae *v.* Adteiae.

Ategnatus, -ī *cogn. vir. celt. cf. inscr. bilinguem Tudertinam* CORP. XI 4687, *in qua bis legitur* ateknati. CORP. III 4764 (*in Norico*) Calendinus Ategnati filius. **Ategnata,** -ae *cogn. mul.* CORP. III 5698 (*in Norico*) Ategnatae Malsonis f. *alteram iam memoravi sub* Ateboduus.

Ategniomārus, -ī *cogn. vir. celt.* CORP. XIII 7101 (*Mogontiaci*) Vinda Ategniomari f.

Ategnutis *gen. v.* Atecnud(is).

Ategua, -ae, *Straboni* Ἀτέγουα, *urbs Hispaniae.* BELL. Hisp. 6, 1. 6, 3 (antequam *cod.*). 7, 1 *et* 3. 8, 6. 22, 1 in oppido Ategua (articula *cod.*). 22, 3 ad oppidum Ateguam. 22, 7 oppidum Ategua. PLIN. nat. 3, 10 *in Baetica.* FRONTIN. strat. 3, 14, 1 urbs in Hispania. *incolae appellantur* **Ateguēnsēs,** -ium. VAL. MAX. 9, 2, 4 moenibus Ateguensium. *v. Hübner, PW. II 1902.*

Ateīa *v.* Adteiae. **Ateiēnus** *v.* Attus.

Ateinus *in patella Aquileiae reperta.* CORP. V suppl. ital. 1080, 85. *cf.* XIII 10010, 186 (*in vasculo Gallico*) Ateini.

Ateioucus, -ī *cogn. vir. barb.* (*celt.?*). CORP. XII 4006 (*periit, Nemausi*) Garkal. Ateiouci f. *cf.* Atiougius *et* Atiougo. *Diehl.*

Atēius *v.* Attus. **Atelēius** *v.* Attus.

Ateleta *v.* Atalante.

atelia, -ae *f.*, ἀτέλεια. HEGES. 1, 24, 3 *Caesar Antipatrum* honoribus affecit, ateliam (ad Italiam *cod. Cassel.*, talentum *edd., corr. Weber ex Iosepho*) quoque contulit ceteraque ut probato sibi viro gratiae suae pignora inpertivit. *Ihm.*

1. Ātella, -ae *f.* (*de forma* Att- *v. l. 50. 78. p. 1017 saepius*), *opp. Campaniae, cf. Hülsen, PW. II 1913. in nummis oscis Atellae repertis* (*Zvet. inf. 271*) A d e r l. A d e. (*i.* Atella *vel* Atellanorum). Ἀτέλλα. CIC. agr. 2, 86 Atellam *municipium.* FEST. 233 *in voce* praefectura: Capuam, Cumas, ... Atellam. SIL. 11, 14 iamque Ātella suas *adegit cohortes.* LIB. col. grom. I p. 230 Atella muro ducta colonia, deducta ab Augusto. SVET. Tib. 75 *Tiberi* corpus ut moveri a Miseno coepit, conclamantibus plerisque 'Atellam potius deferendum et in amphitheatro semiustilandum' Romam ... deportatum est. *cf. infra* ludi Atellani. TER. MAVR. 2394 frequens in usu tale metrum comicis vetustis, Atella vel quis fabulis actus dedit petulcos. EVTR. 7, 8 obiit autem *Augustus* ... in oppido Campaniae Atella (HIER. chron. a. Abr. 2029). TAB. Peut. 6, 4 Atella. RAVENN. Guido p. 482, 3 Tetella seu Atella (*cf.* RAVENN. p. 277, 12 Totella, Suscellus). CORP. X 3736 (*Atellae*) ⟨in se⟩n(atum) cop(tato) Atella⟨e⟩. *idem* Ā t e l l a e, -ārum. OBSEQ. p. 124, 14 Atellis digiti hominis quattuor *fulmine* tamquam ferro praecisi. **Ātellānus** *adi. et incolarum vocabulum.* STEPH. BYZ. ἐθνικὸν οὐκ Ἀτελλαῖος (*ut* APPIAN. Annib. 49) ... ἀλλὰ Ἀτελλανός, ὡς Πολύβιος ἐνάτῃ. CIC. ad Q. fr. 2, 12, 3 ex municipio Atellano. epist. 13, 7, 1 municipii Atellani. LIV. 22, 61, 11 hi populi: Atellani, Calatini, Hirpini, Apulorum pars. 24, 19, 2 ab Cn. Magio Atellano qui eo anno medix tuticus erat. 26, 33, 8 Vestiam Oppiam Atellanam Capuae habitantem. 26, 33, 12 omnes Campani, Atellani, Calatini, Sabatini. 26, 34, 6. 27, 3, 7. FEST. 142 Servius filius *municipes* aiebat initio fuisse, qui ea condicione cives fuissent, ut semper rempublicam separatim a populo Romano haberent, Cumanos, Acerranos, Atellanos. PAVL. FEST. 131 municipes erant, qui ex aliis civitatibus Romam venissent ..., ut fuerunt Cumani, Acerrani, Atellani. PLIN. nat. 3, 63 oppida Abellinum, Aricia, ... Acerrani, ... Anagnini, Atellani (Attellani *Leidensis Voss.*). ACTA synhod. a. 501 (Mon. Germ. ant. XII p. 435 n. 49) Felix episcopus ecclesiae Atellanae. GREG. M. epist. 9, 142 Inportunus Atellanae civitatis episcopus. ... clerum vero plebemque eiusdem ecclesiae. CORP. VI 26806 C. Statio Gemello Atellano. IX 2318 (*Allifis, in fragmento fastorum nundinas enumerantium*) Atellanis. INSCR. Ephem. epigr. VIII p. 120 n. 458 (*Suessulae, item*). CORP. X 3732 (*Atellae, imperante Constantino*) ordo populusque Atellanus. IV 2457 Methe Cominiaes Atellana amat Chrestum. III 6154 (*Tomis, a. 222—35*) cur(atori) Neap(olitanorum) et Atell(anorum). *de ludis*: VARRO Men. 198 putas eos non citius tricas Atellanas (*trad.* Tellanas) quam id extricaturos? A t e l l a n a e (Atellaniae *v. l. 78 et p. 1017*) (fabulae): *de quibus v. Marx, PW. II 1914. cf.* TAC. ann. 4, 14 Oscum quondam ludicrum, levissimae apud vulgus oblectationis, eo flagitiorum et virium venisse, ut auctoritate patrum coercendum sit. CIC. epist. 7, 1, 3 non enim te puto Graecos aut Oscos ludos desiderasse, praesertim cum Oscos vel in senatu vestro spectare possis. STRABO 5, 233. LIV. 7, 2, 12 iuventus ... ipsa inter se more antiquo ridicula intexta versibus iactitare coepit, quae exodia postea appellata consertaque fabellis potissimum Atellanis sunt. quod genus ludorum ab Oscis acceptum tenuit iuventus, nec ab histrionibus pollui passa est. VARRO ling. 7, 29 in Atellanis aliquot. 7, 85 in Atellanis. 7, 95. CIC. epist. 9, 16, 7 tu secundum Oenomaum Accii non, ut olim solebat, Atellan⟨a⟩m, sed, ut nunc fit, mimum introduxisti. LIV. 7, 2, 12 institutum manet ut actores Atellanarum ne tribu moveantur et stipendia, tamquam expertes artis ludicrae, faciant. SEN. contr. 7, 3, 9 Pomponium Atellanarum scriptorem. PETRON. 53 comoedos ... emeram, sed malui illos Atellanam (Atellam *cod.*) facere. IVV. 6, 71 Vrbicus exodio risum movet Atellanae gestibus Autonoes. SVET. Cal. 27 Atellanae (Atallaniae, Attellaniae *codd.*) poetam. Nero 39 Datus Atellanarum histrio. FRONTO p. 54, 16 N. comoedias, Atellanas, oratores veteres. 106, 5 ex Atellanis lepidas et facetas *sententias.* 211, 12 in comoediis vel Atellanis. DIOM. gramm. I 482, 28 poematis dramatici vel activi genera sunt quattuor ... apud Romanos praetextata, tabernaria, Atellana, planipes. 489, 32 tertia species est fabularum latinarum quae a civitate Oscorum Atella, in qua primum

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

coeptae, appellatae sunt Atellanae, argumentis dictisque iocularibus similes satyricis fabulis graecis. *cf.* MAR. VICTOR. gramm. VI 82, 10. PS. BASS. gramm. VI 312, 9 tabernaria, Attellana, Rhintonica, mimica. gramm. VI 274 (*cf.* VII 671) Atellana *in cod. corr. ex* Atellania. SPART. Hadr. 26, 4 *Hadrianus* in convivio tragoedias, comoedias, Attellanas... exhibuit. ARNOB. nat. 7, 34 ex comoediis, Atellanis, mimis. DON. de com. 4, 1 Latinos multa fabularum genera protulisse, ut... Attellanas (*sic codd. meliores*) a civitate Campaniae, ubi actitatae sunt p[lu]rimae. 6, 1 comoedia autem multas species habet: ... aut Atellana (Attellana *codicum meliorum pars*). 6, 5 Attellanae (*sic codd.*) salibus et iocis compositae, quae in se non habent nisi vetustatem elegantias. PS. ASCON. p. 119 B. Atellanae, togatae et huiusmodi aliae. HIER. epist. 52, 2 Atellanarum ludicra. chron. a. Abr. 1928 L. Pomponius Bononiensis Atellanarum (Att- *unus codex*) scriptor. LYD. mag. 1, 40 Ἀτελλάνη δὲ ἐστιν ἡ τῶν λεγομένων ἐξοδιαρίων. Atellanus *actor*: FEST. 217 *Naevi personatam fabulam* propter inopiam comoedorum actam novam per Atellanos, qui proprie vocantur personati, quia ius est is non cogi in scena[m] ponere personam, quod ceteris histrionibus pati necesse est. VAL. MAX. 2, 4, 4 Atellani autem ab Oscis acciti sunt. quod genus delectationis Italica severitate temperatum ideoque vacuum nota est: nam neque tribu movetur nec a militaribus stipendiis repellitur. QVINT. inst. 6, 3, 47 neque illa obscura *oratoribus convenire*, quae Atellani e (*traditur* Atellaniae *sim.*) more captant. SVET. Galba 13 Atellanis notissimum canticum exorsis. TERT. spect. 17 summa gratia eius (*theatri*) de spurcitia plurimum concinnata est, quam Atellanus gesticulatur. HIER. epist. 147, 5 facinus quod nec mimus fingere, nec scurra ludere, nec Atellanus possit effari. GLOSS. V 441, 49. 492, 11. 563, 3 Atellanus mimus theatralis. 342, 11 Attellanus mimus, histrio. 269, 5 Atellanus cantor e Campania. ⟨A⟩tella enim civitas est in Campania. 616, 5 Atellani sunt ioculatores. II 22, 40 Atellani σκηνικοί, ἀρχαιολόγοι, βιολόγοι.... Ātellānus, -ī *cogn.* SYMM. epist. 6, 29 de Atellano. *adi.* **Ātellānius**. CHAR. gramm. I 145, 23 Mummius in Atellania. MACR. sat. 1, 4, 22 illius versus Pomponiani ... qui est ex Atellania quae Maevia inscribitur. CIC. div. 2, 25 Atellanio versu. GELL. 12, 10, 7 Pomponi fabula Atellania (Atellia- *unus cod.*). 10, 24, 5 versus Pomponiani ... qui est ex Atellania (Atellia- *pars codd.*); *cf.* MACR. sat. 1, 4, 22, *ubi* Atellania. GELL. 17, 2, 8 Novius in Atellania. MACR. sat. 1, 10, 3 Mummius quoque qui post Novium et Pomponium diu iacentem artem Atellaniam suscitavit. 6, 4, 13 Pomponius in Atellania. *v. etiam p. 1016, 78 et 1017, 4.* *adi.* **Ātellānicus**. PETRON. 68 Atellanicos versus. SVET. Tib. 45 mora in Atellanico exhodio proximis ludis adsensu maximo excepta. PORPH. Hor. epist. 2, 1, 145 dicta autem Fescennina ab oppido Fescennino, unde primum processerunt; et Atellanica dicta sunt. CARM. epigr. 236 (*in agro Labicano*) can⟨ebat⟩ comica Ātellā⟨nica⟩. **Ātellāniola** *sc. fabula*. AVREL. ad Front. p. 34 N. inibi sunt et Novianae et Atellaniolae et Scipionis oratiunculae.

2. Ātella *v.* Ater.

Atellāta *regio, cf.* Atella? SCAEV. dig. 32, 35, 2 libertis, quos nominaverat, ita legavit: fundum Trebatianum, qui est in regione Atellata (utilata, atelata, atellatia, atelladia *libri praeter Florent.*), item fundum Satrianum, qui est in regione Niphana, cum taberna dari volo. *Otto.*

Atellius, Atelius, Atelliānus *v.* Attus.

Ātellus *v.* Ater.

Atemerus, -ī *cogn. vir. celt.* CORP. III 5257 (*Celeiae in Norico, periit*) Mariccae Atemeri f. *cf.* Atimeria. *Diehl.*

Atemo⟨...⟩ *nom. gent.* CORP. VI 32527 L. Atemo⟨...⟩ *miles.* *Otto.*

atena. [*fortasse cf. c.* attanus atanulus; *v. Mommsen, Ephem. epigr. 8, 254. Th.*] GLOSS. II 22, 25 εἶδος ποτηρίου ὀστράκου (ὀστρακίνου?), ᾧ οἱ πρυτάνεις ἐν ταῖς θυσίαις χρῶνται. *cf.* atalla. *Ihm.*

Atēnae, Atēnaeus *v.* Ath-.

Atenās *v.* 1. Atinas.

? **Atēnision** *cogn. mul.?* CORP. X 7302 (*Panhormi, periit*) Atηnision soror bηnη mηrηnti fηcηr.

Atenius, Atennius *v.* Attus.

Atepa *v.* Atepus.

Atepatus, -ī *cogn. vir. celt.* CORP. XII 2905 (*in agro Volcarum*) L. Pompeio L. f. Atepato Pompeia f. *num huc pertinet* CORP. XII 5686, 88 (*in vasculo*) Atepa⟨ti?

Atepiccus *cogn. mul. (?) celt.* CORP. VII 1325 (*periit*) Claudia Atepiccus.

Atepilla, -ae *cogn. mul. (?) celt.* CORP. XII 3429 (*Nemausi, saec. I; cf.* add. p. 838) *exhibet tabula haec*: C. Asuio Atepillae C. Asu⟨io⟩ Messio Atessatis fil. patri Asuia Asui fil. sibi et suis ex testamento, *quae coniungenda fortasse sic*: C. Asuio Messio, Atepillae Atessatis fil., C. Asu⟨io⟩ patri *eqs.* *in nummis celticis legitur* **Atepilos** *et* **Atpil(l)os**. *cf. Holder, Altcelt. Sprachsch. I 257 et 267.*

Atepo, -ōnis *cogn. vir. celt.* CORP. XII 1127 (*Aptae*) Fronto Ateponis f. 2795 (*in agro Volcarum*) ...⟩ Ateponis f. Vitlus. 3944 (*Nemausi*) Tertius Cintulli f. sibi et Cintullo Ateponis f. patri suo. 5085 (*Narbone*) v. Vercillus Ateponis f. INSCR. Rhen. Bramb. 858 ⟨Securio?⟩ Ateponi. CORP. III 11572 (*Viruni in Norico*) Dumiae Ateponis f. et Adnamae Anectionis f. coniugi et s. v. f. *cf.* XIII 5706 *Andematunni.*

Atepomārus, -ī, Ἀτεπόμαρος, *vox celtica* (*nummos v. apud Holder, Altcelt. Sprachsch. I 257. cf. Ihm, PW. suppl. I s. v.*). **1** *epitheton Apollinis*: CORP. XIII 1318 (*in agro Biturigum Cuborum*) num. Au⟨g.⟩ et genio Apol⟨l⟩inis Atepomari. **2** *cogn. vir.*: CORP. XII 5216 (*Narbone*) Venus⟨t⟩a Atepomari liberta. CORP. XIII 3067 (*Cenabi, saec. I inc.*) ...⟩elius Mag⟨nus? Ate⟩pomári ⟨fil. civi⟩s Senoni⟨us cu⟩r(ator) Cénab(ensium). 10010, 187 (*in vasculis Gallicis*) Atepomaro, Atepomar. fec. *sim. multa.* *nota*: CORP. III 4580 (*Vindobonae, cf.* add. p. 1045) Atpomarus Ilonis f. ann. XXV h. i. e. s. Brogimarus fatr. posui. *hinc derivatur gentil.* **Atepomārius,** -ī. CORP. XIII 2066[a] (*Luguduni*) Atepomarius Martinus.

Atepono *in stela Aquitanica.* CORP. XIII 1204.

Atepus, -ī *cogn. vir. celt.* CORP. XIII 10010, 188 (*in vasculo Gallico*) Atepus fe(cit). **Atepa,** -ae *cogn. mul.* CORP. XIII 3276 (*apud Remos*) d. m. Attilli et Atepae Augusti(i) Nocturni (*an* Augusti et Nocturni *interpretanda?*) *sc. filiorum vel potius servorum.* INSCR. Robert et Cagnat, Epigr. p. 45 *sq.* d. m. Iul. Sacer Nammiae Ate . pae t. p. *ab hoc nomine deriv. videtur* Ateporix *apud Graecos memoratus. v. Holder, Altcelt. Sprachsch. I 258.* *Diehl.*

āter, ātra, ātrum. [= *umbr.* atru adro *acc. plur. neutr.* 'atra, nigra'. *Th.*] *in carminibus saepius legitur quam in prosa oratione.* GLOSS. κελαινός, μέλας, niger, taeter, tenebrosus, fuscus; atra μελανή; atrum obscurum *sim.* VARRO rer. div. 14 apud Gell. 1, 18, 4 *et* Non. 50, 9 quod furvum atrum appellaverint. PAVL. FEST. 84. 29 est ... atrum nigrum, id est a candore remotum. SEN. epist. 31, 5 nihil atrum, nisi quod tenebras habet aut aliquid in se traxit obscuri. GELL. 2, 26, 14. NON. 242 atrum dicitur nigrum; *similia saepius in commentariis.* DIFF. ed. Beck p. 40, 107 atrum abominandi coloris est, quod dicitur funereum; nigrum est quod albo contrarium est; fuscum.... LYDVS mag. 1, 17 τὸ φαιὸν ... ἄτρον προσαγορεύεται (SVIDAS *s.* ἀτραβατικάς). *cf.* atra bilis μελαγχολία *p. 1019, 20;* Melanchlaenis atra vestis et ex ea nomen (MELA 2, 14). *nota* STAT. silv. 2, 6, 82 non saevius atros nigrasset ... lacertos. *comp.* atrior *raro legitur, ut* PLAVT. Poen. 1290 GELL. 2, 26, 14. 2, 30, 11 LACT. inst. 5, 3, 23. *sup. vitatur, coniecit contra probabilitatem Oudendorpius* APVL. met. 10, 25; *cf.* acer *p. 360, 32.* *de derivatis* Atratus, Atrius VARRO ling. 8, 18. 80. [*it. vet.* adio. *M.-L.*]

I ***proprie*** *de colore, sed subest multis locis nota terroris, abominationis, damni, perniciei (saepe de inferis).*

1 *de hominibus, animalibus, arboribus, herbis*: PLAVT. Poen. 1290 ita replebo *amicam* atritate, atrior multo ut siet, quam. TER. Ad. 849 tam excoctam reddam atque atram *psaltriam* quam carbost (*proverbialiter*). VARRO ling. 5, 102 quod ... sucus *nucis* corpus facit atrum (*cf.* PLAVT. Vidul. 36 sol est ad eam rem pictor: atrum [aerum *cod.*] *corpus* fecerit). CIC. Phil. 2, 41 (*proverbialiter*) is, qui albus aterne fuerit, ignoras (CATVLL. 93, 2 HOR. epist. 2, 2, 189 APVL. apol. 16; *cf.* PORPH., *qui etiam translatum sensum subesse suspicatus est*, Hor. sat. 1, 4, 100 malos ... homines atros ac venenatos dicere solemus. epist. 2, 2, 189 'albus et ater'. proverbialiter. hoc est bonus et malus et ... reddidit atrum ad sordidum et aerumnosum). CATVLL. 39, 12 Lanuvinus. VERG. Aen. 2, 272 *Hector* (ANTH. 1, 2, 5). 6, 127 Ditis. 7, 329 *Allecto* (OV. epist. 11, 103 Erinyes. SIL. 2, 529 Tisiphonen. STAT. Theb. 11, 75. SIL. 13, 575 Megaera). 12, 450 campoque atrum rapit agmen aperto (SERV. pulveris nube coopertum). HOR. epist. 1, 7, 6 lictoribus. OV. am. 1, 13, 33 filius *Aurorae.* MELA 3, 67 atrae gentes et quodammodo Aethiopes. LVCAN. 2, 37 *matrona.* VAL. FL. 5, 430 ater ... globus *Phaethontis ambusti.* STAT. Theb. 7, 72 Bellona. 11, 170 *Iocasta.* 11, 597 atra (*sic P; alii* alta) ... ... in strage *corporum cf. l. 76.* FLOR. 2, 17, 8 imago. GELL. 2, 26, 14 'rubidus' ... est rufus atrior. AVSON. 20, 9 Meroe. PAVL. NOL. carm. 16, 98 sectoribus. *de rebus interdum personatis*: VERG. Aen. 9, 716 Timorem. SEN. Herc. f. 694 Luctus. Oed. 1060 Pestis. VAL. FL. 2, 205 Irae. SIL. 2, 549 Planctus. *similiter hic illic* Nox, Mors, Cura *cf. p. 1021, 54.* PLAVT. Rud. 998 sunt alii *pisces* ... magni ... atque atri (HOR. ars 3 MANIL. 4, 800). TER. Phorm. 706 canis (SEN. Herc. f. 59 *et* Herc. O. 23 *de Cerbero*). CATO Char. gramm. I 102, 9 capras. VARRO rust. 3, 16, 19 fur *sive* fucus. VERG. georg. 1, 129 serpentibus (SERV. auct. noxiis, id est ad tenebras et mortem mittentibus. VERG. Aen. 4, 472 OV. met. 14, 410 SIL. 3, 191. 7, 423 IVV. 5, 91. HOR. carm. 3, 4, 17 viperis. PROP. 3, 5, 40 angue. OV. met. 4, 454. 10, 349). georg. 4, 407 tigris (SERV. id est saeva). OV. met. 5, 360 equorum (VAL. FL. 6, 522). PAVL. FEST. 124 hostiam (ARNOB. nat. 7, 19. 20. STAT. Theb. 6, 87 piacula belli). VAL. MAX. 2, 4, 5 bubus (SEN. Oed. 556. CORP. XI 1420, 21 bosque et ovis atri). SEN. Thy. 1, 10 aves. SIL. 2, 686 semesae stragis *pecorum* cumulis. 13, 429 taurus. STAT. Theb. 4, 446 armenta. IVV. 13, 51 vulturis (SER. SAMM. 1012; *fort.* GRATT. 79 aro *cod.*). SER. SAMM. 1035 strix. ARNOB. nat. 7, 19 pecudibus. AVIEN. Arat. 1312 speciem *Pristis.* MACR. sat. 3, 9, 11 ovibus. ACTA Arv. a. 224 (Corp. VI 2107) 11 verb(eces). PLAVT. Pseud. 814 olus (COLVM. 11, 3, 18. 36. 12, 7, 1). CATO agr. 8, 1 tellanas (PLIN. nat. 15, 72 *locum afferens* telianas *sec. codd.*). 31, 1 carpino (PLIN. nat. 16, 193 sappino). 115, 1 *et* 2 veratri. POMPON. atell. 128 intibos. VERG. Aen. 3, 64 cu-

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Athēnae, -ārum, Ἀθῆναι. *in codd. passim cum* t *aspiratione caret tum pro* e *scribitur* i, *veluti* CHRON. Alex. chron. I p. 129, 311 Athinae. PROB. app. gramm. IV 195, 27 *nomen generis feminini numeri semper pluralis* Athenae, -is. PRISC. gramm. II 376, 16 'Athenae Thebae' voce pluralia sunt, significatione singularia. *cf.* VARRO ling. 8, 35 trinae ... Athenae. Ps. PRISC. de acc. gramm. III 521, 23 ultima quoque si naturaliter longa fuerit, paenultimam acuet, ut Athénae, Mycénae. *ad structuram nota haec quae ab usu vulgari* (Athenis, Athenas, Athenis) *recedunt*: *ubi*: apud Athenas: APVL. met. 24 apud Athenas Atticas (MACR. sat. 5, 1, 20. 7, 1, 17). CAPITOL. Verus 6, 9. TREB. POLL. Gall. 11, 3 Gallienus apud Athenas archon erat (*cf.* SPART. Hadr. 19, 1 Athenis archon fuit). SCHOL. Iuv. 7, 204. HIER. chron. a. Abr. 1427 p. 93 γ (*respondet dictio* aput Aegyptios). AVG. civ. 18, 41 serm. 150, 2 SERV. Aen. 2, 166. 6, 14 OROS. hist. 6, 18, 13 SCHOL. Stat. Theb. 12, 497 Ach. 1, 192 MYTHOGR. 2 prooem. 1, 43. 2, 122 FVLG. serm. 5 p. 113 H. in Athenis: HIER. in Ier. 4, 20, 9 *sq. cf.* CIC. Att. 6, 9, 5 *et* LIV. 38, 33, 9 in arce Athenis, *at* VITR. 7 praef. 12 Athenis in arce (4, 8, 4). *vide etiam* VARRO rust. 1, 2, 20 Athenis in arcem non inigi. PLIN. nat. 7, 194. *quo*: PROP. 3, 21, 1 magnum iter ad doctas proficisci cogor Athenas (*sed* OV. epist. 2, 83 'doctas eat' inquit 'Athenas'). QVINT. decl. 333 p. 310, 15 R. in Athenas misit. LIB. pont. p. 186, 8 venit Constantinus Augustus de regia urbe per litoraria in Athenas. SPART. Hadr. 13, 6 ad orientem profectus per Athenas iter fecit. VVLG. act. 17, 15 usque Athenas. *unde*: SVLP. RVF. Cic. epist. 4, 12, 1 ut ab Athenis in Boeotiam irem. *ibid.* 2 ab Athenis proficisci. LIV. 35, 37, 6 ab Athenis ... Thebas ... processit. 38, 3, 7 ab Rhodo et Athenis legationibus excitis. PETRON. 38 mel Atticum ut domi nasceretur, apes ab Athenis iussit afferri. PLIN. nat. 7, 84 concurrisse MCXL stadia ab Athenis Lacedaemonem biduo Philippidem magnum erat (SOL. 1, 98). 7, 112 in illa nobili trium sapientiae procerum ab Athenis legatione. PORPH. Hor. sat. 1, 3, 90 *sq.* ab Athenis Alexandriam transtulisse. VVLG. act. 18, 1 egressus ab Athenis. LIB. pont. p. 8, 1 Aneclitus natione Grecus de Athenis. *cf.* p. 13, 1. *ad interpretationem*: COMM. Einsidl. gramm. suppl. 242, 9 dicuntur Athenae quasi athanatoe i. immortales (MYTHOGR. 2, 119 ἀθανάτη). *cf.* Athena *l. 10 sqq.* *hariolatur* HIER. nom. hebr. p. 77, 22 Athenae in tempore dissipatae. **A** GLOSS. III 510, 44 civitas Achaiae in Graecia. *nunc* Athina. IV 22, 41 a nomin⟨e⟩ Minervae dicti (*cf.* Athena *l. 7 sqq., quibus locis adicias* IVST. 2, 6, 9 RHET. p. 587, 21 HYG. fab. 164 p. 18, 19. 275 p. 151, 11 ISID. orig. 15, 1, 44). *fusius de nominis origine agit* AVG. civ. 18, 9. Athenae *et* Attice *confunduntur* SERV. Verg. ecl. 2, 24 Athenae primo Actis dictae sint (*unde* SCHOL. Stat. Theb. 12, 464 Acte). *cf.* Acte *1.* *memoratur inde ab* ENN. PLAVT. TER. (Andr. 907 Hec. 88) LVCIL. (989) *et* CATONE VARRONE *per totam latinitatem, imprimis a* CIC. VAL. MAX. PLIN. nat. *oppidum, civitas, urbs*: ENN. trag. 243 asta atque Athenas anticum, opulentum oppidum contempla. NEP. Alcib. 3, 2 in oppido ... Athenis (HYG. fab. 164 p. 18, 19). IVL. HON. rec. A 32 geogr. p. 42, 13 Athenae oppidum. NEP. Alcib. 11, 2 Athenis, splendidissima civitate. EVTR. 5, 6, 1 civitas Achaiae (*cf. l. 58*). OROS. hist. 1, 2, 58 Athenas civitatem. IVST. inst. 1, 2, 10 duarum civitatium Athenarum scilicet et Lacedaemonis. *cf.* AMPEL. 9, 10 Athenarum civitas. TAC. ann. 2, 53 vetustae urbis. FLOR. epit. 1, 40, 10 Athenas urbem. AMPEL. 15, 1 urbem ... Athenas. *cf.* MART. CAP. 8, 812 Athenarum ... urbem. *epitheta attributive apposita*: *a nominibus derivata*: Athenae Atticae (*cf. Leo, Plautin. Forsch. p. 200, 1*): PLAVT. Epid. 502 Athenis Atticis (Mil. 100 Pseud. 416 Truc. 497). Mil. 451 Athenis domus est Atticis (ac herus *codd.*). Rud. 741 Athenis natus altusque educatusque Atticis. *cf.* Epid. 602 Athenis civis eam emit Atticus. CIC. orat. 23 mirentur hunc maxime quo⟨ne⟩ Athenas quidem ipsas magis credo fuisse Atticas. *cf.* fin. 5, 4. PLIN. epist. 4, 3, 5 hominemne Romanum tam graece loqui? non medius fidius ipsas Athenas tam Atticas dixerim. APVL. flor. p. 86 Oud. Athenis Atticis (met. 1, 24 AMM. 27, 9, 6 MACR. sat. 5, 1, 20. 7, 1, 17). SIDON. epist. 4, 3, 9 arbitro me in utroque genere dicendi nec Athenae sic Atticae, nec Musae sic musicae iudicabuntur, si modo mihi vel censendi copiam desidia longior non ademit. *nota*: COLVM. 6 praef. 7 Atticis Athenis (CHIRON 947). CIRIS 22 Erectheis. OV. met. 7, 723 Palladias (AVSON. 362, 34). PS. OV. met. 15, 430 Pandioniae (SIDON. carm. 2, 282). AETNA 581 Cecropiae (ANTH. 411, 1). *cf.* Cecropius. IVV. 15, 110 nunc totus Graias nostrasque habet orbis Athenas. AVSON. 336, 71 Actaeae. *adde* SPART. Hadr. 20, 4 ipsam Karthaginem et Athenarum partem *Hadrianopolin appellavit Hadrianus.* *cf.* CORP. III 549 (*Athenis, a. 139/140?*) imp. Caesar T. Aelius Hadrianus Antoninus Aug. Pius cos. III trib. pot. II p. p. aquae ductum in novis Athenis coeptum a divo Hadriano patre suo consummavit dedicavitque. *adiectiva*: MANIL. 1, 885 antiquas (*cf. p. 1027, 67*). HOR. epist. 2, 2, 43 bonae. OV. met. 5, 652 clarae (*cf.* VAL. MAX. 5, 3 ext. 3. MELA 2, 41 clariores quam ut indicari egeant. LVCR. 6, 2 praeclaro nomine Athenae. PLIN. nat. 4, 25). PROP. 1, 6, 13 doctas (3, 21, 1 OV. epist. 2, 83 *cf.* HOR. sat. 2, 7, 13). STAT. silv. 2, 7, 28 Tritonide fertiles Athenas. MANIL. 4, 687 florentes oris Athenae. STAT. Theb. 12, 586 invictae. 12, 538 magnis. CIRIS 469 notas. FEST. 258 quadrurbem Athenas Accius appellavit, quod si ex IIII urbibus in unam domicilia contulerunt, Braurone, Eleusine, Piraeo, Sunio. CLAVD. 24, 162 sublimes. MART. 6, 64, 17 tenues. SIDON. carm. 23, 107 tetricis. LVCAN. 5, 52 famae veteres laudantur Athenae (AVSON. Mosell. 388 *cf.* LIV. 45, 27, 11). *praedicative apposita*: PLAVT. Persa 549 satin Athenae tibi sunt visae fortunatae atque opiparae? SEN. suas. 2, 5 eloquentia inclitae. ARNOB. nat. 5, 24 humanitatis artibus studiisque pollentes. *substantive apposita*: PLAVT. Stich. 649 nutrices Graeciae. CIC. de orat. 1, 13 illas omnium doctrinarum inventrices Athenas. STAT. Theb. 12, 500 tellus ... hospita. FLOR. epit. 1, 40, 8 Graeciae decus. PANEG. 11, 9 bonarum artium magistrae et inventrices. IVST. 2, 6, 6 litterae ... ac facundia et hic civilis disciplinae ordo veluti templum Athenas habent. CASSIOD. hist. 12, 15 sedem sapientium. COMM. Einsidl. gramm. suppl. 242, 8 mater sapientiae. RAVENN. Guido p. 537, 21 Athene philosophorum et oratorum quondam genitrix. *sedes graecitatis, eloquentiae, sapientiae* (*cf.* doctae *epitheton*) *veluti*: PLAVT. Men. prol. 7 atque hoc poetae faciunt in comoediis: omnis res gestas esse Athenis autumant (Truc. prol. 3), quo illud vobis graecum videatur magis; ego nusquam dicam, nisi ubi factum dicitur, atque adeo hoc argumentum graecissat, tamen non atticissat verum sicilicissitat. Most. 1072 alter hoc Athenis nemo doctior dici potest (HOR. sat. 2, 7, 13). CATO Plin. nat. 29, 14 dicam de istis Graecis suo loco, Marce fili, quid Athenis exquisitum habeam, et quod bonum sit illorum litteras inspicere non perdiscere. CIC. div. in Caec. 39 si litteras Graecas Athenis, non Lilybaei, Latinas Romae, non in Sicilia didicisses. Brut. 49 studium *dicendi* non erat commune Graeciae, sed proprium Athenarum (285 *sq.* opt. gen. orat. 3; 7. 4, 13). de orat. 3, 43 Athenis iam diu doctrina ipsorum Atheniensium interiit, domicilium tantum in illa urbe remanet studiorum, quibus vacant cives, peregrini fruuntur capti quodam modo nomine urbis et auctoritate (off. 1, 1). NEP. Att. 4, 1 sic ... Graece loquebatur, ut Athenis natus videretur. QVINT. inst. 6, 3, 107 illa est urbanitas, in qua nihil absonum, nihil agreste, nihil inconditum, nihil peregrinum ... possit deprehendi, ut non tam sit in singulis dictis quam in toto colore dicendi, qualis apud Graecos ἀττικισμός ille reddens Athenarum proprium saporem (12, 10, 19). PLIN. epist. 7, 25, 5 Athenis vivere hominem, non in villa putes (4, 3, 5). TERT. anim. 3 Athenis ... expertus linguatam civitatem, cum omnes illic sapientiae atque facundiae caupones degustasset, inde concepit praemonitorium illud edictum. 20 Athenis *nasci* sapiendi dicendique acutissimos. SPART. Sev. 3, 7 Athenas petit studiorum sacrorumque causa (*cf.* VARRO ling. 5, 97). MART. CAP. 5, 429 Athenis se diceret Graia didicisse: *similia multa apud auctores.* *unde coniunguntur inter se vel opponuntur* Athenae *et* Asia (*vide sub* Asia *p. 782, 63*), Athenae *et* Roma (*cf.* IVV. 15, 110 Graias nostrasque ... Athenas *et l. 43 sqq.*): VARRO Men. 335 et Romae quidem stat, sedet Athenis, nusquam autem cubat. CIC. rep. 3, 33 alia lex Romae, alia Athenis. Brut. 39. 258 confluxerunt ... et Athenas et in hanc urbem multi inquinate loquentes ex diversis locis. Att. 1, 9, 1. HOR. sat. 2, 7, 13 iam moechus Romae, iam mallet doctus Athenis vivere. epist. 2, 2, 41 *sqq.* QVINT. inst. 5, 9, 5. 5, 9, 7 SVET. Aug. 93. AVSON. 16, 3, 9 quas (*litteras*) aut Athenis docta coluit Graecia, aut Roma per Latium colit. Athenae *et* Lacedaemon: SEN. epist. 94, 62 *v. p. 1029, 31 sq.* QVINT. inst. 3, 7, 24 minus Lacedaemone studia litterarum quam Athenis honoris merebuntur, plus patientia ac fortitudo. PLIN. epist. 8, 24, 4. *notanda*: CIC. nat. deor. 3, 57 *Apollinem primum* custodem Athenarum. PANEG. 4, 9 Athenarum conditrix Minerva (FVLG. myth. 2, 1 MYTHOGR. 2, 39). NEP. Cim. 2, 5 arx (*cf. p. 1027, 37 sq.*). CON. 4, 5 muros ... et Piraei et Athenarum. LIV. 34, 4, 4 Corinthi et Athenarum ornamenta. FRONTIN. strat. 1, 1, 10 munitione. AMM. 28, 1, 4 theatrum. HIER. chron. a. Abr. 2148 Hadrianus cum insignes et plurimas aedes Athenis fecisset, agonem edidit bibliothecamque miri operis instruxit (PROSP. chron. I p. 388, 55 CASSIOD. chron. II p. 142, 791 BEDA chron. III p. 287, 318). ITIN. Anton. 326 Athenis. TAB. Peut. 8, 1 Athenas (RAVENN. p. 198, 7. 375, 13). CORP. III 14203[15] p. 2316[37] (*Athenis, a. 121*) qui est modo diado⟨c⟩hus Athe-

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

nis. VIII 7059 (*Cirtae, a. 138*) legato divi Hadriani Athenis Thespiis Plataeis (7060). *in proverbiis*: CIC. Att. 6,6,2 sed heus tu. πυρούς εἰς δῆμον Athenis? ad Q. fr. 2,15,4 ego te libenter, ut rogas, quibus rebus vis, adiuvabo et tibi versus, quos rogas, hoc est 'Athenas noctuam' mittam. *cf.* γλαῦκ' εἰς Ἀθήνας: epist. 6,3,4. 9,3,2. κατ' ἀποστροφήν: PLAVT. Stich. 649 salvete, Athenae. OV. met. 6,421 solae cessastis Athenae. 7,507 'ne petite auxilium, sed sumite' dixit 'Athenae'. SEN. Phaedr. 725 adeste, Athenae. 1191 audite, Athenae. STAT. Theb. 12,562 IVV. 7,205. AVSON. 336,70 tris oratorum cultus ... Actaeae quem dilexistis Athenae. CLAVD. carm. min. 15,405 proprium miseris numen statuistis Athenae. *ut hisce locis passim urbis nomen sumendum pro incolis*: *graviora tantum huc appono*: CIC. Brut. 27 non nascentibus Athenis, sed iam adultis. 44 huius (*i. Periclis*) suavitate maxime hilaratae Athenae sunt, huius ubertatem et copiam admiratae (*cf.* IVV. 10,127), eiusdem vim dicendi terroremque timuerunt. LVCR. 6,1 primae frugiparos fetus mortalibus aegris dididerunt quondam praeclaro nomine Athenae *eqs.* HOR. epist. 2,2,43 adiecere bonae paullo plus artis Athenae. OV. met. 8,262 iam lamentabile Athenae pendere desierant Thesea laude tributum (*sim. struct.* VELL. 1,2,1). Ib. 523 utque parum stabili qui carmine laesit Athenas, invisus pereas deficiente cibo. *Euboeus Parius? cf. Ellis ad l.* SEN. suas. 5,2 nunc Athenae vincimur. contr. exc. 3,8 Athenarum fides. contr. 10,5,13 opinio Athenarum. *ibid.* opinio Atheniensium. 10,5,17. VAL. MAX. 2,6,6 illud institutum Athenarum. 3,1 ext. 1 viderint Athenae utrum Alcibiadem lamententur an glorientur. 4,3,6 doctrina sua glorientur (8,12 ext. 2). 5,3 ext. 3 inmemores beneficiorum. 5,6 ext. 2 quantas tandem tibi (*i. Thrasybule*) Athenae per te libertatem consecutae gratias debebunt? 8,9 ext. 2 liberis Athenarum cervicibus. 8,11 ext. 1. 9,2 ext. 8 Athenas timori remedium a crudelitate mutuantis. SEN. dial. 9,5,3 hunc (*i. Socratem*) ... Athenae ipsae in carcere occiderunt. epist. 94,62 Lacedaemona servire iubet, Athenas tacere. PLIN. nat. 13,6 Panathenaicum suum Athenae perseveranter optinuere. 15,19 Athenae ... victores olea coronant, Graecia oleastro Olympiae. STAT. Theb. 12,586 invictae nil tale precentur Athenae. MART. 6,64,16 tibi ... tenues finxerunt pectus Athenae. FLOR. epit. 1,23,4 implorantibus Athenis auxilium. LACT. inst. 1,15,9 Athenae Minervam *coluerunt*. HIER. chron. a. Abr. 931 Peloponnenses contra Athenas dimicant (947). 1427 p. 93γ regnante aput Aegyptios Vafre, aput Athenas Faenippo. CLAVD. 17,94 in Latium spretis Academia migrat Athenis. SVLP. SEV. dial. 3,17,6 sciat Corinthus, sciant Athenae. PROSP. chron. I p. 388,55 Attici Athenae vocati (*debuit utique* Athenienses). MART. CAP. 4,328 pallium Athenarumque vestitus. *translate pro sede sapientiae*: VAL. MAX. 2,1,10 quas Athenas, quam scholam, quae alienigena studia huic domesticae disciplinae praetulerim? IVV. 15,110 nunc totus Graias nostrasque habet orbis Athenas. FRONTO frg. 2 Bähr. p. 376 et illae vestrae Athenae Dorocorthoro. **B** *alia oppida*: VARRO ling. 8,35 cum trinae fuerint Athenae, ab una dicti Athenae⟨i⟩, ab altera Athenaiis (Athenaeis *O. Müller, i.* Ἀθηναεῖς), a tertia Athenaeopolitae (*cf.* Athenopolis). *cf.* Ἀθηναῖοι *et* Ἀθηνῆται *vit. Arati p. 77 Maass.* PLIN. nat. 6,159 *in Arabia* oppidum Athenae. *cf.* Athima. HIER. chron. a. Abr. 490 Cecrops in Euboea Athenas quas et Diadas condidit, quam urbem Euboici Orchomenon appellaverunt. TAB. Peut. 10,4 Athenis *in Ponto*. RAVENN. p. 102,1 Athenas (p. 366,16). Guido p. 531,24 Athina. *deriv. latin. adi.* **Athēniēnsis**, -e, *subst. imprimis pluraliter incolae* **Athēniēnsēs**, -ium. *ad scripturam nota* BEDA chron. III p. 274,180 Athinenses, *ad declinationem solam substantivi ni fallor ablativi formam Plinianam* Atheniense: PLIN. nat. 13,130. 33,113. 35,130 ind. auctorum 10 *bis*. 13. 14. 17 *bis*. 18. PRISC. gramm. II 133,15 'Athenae Atheniensis' euphoniae causa 'i' habuit antepaenultimam, ut 'Halice Haliciensis'. *nota interpretationem quae ipsi visa est violenta*: HIER. nom. hebr. p. 67,10 Athenienses exploratores aut respondentes vel humiles sive tempore dissipati. 1 *adiective*: GLOSS. II 219,44 Ἀθηναῖος (*an subst.?*). *semper* PLAVT. *ceterum perraro pro magno substantivi exemplorum numero.* PLAVT. Mil. 440 adulescente Atheniensi. argum. 2,2 iuvenis (PORPH. Hor. sat. 2,3,254). Cas. 82 ingenua. Rud. 1197 de genere summo adulescenti ... ingenuo Atheniensi. CIC. orat. 31 hominum (de orat. 1,85). Verr. 5,5 virginum (SCHOL. Germ. Bas. p. 67,3). NEP. Dion 8,1 civis. Phoc. 4,3 clari viri. IVL. VAL. 2,4 Athenienses viri *i.* ἄνδρες Ἀθηναῖοι (2,13 MIN. FEL. 8,3 VVLG. act. 17,22. *cf.* BEDA chron. III p. 286,316 Aristidem Atheniensem virum). 2,17 sacerdotem (QVINT. decl. 323 p. 269,21 R.). AMM. 29,2,19 Areopagitas ... Athenienses iudices tristiores. PORPH. Hor. ars 402 poeta (HIER. chron. a. Abr. 1384). HIER. chron. a. Abr. 787 pueri. 2379 sofista (PROSP. chron. I p. 457,1117). vir. ill. 20 philosophus (BOETH. herm. sec. 5 p. 109,11 M. p. 111,16 *cf.* p. 112,1). NEP. Timoth. 4,4 imperatorum (*an subst.?*). LIV. 32,21,21 legatus (38,10,4. 37,6,4). SEN. contr. 10,5 them. pictor (contr. exc. 10,5). 10,5,2 dominum (10). 10,5,5 emptorem. 10,5,13 senatorem. PORPH. Hor. ars 402 duce. SCHOL. Iuv. 3,217 caelatores. CIC. epist. 1,9,18 populum Atheniensem (CORP. III 7237 *Deli, a. u. c. 674*. LIV. 31,44,6. 7. 45,38,6 VAL. MAX. 4,1 ext. 4, *at* 6,5 ext. 2 Atheniensi populo). CORP. X 7350 (*Thermis Himeraeis*) ⟨cives⟩. FRONTIN. strat. 2,9,9 Atheniensi milite *collective*. SEN. dial. 11,7,2 turba. AVG. civ. 12,14 in urbe Atheniensi. CASSIAN. conl. 17,20,6 in Atheniensi urbe. ISID. orig. 14,4,10 Atheniensis civitas. APVL. mund. 32 arcibus. PANEG. 4,7 humanitas. SERV. *et* SERV. auct. Aen. 2,166 palladium. PRISC. gramm. III 408,22 talentum Atheniense parvum minae sexaginta, magnum minae octoginta tres et unciae quattuor. ISID. orig. 9,1,5 *graecae linguae pars* secunda Attica, videlicet Atheniensis. 2 *substantive*: *incola cur* Atheniensis *potius appellatus sit quam* Athenaeus Athenaea *v. sub* Athenaeus *l. 64 sqq.* *inde a* LVSC. LANVV. com. 1 *et* VARRONE *per totam latinitatem, praecipue apud* NEP. LIV. *epitheta*: APVL. apol. 24 catos. met. 10,33 legiferos. LIV. 34,23,5 libertatis quondam duces et auctores. RVT. LVP. 1,16 simul et Atheniensis et eloquens est factus. SERV. auct. Aen. 3,281 terrigenas ... Athenienses nemo dubitat. *praeterea notanda sunt*: HIER. chron. a. Abr. 688 Ion vir fortis ex suo vocabulo Atheniensis Iones vocavit. SERV. Aen. 3,281 Troiani ... ab Atheniensibus originem ducunt; ... 'Iliacis' ergo Atheniensibus, unde Ilienses didicerunt. CIC. opt. gen. orat. 7,19 populum Atheniensium (LIV. 45,23,15 AVG. civ. 19,24 SALV. gub. 8,23). CIC. rep. 2,2 rem publicam (nat. deor. 2,74 NEP. Att. 4,3 SEN. dial. 8,4,1. 8,8,1 AVG. civ. 19,24). CIC. S. Rosc. 70 prudentissima civitas Atheniensium (LIV. 28,41,17 QVINT. inst. 5,11,38). Manil. 54 civitas (Brut. 49 NEP. Att. 4,5 LIV. 31,44,2. 41,23,1 VAL. MAX. 3,8 ext. 3. 9,2 ext. 8. 9,8 ext. 2 QVINT. decl. 268 p. 96,8 R. 323 p. 273,22 GELL. 2,1,5 IVL. VAL. 2,19 AVG. civ. 8,3. 18,9). VAL. MAX. 5,6 ext. 2 urbem (SEN. dial. 9,5,1 IVL. VAL. 2,8. 2,18 OROS. hist. 6,2,5). CIC. rep. 3,14 Atheniensium fana. NEP. Them. 6,2 muros (6,5 VELL. 1,18,1). MELA 2,47 Piraeus Atheniensium portus (VAL. MAX. 9,11,4 PLIN. nat. 2,201. 34,74 FRONTIN. strat. 1,5,7 OROS. hist. 6,2,5). PLIN. nat. 8,175 monimentis. 36,32 propylo. ind. auctorum 34 Heliodoro qui Atheniensium anathemata scripsit (35 *cf.* 33). HYG. astr. 2,13 p. 47,5 arce (p. 47,20). OROS. hist. 5,9,5 metallis. CIC. Brut. 306 Atheniensium optumatibus. epist. 16,21,5 Epicrates, princeps Atheniensium. VAL. MAX. 4,3 ext. 1 Pericles Atheniensium princeps (5,10 ext. 1 PLIN. nat. 22,44). 5,1 ext. 2 Pisistrati Atheniensium tyranni (SEN. dial. 5,11,4 HIER. chron. a. Abr. 1456). PLIN. nat. 35,69 demon Atheniensium *i. Parrhasius.* NEP. Arist. 2,3 societatem (Alcib. 4,7 HIER. chron. a. Abr. 1604). PLIN. nat. 33,113 magistratum (HIER. chron. a. Abr. 914). TAC. ann. 15,64 iudicio (*cf.* HIER. chron. a. Abr. 1240 p. 79β iudicis. FRONTIN. strat. 1,4,13ª iuris. IVST. inst. 1,2,2 ius civile). AVREL. ad Front. p. 76,4 N. contionem. IVL. VAL. 2,6 curiae. HIER. in Tit. 1,12 *sqq.* (Migne 26,572ᵇ) in Areopago quae est curia Atheniensium. chron. a. Abr. 880 Castoris de regno Atheniensium. AVG. c. Cresc. 1,15 in Areopago Atheniensium hoc est contentiosorum maxime impiorumque Graecorum. CIC. rep. 1,5 levitatis Atheniensium crudelitatisque in amplissimos civis. de orat. 3,43 doctrina. partit. orat. 34,118 institutis Atheniensium Rhodiorum doctissimorum hominum. VITR. 6 praef. 4 legem. VELL. 2,23,4 in Romanos fides. PLIN. nat. 18,72 ritu. HIER. in Tit. 1,12 *sqq.* (Migne 26,572ᵇ) *Corinthii* Attica facundia expoliti et propter locorum viciniam Atheniensium sapore conditi sunt. TERT. virg. vel. 10 cicadas Atheniensium (*cf.* ISID. orig. 19,30,4). *collective*: SEN. contr. 10,5,1 Atheniensis, redde me Philippo (*cf.* 10,5,9 Athenienses ... reddite Philippo). *translate pro finibus Atheniensium*: HIER. chron. a. Abr. 1931 Sylla Athenienses vastat. *adi. graec.* **Athēnaeus**, -a, -um, Ἀθηναῖος, *ad Athenas pertinens, subst. Athenarum incola.* 1 *adi.*: LVCR. 6,749 Athenaeis (-neis *oblongus*, -nis *quadratus*) in moenibus. AVSON. 204,7 tam generis tibi celsus apex quam gloria fandi, gloria Athenaei cognita sede loci (*i. Athenarum*). FVLG. myth. 1 p. 8 H. Atheneam civem. SEDVL. carm. pasch. 1,42 Athenaei ... pagi (op. pasch. 1,1 p. 178,1). OREST. trag. 516 sedibus. 912 culmen Athenaeum (*i. iudices Athenienses*). 2 *subst.*: VARRO ling. 8,35 *v. p. 1029,47 sqq.* CHRON. Alex. chron. I p. 114,224 Eretheus Athineis regnavit. p. 117,238 Athineorum autem tunc regnavit Cecrops. *nota*: AVG. civ. 18,9 cuius (*i. Neptuni*) ut iracundia placaretur, triplici supplicio dicit idem auctor (*i. Varro*) ab Atheniensibus affectas esse mulieres, ut ... ut ... ut ne quis eas Athenaeas vocaret *eqs.* 18,10 *Minerva* amicas suas feminas Athenaeas habere non potuit. PLIN. nat. ind. auctorum 8 Amphilocho Athenaeo (14. 15. 18). *ibid.* Aristandro (10. 14. 15. 18). *ibid.* Chaerea (15). 12 Dorotheo. 8 Euphronio (10. 11. 14. 15. 17. 18). nat. 34,52 Polycles. HOMER. 210 Menestheus. FVLG. myth. 3,6 p. 68 H. Aristofontes. SCHOL. Germ. Bas. p. 75,2 Ferecydes. **Athēnaeus**, -ī, Ἀθηναῖος, *cogn. vir.* 1 *apud scriptores graeci nonnulli, omnes fere Asiatici, nemo Atheniensis.* VARRO ling. 8,82 Athenaeus dicitur rhetor nomine, etsi non sit Atheniensis (QVINT. inst. 2,15,23. 3,1,16. 3,3,13. 3,5,5. 3,6,47). CIC. epist. 15,4,6 Metram et eum, quem tu mihi diligenter commendaras, Athenaeum, inportunitate Athenaidis exsilio multatos. LIV. 38,13,3 Eumenis et Attali frater (38,12,8. 38,40,3. 39,46,9. 42,55,7. 42,55,8. 42,56,5. 45,13,12. 45,27,6). TREB. POLL. Gall. 13,6 Cleodamum et Athenaeum Byzantios. CAEL. AVR. acut. 2,1,6 Tarsensis *medicus. idem memorari videtur* THEOD. PRISC. log. 102 gyn. 30 (*trad.* athin-). *inter Cariae episcopos* PATR. Nicaean. 1,173 Atheneos. 2,173 Atheneus. 3,172 Athaneus. 4,161 Athenaeus. *in titulis: ad ortho-*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

graphiam: CORP. VIII 12957 (*Carthagine*) Atheneus Aug. l. II 6163 (*in conventu Tarraconensi*) Atheneo *servo*. VI 12452 M. Artani A t e n e i. XI 4024 (*Capenae*) Ateneus. CORP. XIV 3391 (*Praeneste, frg. descr. Rossi et Dessau, idem titulus e codd. editus* VI 8210) ⟨Sallus⟩tiae Veneriae ⟨Q. Sallusti⟩ Eueni et ⟨Q. Sallus⟩ti A t h e n a e i l. XV 7799 β *in fistula errore inscriptum* Q(uintilius) Athenaus Aug. lib. fec. CORP. VI 6181 (*e columb.*) T. Fl. Athenaeo. 975 (*a. 136*), 1, 20 C. Valerius C. l. Athenaeus. 1119 (*a. 161*) M. Caecilio Athenaeo. 9956 L. Iuli Athenaei vasc. 14672 Antonio Athenaeo liberto. *ibid.* M. Antonio Athenione (*prioris conliberto*). 34881 T. Claudius Athenaeus fecit Claudiae Saturninae coniugi b. m. *eadem cognomina* III 13692 *Corinthi*. EPHEM. epigr. VIII (add. Corp. X) 849 (*Veliae*). XV 7799 (*in fistulis saec. II*) Q. Athenaeus Aug. lib. (X 6687). XI 5807 (*Iguvio*). VIII 11340 (*Sufetulae*) L. Caecilio L. f. Athenaeo aedilicio II virali. 11407 (*ibid.*) Vlpius Athenaeus. XII 3533 (*Nemausi*) L. Cornelio Athenaeo. **Athēnaeum**, -ī *n.*, Ἀθηναῖον. 1 *castellum Athamaniae.* LIV. 38, 1, 11 Athenaeum castellum finibus Macedoniae subiectum. 38, 2, 2. 39, 25, 17. 2 AVR. VICT. Caes. 14, 3 ludum ingenuarum artium, quod Athenaeum vocant (*instituit Hadrianus*). PORPH. Hor. epist. 2, 2, 94 significat ... aedem Musarum, in qua[m] poetae recitabant. et hoc recte; nam Graeci poetae in Athenaeo consueverant. CAPITOL. Gord. 3, 4 in Athenaeo controversias declamavit. Pert. 11, 3 *processionem* ad Athenaeum paraverat. LAMPR. Alex. Sev. 35, 2 ad Athenaeum audiendorum et Graecorum et Latinorum rhetorum vel poetarum causa frequenter processit. HIER. in Gal. 3 praef. omissaque apostolicorum simplicitate et puritate verborum quasi ad Athenaeum et ad auditoria convenitur, ut plausus circumstantium suscitentur. epist. 66, 9 quando omne Athenaeum scholasticorum vocibus consonabat. SIDON. epist. 2, 9, 4 Athenaei cuneos. 9, 14, 2 subsellia. 4, 8, 5 in foro tali sive Athenaeo. 9, 9, 13 Athenaei consors. 3 *herba, ut videtur. num appellata est ab Athenaeo medico?* ORIBAS. syn. 8, 11 *optima sunt* sorvitiones ... ptysanae sucos et Athineu quam plurime. **Athēnaīs** *vel* **Athēnaeīs** (*i.* Ἀθηναεῖς) *v. sub* Athenae *p. 1029, 47 sqq.* **Athēnaeis** *cogn. mul. v. sub* Athenais. **Athēnais**, -idis *vel* -īnis, Ἀθηναΐς, *cogn. mul.* 1 *perpaucae apud scriptores*: CIC. epist. 15, 4, 6 Athenaidis *uxoris Ariobarzanis v. sub* Athenaeus *p. 1030, 76 sqq.* COD. Iust. 6, 30, 4 (*a. 250*) imp. Decius A. Athenaidi. COD. Iust. 7, 16, 32 (*a. 294*) *impp. Diocletianus et Maximianus* AA. et CC. Athenaidi. CASSIOD. hist. 11, 17 *Theodosii uxorem* christianam Atticus fecit episcopus et in baptismate, cum prius vocaretur Athenais, Eudociae nomen imposuit.

2 *plurimae in titulis: ad prosodiam orthographiam formarum varietatem nota haec*: CORP. VI 7073 (*e columb.*) Athenaís. *ibid.* Eutychetí. 7270 (*e columb.*) Passíenae Helpidi ... Passíena Athenaís. *cf. gen. dat. abl. in* -īnis, -īni, -īne. 25583 Acciliae A t h e n a h i d i. 24329 A t e n a i s (INSCR. Roem. Mitteil. 9 p. 56 *Pompeis, graphio scriptum* XI 2028 *Perusiae.* VIII 13472 *Carthagine, christ.*). XII 978 (*inter Arelate et Tarusconem*) Celliae Atenaidi. EPHEM. epigr. VIII (add. Corp. X) 705 (*Thermis Himeraeis*) Ignatia A t h a n a i s. CORP. III 14143 (*Alexandreae ad Aegyptum*) Aurelia A t h e n o i s. VI 7231 (*e columb.*) Vettia (mulieris) l. A t h e n a e i s. 15363 Claudia Athenaeis. 24801 Popillia A. l. Athenaeis. IX 5234 (*Asculi Piceni*) Sabidiae Atheneidi. VI 23903 Sergiae L. l. A t n a e n i n i. *ad declinationem*: *gen.* Athenaidis: CARM. epigr. 1549 (*Romae, saec. I ex.*) 12 nomen huíc Probus est, huíc quidem Athenaídis. CORP. VI 34451 Antoniae M. l. Athenaidis. XV 7377 (*in fistula saec. III med.*) Aeliae Athenaidis ·h. f. IX 2877 (*Histonii*) Celeriae ⟨. . .⟩adis et Athenaidis gemellarum. X 7706 (*Caralibus*) d. m. Sutoriae Athenaidis L. Sutorius Nicephorus coniugi b. m. XI 6568 (*Sassinae*) Murciae Athenaidis. V 5389 (*Comi*) Variae Athenaidis. XII 3372 (*Nemausi*) Aeliae Athenaidis. III 7301 (*Thebis, a. p. Chr. 14*) An⟨t⟩iochus Athena⟨i⟩dis Androcles Athena⟨i⟩dis. Athenainis: CORP. VI 9219 Papíria (mulieris) l. Athenais C. Papírius Athenainis l. Anteros. *dat. saepe* Athenaidi. *propter* i *longam huc appono* CORP. VI 33223 (*e columb.*) Candidiae AthenaídiFl. Logas mater filiae piíssimae fecit. *sim.* XI 6204 (*Aesi*). *ibid.* coníugi *et* cuíus *et* potuít. Athenaini: CORP. VI 25286 Quínctiliae Athenaíni matrí. 23226 Ocratiae T. l. Athenaini. Atnaenini *cf. l. 53.* *abl.* Athenaide: CORP. VIII 13217 (*Lambaesi*) cum Veratia Athenaide (2623). Athenaine: CORP. VI 6423 (*e monumento Statiliorum*) ossa sita sunt Clement. Hilarionis fili nato Athenaíne (*eadem fortasse* 6557 Statília Athenais mater Campani). *nomen in usu erat per totam Italiam, peregrinae e titulis innotuerunt paucae, ambae Carthaginienses fuerunt christianae. paucas hic affero, quae aut propter aetatem aut ad nominandi in eadem familia usum demonstrandum commemoratione dignae videntur esse*: CARM. epigr. 210 (*Romae*) Clodia Pulc. l. Athenais: *'patronus potest ipse ille fuisse, quem Milo occidit'*. CORP. VI 21230 (= I 1061) Licinia L. l. Athenais. 4434 (*e monumento Marcellae*) Athenai⟨s⟩ Antoniae sarcin⟨atr.⟩. 4624 (*ibid.*) Obulnia Sintyche et Obulnia Athenais. *aliae e columbariis*: 5081. 5309 Aeliae Athenaidi. 5588 P. Flavio Hermer(oti) ... fecit Flavia Athenais. 5595 Heracla sibi e⟨t⟩ Athenaidi. 5770 Iulia Hermogeni l. Athenais. 7173 Thiopompus ⟨pat(er)?⟩ et Athenais mater. 33457. CORP. VI 10021 Athenais Laetia de Capitolio. 12599 d. m. s. Athenaidi Epaphroditus et Iulia Hieronis fecerunt alumnae carissimae. 18290 dís manibus Flaviae Athenaidi Apollonius ímp. Domitiani Aug. Germ. ser. pecul. et Flavia Pallas parentes. 34548 ⟨Servili?⟩ae Athenaidi P. Servilius Hermes ⟨c⟩onl. bene merenti. 35918 Ninnia M. l. Athenais. *ibid.* M. Ninnius M. l. Socrates. XIV 1047 (*Ostiae*) d. m. Veturiae Athenaidi C. Veturius Athenio filiae dulcissimae. X 1816 (*Puteolis*) d. m. M. Val. Atticus sacerdos sibi et Aquilliae Athenaidi coniugi merenti. 2116 (*ibid.*) d. m. Athenaidi Athenionis filiae. V 4636 (*Brixiae*) M. Livius Artemidor. sibi et ... Liviae Athenaidi uxori. 990 (*Aquileiae*) Fundania Athenais (*cf.* VI 18728 *male inscripta* Fundaniai Athenarusais). VIII 13471 (*Carthagine, christ.*) Athenais. II 5258 (*in conventu Emeritensi*) d. m. s. Alfidia Athenais ... Alfidií Athenodorus et Helpis fil. pientissim. XII 4139 (*inter Nemausum et Sextantionem, periit*) d. m. Zene Athenais contubernali Retilli p. p. p. XIII 1973 (*Luguduni*) d. m. et memoriae aeternae Q. Virei Laurentíni ... et Vireiae Athenaidi coniugi eius ... Vireius Athenagoras fílius eorum. *nota signum*: CORP. VI 12640 d. m. Atilia Tyche que et Athenais Iulius Athenodorus pater. **Athēnaus**, -ī *v. sub* Athenaeus. **Athēnaeopolītae**, -ārum *v. sub* Athenae *p. 1029, 47 sqq.* *cf.* Athenopolis. *adi. graec.* **Athēnaicus**, -a, -um, Ἀθηναϊκός. FVLG. aet. mund. p. 165, 3 H. Athenaica *virtus*. **Athēnio**, -ōnis, Ἀθηνίων. *nom. serv., cogn. lib. pauci apud auctores: rex fugitivorum in Sicilia*: CIC. Verr. 3, 136 in Sicilia non Athenionem, qui nullum oppidum cepit, sed Timarchidem fugitivum omnibus oppidis ... regnasse. 4, 66. 125. harusp. 26 Athenionis aut Spartaci exemplo ludos facere (CAPITOL. Maximin. 9, 6 nobilem circa se neminem passus est, prorsus ut Spartaci aut Athenionis exemplo imperabat). FLOR. 2, 7, 9 pastor. *nota translationem de P. Clodio signifero Romae tumultuantium*: CIC. Att. 2, 12, 2 de signifero Athenione. *alii*: CELS. 5, 25, 9 *medicus*. PLIN. nat. 35, 134 Maronites *pictor*, Glaucionis Corinthii discipulus, austerior colore et in austeritate iucundior (*sc. Nicia*). HEGES. 1, 32, 36 *et* 70 *Aegyptius dux.* COD. Iust. 8, 19, 1 (*a. 230*) imp. Alexander A. Athenioni. *multi in titulis*: CORP. XV 5016 (*signac. vasc. Arret.*) A t e n i o circitor. III 4784 (*Viruni, M. Aureli Antonini Pii aet.*) Octavius A t e n i o. CORP. VI 7980 (*e columb., cf.* add. p. 3439) A. Ofillius Athenio. 8199 (*ibid.*) Q. Sallustius Q. l. Athenio. 19857 Ti. Iulius Aug. et Aug. l. Athenio (*sc. Tiberii et matris eius*). 155 (*a. 69*) Lydus Athenionis. 44 (*a. 115*), 2, 6 Athenio lib. 975 (*a. 136*), 3, 18 P. Baebius P. l. Athenio. XIV 251 (*Ostiae, a. 192*), 7, 18 P. Petronius Athenio. EPHEM. epigr. VIII (add. Corp. IX) 94 (*Beneventi, a. 211*) C. Oppius Athenio. CORP. VI 9576 L. Calmeius L. l. Athenio. 9677 P. Clodius Athenio negotians salsarius qq. corporis negotiantium Malacitanorum (*cf.* II 1971 *Malacae*). 14672 *cf. sub* Athenaeus *p. 1031, 9.* 18006 Fl. Athenio Iuniae Auricome coniugi sue sanctissime. 18692 P. Fulvio Veneriano ... P. Fulvius Athenio et Flavia Veneria parentes. 22709 Q. Murcius Athenio sibi et Murciae Dorchadí l. 23050. 23655 L. Paccius Athenio et Vlpia Arethusa. 25421. 25620 dis manibus Rusticeliae Lemniadi C. Rusticelius Athenio patronus bene merenti fecit. 28298. 30983 Servilius Athenio. XIV 490 (*Ostiae*). 625 (*ibid.*). 1046 (*ibid.*) C. Veturius Athenio *bis. idem* 1047. *cf. sub* Athenais *l. 5.* X 2116 (*Puteolis*) *cf. sub* Athenais *l. 7 sq.* 4031 (*Capuae*) M. Aure⟨li⟩(o) Ath⟨e⟩nion(i) patri dulcissimo Athenio filius fecit. 4302 (*ibid.*). 6492 (*Vlubris*). XI 30 (*Ravennae*) Athenio de (triere) Danae coronarius. 5865 (*Iguvio*). 6700, 775 (*in vasc. Arret.*). XII 4384[add.] (*Narbone*) ...⟩ Athenioni Olympiano ⟨se⟩viro Augustali. *eiusdem fort. familiae* III 4869 (*Viruni*) ⟨C. M⟩estrius dom. ⟨Rom⟩a Athenio v. f. s. ⟨et At⟩iliae domo ⟨Aqui⟩leia Olympiae ⟨coni.⟩ optimae ... ⟨et C. M⟩estrio Olymp⟨iano f. a⟩n. III et Atiliano. XIII 83 (*Convenis a dextra Garumnae*). III 10111 (*in Dalmatia*). 12284 (*Athenis*) Aurelius Athenio. 13663 (*Apameae Ciboti*). **Athēnō**, Ἀθηνώ, *cogn. mul.* CORP. VI 21583 v. Gabinia A. l. Atheno. **Athēnis** *cogn. vir.* PLIN. nat. 36, 11 in Chio insula ... Archermus *scalptor*, cuius filii Bupalus et Athenis vel clarissimi in ea scient'a fuere Hipponactis poetae aetate. *cf. C. Robert, PW. II 2042.* **Athēnus**, -ī *cogn. vir.* CORP. VII 587 (*descr. Hübner*) d. m. Aur. Atheno (centurioni) curatori alae II Astur. *vix huc pertinet* CORP. III 8075, 37 (*in tegulis*) *b*: Atenus. *a*: Atenú. *haud magis* CORP. III 3550 (*Aquinci, periit*) Iuli Atheni liberto et heredi Iuli Crescentis. *interpretare*: Iuli(o) Atheni(oni) *potius quam* Atheni(o). **Athēnois** *v. sub* Athenais *p. 1031, 50.* **Athēnius**, -ī, Ἀθήνιος, *signorum modo fictum, aetatis recentioris.* COD. Iust. 7, 56, 2 (*a. 239*) imp. Gordianus A. Athenio. *plures apud script. christ.*: OPTATVS 2, 18 Athenio praeside praesente. HIL. op. hist. frg. 8, 5 *episcopus*. SIDON. epist. 1, 11, 10 Athenius, homo litium temporumque varietatibus exercitatus (1, 11, 12 *bis*). VICT. VIT. not. Byz. 47 Athenius Circinitanus. CONC. Turon. a. 461 (Mansi VII 947[b]) episcopus Redonicae civitatis. CONC. Venet. a. 465 (Mansi VII 955[e]) episcopus. *adi.* **Athēnicus** *v.* authenticus. **Athēnagorās**, -ae, Ἀθηναγόρας, *nom. graec., cogn. vir.* *Graeci varii apud auctores*: VARRO rust. 1, 1, 9 *de re rustica scripsit* (COLVM. 1, 1, 10). CIC. Flacc. 17 Cymaeus. LIV. 31, 27, 6 regius praefectus (*sc. Philippi Macedonis*). 31, 35, 1. 31, 36, 2. 31, 40, 8 Athenagoran. 31, 43, 1. 32, 5, 9. 32, 5, 11 (-am). 33, 7, 11 (-am). *ab hoc diversus* LIV. 44, 32, 6, *qui Thessalonicae praeerat.* CVRT. 4, 5, 15 *Darei praefectus* (4, 5, 18). HIST. Apoll. 33 (p. 66, 9) Athena-

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

gora ... princeps eiusdem civitatis (*sc. Mytilenae*), *at* 46 (p. 83, 6) Athenagoras. *cf.* 50 (p. 110, 5) Athenagoram. *idem nom. ibid. saepe legitur.* *nom. serv. et cogn.*: MART. 8, 41 'tristis Athenagoras non misit munera nobis'; ... an sit Athenagoras tristis, Faustine, videbo: me certe tristem fecit Athenagoras. MART. 9, 95 Alphius ante fuit, coepit nunc Olphius esse, uxorem postquam duxit Athenagoras. 9, 95ᵇ 'Nomen Athenagorae', quaeris, Callistrate, 'verum?' si scio, dispeream, qui sit Athenagoras. Sed puta me verum, Callistrate, dicere nomen: non ego, sed vester peccat Athenagoras. PAPIN. dig. 22, 1, 6 Flavii Athenagorae (*Severi aet.*). *in titulis*: CORP. VI 19856 Sex. Iulio Athenagorae. 27799 M. Lollio Athenagorae. 33868 d. m. T. Oclati Athenagorae Nicomedensis iuris studiosi. XIII 1973 *cf.* Athenais *p. 1032, 14.* collyrium **Athēnippium** *ab Athenippo quodam appellatum videtur*: SCRIB. LARG. 26 *et* 27 *traditur* athenippum (-o). MARC. med. 8, 6 qui ... Athenippio curati sunt (= SCRIB. LARG. 27). **Athēnobius,** -ī, Ἀθηνόβιος, *cogn. vir.* CORP. VI 10520 C. Acilius Athenobius. VVLG. I Macc. 15, 32 amicus regis (*Antiochi*). 15, 28. 15, 35. **Athēnoclēs,** Ἀθηνοκλῆς, *cogn. vir.* COD. Iust. 8, 44, 27 (*a. 294*). **Athēnoclīa,** -ae, Ἀθηνόκλεια, *cogn. mul.* CORP. VI 34549 ⟨. . .⟩via Athenoclia ⟨. . .⟩. **Athēnodōrus,** -ī, Ἀθηνόδωρος, *nom. graec. et cogn.* *Graeci multi, praeclari philosophi Stoici Tarsenses* (CIC. Att. 16, 11, 4 Calvum. 16, 14, 4. epist. 3, 7, 5 Sandonis filius. HIER. chron. a. Abr. 2024. *alter* SEN. dial. 9, 3, 1. 9, 4, 1. 9, 7, 2 epist. 10, 5 SVET. Claud. 4), *rhetores* (QVINT. inst. 2, 17, 15 Rhodius. EXPLAN. in Don. gramm. IV 529, 4 duas esse prosodias putavit, unam inferiorem, alteram superiorem. 530, 15 *peripateticum* summi acuminis virum), *artifices* (VITR. 9, 6, 2 *cf.* Achinapolus. PLIN. nat. 34, 50. 34, 86. 36, 37). *alii*: CVRT. 9, 7, 3 *transfuga Macedonum* (9, 7, 5). PLIN. epist. 7, 27, 7 philosophus. RVFIN. rec. 10, 55. 59. 63. 64. MARC. COM. chron. II p. 95, 497 Isaurorum primus (VICT. TONN. chron. II p. 192, 495). *episcopi vel presbyteri christiani*: HIL. op. hist. frg. 2, 15 PATR. Nicaen. 1, 143 Dorileu (2, 139. 3, 139. 4, 131 Athinodorus). HIER. vir. ill. 65 *Neocaesareae episcopi frater* (BEDA chron. III p. 290, 365). CASSIOD. hist. 5, 3 *episcopus ex Aegypto atque Libya.* *satis multi in titulis*: *propter prosodiam et orthographiam nota haec*: CORP. VI 11828 Anniae Veneriae Annius Athenódórus uxori b. m. IX 5478 (*Falerione*) M. Paccius Athenódorus. CORP. XV 2716 (*in collari amphorae*) Ahenedor (-he- = HE). *cf.* VIII 22637, 20 (*in amphora*) Athenedor (-the- = THE). II 2284 (*Cordubae*) C. Iulius C. l. Sex. l. Athenidorus. III 9178 (*Salonis*) Pomp. Afenodorus. EPHEM. epigr. VIII (add. Corp. X) 385 (*Baiis*) Iulius Atenororus miles. CORP. VI 282 A. A. Marcií Athenodor(i) líb(erti) Hilarus et Bello. 3099 M. Antonio Athenodoro *militi classiario.* 3497 Iul. Athenodorus a militiis se bibo fecit sibi et ... Iul. Athenodoro filio. 8470 Carpus Aug. lib. Pallantianus adiutor Claudi Athenodori praef. annonae. *ibid.* Ti. Claudio Romano vernae. *cf.* EPHEM. epigr. VIII 396 (*Puteolis*) Ti. Claudius Athenodori libertus Hyginus. CORP. VI 8898 Ti. Claudio Athenodoro Aug. l. medico. 10005 *cf. l. 51 sq.* 10161 ⟨A⟩thenodorus xysti⟨c⟩us Paridi thymelico bene merenti fecit. 12640 *cf. sub* Athenais *signo.* 18832. 19858 L. Iulius Athenodorus L. Iulio Heraclae f(i)lio karissimo. 34550. 35536 d. m. C. Iuli Athenodori qui fecit se vibo sibi et Iuliae Felicissimae coniugi dulcissimae: *ad huius tituli exemplum velim suppleas* 10005. CORP. IV 2017 Ἀθηνόδωρος. XIV 476 (*Ostiae*) Athenodorus Macedon⟨is⟩ f. Doritanus. X 347 (*Atinae*). 3373 (*Miseni*). VIII 14589 (*Simitthi, a. 199*) proc. II 4360 (*Tarracone*). 5258 *cf. sub* Athenais *p. 1032, 11.* XII 1191 (*Carpentorate*). XIII 7084 (*Mogontiaci*) dís manibus Gai(i) nat. Rhodi(i) Athenodorus pater fecit. III 1224 (*Apuli*). 3583 (*Aquinci*). **Athēnodōra,** -ae, Ἀθηνοδώρα, *cogn. mul.* COD. Iust. 7, 14, 10 (*a. 294*) *impp. Domitianus et Maximianus* AA. et CC. Athenodorae. CORP. X 3740 (*Atellae*). III 14751 (*Salonis*) ⟨Au⟩relia Athenodora. *christianae*: CORP. VI 12607/8 Atinodore que vixit annos septe. V 1712 (*Aquileiae*) Athenodore *dat.* *adi.* **Athēnodōrius,** -a, -um, *ad Athenodorum (ut videtur artificem quendam) pertinens.* NOT. curios. p. 16, 8 Isidem Athenodoriam (REG. urb. p. 17, 10). **Athēnodotus,** -ī, Ἀθηνόδοτος, *Musonii discipulus.* FRONTO p. 73 *et* 115 N. **athēnogerōn,** -ontis, *ab* Ἀθήνη *et* γέρων. HIER. adv. Ruf. 3, 6 athenogeronta meum scutica et plagis litteras docere contendo. **Athēnonīcē,** -ēs, Ἀθηνονίκη, *nom. trieris, cf.* Archinice. CORP. X 3602 (*Miseni*) man(ipulari) III Athenonice (3623. 3662. *ibid.* Atenonice). 3408 (*ibid.*) militi ex III Athenoní(ce). 3403 d. m. C. Petici Heracli n. Aeg. arm. (custodis) III Athen. **Athēnopolis,** -is, *opp. Galliae Narbonensis, de quo cf. Hirschfeld, Corp. XII p. 55; Ihm, PW. II 2049.* MELA 2, 77 Athenopolim. PLIN. nat. 3, 35 in ora ... Athenopolis Massiliensium. *cf. supra* Athenaeopolitae.

Athēnae, Athēnaeus, Athēnaeis, Athēnais *sim., porro* **Athēnagorās, Athēnippius, Athēnobius** *ceteraque composita, denique* **Athēnio, Athēnius, Athēnō, Athēnus, Athēnis** *v. sub* Athena. *Diehl.*

Athenasius *v.* Athanasius. **Athenius** *v.* Attus.

atheos, (-us), -ī, ἄθεος. GLOSS. Plac. V 42, 18 = 101, 26 theos deus est, atheus qui caret deo (*cf.* IV 22, 43 atheus ars moralis, *leg.* ethica). MIN. FEL. 8, 2 cui (*Diagorae*) atheon cognomen adposuit antiquitas (*ex* CIC. nat. deor. 1, 63 Diagoras, ἄθεος qui dictus est. *cf.* LACT. de ira 9, 7 extitit Melius quidam Diagoras, qui nullum esse omnino deum diceret, ob eamque sententiam nominatus est atheus). ARNOB. nat. 1, 29 ergone impiae religionis sumus apud vos rei et ... infausti et athei nuncupamur. 5, 30 atheum inreligiosum sacrilegum. LACT. epist. 63 (68), 2 per versus aliquis, qualis fuit atheus ille Theodorus.

Ather *v.* Athar.

athera, -ae *f.*, ἀθήρα. PLIN. nat. 22, 121 *arinca* decocta fit medicamentum, quod Aegyptii atheram vocant, infantibus utilissimum (1 ind. 22, 57). HIER. quaest. hebr. in gen. 45, 21 p. 369 Vall. porro θήραν 'venationem' magis potest sonare quam 'fruges'; tametsi moris sit Aegyptiorum θήραν etiam 'far' vocare, quod nunc corrupte 'atheran' nuncupant. DIOSC. 2, 74 de atera. athera polline est zie (ἀθήρα δὲ ἐκ τῆς ἀληλεσμένης εἰς λεπτὸν ζειᾶς σκευάζεται). CASSIAN. conl. 15, 10, 1 dum advenientibus viris sanctis pulmentum lenticulae, quod illi atheran nominant, praepararet, manus eius ... in clibano flamma supervolitante conbusta est.

atherapeutus, -a, -um, ἀθεράπευτος. CHIRON 249 quascunque valitudines aterapeutae sunt et (aterapentescet *cod.*) cronia, cura sua curari oportet. *cf.* 32 multas ... causas aestimo per compendium etiam nunc ad terrapentas (aterapeutas?) potius se sanare. *Ihm.*

Atherbal *v.* Adherbal. **Atheriānus** *v.* Haterius, -anus.

Athernei, -ōrum *gens Scythica.* PLIN. nat. 6, 22 Scythas Auchetas Atherneos Asampatas. *Diehl.*

atheroma, -atis *n.*, ἀθέρωμα. GLOSS. III 597, 23 aderoma apostema, quae habet in se grossam et albam et nimis saniosam putredinem (*cf.* 599, 30). CELS. 7, 6 γάγγλια μελικηρίδας ἀθερώματα nominant *tubercula capitis.* CELS. 7, 6 atheromati subest quasi tenuis pulticula. CHIRON 98 sunt autem oncomata genera sex: steatoma, atheroma, meliceris *eqs.* 99 atheroma est tuberum, in quo invenitur farinosa glacies. VEG. mulom. 3, 30, 1 atheroma est tuber, in quo farinosa congeries invenitur. SORAN. 2, 33 (93) solent ... et melicerides et atheromata et steatomata in ipsis partibus (*sc. matrice*) nasci et quasi praedictas clusuras facere. *v. etiam* ador *I 812, 25.* *Ihm.*

Athersatha, אַתִּרְשָׁתָא, Ἀθερσαθά (Ἀθερσαθὰ *A*), *vox persica, munus significans, quo Nehemias et Zorobabel fungebantur.* VVLG. I Esdr. 2, 63 II Esdr. 7, 65. 70. 8, 9. 10, 1. *Plenkers.*

Athesis *v.* Atesis.

Athictus, -ī, Ἄθικτος, *cogn. vir.* *nota orthographica haec*: CORP. IV suppl. CVI 5 D. Caprasí Atictí. XXVI (*a. 56*) 21 N. Verati Atícti. CORP. II 2127 (*in Baetica*) P. Manl. Atictus v. s. 1578 (*ibid.*) Atictus Masc(ellio?) *an* Masc(ulo?) filio. VI 14946 Ti. Claudius Athitcus. 16621 Γαΐ Κουριατι Ἀθικτι φηκες Συρος. CORP. VI 5218 (*in columb.*) . . .⟩ l. Athicti Dolabel. 5219 (*ibid.*) ossa Athicti Tariani. 32519ᵇ (*a. 142*). CORP. VI 2466 ⟨L.⟩ Ennius Athictus. 33727 (ad 8474) dís man. Athicti Aug. l. a libellis fisci frum. 9331. 9332 Athicto L. Vitellí disp. 9425 Athictus L. n. a frumento. 17154 P. Vesclario P. ⟨lib.⟩ Athicto. 18008 T. Flavius Athictus Aug. lib. 21105 A. Larc⟨io⟩ Athicto. 23951. 28562 M. Vergilius Athictus (*cf.* v. 17). 32911. 35537 Ti. Iuli Athicti Iulia Verecunda patrono b. m. XIV 2468 (*Castrimoenii*) L. Cornelius Athictus. X 693 (*Surrenti*) vernae Cesaris. 1403 a 3, 3 (*Herculanei*) C. Noleius C. l. Athictus. 2679 (*Puteolis*). 7711 (*Caralibus*) Q. Valerius Athictus. XI 1453 (*Pisis*) P. Albius Athictus. 3801 (*Veiis, ca. a. p. Chr. 26*) Cn. Caesius Athictus adlect. inter c(entum)vir(os). *cf.* 3807—3811. V 963 (*Aquileiae*) P. Accius P. lib. Athictus (sex)vir. 3000 (*Patavii*) Q. Octavio Athicto. VIII 9323 (*Caesareae*) M. Allecinus Athictus. II 2448 D. Salvius Athictus. 4975, 9 (*in signaculo*) Athi(ctus) M(anlii) *an* M(asculi)? III 1993 (*Salonis*).

Athicta, -ae *cogn. serv. mul.* CORP. X 217 (*Grumenti*) Aticta.

Athima *opp. Arabiae.* RAVENN. p. 56, 3. *estne* Athrida *an* Athenae?

Athir *v.* Athyr.

1. Athis, *acc.* -in. *Phinei socius.* OV. met. 5, 47 erat Indus Athis, quem flumine Gange edita Limnaeë vitreis peperisse sub undis creditur, egregius forma. 5, 63 Athin (72). *cf.* Athys.

2. Athis *vicus Syriae v.* Attas.

athisca *v.* thisca. **Athisia** *v.* Atisia.

Athlamos *nom. vir.* HIER. chron. a. Abr. 2263 Athlamos natali Romanae urbis cucurrit.

Athlās *et derivata v. sub* Atlas.

Athlefi *statio Aegypti.* ITIN. Anton. Plac. rec. A 45 descendentes per Aegyptum venimus in civitatem Athlefi. *Diehl.*

āthlēta, -ae *m.*, ἀθλητής (GLOSS. II 219, 47 III 240, 23. 172, 65) luctator GLOSS. IV 5, 42. 22, 23 adnot. IV 474, 34. *interdum per* d *in codicibus scribitur.* CORP. VI 2, 10154 (*c. a. 370*) acletarum. GLOSS. IV 5, 42 acleta (acleta *a*). CARM. epigr. 583, 1 ac⟨le⟩te *supplevit Bücheler, sed ubique latine declinatur, cf.* GRAMM. suppl. 95, 10. *de* anthleta *v. Zimmer, Nachr. d. Gött. Ges. d. Wiss. ph.-hist. Kl. 1895 p. 159, addas* SEN. contr. 1, 3, 11. GRAMM. suppl. 95, 10 anathleta. *commune est* CHAR. gramm. I 108, 6. *syllaba prima longa ut par est* HOR. epist. 2, 1, 95 IVV. 6, 356, *brevis* VEN. FORT. vit. Mart. 1, 144. 4, 377.

1 *proprie de Graecis, quos primum a. 586/168 Romae certasse narrat* LIV. 39, 22, 2. VARRO Men. 162 ad Herculis athla athletae

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

facti erant. CIC. Cato 27 athletas ... se exercentes in curriculo (*cf.* Tusc. 2, 40. 56 VITR. 5, 11, 4 *bis*. 6, 7, 5 SCAEV. dig. 22, 2, 5 pr. HIER. epist. 78, 18. ISID. orig. 15, 2, 40. *cf.* PLIN. nat. 34, 82 *et p. 1036, 15*). CIC. off. 1, 144 in athletarum probatione (*cf.* HIER. in Zach. 12, 4 p. 896 Vall. COD. Iust. 10, 54 [53], 1). NEP. Chabr. 1, 3 ut postea athletae ceterique artifices iis statibus ⟨in⟩ statuis ponendis uterentur, quibus victoriam essent adepti. HOR. epist. 2, 1, 95 nunc athletarum studiis, nunc arsit equorum *Graecia*. LIV. 45, 32, 9 multitudo et athletarum et ... equorum. 39, 22, 2 athletarum quoque certamen tum primo Romanis spectaculo fuit (VELL. 2, 123, 1 VAL. MAX. 2, 4, 7. COLVM. 3, 20, 3 eatenus velut athletarum quodam contenti simus tetradio). VITR. 5, 11, 4 athletas certantes (SVET. Iul. 39) spectare (SVET. Nero 40). FEST. 257 Livius quoque ipsos athletas sic (*quinquertiones*) nominat. MON. Ancyr. 4, 33 ⟨at⟩hletarum undique accitorum, spec⟨ta⟩c⟨ulum (SVET. Aug. 44 Nero 12). VAL. MAX. 1, 8, 4 Echecles, Samius athleta mutus (GELL. 5, 9, 5). 9, 12 ext. 10 (PLIN. nat. 7, 83). SEN. dial. 10, 12, 2 qui athletas nobilissimos (*Koch*, novissimos *A*, *cf.* FIRM. math. 7 p. 113ʳ col. 2. p. 107ʳ col. 2. p. 110ʳ col. 1) pascit. PLIN. nat. 23, 121. 11, 283 athletas ambulatione malunt cibos perficere. 28, 58 athletae tamen torpentes restituuntur venere. 37, 142 invictam athletis esse *achaten*. 34, 87 Chalcosthenes et comoedos et athletas *fecit i. athletarum signa, item* 34, 91. 35, 63. 106. *sim.* 34, 88 Micon athletis spectatur. 35, 5 palaestras athletarum imaginibus ... exornant. QVINT. inst. 5, 12, 21 athletarum corpora decora vere existimaverunt *artifices*. 8, 3, 10 pulcher adspectu sit athleta, ... item certamini paratior. IVV. 6, 356 levibus athletis et vasa novissima donat. PLIN. epist. 10, 118, 1 athletae ... ea ... deberi sibi putant. TRAIAN. Plin. epist. 119 pro desiderio athletarum (*gen. subi.*). SVET. Aug. 45 athletis et conservavit privilegia et ampliavit. Nero 53 descensurum eum ad Olympia inter athletas; nam et luctabatur assidue. VLP. dig. 4, 2, 23, 2 custodiendo athletam et a certaminibus prohibendo. 3, 2, 4 pr. (*ex Sabino et Cassio*) athletas ... artem ludicram non facere. MODESTIN. dig. 27, 1, 6, 13 (*ex Vlpiano*) athletae habent a tutela excusationem, sed qui sacris certaminibus coronati sunt. COD. Iust. 8, 16 (17), 5 (*a. 233*) praemiorum, quae pro coronis athletis pensitanda sunt. 10, 54 (53), 1 de athletis. athletis ... tribui solet vacatio. CORP. VI 2, 10154, 8 locatione statuae in acletarum curia. TERT. spect. 25 cum athletae agent. GARG. MART. med. 28 athletarum cibum. EXP. tot. mundi 32 (geogr. p. 111) Ascalon *habet* athletas luctatores. *cum contemptu*: SPART. Pesc. 1, 5 suffragio maxime athletae, qui Commodum strangulavit, ut omnia tunc fiebant (LAMPR. Comm. 17, 2). FIRM. math. 3, 4, 6 milites facit vel athletas Mars. 4, 10, 3. 4, 13, 11. 4, 14, 11. 4, 11, 4 milites faciet et athletas gloriosos interdum. 4, 12, 10. 3, 14, 3. 5 p. 78ʳ col. 1 ed. princ. 3, 11, 6 Mercurius cum Marte ... athletas invictos in omnibus certaminibus reddunt. 3, 11, 18 athletas publicis certaminibus destinatos. 4, 11, 5 erunt ... amatores navium et athletarum. 4, 13, 1 erunt ... athletarum principes et magistri. 6 p. 99ᵛ col. 2. 7 p. 109ᵛ col. 1 erit athletarum magister vel auctor. 7 p. 107 pro 108ᵛ col. 1 erit praepositus athletarum. *ibid.* col. 2 erunt athletarum exercitatores. 6 p. 99ᵛ col. 2 athletae nascuntur, in omni certaminum conflictatione victores. *ibid.* (de athletis) *iterum*. 7 p. 107ʳ col. 2 erit athleta. 7 p. 112ʳ col. 1. 7 p. 111ᵛ col. 2 erit athleta ⟨h⟩oplomachus. 7 p. 112ᵛ col. 1 virtutis magnae. SCHOL. Veron. Verg. Aen. 5, 467 secundum illam consuetudinem athletarum. SERV. Aen. 6, 14 Androgeus, cum esset athleta fortissimus. AMBR. in psalm. 36 § 52 sunt athletae, qui vocantur pueri ephebi viri, hoc est παῖδες ἔφηβοι πύκται. CAEL. AVR. chron. 2, 12, 141 athletis et laborantibus hominibus facilia vulnera fieri. 3, 8, 149 athletarum regulam adhibendam probat. NOT. Tir. 107, 86. 87. *pro athletarum* ***spectaculo***: PLIN. nat. 36, 120 athletas edidit. SVET. Iul. 39 edidit spectacula varii generis, munus gladiatorium, ... item ... athletas. Aug. 43. *cf.* CORP. XII 670 (*Flaviorum aetate*) ⟨ludi⟩ athletar(um) aut circen⟨ses ... ederen⟩tur. X 1074, 11 (*a. 751/2*) athletas par(ia) XXX. IV 1177 venatio athletae sparsiones erunt. 1181.

saepe in ***comparationem*** *vocantur*: *cum contemptu* (*cf. l. 40*) *propter vilitatem*: VARRO Men. 519 magis delectatus Stoicorum pancratio quam athletarum. CIC. epist. 7, 1, 3 quid ego te athletas putem desiderare, qui gladiatores contempseris. *exempla roboris*: CIC. Tusc. 2, 40 subduc cibum unum diem athletae, Iovem Olympium, eum ipsum, cui se exercebit, inplorabit, ferre non posse ⟨se⟩ clamabit (*opp.* anicula). *corrupte* SEN. contr. 1, 3, 11 haec male mihi facit ille, qui aut athleta aut pthuicus (φθοϊκός) est. PLIN. nat. 18, 63 athletarum [cum] decreto, quorum capacitas iumentis similis ... ordinem fecerat *tritici generum*. HIER. epist. 50, 4 habet latera et athletarum robur. *exempla strenuae exercitationis*: CIC. Tusc. 2, 56 *ita fortis ac sapiens ad firmitatem se intendens ingemescit* ut in stadio cursores exclamant .... faciunt idem, cum exercentur, athletae. SEN. contr. 9 praef. 4 athletae (athenas *codd.*) binos simul ac ternos fatigent, ut facilius singulis resistant (*opp. inutiles scholasticae declamationes*). SEN. dial. 1, 2, 3 athletas videmus, quibus virium cura est, cum fortissimis quibusque confligere .... idem viris bonis esse faciendum, ut dura ac difficilia non reformident. 9, 3, 1 ut ... athletis ... longe utilissimum est lacertos suos roburque ... nutrire, ita vobis animum ad rerum civilium certamen parantibus in opere esse non longe pulcherrimum est? *iocanter* epist. 57, 1 totum athletarum fatum (factum *p*) mihi illo die perpetiendum fuit: a ceromate nos haphe excepit; *dicit lutum et pulverem*. QVINT. inst. 10, 1, 4 nos, non quomodo sit instituendus orator, hoc loco dicimus ..., sed athleta, qui omnes iam perdidicerit a praeceptore numeros, quo genere exercitationis ad certamina praeparandus sit. 11, 2, 42 difficiliora enim debent esse, quae exercent ..., ut athletae ponderibus plumbeis adsuefaciunt manus, quibus vacuis et nudis in certamine utendum est. RVF. bell. Iud. 4, 7 milites velut athletas ante certamina oportere curari. *cf.* VEG. mil. 2, 24. *exempla exercitationis inutilis*: *militibus oppositi* NEP. Epam. 2, 4 illam (*magnitudinem virium*) ... ad athletarum usum, hanc (*velocitatem*) ad belli existimabat utilitatem pertinere. QVINT. inst. 10, 1, 33 non athletarum toris, sed militum lacertis ⟨opus⟩ esse. GALLICAN. Avid. Cass. 6, 4 miserum esse, cum exercerentur athletae venatores et gladiatores, non exerceri milites. VITR. 9 praef. 1 athletae sua corpora exercitationibus efficiunt fortiora, scriptores non solum suos sensus, sed etiam omnium. *nimiae*: CELS. 1. 2 p. 15, 7 ac ne his quidem (*exercitationibus*) athletarum exemplo vel certa esse lex vel inmodicus labor debet. QVINT. inst. 12, 10, 40 *eloquentiam non esse naturalem* sicut athletarum corpora ... non ... esse naturalia. *exempla exercitationis interruptae*: QVINT. inst. 10, 5, 15 ne carmine quidem ludere contrarium fuerit, sicut athletae ... otio et iucundioribus epulis reficiuntur. *exempla certationis et diligentis et constantis*: CIC. orat. 228 ut enim athletas nec multo secus gladiatores videmus nihil nec vitando facere caute nec petendo vehementer ... sic orator nec plagam gravem facit, nisi petitio fuit apta. SEN. dial. 4, 14, 2 nec est difficile vincere animum, cum athletae quoque ... ictus doloresque patiantur. epist. 78, 16. 13, 2 non potest athleta magnos spiritus ad certamen adferre, qui nunquam suggillatus est .... ergo ut similitudinem istam prosequar, saepe iam fortuna supra te fuit nec tamen tradidisti te, sed subsiluisti et acrior constitisti. GELL. 13, 28, 3 (*Posidonii verba reddens*) ad ea (*negotia periculaque*) cavenda atque declinanda perinde esse oportet animo prompto semper atque intento, ut sunt athletarum, qui pancratiastae vocantur. AMBR. in psalm. 36 § 17 athletas cum vicerint certum est coronari, non ante quam vincant. nobis lucta cum saeculo est. Iac. 1, 8, 36 quasi athleta fortis, qui repercutiat verberantem, si non caedis, certe sermonis flagellum obit. Theod. 23 quasi bonus athleta quaesivit certamina, ut coronam inveniret. AMBR. in psalm. 36, 51 'cum ceciderit' bonus athleta, 'non turbabitur' (*cf.* psalm. 36, 24). *ibid. antea in longiore comparatione* athleta, qui luctandi peritiam habet. *item* Hel. 21, 77. 78. 79 HIER. hom. Orig. in Ierem. p. 778 Vall. hom. Orig. in Luc. 31 p. 340 Vall. sequebatur quasi athleta ad temtationem sponte proficiscens *Christus diabolum*. epist. 14, 10 nemo athleta sine sudore coronatur. 100, 16 ut in praesenti saeculo quasi athleta fortissimus inlatas sustineat plagas et futuram pro his gloriam praestoletur. PAVL. NOL. epist. 24, 7 non enim athleta tum vincit, cum exuitur, qui ideo nudatur, ut incipiat dimicare, cum legitime certaverit, coronandus. AVG. serm. 343, 10 non sic te Deus exspectat certantem, ut agonista exspectat athletam. VEN. FORT. Mart. 4, 377 fortis athletae animos casus non obruit unus. *exempla gloriae, honoris*: VITR. 7 praef. 4 quemadmodum athletarum, sic communium scriptorum victoribus praemia et honores constituit *Ptolemaeus*. 9 praef. 1 nobilibus athletis ... Graecorum maiores ita magnos honores constituerunt. 9 praef. 15 athletarum autem nobilitates brevi spatio cum suis corporibus senescunt, *opp.* scriptores. AMBR. exam. 6, 1, 2 non ... nos athletarum modo marcentia serta deposcimus, sed viride vestrae sanctitatis examen. CASSIOD. var. 2, 28, 1 athletam populis palma designat esse victorem; sudores bellicos civica corona testatur; exspectant etiam equos praemia sua.

2 ***translate***: *cum gen. rei i. q. exercitatus probatus in aliqua re*: VARRO rust. 2, 1, 2 qui estis Epirotici pecuari⟨ae⟩ athletae. 3, 5, 18 athletae comitiorum. CONST. imp. Iust. (ante dig. altera) 6 iudiciorum optimi tam athletae quam gubernatores. FVLG. aet. mund. p. 142, 13 praecelsi athleta certaminis et sataelicae superator virtutis. CASSIOD. hist. trip. 30 p. 1185ᵇ athletas ... pietatis. VEN. FORT. Mart. 1, 114 fideique fidelis athleta. *Christianis athletae sunt, qui fortiter cum aerumnis luctantur*: AMBR. in psalm. 36 § 52 utinam ... ineluctabilis et insuperabilis sit Christi athleta. Iob 2, 1, 2 ut athleta Christi temptationibus eruditus maiore ad coronam gloria perveniret. AVG. civ. 14, 9 p. 21, 25 *sequente longa comparatione*. CASSIAN. inst. 5, 19 tit. quod athletis Christi ... pugna non desit. 5, 19 athletae Christi ... numquam defit conluctationum palma. 12, 32 athleta Christi, qui spiritalem agonem legitime certans a domino desiderat coronari. CASSIOD. hist. trip. 2, 1 Migne p. 291ᵇ populus athletarum Christi et martyrum. GREG. TVR. vit. patr. 13 prol. athletae Christi atque triumphatores mundi. VEN. FORT. vit. Hil. 8, 27. FERRAND. vit. Fulg. 50 athletam Christi fortissimum, qui certamine singulari saevientis impetum regis fregerat. ACTA Martyr. Pass. Max. 2 PASS. sept. dorm. 2. AMBR. Abrah. 1, 2, 6 exercetur athleta domini et duratur adverso. AVG. in psalm. 30, 2 serm. 1, 6 non audis athletam domini ab agonotheta petentem adiutorium pugnae suae. PS. PROSP. promiss. 1, 22, 1 Iob ille fortissimus athleta

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

dei. CASSIAN. conl. 4, 6, 2 quod adversus athletas tuos (*dei*) solet... proferre. 169 in Iob, probatissimo athleta suo. AVG. in psalm. 143, 5 proponit tanquam athletae suo malus agonotheta fraudem et lucrum *diabolus*. PASS. Desid. 114. *nude positum*: CARM. adv. Marc. 2, 163 in stadio ligni fortis congressus athleta *Christus*. *paene idem q.* μάρτυρ: AMBR. Iob 2, 2, 3 quasi athleta fortis. CLEM. ad Cor. 5 huius temporis qui fuerunt athletae (adletae *cod.*). *item graece*. CASSIOD. hist. trip. 7, 33 p. 1093^{d} devictores athletas. *sim.* 10, 18 p. 1179^{b}. GREG. TVR. glor. conf. 70 inclitus adleta Mitrias. FERRAND. vita Fulg. 50 athletas fortissimos voluntariis abstinentiae laboribus ad omnem tolerantiam praeparatos. VITA Nicet. 9 beatus athleta. PASS. sept. dorm. 5 beatos artus athletarum.

syn.: gladiator, quinquertio, pugil, pancratiasta, luctator *v. p. 1035, 40.* *Bögel.*

āthlēticus, -a, -um, ἀθλητικός. *nota scripturam* aclhetico *infra l. 32.* CELS. 1, 1 sed ut huius generis exercitationes cibique necessarii sunt, sic athletici supervacui. 4, 13 (*in fine*) athletico victu corpus firmandum est. GELL. 15, 16, 2 cum iam natu grandis artem athleticam desisset *Milo*. LACT. inst. 1, 18, 8 *nostri* athleticam quidem virtutem contemnunt. DON. Ter. Eun. 2, 3, 23 demissis humeris esse: scilicet liquide et molliter deductis neque extantibus athletico modo. HYG. astr. 2, 7 p. 44, 2 eius (*Mercurii*) exemplo et athleticis (athletis *vel* -ae *codd.*) et in reliquis eiusmodi certationibus virgula utuntur. AMBR. in psalm. 118, 12, 33 si athleticis epulis pastam animam nostram potuerit invenire..., si apostolicis escis maturitas nostrae mentis toros, animae robusta solidaverit..., nulla temptationum poterit nos perturbare congressio. HIER. in Amos 3, 6 p. 313 Vall. isti non comedunt solidum cibum et athleticum, de quo roborantur vires luctantium, sed mollem et tenerum. ep. ad Gal. 5, 26 athleticum scamma. hom. Orig. in Luc. 9 exercebatur, et quodammodo in athletico sancta matre, per tres menses urgebatur Iohannes. CORP. VI 10154, 4 (*saec. IV ex.*) in omni aclhetico certamine ... victor. CAL. AVR. acut. 1, 14, 113 habitudinem (ἕξιν) athleticam negat esse tutam. FIRM. math. 4, 4, 1 athleticis certaminibus deputatos. ORIB. syn. 1 praef. nisi ab infantia usu athletico fuerit doctus facere curam. *subst.* **āthlētica** (*scil.* ars, *cf.* GELL. *supra l. 18*): PLIN. nat. 7, 205 athleticam Pythus *condidit*. 8, 82. *adv.* **āthlēticē**: PLAVT. Bacch. 248 benene usque valuit? :: pancratice atque athletice. Epid. 20 quid erilis noster filius? :: valet pugilice atque athletice. *Ihm.*

(**āthlum,** -ī) **āthla.** -ōrum *n.* ἆθλον, ἆθλα. *sing. non legitur nisi semel*, HYG. *l. 64, et in* GLOSS. *l. 62.* **1** GLOSS. IV 406, 32 athla fortia Herculis. VARRO Men. 76 itaque eas inceravi ⟨et conscribillavi⟩ Herculis athlis (adlis *codd.*). 162 ad Herculis athla athletae facti erant. AMPEL. 2, 3 sunt, qui dicant Herculem et Theseum *geminos fuisse deos*, quod similia athla sint adepti. HYG. fab. 30 tit. p. 63 Herculis athla XII ab Eurystheo imperata. *cf.* fab. capit. ind. 30. SCHOL. Germ. Bas. p. 69, 17 Herculis duodecim at⟨h⟩lis perfectis, quae ab Euryst⟨h⟩eo sunt ei imperata. CASSIOD. chron. II p. 121, 41 Hercules athla exercuit. **2** *quaecumque vitae humanae accidunt* (*cf.* MANIL. 3, 67 *sqq.*) *ab astrologis duodecim locis collocata et disposita.* MANIL. 3, 162 certo digestos orbe labores nominaque in numerum viresque exegimus omnes (athla vocant Graii), quae cuncta negotia rerum in genera et partis bis sex divisa coercent (cohaerent *codd.*). 3, 193 hoc (*astrum*) da Fortunae (*primo scilicet athlo*), iunges tunc cetera signis athla suis, certo subeuntibus ordine cunctis. 3, 201 hunc Fortuna locum teneat subeuntibus athlis ordine naturae sicut sunt cuncta locata. 3, 172 quae (*Fortuna*) primum pars est numerosis dicta sub athlis. *versum damnavit Bentley. hoc sensu fort., nisi labores significat* PETRON. 57 haec sunt vera athla (*dicitur post vitae peractae labores enarratos*); nam [in] ingenuum nasci tam facile est quam 'accede istoc'. **3** GLOSS. IV 209, 1 athlum athla, unumquodque opus palaestricum, quod ad victoriam pertinet. AMPEL. 9, 12 Hercules, qui athla (Atlanta *cod.*) docuit. HYG. fab. 91 p. 87, 11 qui (*taurus*) in athlo funebri, quod ei (*Priamo*) fiebat, poneretur. **4** *i. q. labor* ANTH. 149, 4 post athla fori. *v. l. 60.*

synonyma: *ad 1*: aerumna *I* labor. *ad 2*: labor, locus, pars, sors, *v. Bouché-Leclercq, l'astrologie grecque (1899) p. 289, 3. ad 3*: certamen. *ad 4*: aerumna *II*, labor. *Bögel.*

Athlus, -ī, Ἄθλος, *nom. serv.* CORP. VI 33753 (ad 8854) d. m. Atlo Aug. lib. *fort. addendus quem citat Holder, Altcelt. Sprachsch. I 267 sub* Atlus. *idem fortasse cogn.* XIII 5805 (*Andematunni*).

Athlius, -ī, Ἄθλιος, *cogn. vir.* CORP. III 14048 (*in Pannon. super.*) Iul. Atlius mil. leg. XIIII g. *Diehl.*

Athmatha, הֻמְטָה, Εὐμά (Χαμματά *A*), *nom. urbis tribus Iudae.* VVLG. Ios. 15, 54. HIER. nom. hebr. p. 24, 14 Ammeta luctus. sit. et nom. p. 93, 22 Ammata. *Plenkers.*

Athoniel, Athonihel *v.* Othoniel.

Athōs (-os, -us, -ōn, -o), -ōnis (-ī, -ōnis) *m.*, Ἄθως. *declinatur*: *nomin.*: Athōs: PRISC. gramm. II 255, 9 pro 'Athon' 'Athos Athonis' protulit Cicero in III de republica: nisi si quis Athonem pro monumento vult funditus efficere. quis enim est Athos aut Olympus tantus? sed hoc in 'us' correptam dehinc Attice prolatum est. VERG. Aen. 12, 701 *ante voc., ubi* SERV. -on *cf. p. 1038, 11.* VAL. FL. 2, 201 *ante voc.* (IVV. 10, 174. ANTH. 461, 1, *ubi in inscr.* Atho *abl.* CLAVD. 8, 475). CLAVD. 20, 162 *et* carm. min. 53, 68 *ante* h. *de o litterae prosodia non constat apud poetas ante consonantem et in versus fine et apud scriptores*: Athŏs: CVLEX 31 OV. med. fac. 30 *bis* Ibis 202 met. 2, 217 GERM. 584 SEN. Herc. O. 145. 1048. 1153. 1383 Med. 720 PETRON. frg. 27, 3 VAL. FL. 4, 322 SIL. 3, 494 STAT. Theb. 5, 52 CLAVD. 3, 336. 26, 177 SIDON. carm. 2, 509. PLIN. nat. 4, 72 *sq. ter* (SOL. 11, 33); *ibid. abl.* -o. VIB. SEQ. geogr. p. 154, 27 AMM. 22, 8, 2 ROMAN. Char. gramm. I 117, 9 MART. CAP. 6, 655 ISID. orig. 14, 8, 10 GLOSS. Athōs: *cf. l. 12.* Athus: *cf. p. 1037, 83 et sub 2.* Athōn: *cf. p. 1037, 80.* SERV. Aen. 12, 701 'quantus Athon' haec est vera lectio; nam, si Athos legeris, 'os' brevis est, et versus non stat. 'Athon' autem dici accusativus indicat: nam hunc Athona facit, sicut 'Apollon' 'Apollona'. quod autem Herodotus 'hunc Athon' facit, ... Atticae declinationis est. SERV. auct. *ad l.* SERV. georg. 1, 332. Atho: OV. Pont. 1, 5, 22 LIV. 44, 11, 3 MELA 2, 31. *adde l. 26 sq.* *gen.* Athonis: *cf. p. 1037, 80. et sub 2.* *dat.* Atho: MELA 2, 106. *acc.*: ROMAN. Char. gramm. I 117, 9 (*post lacunam*, *cf.* SERV. Aen. 12, 701) ut arbos Athos non potest accusativo 'rem' capere. Athonem: *cf. p. 1037, 81.* SCHOL. Iuv. 10, 174. Athona: SERV. Aen. 12, 701 *cf. l. 13.* Athŏn *ante voc.*: VERG. georg. 1, 332. VAL. FL. 1, 664 *Vergilium imitatus.* SERV. Aen. 12, 701. *ante cons., in versus fine, apud scriptores*: CATVLL. 66, 46 OV met. 11, 554 LVCAN. 2, 677 SEN. Herc. O. 1730 VAL. FL. 2, 76 STAT. silv. 4, 3, 56 CLAVD. 21, 127 SIDON. carm. 9, 47. LIV. 45, 30, 4 (*at* -o *Vindob.*) VITR. 2 praef. 2 VAL. MAX. 1, 6 ext. 1 MELA 2, 30 *bis* PLIN. nat. 7, 27 SOL. 9, 3 SERV. Aen. 12, 701 *cf. l. 14.* Atho: LIV. *v. l. 25* SEN. suas. 5, 7 (*e coni.*) PLIN. nat. 4, 37. 18, 215. *ablat.*: Athone: CIC. fin. 2, 112 Athone perfosso (*sic A*, atho *C*). Atho: OV. ars 2, 517 LIV. 44, 28, 3 PLIN. nat. 4, 73 AMPEL. 13, 4 ANTH. 442. 461 SERV. auct. ecl. 6, 41. *plur. nom.* Athones: LVCIL. sat. 78. **1** GLOSS. III 490, 3 mons Macedoniae (510, 43 ISID. orig. 14, 8, 10). *cf.* SERV. auct. Aen. 12, 701. VIB. SEQ. *l. c.* Thraciae. *cf.* SERV. auct. *l. c.* SERV. georg. 1, 332 Graeciae. Athos mons: LIV. 44, 11, 3. 44, 28, 3 VITR. 2 praef. 2 MELA 2, 31. 106 PLIN. nat. 7, 27. 18, 215 AMPEL. 13, 4 SCHOL. Iuv. 10, 174. ANTH. 461 de Atho monte. GLOSS. V 549, 15. mons Athos: LIV. 45, 30, 4 VAL. MAX. 1, 6 ext. 1 PLIN. nat. 4, 37 SOL. 11, 33. ANTH. 442 de monte Atho. SERV. auct. ecl. 6, 41. OV. med. fac. 29 arduus. 30 altus (GERMANIC. 584 ANTH. 442, 4). Ibis 202 multa ... grandine canus. LIV. 44, 11, 3 inclitus magnitudine. SEN. Herc. O. 145 praeruptus. AMM. 22, 8, 2 in Macedonia mons ille praecelsus. CLAVD. 21, 126 nivibusque profundum scandebat cristatus Athon. 26, 177 vastus. ISID. *l. c.* altior nubibus. SEN. Med. 720 Haemonius. OV. met. 2, 217 ardet (SEN. Herc. O. 1731). PETRON. frg. 27, 3 flagraret. SEN. Herc. O. 1383 Thracios fluctus ... frangit. CLAVD. 20, 160 *sqq.* clipeo ... ipse deorum arbiter ... intonuit. responsat Athos Haemusque remugit. SEN. Herc. O. 1153 Pindo congestus Athos. IVV. 10, 173 creditur olim velificatus Athos: *Athonis perfossi hic locus instar multorum sit. de monte cf. Oberhummer, PW. II 2066.* *sumitur pro persona*: (*cf. M. Mayer, Die Giganten und Titanen p. 195*): SEN. Herc. O. 1048 abrumpit scopulos Athos Centauros obiter ferens et iuxta Rhodopen stetit laxata nive cautibus. CLAVD. carm. min. 53, 68 glacialis. *frustra coni. Schmidt* HYG. fab. praef. p. 10, 11 *pro tradito* othus *i.* Otus. *nota transl. plur. pro altis montibus*: LVCIL. sat. 78 αἰγίλιποι montes, Aetnae omnes, asperi Athones. **2** *cogn. vir.* CORP. VI 6910 (*e columb.*) A. Aemilius A t h u s. VIII 1657 (*Siccae Veneriae*) C. Aemilius A t h o. 8809 (*in Mauret. Sitif. saec. III med.*) M. Aurelii Athonis Marcelli v. e. INSCR. Revue archéol. 41 (1902) 153 p. 437 (*in Africa*) Mamon Safotis Athonis f.

insula **Athotadrus** *in sinu Persico.* PLIN. nat. 6, 99, *ubi* Aradus *Salmasius.*

Athribis *opp. Aegypti, de quo cf. Pietschmann, PW. II 2070.* PLIN. nat. 5, 64 Athribis Isidis oppidum. AMM. 22, 16, 6 Athribi *abl.* TAB. Peut. 9, 4 A t r i b i. RAVENN. p. 128, 18 A t r i v i. *nota* HIER. epist. 100, 18 in A t h r i v i d i (*intellege oppidum potius quam nomum*) pro Isidoro Athanasium *episcopum constitutum.* *deriv.* **Athribītēs,** *acc.* -ēn. PLIN. nat. 5, 49 Athribiten *nomum.*

Athrida oppidum *Arabiae.* PLIN. nat. 6, 159 (*nomin.*). *cf.* Athima.

Athualath *nom. punicum.* CORP. VIII 10991 (*in prov. Tripolit.*) in memoria Mufel Athualath Buth, *nisi est* Athual Athbuth.

Athubodua, -ae *dea celtica.* CORP. XII 2571 Athuboduae Aug. Servilia Terentia v. s. l. m. *cf.* Ateboduus. *v. Ihm, PW. II 2072; Holder, Altcelt. Sprachsch. I 841 sub* Cathubodua.

Athurnus *v.* Volturnus. **Athus** *v.* Athos.

Athydās *v.* Athyras.

Athyr, Ἀθύρ. **1** *mensis Aegyptius*: HIER. in Zach. 1, 1, 1 octavus ... mensis ... apud Aegyptios Athir, apud nos november dicitur. CORP. III 14378 (*Alexandriae*) *litteris graecis.* *v. Pietschmann, PW. II 2073.* **2** *Poenus*: SIL. 1, 412 doctus Athyr.

Athyrās, ὁ Ἀθύρας, *fluv. Thraciae, de quo cf. Oberhummer, PW. II 2074.* PLIN. nat. 4, 47 amnes Bathynias, Pydaras sive A t h y d a s (*temptaverunt* Aduras sive Athyras). MELA 2, 24 A t y r a s. AMM. 22, 8, 8 A t h y r a s p o r t u s. ITIN. Hier. 570 m a n s i o A t y r a.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Athyrnus *v.* Volturnus.
Athyrōn (-o), Ἀθύρων, *cogn. vir.* Corp. VI 8427 Vlpií Athyron et Demetrius. V 5841 (*Mediolani*) T. Nonius Athyro.
Athys *v.* Atys.
1. Atī, -ōrum *gens accola cataractarum Nili.* Amm. 22, 15, 9.
2. Ati *opp. Syriae v.* Attas.
Atia *v.* Attus.
Atiacī, -ōrum *gens Scythica.* Plin. nat. 6, 36. *Diehl.*
Atialius, -a *nom. gent.* Corp. V suppl. ital. 1303 (*Augustae Taurinorum*) Prisca Atialia Cle. f(ilia). *Otto.*
flumen **Atianos** *apud Seres.* Plin. nat. 6, 55. *Tomaschek, PW. II 2152 sub* Attabas (*Ptolemaei* Ἀττάβας) *proposuit* Atiavos *vel* Attavos.
Bussullae **Atiantī** f. Corp. III 4985 (*Viruni*). *Diehl.*
? **atiaria,** -ae *f.* Marc. med. 36, 24 ad primos podagrae impetus molliendos: atiariae herbae partes duas contundes. *an* tiniariae? *Ihm.*
Atiarius, -a *nom. gent.* Corp. III (*Philippis Macedoniae*) 633, 2 L. Atiarius Thamyrus. ⟨L.⟩ Atiarius Successus. L. Atiarius Firmus. L. Atiarius Moschos. L. Atiarius Suavis. 650 P. Cornelius Asper Atiarius Montanus equo publico honoratus... flamen dívi Claudi Philippis. 669. 702. 706. 14206[13] Atiar(i)o Acmeo. *Otto.*
Atiarot *v.* Ataroth.
Atiās f. *in vasculo.* Corp. III 12014, 139.
Fufié **Atiatychēn(ī).** Corp. IX 1828 (*Beneventi, periit*). *latetne* Asiaticheni *an* Agathetycheni?
Atica *v.* Arica *et* Attica.
Aticamus, -ī *nom. vir. barb.* Ephem. epigr. VIII (add. Corp. IX) 78 (*Rubis*) d. m. Supero fratri T. Aureli Valentini turma Aticami eqi(tis) sig. Aug. nos. *Diehl.*
Aticillus *v.* Atticillus. **Aticinia** *v.* Atticinus.
Aticius *nom. gent., ab* Attius?, *cf.* Annius — Anicius *al. sed vide etiam* Atticius *et* Atecius. Corp. VI 34551 Aticius Asbestus. 34552 Aticia Fo⟨rtunata?⟩. XV (*in amphoris montis Testacei, a. 149*) 3731—3734 D. Atici Attici Trophimiani. 3735—3739 D. Atici Herenni. 3740 D. Atici D. l. Onesim⟨i⟩. 3741 Aticior(um). X 18 (*Locris*)⟨.⟩ Aticius T. f. Pol(lia) Mutina (centurio) l(egionis) XXX classicae (*periit*) XI 6712, 50 D. Atici Euthicetis. XII 1459 (*Vasione*) Valentis Atici.
Aticottī *v.* Atecotti. **Atictus,** -a *v.* Athictus.
Aticus, -ē *v.* Atticus.
Atidenus *cogn.* Inscr. Rhen. 212 Vlp. Atidenus. *Otto.*
Atidius, Atidiānus *v.* Attus.
Atiedius *v.* Attus. **Atielia** *saltus v.* Attielius.
atiercon. Ps. Apvl. 2 Graeci arnoglosson ..., Punici atiercon vocant (*cf. Diosc.* 2, 152 Ἀφροὶ ἀτιειρχόν). *Ihm.*
Atiextus f(ecit) *in vasculo.* Corp. III 12014, 140. *cf.* Atextus, Atectorix.
Atigenta *v.* Ategenta.
? **Atilio** Porci v. f. Corp. XII 1140 (*Aptae Iuliae, periit*). *Diehl.*
Atilania *regio Indica.* Ivl. Val. 3, 27 ad Prasiacam festino; et Atilaniae (aliis Indiae *coni. Müller*) regionibus, quarum peragrandis oppidis praesens intentio erat, debitam diligentiam praesto.
Atilēna *v.* Attius. **Atilēnus** *v.* Attus.
Atiliācus *nom. celticum.* Corp. V 8122, 7 (*in patera*) Saturi Atiliaci.
Atilicinus *iuris consultus, cf. Jörs, PW. II 2075.* Dig. 5, 3, 43 Paulus libro secundo ad Plautium. ... Atilicinus quibusdam placuisse ait. 23, 4, 17 Proculus libro undecimo epistularum. Atilicinus Proculo suo salutem. 47, 10, 11, 6 Vlpianus libro quinquagesimo septimo ad edictum. ... Atilicinus autem ait .... Inst. 2, 14 pr. Atilicino placuisse Paulus ... refert.
Atilinus *nom. vir.* Corp. VII 1336, 102 (*in patella*) Atilini o(fficina).
Atilius, Atillius, Atīliānus, Atilliānus *v. sub* Attus.
Atillus *v.* Attillus.
Atilonius *nom. gent.* Corp. V 6533 (*Novariae*) C. Atiloni Callimo⟨rphi⟩. *cf.* Atulenus, Atilenus *sub* Attius. *Otto.*
Atimeria, -ae *cogn. mul. celt.* Corp. III 6496 (*Viruni, cf.* add. p. 1813) d. m. Capitonio Atticio Titia Atimeria fr. kar. *cf.* Atemerus *et* Atesmerius.
Atimētus, -ī, Ἀτίμητος, *nom. serv. et cogn.* **1** *apud scriptores*: Scrib. Larg. 120 *servus.* Tac. ann. 13, 19 Domitiae Neronis amitae liberto. 13, 21 concubinum. 13, 22 de Atimeto supplicium sumptum.
2 *in titulis*: *permulti inde a prima aetate imperatoria, imprimis Romani et Italici, pauci ex provinciis.* *ad prosodiam*: Carm. epigr. 995 (*Romae, aevi Tiberi*) A 9 morte est mihi tristior ipsa maeror Atíméti coniugis ille meí. *in fronte monum.* Atimetus Pamphili Ti. Caesaris Aug. l. l. Anterotiánus. *in gemino graeco* (*cf.* Corp. VI 12652) κεῖμαι Ἀτιμήτωι λειπομένη δάκρυα. Corp. XI 5935 (*Tiferni Tiberini*) Atímétus l. VI 34560 Atímetus. 12651 Atimétó. XII 2816 (*in agro Volcarum*) Atimétus l. *ad orthographiam*: Corp. XII 2005 (*Viennae*) d. m. Sex. Sucari Atimitiónis Sucarí Valló Atimitió Perpetuus Átéia Atimitus Érmétió filí et hérédés pátri píissimo et Sucariá Perpétuá coniug. cariss. *cf. l. 36.* XV 4173 (*a. 149, in tit. picto amphorae*) Athimeti (V suppl. ital. 1080, 93 b *in patella Aquileiae reperta. cf.* a Attiimeti). *e columbariis*: Corp. VI 3926 comoedus. 4270. 5083. 5277 D. Murrio D. f. Atimeto. 5372 *bis.* 5429 C. Iulius Atimeti l. Cotus. 33234 M. Sempronius Atimetus. Corp. IV 1725. 1728. 1729. 2509. suppl. XXXVII (*a. 57*) 20 L. Melissaei Atimeti. X 1031 (*Pompeis*) C. Munatius Atimetus. 1403 (*Herculanei*) a 1, 24 C. Messenius C. l. ⟨At⟩imetus. e 6 C. Vibius C. l. Atime⟨.... l 1, 4 C. Iulius Atimetus. 6638 (*Antii, saec. I med.*) c 2, 22 Claud. Atimetus a byb. XV 200 (*saec. I*) Atimeti Vibiaes (servi) ex figlinis nov(is?). II 4089 (*Tarracone, a. 138/161*) Atimetus lib. tabul. p. H. c. *Romanos et Italicos praeter hos paucos appono*: Corp. VI 12643 Atimetus et Alexandrea Epicteto fil. k. 12646 d. m. Atimetus pater Atimeto f. 35192 C⟩usinio Atimeto. 35279[a] T. Flavi Atimeti. XIV 1369 (*Ostiae*) Modí Zosime et Atimetus (*iidem* 1372). IX 3816 C. Modio Atimeto seviro Aug. Ephem. epigr. VIII (add. Corp. IX) 124 (*Teate Marrucinorum*), 18 C. Puiiennius Atimetus. Corp. X 446 C. Spedio Atimeto Augustal. 1783 (*Puteolis*) M. Laelius Atimetus vir probissimus. *ibid.* Laeli Atimeti optimi civis. 8397 (*Tarracinae*) Ti. Claudius Atimetus (XIV 3939). Ephem. epigr. VIII (add. Corp. X) 279 Atimetus Soka f. Corp. XI 1228 (*Placentiae*) L. Plotio Atimeto (sex)viro Augustali. V 8655 (*Concordiae*) ⟨T. Ae⟩lius T. lib. Atimetus VI⟨vir.⟩ (8654). Corp. VIII 2048 (*in vicinia Thevestae*) Vlpí Aprilis et Atimetus (2049. 2050). 5397 (*Calamae, vidit Renier*) C. Atimeti C. Saturnina. 12958 (*Carthagine*). 13033 (*ibid.*) T. Flavius Atimetus. II 532. 1142. 1800. 3763 (*Valentiae*) Riccius Atimetus. 5878. XII 3880 (*Nemausi*) C. Attius Atimetus. XIII 1430 (*in agro Lemovicum*). III 1839 (*Naronae*) ⟨d.⟩ m. ⟨Ati⟩meti Vlp(iani) Menophanis Aug. disp. 6475 (*cf.* 10762, *Emonae*). 14192[16] (*Magnesiae ad Maeandrum*) Νουνοληίου Ἀτιμήτου. *adde ex instrumento domestico*: Corp. XV 695 (*in lateribus*) T. Camidie(ni) Atimeti dol(iare). *cf.* 696. 697 Inscr. Not. degli Scavi 1900 p. 619, 8. XII 5686, 92 (*in vasculo*) Atimeti ma(nu). XIII 10010, 196 (*in vasculis Gallicis*) Atimeti. II 6254, 7 (*in amphora*) ⟨At⟩imetus f⟨ec⟩(it). VII 1336, 103 (*in patella*) Atim. *huc traxerim* Corp. V suppl. ital. 1080, 90 (*in vasculis et patera Aquileiae rep.*) Atimi. *et* Atim. **Atīmētē,** -ēs, *quasi* Ἀτιμήτη, *cogn. mul.* Corp. XII 1396 (*Vasione, periit*) Atimetes. '*fuitne fistula plumbea?*' *an corruptum ex* Atimetus? *deriv. latin.* **Atīmētiānus,** -ī *cogn. vir.* Corp. XV 7289 (*ab a. 83/84, in fistula*) Eglectus ser(vus) Atimetianus. VI 656 Abascantus Aug. lib. Atimetianus. *idem videtur nominari in fistulis plumbeis* XV 7818 imp. Domitiani Caes. Aug. sub cura Alypi l. proc. fec. Abascantus ser. Atime(tianus). VI 16021 Cominio Atimetiano. X 3382 (*Miseni*) M. Meus Atimetianus (centurio) III Venere. **Atīmētio,** -ōnis, *quasi* Ἀτιμητίων, *cogn. vir.* Corp. VI 34559 d. m. Atimetionis P. C(orneli) n. s. *adde* Atimitio *p. 1039, 83.* *ceterum hoc nomen innotuit ex lucernis, in quibus raro perscriptum legitur* (Corp. XI 6699, 29 XIII 10001, 53. *cf.* XII 5682, 10, *ubi male ut videtur* Atimeto), *saepe compendiatum* Atimeti. Atimet. Atime. Atim. (IX 6081, 8. X 8052, 2. 3. 8053, 26. XI 6699, 28. V 8114, 11. II 4969, 9. VII 1330, 2. XII 5682, 9. XIII 10001, 53. III 3215, 2 *cf.* p. 1039. 7623, 1. 8076, 6. 12012, 3), *quae minus recte nonnulli editores ad* Atimetus *traxerunt. praeterea occurrit in amphoris*: Corp. XV 4111 (*a. 219*) Atimetio (4098 *a. 216.* 4100 *a. 217.* 4108. 4112. *Diehl.*
Atīmitio, Atīmitus *v.* Atimetus.
1. Ātīna, -ae *f. opp. Volscorum, cf. Hülsen, PW. II 2102.* Ἀτῖνα, *nunc quoque* Atina. Cic. Planc. 30 quod dicitur Atinae factum. Verg. Aen. 7, 629 quinque adeo magnae positis incudibus urbes tela novant, Atina potens Tiburque superbum .... *cf.* Serv. *ad h. l.* civitas haec est iuxta Pomptinas paludes, dicta Atina (*om. duo codd.*) a morbis, qui graece ἄται dicuntur, quos paludis vicinitas creat. Liv. 9, 28, 6 Atinam (*immo* Atellam) et Calatiam. Sil. 8, 396 nec monte nivoso descendens Atina aberat detritaque bellis Suessa .... Mart. 10, 92, 2 quo cive prisca gloriatur Atina. Lib. col. 1 grom. p. 230, 4 Atina muro ducta colonia. deduxit Nero Claudius. Pavl. Nol. carm. 14, 64 quos Atina potens, quos mater Aricia mittit. Corp. X 5143 (*prope Atinam*) C. Herennio C. l. Ampliato VIvir(o) et Aug(ustali) Atinae. XIII 6762 (*Moguntiaci, a. 213*). **Ātīnās** *adi. et incolarum vocabulum*: Cic. Planc. 19 tu es e municipio antiquissimo Tusculano ... hic est e praefectura Atinati, non tam prisca, non tam honorata, non tam suburbana. ... utrum magis favere putas Atinatis an Tusculanos suis? (*cf.* Schol. Cic. Bob. isto⟨s⟩ vero, qui Atinate oppido venirent, exoptasse ornari Plancium). 21 tui municipes sunt illi quidem splendidissimi homines, sed tamen pauci, si quidem cum Atinatibus conferantur. 47 quod denique *Plancius* omnibus officiis per se, per patrem, per maiores suos totam Atinatem praefecturam comprehenderit. Liv. 10, 39, 5 pervagati Samnium consules, maxime depopulato Atinate agro. Plin. nat. 3, 63 oppida Abellinum, Aricia, ... Atinates, Aletrinates .... Corp. X 4590 (*Caiatiae*) L. Pacideio L. f. L. nep. L. pron. Ter(etina) Carpiano spl(endidissimo) eq(uiti) R(omano) ... curat(ori) r(ei) p(ublicae) Atinat(ium) item Saepinatium. 5056 (*Atinae*) ⟨T.⟩ Helvio T. f. Basilae ... legato Caesaris Augus(ti) qui Atinatibus ... legavit. 5058 (*ibid.*) ordo et pleps Atinas. 5060 (*ibid.*) Atinates urbani. 5061 (*ibid., saec. IIII*) ordo populusque Atinas. 5069 (*ibid.*) Atinates. IX 2318 (*Allifis*) Atinati⟨bus⟩. 2354 (*ibid.*)

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Sex. Minio Se⟨x. f.⟩ Ter(etina) Silvano ... curat(ori) civit(atis) Atinatium.

2. Atina *opp. Venetorum.* PLIN. nat. 3, 131 interiere ... ex Venetis Atina et Caelina.

1. Atinās, -ātis *adi. et incolarum vocabulum, ab* Atina, *opp. Lucaniae, quod nunc dicitur* Atena, *cf. Hülsen, PW. II 2105.* CIC. div. 1, 59 in villa quadam campi Atinatis (*cf.* VAL. MAX. 1, 7, 5) .... illo Atinati (Ant- *cod. Vindobon.*, Att- *Leidens. Heins.*) somnio. 2, 137 in campum Atinatem. PLIN. nat. 3, 98 Lucanorum autem Atinates (Att- *pars codd.*), Bantini .... 3, 104 Apulorum genera tria: Teani ...; Lucani subacti a Calchante, quae nunc loca tenent Atinates .... 3, 105 Alfellani, Atinates, Arpani. 2, 225 in Atinate campo fluvius mersus post XX m. pass. exit. LIB. col. I grom. p. 209 in provincia Lucania praefecturae ... Vulcentana, ... A t e n a s .... CORP. X 331 (*Atinae*) Augustales Atinates. 344 (*ibid.*) M. Traesio M. f. Pomp(tina) Fausto sen(iori) ... cur(atori) r(ei) p(ublicae) Atinatium.

2. Atinās *oriundus ab una ex oppidis quibus* Atina *fuit nomen.* PLIN. nat. 22, 11 contigit eius coronae honos ... centurioni ... uni ad hoc tempus Cn. Petreio Atinati Cimbrico bello.

3. Atinās, -ātia *nom. gent. etruscum* (CORP. inscr. etrusc. I 1788 ϑania atinati pumpunal), *cf.* Atinius. CORP. VI 12655 Atinatiae T. l. Lascivae. X 345 (*Atinae Lucaniae*) d. m. Antoniae Ianuariae filiae ... Atinas Ianuarius et Antonia Prima. *potest hic ab* Atina *opp. Lucaniae nomen accepisse.* XI 4174 (*Interamnae*) Atinatia Elpis. 4200 (*ibid.*) T. Atinati Philargyro VIvir(o) Aug(ustali) in memoriam Atinatiae T. f. Probae nutricio. 4246 (*ibid.*) Atinatia Verecunda. 4303 (*ibid.*) Atinatia Septimina. 5212 (*Fulginis*) T. Haterio Nepoti Atinati Probo Publicio Mateniano cos. (*a. 134*). XII 6014 (*Narbone*) T. Atinas Crescens. III 3174^b (*in Dalmatia*) Atinatio Primo ... Atinatius Agilis.

4. Atīnas *nom. vir.* VERG. Aen. 11, 869 turbati fugiunt Rutuli, fugit acer Atinas. 12, 661 soli pro portis Messapus et acer Atinas. *fortasse utroque loco* Asilas *scribendum, cf.* 12, 127 fortis Asilas, 12, 550 et Messapus equum domitor et fortis Asilas; 11, 869 Atilas *R. apud* SERV. ad 11, 869 Atinus *in duobus codicibus.* PROB. app. gramm. 4 p. 194 nomina generis masculini, quae ablativo casu numeri singularis a littera terminantur et nominativo casu numeri singularis as litteris definiuntur: Aeneas Iollas ... Atinas ....

Atinēnsēs *incolae oppidi alicuius, cui nomen fuit* Atina. TERT. nat. 2, 8 quos (*deos*) Varro ponit: ... Narniensium Visidianum, Atinensium (atheniensium *cod., corr. Oehler*) Numiternum (numertinum *cod., corr. Oehler*) .... *Otto.*

Atīnius, Atinnius, Atīniānus *v.* Attus.

Atintania, -ae, Ἀτιντανία, *regio Epiri.* LIV. 29, 12, 13. 27, 30, 13, *ubi* atintanta *P.* 45, 30, 6 autincana *V.* *v. Oberhummer, PW. II 2106.*

Atiougius, -ī *cogn. vir. celt.* CORP. III 5242 (*Celeiae*) Atiougius Ittonis lib. an. C. *sic legerunt Mommsen et Hirschfeld,* p. 2285 *nuperrime descr. Schön* Aiiougus. *cf.* Atiougo *et* Ateioucus.

Atiougo, -ōnis *cogn. vir. celt.* CORP. III 4724 (*Aguonti in Norico*) Atestati Bricconis f. patri Devvae Atiougon. f. matri.

Atioxtus, -ī *cogn. vir. celt.* CORP. XIII 659 (*Burdigalae*) d. m. Atioxtus et Craxxillu. **Atioxta,** -ae, *cogn. mul.* CORP. XIII 658 (*Burdigalae*) d. m. Atioxte. *Diehl.*

? **atircoris** i. butracion GLOSS. III 552, 4. *cf.* batrachion. *Ihm.*

Atirienivae *v.* Ahinehae. **Atis** *v.* Atthis *et* Attis.

Atisci⟨...*? cogn. vir.* CORP. X 6637 (*Antii, saec. I med.*) b 10 A. Caicilius Atisci⟨.... *Diehl.*

Atisius (Athisius) *nom. gent.; vide quae ex gallicis attulit Holder, Altcelt. Sprachsch. I 265 sq. cf.* Attius; Atissius; Atusius. Atīsius*?*, *cf.* Apīsius *sub* Appius. CORP. X 8048, 2 (*in mortario Pompeiano*) C. Atisius Sabinus. V 3406 (*Veronae*) Atisiae Aphro⟨d⟩i⟨siae⟩. 3499 (*ibid.*) C. Atisius C. l. Felix, C. Atisius C. l. Gamus. 3500 (*ibid.*) Q. Atisius (mulieris) lib. Iucundus. 3593 (*ibid.*) Athisiae Primulae. XII 764 (*Arelate, litteris saec. ut videtur I*) d. m. C. Atisi Secundi C. Attius E⟨p⟩afroditia⟨nus⟩ optimo ... patri. 1654 (*Deae Augustae*) Atisia Paulina. 2200 (*inter Viennam et Gratianopolim*) C. Atisius Sedulus. 2203 (*ibid.*) C. Atísius Paullin.... et Atisiae C. f. Macrinae. 2260 (*Gratianopoli*) Atisio. 2396 (*Augusti*) C. Atisius Primus. 2611 (*Genavae*) Atis(ia) Maria. 5685 (*in pelvibus*), 2 C. Atisius. 3 C. Atisius Gratus *al.* 5686, 24 (*in vasculo*). III 6178, 1, 12 (*in Moesia inf.*) Atis. Valen. *cogn.* CORP. VI 1058, 4, 107 (*a. 210*) M. Appon(ius) Atisius *vigil.* **Atisiānus** *cogn.* CORP. XI 6681, 2 (*in tegula*) C. Tulli Atisiani.

? **Atislius** *nom. gent.* CORP. XII 1007 (*Glani, periit*) M. Atislius Maxsumus. *Otto.*

Atismerius *v.* Atesmerius. **Atisōn** *v.* Atesis.

Atissa, -ae *cogn. vir. celt.* INSCR. Katalog des Rhein. Mus. 103 ⟨tur⟩(ma) Atissae. *cf.* Atessas. *Diehl.*

Atissius, -a *nom. gent., cf.* Atisius. CORP. VI 5815 Atissiae Q. f. Proculae ... Q. Atissius Liberalis ... filiae.

Atistius, -a *nom. gent., cf.* Antius Antistius, Arrius Aristius *et* Atisius. CORP. VI 1958 (= CARM. epigr. 14) fuit Atistia uxor mihei, femina opituma .... 34566 M. Atisti (mulieris) l. Sabdae. *Otto.*

Atitallōn, Ἀτιτάλλων, *nom. serv.* CORP. VI 299 Herculi Aug. sacrum Atitallon Aug. lib. proc.

Atitio *in patella nigra Gallica.* CORP. XIII 10010, 198'.

Atitisus *in patellis nigris Gallicis.* CORP. XIII 10010, 199. *Diehl.*

? **Atitria.** CORP. IX 5082 (*Interamniae, fragm. tituli, periit*) sexvir Atitria. *Otto.*

Atitta, -ae *cogn. vir. celt.* CORP. II 1087 (*in Baetica*) Vrchail Atitta f. Chilasurgun. EPHEM. epigr. VIII 95 (*in urna Baetica*) Atittae. *cf.* Atitto.

Atitto, -ōnis *cogn. vir. celt.* CORP. III 5523 (*in Norico*) Atitto Atevali f. *ibid.* Mommus Atittonis f. CORP. III 4743 (*Teurniae*) A t i t o n i Attalonis et Lediae Casilli f. Atismerius. *cf.* Atitta. *Diehl.*

Atiulfus *v.* Athaulfus.

Atius, Atiānus *v.* Attus.

atizoē (*acc.* -en). *gemma*: PLIN. nat. 37, 147 atizoen in India et Persidis Acidane monte nasci, argenteo nitore fulgentem, magnitudine trium digitorum, ad lenticulae figuram, odoris iucundi, necessarium Magis regem constituentibus. 1 ind. 37, 54 atizoe. *Ihm.*

Atizyēs, *Arriano* Ἀτιζύης, *Persarum satrapes.* CVRT. 3, 11, 10.

Atlās, *rarius* **Atlās** (*codd. scriptura usitatissima* Athlans, *rara* Adl-), -antis, Ἄτλας. *nota formas has*: CHRON. Alex. chron. I p. 116, 235 Atlatum. p. 111, 200, 4 Aulas. *cf.* Adlas *I 724, 77.*

ad **declinationem:** *nomin.*: SERV. Aen. 4, 481 'Atlas' nullum nomen graecum 'ns' terminatur. ARS Bern. gramm. suppl. 97, 11 nomina quae 'n' litteram in genetivo addunt ... Athlas Athlantis. A t l a n s (A t l a s): CIC. Tusc. 5, 8 VERG. Aen. 1, 741. 6, 796 (*at* -as 4, 481 *Fb Serv.* 8, 136 *c et* n *eras. b.* 140 *et* 141 *c*). OV. met. 2, 296 *cod. Marc.* 4, 646 *frg. Lond.* epist. 9, 18 *P* (OV. *saepius* -as). INSCR. *bis v. p. 1043, 82 sq.* GERM. 264 *et* frg. 5, 1 SEN. Herc. O. 1908 (-as 12. 1599) LVCAN. 4, 672 *B* PLIN. nat. 7, 203. 13, 91 (-as 2, 31) VAL. FL. 2, 620. 5, 410 SIL. 5, 271 *bis* (-as 6^{iens}) STAT. Theb. 1, 98 *P ante corr.* 5, 430 *et* 7, 4 *P* MART. 6, 77, 7. 9, 3, 5. 13, 2, 2 IVV. 11, 24 AMPEL. 6, 7 SOL. 24, 8 *libri praeter L P* rubr. p. 226, 24 *libri praeter P* IVL. HONOR. rec. A 42 (geogr. p. 46) COSMOGR. I geogr. p. 88, 42. II p. 91, 15 (-as *L*) AVIEN. Arat. 574 (-as *Av*) AVSON. 322, 21 (*pauci* -as) SERV. Aen. 1, 741 *semel Hamburg.* 4, 483 (*v. l.* -as). 6, 795 *AHF* SERV. auct. Aen. 4, 246 *Floriac.* COMM. Bern. Lucan. 4, 672 HIER. chron. a. Abr. 380 CLAVD. 15, 158 V^1P^1 (-as 6^{iens}) PAVL. NOL. carm. 10, 228 AVG. civ. 18, 8 (-as *cod. a*). 18, 39 c. Faust. 20, 9 (-as *Palat. et C*). ALC. AVIT. carm. 4, 302 Atlans (*in Gallicanis*, -as *F et Germanici*). PRISC. perieg. 74 (-as *s et corr. A*) SIDON. carm. 7, 4 (MT^b) MART. CAP. 6, 667 GLOSS. RAVENN. Guido p. 550, 1 NOT. Tir. 68, 83. *praeterea solum* A t l a s: PLIN. nat. 2, 31 VIB. SEQ. geogr. p. 154, 20 HYG. fab. praef. p. 10, 1 *et* 11, 14. 192 p. 122, 19 COMM. Bern. Lucan. 1, 554. 9, 654. 10, 215 SERV. auct. Aen. 8, 130 SCHOL. Stat. Theb. 1, 98 MYTHOGR. 2, 114. *acc.*: A t l a n t a: *poetae* (*primus* PROP. 3, 22, 7), *praeter* SIL. 7, 434 Atlantem *ante vocalem* (*at* -a *ter*: 16, 415. 462. 659), PRISC. perieg. 571 *et* SIDON. carm. 5, 282 *ante cons. ex scriptoribus*: AMPEL. 9, 12 HYG. astr. 2, 17 p. 56 (*ubi* -em *H*, *praeterea* -em 2, 3 p. 33 fab. 30 p. 65) COMM. Bern. Lucan. 9, 654. A t l a n t e m: *scriptores praeter citatos, primus* PLIN. nat. 5, 5. 10. 11 *bis.* 14. *voc.* A t l a: OV. met. 4, 644 *ς vulgo*, -as *MN.* *plur. nomin.* A t l a n t e s: NAEV. carm. frg. 20 MELA 1, 23 PLIN. nat. 5, 44. *acc.* A t l a n t a s: MELA 1, 23 VITR. 6, 7, 6 (-es *G*) PLIN. nat. 5, 44. A t l a n t e s: SERV. Aen. 8, 134. *ad* **prosodiam:** VERG. Aen. *prior (vel prima) syllaba semper producta* (8^{iens}), *quinquiens in fine hexametri, semel in thesi* 8, 141 (*at ut fit* 8, 140 Ātlans). PROP. 3, 22, 7 Atlanta (= – ∠ ◡). OV. met. 4, 646 Ātlas *in versus fine* (6, 174 fast. 5, 180). epist. 15, 62 Ātlantis. *in thesi prior (prima) longa est*: OV. met. 2, 296. 4, 628. 632 fast. 5, 83. 663 (nepos Atlantis). *prior (prima) correpta*: HOR. carm. 1, 10, 1 nepós Ătlántis. OV. epist. 9, 18 met. 2, 742. 4, 644. 653. 657. 9, 273. 15, 149 fast. 2, 490. 5, 169. GERM. *bis* Ătlans. SEN. Herc. O. *bis prior in arsi longa, semel in thesi correpta* (1908). LVCAN. 4, 672 Ătlas. 9, 655 Atlanta (= – ∠ ◡). 1, 555 *idem* (= ◡ ∠ ◡). VAL. FL. 2, 620 Ātlans *in fine hexametri* (5, 410). 1, 842 Atlantis (= – ∠ ◡). SILIO *prior (prima) longa in arsi quinquiens (bis in versus fine), quater in thesi, brevis in thesi* 6^{iens}. *apud* STAT. *ter* Ātlans *claudit hexametrum, prior (prima) in thesi bis longa, bis brevis.* STAT. silv. 4, 3, 157 *hendecasyllabus exiens in* Atlantis. *apud* MART. *semper (ter) prior brevis est.* IVV. 11, 24 *versus exit in* Ătlans. 8, 32 *et* 13, 48 Atlanta (= – ∠ ◡). AVIEN. Arat. 574 Atlans *pro trochaeo.* AVSON. 322, 21 Ātlans *in fine versus.* 470, 31 Atlantis (= – ∠ ◡). PRVD. apoth. 433 Ātlantis. CLAVD. *positionem debilem semper observat* (13^{iens}), *in arsi* 8^{iens} (*in versus fine* Atlas 7^{iens}). *item* PAVL. NOL. carm. 10, 228 *et* SIDON. carm. 5, 282. 7, 4 *in arsi.* PRISC. perieg. 72 *et* 74 *in thesi.* *idem* 571 Ătlantém.

A *singulariter*: **1** *mons Africae, de quo cf. Ruge, PW. II 2118.* PLIN. nat. 5, 5 montem Africae (AMPEL. 6, 7 GLOSS. IV 431, 4) vel fabulosissimum Atlantem. VIB. SEQ. geogr. p. 154, 20 in ultima Africa cingens Mauritaniam. COMM. Bern. Lucan. 1, 554 mons Mauritaniae (SERV. georg. 2, 479 SCHOL. Iuv. 12, 4 GLOSS. IV 472, 29. V 269, 11). VITR. 8, 2, 6 monte Atlante (8, 2, 7 MELA 3, 101 PLIN. nat. 5, 11. 6, 199 *bis.* 25, 78. 27, 2 SOL. rubr. p. 226, 24 HYG. fab. 30 p. 65, 1 IVL. HONOR. rec. A 42 geogr. p. 46 COSMOGR. II p. 91, 15 OROS. hist. 1, 2, 11 MART. CAP. 6, 667). PLIN. nat. 13, 91 Atlans mons (SOL. 24, 8 HYG.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

astr. 2, 3 p. 33 SERV. Aen. 6, 289 MYTHOGR. 1, 106. 2, 161 OROS. hist. 1, 2, 72 *et* 94). ENN. Serv. Aen. 1, 741 Atlas Graecum est. *ibid.* Ennius dicit Nilum Melonem vocari, Atlantem vero Telamonem (COMM. Bern. Lucan. 10, 215 SERV. Aen. 4, 246). *cf.* VITR. 6, 7, 6 *p. 1044, 6 sqq.* *de montis nomine Gaetulico* Addiris *cf. I 578, 24 et* Dyris *et* Durius. *epitheta*: OV. met. 4, 772 gelido (*cf.* STAT. silv. 4, 3, 157 nives Atlantis). LVCAN. 1, 555 summum (*cf.* HIER. chron. a. Abr. 380 montem . . . altissimum). SIL. 16, 378 postremus (16, 401). AMM. 29, 1, 25 extremo (*cf.* SIL. 7, 434 Atlantem et Calpen, extrema habitabimus antra? 16, 659). STAT. Theb. 1, 98 arduus. PRVD. apoth. 433 Mauri. CLAVD. 28, 104 Maurusius. *cf.* SERV. Aen. 6, 795. 8, 134. VAL. FL. 2, 620 occiduis regnator montibus Atlans. *loci de monte qui sustinet caelum et sidera (cf. montis eponymus sub 2) insignes sunt* MELA 3, 101 *sq.* PLIN. nat. 5, 10 *sqq.* (*unde* SOL. MART. CAP.). SIL. 16, 35 ut Phoebe stellas, ut fratris lumina Phoeben exuperant montisque Atlas et flumina Nilus. IVV. 11, 24 quanto sublimior Atlans omnibus in Libya sit montibus. RAVENN. Guido p. 550, 1 Atlans et Herculis columnae. **2** *montis eponymus*: OV. met. 4, 657 quantus erat mons factus Atlas *a Perseo. cf.* LVCAN. 9, 654 COMM. Bern. *ad l.* FVLG. myth. 1, 21 MYTHOGR. 2, 114. SERV. Aen. 8, 134 sciendum Atlantes tres fuisse: unum Maurum, qui est maximus, alterum Italicum, patrem Electrae, unde natus est Dardanus, tertium Arcadicum patrem Maiae, unde natus est Mercurius. sed nunc ex nominum similitudine facit errorem et dicit Electram et Maiam filias fuisse Atlantis maximi. *memoratur primum a* LIV. ANDR. carm. frg. 16 *et* VARR. (*apud* Serv. Aen. 5, 824, *unde* MYTHOGR. 1, 129. 2, 167), *imprimis apud scriptores mythographos.* HYG. fab. praef. p. 11, 14 ex Iapeto et Clymene Atlas Epimetheus Prometheus (SCHOL. Stat. Theb. 1, 98 MYTHOGR. 2, 114. *cf.* SERV. auct. Aen. 1, 741 HIER. chron. a. Abr. 431 AVG. civ. 18, 39 ISID. orig. 14, 8, 17). SERV. auct. Aen. 4, 247 Aetheris et diei filius. HYG. astr. 2, 21 p. 63 *Pliades* ex Plione Oceani et Atlante sint natae (p. 64 SCHOL. Germ. Bas. p. 76, 6 MYTHOGR. 1, 234. *cf.* HYG. fab. praef. p. 11, 19 fab. 192 p. 122, 19). SERV. auct. Aen. 8, 138 per Maiam . . . ceteras Atlantis filias intellegi. HYG. astr. 2, 21 p. 62 ex Atlante et Aethra, Oceani filia, sint filiae XV procreatae, quarum V Hyades appellatas demonstrat *Musaeus* (p. 63 SERV. Aen. 1, 744. *cf.* SCHOL. Germ. Bas. p. 75, 10. p. 60, 12). HOR. carm. 1, 10, 1 Mercuri, facunde nepos Atlantis (OV. fast. 5, 663 clare. *cf.* met. 2, 742 epist. 15, 62 CLAVD. rapt. Pros. 1, 89 AVG. civ. 18, 8 ISID. chron. II p. 434, 47). HYG. fab. 150 p. 25, 9 Atlanti . . . qui dux eorum (*sc. Titanum*) fuit, caeli fornicem super umeros imposuit *Iuppiter* (SCHOL. Stat. Theb. 2, 4 MYTHOGR. 1, 183. 2, 53. *cf.* HYG. fab. praef. p. 10, 1 *in Titanum catalogo, ubi* Arges *Muncker*). PLIN. nat. 7, 203 astrologiam *invenit* Atlans Libyae filius (*cf.* GERM. frg. 5, 1 *sqq.* VITR. 6, 7, 6 HIER. chron. a. Abr. 380 [PROSP. chron. I p. 387, 46 CASSIOD. chron. II p. 121, 21 ISID. *ibid.* p. 433, 46. 46ᵃ epit. p. 433, 38] AVG. civ. 18, 8 *et* 39 ISID. orig. 3, 24, 1. 5, 39, 9. 14, 8, 17). nat. 2, 31 sphaeram *primus intellexit.* *epitheta*: VERG. Aen. 6, 796 caelifer Atlans (OV. fast. 5, 83 SIL. 15, 142 STAT. silv. 1, 1, 60 Theb. 5, 430. *cf.* GERM. 263 *sq.* PRISC. perieg. 74). 1, 741 maximus (SERV. *ad l.* GLOSS. IV 452, 22. VERG. Aen. 4, 481. 8, 136 Ov. met. 6, 174 GERM. frg. 5, 1. AVG. c. Faust. 15, 6 p. 428 Vind.). *cf.* OV. epist. 15, 62 magni. VERG. Aen. 4, 247 duri. OV. met. 15, 149 validi. fast. 5, 169 umeros oneratus Olympo. SEN. Herc. O. 1907 stelligeri vector Olympi. LVCAN. 9, 654 Titana. 4, 672 vicinus Gadibus. *cf.* 9, 654 sub Hesperiis stantem ... columnis. VAL. FL. 5, 410 ferreus. SIL. 5, 272 extremae longinquus cultor harenae. 16, 408 senio invalidi (*cf.* 453). STAT. Theb. 8, 315 astrigerum. ARNOB. nat. 2, 69 gestatorem baiulum tibicinem illum ac destinam caeli. AVSON. 322, 21 pinifer (*cf.* VERG. Aen. 4, 249). CLAVD. 28, 379 trementem ... famulum. PAVL. NOL. carm. 10, 228 gravis . . . poli sub pondere constitit Atlans. AVG. c. Faust. 15, 5 laturarium. OV. met. 4, 632 Iapetionides. AVIEN. Arat. 574 Poenus. SIDON. carm. 7, 3 Marmaricus. *coniunguntur verba*: CIC. Tusc. 5, 8 nec vero Atlans sustinere caelum ... traderetur (SCHOL. Iuv. 13, 48 HIER. chron. a. Abr. 380. *cf.* STAT. silv. 4, 2, 19. VERG. Aen. 8, 137 aetherios ... orbes. OV. met. 2, 297 candentem ... axem. VITR. 6, 7, 6 mundum. GERM. 264 regna Iovis). VERG. Aen. 4, 482 axem umero torquet (6, 797 *cf.* ENN. ann. 37. AVIEN. Arat. 575 aethera). 4, 247 caelum qui vertice fulcit (OV. epist. 9, 18 sidera. *cf.* CLAVD. carm. min. 53, 23 Atlantis apex flammantia pondera fulcit). 8, 141 caeli qui sidera tollit. PROP. 3, 22, 7 caelum omne . . . gerentem (*cf.* SEN. Herc. O. 12 ferre. AVG. civ. 18, 8 portare). OV. fast. 5, 180 cervicemque polo suppositurus Atlas. AVIEN. Arat. 574 subiit . . . celsae . . . pondera molis. AVG. c. Faust. 15, 6 p. 428 Vind. mundum ferentem humeris (20, 9 subportat). SIDON. epist. 4, 3, 5 *tenet sidera.* carm. 7, 4 *signiferum* vertice conterit. PRISC. perieg. 74 caeliferas ... tenens ... columnas. SCHOL. Stat. Theb. 2, 280 in Aethiopia speciosissimum pomarium Atlantis fuit. *nota translationem de homine magno*: MART. 6, 77, 7 monstratur Atlans cum compare ginno. *iocose dictum*: IVV. 8, 32 nanum cuiusdam Atlanta vocamus, Aethiopem Cycnum, pravam extortamque puellam Europen. *cf. Wernicke, PW. II 2119.* **3** *cogn. vir.*: CORP. IX 466 (*Venusiae*), 20 Atlans . . . esse(darius). CORP. VI 6211 (*e columb.*) Terpusa Atlans. Atlantis. Isias et Helpis soror Isiadis. **B** *pluraliter*: **1** NAEV. carm. frg. 20 inerant signa expressa, quo modo Titanes bicorpores Gigantes magnique Atlantes Runcus atque Porporeus filii Terras. **2** *gens Libyca, de qua cf. Pietschmann, PW. II 2107, 1.* MELA 1, 43 solem exsecrantur, et dum oritur et dum occidit. 1, 23. PLIN. nat. 5, 44 degeneres sunt humani ritus. TERT. anim. 49 SOL. 31, 2 MART. CAP. 6, 673. *nota* AMM. 15, 3, 6 apud Atlanteos. **3** VITR. 6, 7, 6 si qua virili figura signa mutulos aut coronas sustinent, nostri telamones appellant, cuius rationes, quid ita aut quare dicantur, ex historiis non inveniuntur, Graeci vero eos atlantas vocitant. *eadem vox corrupta fort.* ISID. orig. 19, 19, 6 *in* agrantes. *cf. p. 1043, 3 et Puchstein, PW. II 2107, 2.*

adi. **Atlantēus,** -a, -um, Ἀτλάντειος, *ad Atlantem tam montem quam montis eponymum pertinens*: LVCR. 5, 35 propter Atlanteum litus pelageque sonora. HOR. carm. 1, 34, 10 quo Styx et invisi horrida Taenari sedes Atlanteusque finis concutitur. LVCAN. 5, 598 oceano ... Atlanteo. STAT. Ach. 1, 223 gurgite Atlanteo pelagi. AVIEN. Arat. 915 Ătlántei ... in vada caerula ponti. 1076 Ătlántei ... aequoris. CLAVD. 10, 280 quid numerem gentes Atlanteosque recessus Oceani? (1, 35). FVLG. aet. mund. 10 p. 166, 13 H. Atlanteas Niliaci liquoris diffusitrices cataractas intrepidus exspectat. p. 166, 20 marginis. OV. fast. 3, 105 quis tunc aut Hyadas aut Pleiadas Atlanteas senserat? ARNOB. nat. 3, 21 progenies (*i. Mercurius*). **Atlantēī,** -ōrum *v. sub* Atlas *B 2.* **Atlantius,** -ī, Ἀτλάντιος. HYG. fab. 271 p. 146, 5 Atlantius Mercurii et Veneris filius, qui hermaphroditus dictus est. *cf.* Atlantiades *2.* **Atlantia,** -ae, Ἀτλαντία, *vetus nomen Aethiopiae, v. sub* Aethiops *I 1156, 82.* **Atlantion** *n.*, Ἀτλάντιον. PLIN. nat. 28, 99 *spinae articulum primum* Atlantion (*supple* ἄρθρον) vocant. **Atlantis,** -idos, -idis, Ἀτλαντίς. *ad declinationem*: *gen.*: PANEG. Mess. 77 Atlantidos (OV. trist. 1, 11, 15 SIL. 11, 292). VAL. FL. 2, 72 Atlantidis. *acc.*: OV. fast. 3, 659 Atlantida (GERM. 322). SERV. auct. Aen. 8, 138 Atlantidem (SCHOL. Germ. Bas. p. 92, 3). *acc. plur.*: SCHOL. Germ. Bas. p. 77 *et* p. 92 Atlantides. BREV. EXPOS. Verg. georg. 1, 225 Atlantidas (1, 138). *ad prosodiam*: *prima syllaba semper (14ⁱᵉⁿˢ) producitur praeter unum locum* OV. fast. 4, 31 (*idem ter produxit*). **1** *Atlantis filia*: VERG. Aen. 8, 134 Dardanus . . . Electra, ut Grai perhibent, Atlantide cretus (OV. fast. 4, 31 SIL. 11, 292). PANEG. Mess. 77 Calypsus. OV. met. 2, 685 Maia (SERV. auct. Aen. 8, 138). trist. 1, 11, 15 custos Atlantidos ursae (*sic Trev. et Marc.², cett.* Erymanthidos) *i. custos Callistus (i. Arcturus Arctophylax), filiae Nyctei, non Lycaonis, ab Atlante oriundi (cf. Owen, Cassical Review 2 [1888], 180 sq.).* GERM. 322 Nymphen (*i. Amphitriten, cf. Catast. 31 p. 158 Rob.* εὐλαβηθεῖσα ἐκείνη ἔφυγε πρὸς τὸν Ἄτλαντα. *minus recte* SCHOL. Germ. Bas. p. 92, 3 *Amphitrite* confugit ad Atlantidem, *debuit* Atlantem, *ut exhibet* HYG.). *nota translationem*: OV. fast. 3, 659 invenies (*sc. Anna Perenna*), qui te nymphen Atlantida dicant, teque Iovi primos, Anna, dedisse cibos: *intellege Hagno nympham Arcadicam. cf. Peter ad l.* *plur. Pliades* (*et Hyades*): VERG. georg. 1, 221 Eoae Atlantides (GLOSS. V 169, 25 stellae orientales in unum positae). *cf.* SERV. georg. 1, 219 Atlantides autem, licet septem fuisse dicantur, sex tamen . . . videntur in caelo (SCHOL. Germ. Bas. p. 77): quae novembri mense nobis incipiunt non videri. SERV. auct. *ibid.* non est enim Atlantidum epitheton 'eoae', sed 'eoae' matutinae (BREV. EXPOS. Verg. georg. 1, 221). VITR. 6, 7, 6 filiae . . . *Atlantis* Atlantides, quas nos vergilias, Graeci autem pliadas nominant (BREV. EXPOS. Verg. georg. 1, 225. *cf.* 1, 138. 1, 219. 1, 221). SEN. Herc. f. 11 passim vagantes. COLVM. 10, 54. AVIEN. Arat. 604 mixtis Atlantides ardent ignibus. SERV. Aen. 8, 138 *Maia* una de Atlantidibus (HYG. astr. 2, 7 p. 43 PORPH. Hor. carm. 1, 10, 1 BREV. EXPOS. Verg. georg. 1, 225), id est pliadibus. HYG. astr. *l. c.* Mercurium ... *lyrae* septem chordas instituisse ex Atlantidum numero (SCHOL. Germ. Bas. p. 84, 2). MART. CAP. 2, 180 candidior Atlantidum Iovis congressu pignerisque culmine provecta. *nota sing. collective usurpatum*: VAL. FL. 2, 72 sub Eoae dubios Atlantidis ignes *i. Pliadum.* LVCAN. 5, 4 gelidoque cadens Atlantis Olympo. **2** *ad Atlantem montem pertinens*: LVCAN. 10, 144 Atlantide silva. **3** *insula mythica, Platonis in Timaeo mytho concelebrata, de qua cf. Berger, PW. II 2116, 2.* PLIN. nat. 6, 199 traditur et alia insula contra montem Atlantem et ipsa Atlantis appellata. CHALC. transl. 25 Atlantide insula *et* Atlantis insula. *cf.* AMM. 17, 7, 13 *et* Atlantica insula *p. 1045, 28.* *complures memorat* SCHOL. Germ. Bas. p. 92, 7 qui (*delphinus*) cum circa insulas Atlantides (*sic AP*, -tidis *S*, -tis *V*) rimaretur (*Amphitriten inquirens*). *in graec.* κατὰ τὰς νήσους τοῦ Ἄτλαντος. **4** *cogn. mul.* CORP. IX 4194 (*Amiterni*) Atlantis li⟨b.⟩. *patronus fuit* leg. pr. pr. utriusq(ue) Mauretan(iae). *adi. femin.* **Atlantias,** -adis, Ἀτλαντιάς, *Atlantis filia.* PRIAP. 68, 23 Circen Atlantiademque Calypson. SIL. 16, 136 vixque Atlantiadum rubefecerat ora sororum (*sc. Aurora Pliadas*). *patronymic.* **Atlantiadēs,** -ae, Ἀτλαντιάδης, *Atlantis nepos vel pronepos.* *prima semper correpta.* PRISC. gramm. II 67, 4 Atlantiades pro Atlantides *littera addita.* **1** PRISC. *l. c.* p. 64, 3 Atlantiades Mercurius, id est Atlantis natae filius (GLOSS. V 441, 50). OV. met. 8, 627 caducifer. 1, 682. 2, 704 *et* 834 STAT. Theb. 1, 303. MART. CAP. 1, 38 Atlantiadae sollertia. 9, 889 Atlantiadem. 7, 726. **2** OV. met. 4, 368 *hermaphroditus, Mercuri filius. cf.* Atlantius. At-

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

lantidēs *v. sub* Atlantiades. *adi.* **Atlanticus,** -a, -um, Ἀτλαντικός. *ut in* Atlas *codd. variant inter* Atl-, Athl-, Adl-. *prima quater producta est, semel correpta* (HOR. carm. 1, 31, 14), AVIEN. ora *7iens prosodia propter senarios dubia manet.* **1** *de mari adhuc sic appellato, cf. Partsch, PW. II 2109, 1 sub* Atlantis. CIC. rep. 6, 21 omnis ... terra, quae colitur a vobis ..., parva quaedam insula est circumfusa illo mari, quod Atlanticum, quod magnum, quem Oceanum (*cf.* GLOSS. III 246, 3 Atlanticum Ὠκεανός) appellatis in terris. PLIN. nat. 3, 74 *mare* Atlanticum, ab aliis magnum *nuncupatur* (AMPEL. 7, 1). COLVM. 8, 16, 9 MELA 1, 21. 2, 87 maria utraque ... Atlanticum ... Nostrum (*cf.* 1, 15). APVL. mund. 6 maria maiora sunt Oceanus et Atlanticum. TERT. pall. 2. mare Atlanticum: SEN. nat. 4, 2, 25 MELA 3, 6. 3, 100 PLIN. nat. 5, 40. 6, 199 ind. 4, 36 FVLG. aet. mund. 14 p. 176, 11 H. MART. CAP. 6, 672. Atlanticum mare: SEN. nat. 4, 2, 22 COLVM. 11, 2, 21 PLIN. nat. 2, 205. 3, 5. 7. 6, 175. 212. 34, 156. 37, 37 APVL. mund. 4 AGENN. grom. p. 61 TERT. nat. 1, 9 apol. 40 SOL. 56, 10 CHALC. transl. 24 AVIEN. ora 403 AMM. 17, 7, 13 HEGES. 2, 9, 156 SCHOL. Iuv. 10, 1 MACR. somn. 2, 9, 9. MELA 1, 22 pelagus. MELA 1, 15 Atlanticum ... Britannicum oceanum (1, 25 PLIN. nat. 3, 6. 8 HIER. epist. 60, 4 in Is. 21, 13 p. 218 Vall. MART. CAP. 6, 627 *et* 629). PLIN. nat. 3, 3 oceanus Atlanticus (3, 9. 4, 114 AGENN. grom. p. 61 SOL. 23, 5. 56, 5 rubr. 56 p. 232, 29 HIER. in Amos 8, 11 *sq.* p. 342 Vall. OROS. hist. 1, 2, 94 MART. CAP. 6, 666). *adde* SOL. 23, 17. 56, 4. PRISC. perieg. 39 *oceani gurges.* HOR. carm. 1, 31, 14 aequor Atlanticum (MELA 3, 3). AVIEN. ora 398 salum. 563 gurgite (686 gurgites). MART. CAP. 6, 623 profundi. MELA 3, 107 litoris (MART. CAP. 6, 666). SOL. 23, 13 aestus (56, 4). AVIEN. ora 55 fluctibus. 84 sinus. ARNOB. nat. 1, 5 insula quae perhibetur Atlantica Neptuni, sicut Plato demonstrat. *cf.* Atlantis *3.* *nota* SOL. 24, 13 amnes ... transierunt ... in quoddam Atlantici nominis ministerium. **2** *ad Atlantem tam montem quam montis eponymum:* SIL. 10, 184 Atlanticus accola (*i. Calpensis*). 15, 37 regna. PLIN. nat. ind. 13, 29 arbor. MART. 14, 89 mensa citrea. accipe felices, Atlantica munera, silvas. SOL. 24, 7 solitudines. 30, 1 gentes. IVL. HONOR. rec. A 47 (geogr. p. 52) fluvius Nilotis nascitur in Atlantico campo. AVIEN. ora 663 axi (*i. caelo*). FVLG. aet. mund. 10 p. 167, 8 H. moles. *nota gentium cogn.* Atlanticī, -ōrum. AVG. civ. 8, 9 Atlantici Libyes. PLIN. nat. 3, 36 *in Gallia* Cambolectri, qui Atlantici cognominantur. *adi.* **Atlantiacus,** -a, -um, Ἀτλαντιακός, *ad Atlantem montem et Atlanticum mare pertinens. prima semper correpta.* CALP. ecl. 4, 83 Atlantiaci pondus ... Olympi (*i. caeli*). SIL. 13, 200 litore. AVSON. Mosell. 144 profundo. *compos.* **Atlantigena,** -ae, *Atlantis filia.* CARM. de mens. II (poet. min. I 12 Bähr.) 19 mensis Atlantigenae dictus cognomine Maiae.

Atlēius *v.* Attus. **Atlēnus** *v.* Attus.

[**Atlītēs**] *Aegypti filius.* HYG. fab. 170 p. 33, 19 Europome *interfecit* Atlitem, *Apollodoro* Εὐρωπώ *et* Ἀλκίδης.

1. Atlius *v.* Attus. **2. Atlius** *v.* Athlius *sub* Athlus.

Atlondus, -ī *nom. vir. barb.* CORP. II 76 (*in Lusitania*) L. Iuli L. f. Atlondi. 3082 (*Toleti*) *traditur:* Aplondus Dagencium M. f. anorum XX. 4980 Atlondus Maquiaesus Sunnae f. Mir(obriga?).

Atm(?) Baribal(is) f. CORP. VIII 9442 (*Caesareae*).

Atmētus, -ī, ἄτμητος, *nom. equi, cf. sub* Admetus *I 726, 52.*

Atnaenīnī *v.* Athenais *sub* Athena *p. 1031, 53.*

Atnamatus *v.* Adnamatus. **atnepōs, atneptis** *v.* adn-.

Atobiles d. ⟨m.⟩ CORP. XIII 2689. *stela Augustoduni periit aut latet.* *Diehl.*

atocium, -ī, ἀτόκιον. PLIN. nat. 29, 85 araneus lanuginosus, grandissimo capite, quo dissecto inveniri intus dicuntur vermiculi duo adalligatique mulieribus pelle cervina ante solis ortum praestare, ne concipiant, ut Caecilius in commentariis reliquit. vis ea annua est. quam solam ex omni atocio (*sic Barb.*, atocito, atacito, adaceto *codd.*) dixisse fas sit, quoniam aliquarum fecunditas plena liberis (*del. Mayh.*) tali venia indiget. *Ihm.*

Atoierpactia *quod olim legebatur in titulo lacus Fucini* Zvet. med. 43, *rectius fortasse intellegunt qui duo verba esse volunt, quorum hoc sit* Actia *i.* Angitia, *deae nomen, cf. Planta, gramm. II 587 et 673, Lindsay apud Conway, The Italic dialects I p. 294 sq.* *Otto.*

Atolēius *v.* Attus. **Atolinus** *v.* Aiolinus.

atomus (-os), -ī *f.*, ἡ ἄτομος. [*it.* attimo. *M.-L.*] VITR. 2, 2, 1 Democritus quique est eum secutus Epicurus atomos, quos (*codd.*, quas *Rose*) nostri insecabilia corpora, nonnulli individua vocitaverunt. LACT. de ira 10, 5 'tam minuta sunt *primordia*', inquit *Leucippus*, 'ut nulla sit acies ferri tam subtilis, qua secari ac dividi possint'. unde illis nomen imposuit atomorum. AMM. 26, 1, 1 individua illa corpuscula ..., atomos, ut nos appellamus. SERV. ecl. 6, 31 atomos, id est quasdam minutissimas partes, quae τομήν, id est sectionem, non recipiunt, unde et atomi dictae sunt (*inde* GRAMM. suppl. p. CLXXV ISID. orig. 13, 2, 1 *cf.* SERV. Aen. 6, 747). AVG. civ. 8, 5 in atomis, hoc est minutissimis corpusculis, quae nec dividi nec sentiri queunt. serm. 362, 17 atomus dictus est a τομή, quod est sectio: ἄτομος graece, quod secari non potest. BOETH. arithm. 2, 4 p. 89, 23 principium insecabile, quod Graeci atomon vocant, id est ita deminutum atque parvissimum, ut eius pars inveniri non possit. GRAMM. suppl. 222, 15 atomus ... dicitur quicquid indivisibile est. τομή enim graece incisio. GLOSS. IV 208, 48 atomus indivisio. V 169, 26 atomos indivisio, tomus divisio (ISID. orig. 13, 2, 4). 337, 11 atomos insecabilia ac solida corpora (ISID. orig. 8, 6, 16). IV 208, 41 atomi tenuissimi pulveres, qui in radiis apparent solis, qui dividi non possunt (*similia saepius, cf.* SERV. ecl. 6, 31 ISID. 13, 2, 1 GRAMM. suppl. p. XXIV. CLXXV). *quattuor genera distinguit* ISID. orig. 13, 2, 2 (sunt autem atomi aut in corpore aut in tempore aut in numero aut in littera), *quae exemplis illustrat; quinque* GRAMM. suppl. p. XXIV (in sole ... in re ... in numero ... in tempore ... in littera). *de genere:* SERV. ecl. 6, 31 dicimus autem 'haec atomus' et 'hae atomi'. GRAMM. suppl. p. CLXXV (schol. ad PRISC. gramm. II 58, 26) quae philosophi atoma (*sic multi codd. Prisc.*) vocant: ad neutrum genus, quod est atomum, se confert dicens 'quae'. sed atomus secundum Servium feminini generis est. *masc. generis:* VITR. 2, 2, 1 (*codd. omnes*). SEN. nat. 7, 13, 2 LACT. de ira 10, 16 LVCIF. de reg. apost. 10 p. 59, 20 AVG. serm. 362, 17 ISID. orig. 13, 2. *acc. plur.* atomus LVCIL. 687. *de usu adiect. v. p. 1047, 45.* *in codd. hic illic* ath- *scribitur.*

de corpusculis, secundum Democriti et Epicuri doctrinam (*non legitur apud* LVCR.): LVCIL. 687 (Non. 478) eidola atque atomus vincere Epicuri volam. CIC. fin. 1, 21 quae sequitur *Epicurus*, sunt tota Democriti, atomi, inane, imagines, quae εἴδωλα nominant (*cf.* nat. deor. 1, 73). fat. 23 Democritus, auctor atomorum. fin. 1, 17 *Democritus* atomos quas appellat, id est corpora individua propter soliditatem, censet in infinito inani ... ita ferri, ut concursionibus inter se cohaerescant ... eumque motum atomorum (nat. deor. 1, 69 fat. 23) nullo a principio, sed ex aeterno tempore intellegi convenire. 1, 20 si omnes atomi declinabunt, nullae umquam cohaerescent, sive aliae declinabunt, aliae suo nutu recte ferentur, primum erit hoc quasi provincias atomis dare, quae recte, quae oblique ferantur, deinde eadem illa atomorum ... turbulenta concursio (*cf.* ac. 1, 6 nat. deor. 1, 91. 2, 94. 1, 114 incursione. *cf. infra l. 56 sqq. et 67 sqq.* hunc mundi ornatum efficere non poterit. nat. deor. 1, 54 infinita vis innumerabilium volitat atomorum, quae interiecto inani cohaerescunt tamen inter se. fin. 1, 19 complexiones et copulationes et adhaesiones atomorum inter se. 1, 28 declinationem istam atomorum ... probabo. nat. deor. 1, 73 de inclinatione atomorum. 1, 69 *Epicurus* ait atomum, cum pondere et gravitate derecto deorsus feratur, declinare paululum (*cf.* fin. 1, 19 fat. 22. 23. 24. 46. 47. 48). ac. 2, 125 aut atomos ullas *putes esse*, e quibus quidquid efficiatur, illarum sit dissimillimum? nat. deor. 1, 68 sint sane *di* ex atomis; non igitur aeterni. quod enim ex atomis, id natum aliquando est. 1, 65 abuteris ad omnia atomorum regno et licentia. Tusc. 1, 22 nihil est ... apud istos, quod non atomorum turba conficiat. nat. deor. 1, 109 innumerabilitas ... atomorum. fat. 18 nec ... est causa, cur Epicurus ... ab atomis petat praesidium easque de via deducat. Tusc. 1, 60 non est certe *illa vis* nec cordis nec sanguinis nec cerebri nec atomorum (nat. deor. 1, 54). 2, 45 summum *dolorem* ... dico, etiamsi decem atomis est maior alius. SEN. nat. 5, 2 Democritus ait: cum in angusto inani multa sint corpuscula, quae ille atomos vocat, sequi ventum (*cf.* CIC. ac. 1, 6). 2, 6, 2 aer ..., si in atomos inciditur, sparsus est. 7, 13, 2 si illi (*Artemidoro*) credimus, summa caeli ora solidissima est, in modum tecti durata et alti crassique corporis, quod atomi congesti coacervatique fecerunt. benef. 4, 19, 3 si non vis gratus videri, quia nullum habes illius (*Epicuri*) beneficium, sed te atomi et istae micae tuae forte ac temere conglobaverunt, cur colis? QVINT. inst. 7, 2, 2 an atomorum concursu mundus sit effectus an providentia regatur an sit aliquando casurus (*cf.* CIC. *supra l. 30.* LACT. *infra l. 67*). TERT. test. anim. 1 seu numeris seu atomis concinnaris. anim. 5 qui eam (*animam*) de manifestis corporalibus effingunt, ut Hipparchus ... ex igni, ..., ut Epicurus ex atomis, si et atomi corpulentias de coitu suo cogunt. 32 atomos Epicuri. apol. 47 alii *deum adseverant* ex atomis, alii ex numeris (*cf.* AVG. civ. 6, 5). IREN. 2, 14, 3 cum illi (*Democritus et Epicurus*) primum multum sermonem fecerint de vacuo et de atomis (*ibid. iterum*). LACT. de ira 10, 16 Lucretius quasi oblitus atomorum, quos adserebat (*cf.* opif. 6, 2). 10, 11. 13 atomorum coitio et conglobatio. 10, 27 concursu (10, 28. 39. opif. 6, 12 fortuitis atomorum concursionibus. *cf.* AVG. civ. 11, 5 ISID. orig. 8, 6, 16). 10, 17 nihil enim per atomos fieri ... apparet ..., nisi forte ignis et aquae naturam ex atomis esse credemus. 10, 18 num in ferro aut silice atomi latent? 10, 15. 23. 29. 31 qua pactione de confuso acervo se atomi congregaverunt. CHALC. comm. 214 atomos vel solidas moles. 215 *sunt* ignitae atomi iuxta Democritum (*sc. ex quibus anima subsistit*). *ibid.* atomi casu quodam et sine ratione concurrentes in unum et animam creantes, ut placet Epicuro, ob similitudinem atomorum, quarum una commota omnem spiritum, id est animam, moveri simul. HIL. in psalm. 63, 4 nunc aquis, nunc terrae, nunc atomis, nunc caelo dei nomen indulgens. FILASTR. 126, 1 de atomis animam esse. SERV. Aen. 6, 747 omnia ... σύνθετα, id est composita, exitum sortiuntur, unde et atomos perpetuas dicunt, quia simplices sunt nec recipiunt sectionem. ecl. 6, 31 (*ubi fusius exponit*). HIER. in Os. 2, 8 p. 84 Vall. aranearum fila per aerem volantia, quae dum videntur intereunt et in atomos atque in nihilum dissolvuntur. epist. 119, 5 Epicurus ex suis atomis mundum struit

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

et universa conformat. PRVD. apoth. 953 est operae pretium nebulosi dogmatis umbram prodere, quam tenues atomi compage minuta instituunt (*de Manichaeis agitur*). AVG. c. acad. 3, 10, 23 *Epicurus* luxuriosus, cum atomos quasi ancillulas suas, id est corpuscula, quae in tenebris laetus amplectitur, non tenere viam suam, sed in alienos limites passim sponte declinare permittit. MART. CAP. 2, 149 da nosse poscenti, quid haec aeria latitudo atque atomis perlucentes concurrentibus campi animantum gerant. 2, 213 ardebat Heraclitus, udus Thales, circumfusus atomis Democritus videbatur. SIDON. epist. 9, 11, 9 ut solet aquam ... per atomos bibulas radius extrahere solaris. carm. 15, 96 Arcesilas divina mente paratam conicit hanc molem, confectam partibus illis, quas atomos vocat ipse leves. CASSIOD. hist. 1, 15 p. 914^c neque cogitatione neque atomo quidem praecedit *filio* deus pater: semper filius ex ipso deo est. VEN. FORT. Mart. 4, 515 quid numeris, atomis (ath- *codd.*) ratione potestis et ore?

de tempore: HIER. epist. 119, 5 atomus ... punctum temporis est, quod secari et dividi non potest (*cf.* 119, 2 *infra l. 28*). AVG. c. Faust. 11, 7 p. 322, 38 Vind. in atomo, id est in momento. *cf.* ISID. orig. 13, 2, 3 GRAMM. suppl. p. XXIV *sq.* TERT. adv. Marc. 3, 24 demutati in atomo in angelicam substantiam. ITALA (Aug. c. Adim. 12 p. 143, 4 Vind. *cf.* c. Faust. 11, 3 p. 318, 16. 11, 7 p. 322, 38) I Cor. 15, 52 non tamen omnes inmutabimur in atomo (ἐν ἀτόμῳ, VVLG. in momento), in ictu oculi, in novissima tuba (*cf.* TERT. adv. Marc. 5, 10 nos mutabimur in atomo, in oculi momentaneo ictu. resurr. 42. 51 AMBR. hex. 4, 4, 14). LVCIF. de reg. apost. 10 p. 59, 20 Vind. ceterum crede, quod possit sic et tunc Manassem et nunc te in uno atomo extinguere oculorum. HIER. epist. 119, 2 non in tempore, non saltim in brevi spatio, sed in atomo et in puncto temporis atque momento, quo palpebra oculi moveri potest. AVG. epist. 190, 15 an summa celeritate atque atomo temporis, unde exierat, recurrat an pereat *anima*. MART. CAP. 9, 971 primum ... tempus est, quod in morem atomi nec partes nec momenta recisionis admittit. OROS. apol. 9, 8 in atomo cogitationis. 19, 4 per tempora, per dies, per momenta, per atomos. COMPVT. Carth. 2, 14 in quibus similiter trigesimam partiris et in quovis die, ut dixi, quota erit luna, usque ad atomum (ath- *cod.*) per dies et annos singulos peritissime designabis. VEN. FORT. carm. 5, 1, 1 quia nec in atomo (ath- *codd.*) plasma notaretur in culpa. SERG. gramm. IV 475, 9 cum omnis oratio solvatur in verba, ... syllabae solvantur in litteras, littera sola non habet, quo solvatur. ideo a philosophis atomos dicitur (*sim.* GRAMM. suppl. p. XXIV). ISID. orig. 13, 2, 4 littera pars minima atomus est nec dividi potest. BEDA gramm. VII 229, 14 *syllaba brevis* tempus recipit unum, quod atomum metrici vocant.

pro adiectivo: PLIN. nat. 12, 62 (*de ture*) Graeci stagonian et atomum tali modo appellant, minorem autem orobian. LACT. de ira 10, 21 ubi ergo dicimus liquores atomos esse? num in vapore? num in halitu? PAVL. NOL. epist. 31, 1 p. 268, 14 Vind. in segmento paene atomo hastulae brevis sumite munimentum praesentis ... salutis.

atonia, -ae *f.*, ἀτονία. GLOSS. III 597, 13 attonia debilitas visicae, quae urinam continere non potest. *cf.* 510, 41. 42 athomiae vesicae. athomiae debilitatem stomachi. PS. GARG. append. p. 211 hoc medicamen non solum iis, qui defectionem habent stomachi, quam Graeci atoniam vocant, ⟨utile est⟩, sed et qui atoniam hepatis patiuntur, iuvat similiter. CASS. FEL. 46 p. 117, 1 atonia ... vesicae id est debilitas. *alibi graece scribitur, velut* CAEL. AVR. chron. 2, 10, 123. *Ihm.*

Atonius, -a *nom. gent., cf.* Attius, Appius Apōnius *al.; etrusc.* (CORP. inscr. etrusc. I 3635) ϑa. atunia *al. vide etiam* Attonius. CORP. VI 32454 M. Aepicius M. l. Menopo, Q. Atonius Q. l. Phi⟨l⟩emo. XI 451 (*Arimini*) M. Atoni Primigeni. **Atullius**, -a *nom. gent.* CORP. VI 2379, 5, 54 (*a. 144*) T. Atull⟨ius⟩ Severus Arimin(o). 12783 Atulliae Faustinae ... ⟨At⟩ullius Primitivus. X 533 (*Salerni*) T. Atullius Severus. 854 (*Pompeis*) T. Atullius C. f. Celer. IV 3340, 9, 9 (*a. 54*) C. Atullius Eua⟨nder⟩. *cf.* 10, 19 *al.* XI 5971 (*Pitino Mergente?*) Atulliae Faustinae filiae ... Atulli Primitivus et Victoria. *sed vide etiam* Atulius *sub* Attius. *Otto.*

Atora *v.* Atura, Aturensis.

Vlp(ius) **Atortus**. CORP. III 11111 (*Carnunti*): *de altera* T *et* I *non plane constat.* *Diehl.*

atos *in speculo Praenestino* CORP. XIV 4104 Metio acila fasia Ceisia Loucilia fata ret Iunio Setio atos ret. fata *i. q. mater*, atos *i. q. pater secundum Iordanum.* *Ihm.*

Atossa, -ae, Ἄτοσσα. **1** *Artaxerxis Ochi soror et socrus.* VAL. MAX. 9, 2 ext. 7, *ubi* otiosam *codd.* **2** HIER. chron. a. Abr. 583 *Beloci* filia Attosa quae et Semiramis (EXC. Barb. p. 282, 26 Frick). *cf.* Atussa.

Atpillos *v.* Atepillus. **Atpomārus** *v.* Atepomarus.

Atπttis. CORP. III 12014, 676 (*in vasculo, descr. Hirschfeld*). *Diehl.*

atque, ac *particula.* [*praeter* que *coniunctionem potius* ad *quam* at *inesse videtur. Th.*] *antiquorum grammaticorum doctrina*: GELL. 10, 29, 1 atque particula a grammaticis quidem coniunctio esse dicitur conexiva. et plerumque sane coniungit verba et conectit; sed interdum alias quasdam potestates habet non satis notas, nisi in veterum litterarum tractatione atque cura exercitis. nam et pro adverbio valet, cum dicimus 'aliter ego feci ac tu', significatur enim 'aliter quam tu', et si gemina fiat auget intenditque rem, de qua agitur, ut animadvertimus in Enni annalibus (ENN. ann. 519) nisi memoria in hoc versu labor 'atque atque accedit muros Romana iuventus'. cui significationi contrarium est, quod itidem a veteribus dictum est 'deque'. et praeterea pro alio quoque adverbio dicitur, id est 'statim', quod in his Vergilii versibus existimatur obscure et insequenter particula ista posita esse: *secuntur georg. 1, 199—203. hinc totus pendet* NON. 530 *nisi quod quaedam de suo male addidit male intellecto Gellio.* PRISC. gramm. III 93 composita vero *figura est in coniunctionibus* atque, etenim, sedenim. haec enim ex accentu composita esse noscuntur. *ibid.* copulativa *species* est quae copulat tam verba quam sensum, ut 'et, que, ac, atque, quidem, quoque' quando pro 'que' ponitur, 'at, ast, sed' (*cf.* ASP. gramm. suppl. 57 da copulativas *coniunctiones.* :: et que at atque ac ast.). 104 'et atque'... poetice postponuntur, alias non (*sequitur exemplum* HOR. sat. 1, 4, 107). 94 'ac' non solum pro 'et' sed etiam pro 'quam' accipitur (*sequitur* VERG. Aen. 3, 236). 115 'atque' et 'ac' quoque, si adverbio 'aliter' vel 'secus' vel similibus subiungantur, vim adverbii obtinent. 333 frequenter Latini 'ac' et 'atque' in significatione similitudinis accipiunt, 'ut similis est haec oratio atque ante'. 500 *post similia eis quae supra leguntur*: cuius est figurae 'atque'? :: compositae. :: ex quibus? :: ex duobus integris, 'at' et 'que'. :: quem habet accentum? :: praepositiva omnis coniunctio et praepositio gravatur, postpositiva autem generalem accentum servat dictionum. GLOSS. καί, τὲ, ἀλλὰ καί, καίτοι, καὶ ἔτι, καὶ πρός, ὡς καὶ ὁμοίως. autem, et, ast, vero, aut. itaque, quin etiam, ideoque, quin potius. V 341, 28 aend suilcae (*anglos.*). II 14, 5 ac si quis ἐὰν δέ τις (CIC. Catil. 2, 3). IV 304, 58. 311, 42 atque ideo adquin. II 9, 18 atque etiam ἔτι δέ. 22, 28 ἔτι δὲ καί. 335, 53 καὶ δή. 336, 1 atque adeo καὶ μέντοι. IV 427, 42 ac venti venti vero (*cf.* VERG. Aen. 1, 82). II 9, 17 atque uti καθάπερ. ac veluti καθάπερ sicuti, quemadmodum, quasi. acsi ὡς ἂν εἰ, ὡς εἰ; tamquam vel quasi, veluti.

de forma: *cf.* GRAMM. suppl. VII 154, 17 'atque' item coniunctio composita per t similiter scribenda. *ibid.* 297 'caput, inquit, atque' per t non per d. **I** *in titulis*: atque *in titulis liberae rei publicae semper scribitur, ex. gr.*: SC. de Bacch. (Corp. I 196) 19. 25. 27 CORP. I 33 (CARM. epigr. 8). 542 (= IX 4672 CARM. epigr. 248, *a. u. c. 609*). 205 (*a. u. c. 705*). 1008 (= VI 25369 CARM. epigr. 59, 15, *aet. Caes.*). 1480. I² p. 192 (VI 1318). *at* CORP. I 1166 (X 5807) adque *est i. q.* et ad. *item atque in Augusteae aetatis titulis* VI 1527 (laud. Tur.). 32323 (acta lud. saec. Aug.), *ubi* 54 atqi etiam *errore opificis.* XI 1420, 25. 1421, 21 (*elogia Caes.*). MON. Ancyr. 6, 39 at⟨que⟩. adque: MON. Ancyr. 4, 30 LEX VRS. (Corp. II 5439) IV 1, 42 CORP. XII 3619 (*saec. I p. Chr.?*). CARM. epigr. 1044 adq(ue) (*saec. I p. Chr.*). ACTA Arv. I 28 (*a. 101 p. Chr.*) CORP. V 875 (*a. 105 p. Chr.*). XIV 2112, 15 (*a. 136 p. Chr.*). VI 9797 (CARM. epigr. 29), 8 *et* 15 (*aetate Hadriani*). V 532 (*aet. Ant. Pii*), *ubi* v. 5 atque, 25 *et* 26 *et* 28 *et* 32 adque. ACTA lud. saec. Sept. Sev. I 23 adq⟨ue⟩. 25 adque. XII 2228 (*a. 269 p. Chr.*). *solum* adque EDICT. Diocl. CORP. XII 2229 (*aet. Diocl.*). V 2781, 10 *et* 22 (*a. 314 p. Chr.*). III 7000 (*saec. IV*). 6733 (*saec. IV*). adquae: CORP. III 5839. VI †32946 INSCR. christ. Gall. Le Blant 91 (*saec. VII*). hac: LEX Salp. (Corp. II 1963) I 1 CORP. III 5839 (*in Raetia*). XI 5625, 12. 37 EPHEM. epigr. VIII 1 ad vol. X 783, 5 (*saec. III/IV*) INSCR. christ. Rossi I 376 (*a. 389 p. Chr.*) CARM. epigr. 475, 9 (CORP. VI 3608).

II *in codicibus*: adque *saepissime legitur vel in antiquissimis, ex. gr.*: PLAVT. Pseud. 674. 679. 694 *A, passim in* VERG. *codicibus, praesertim in R, in Priscilliani cod. Wirceb. (saec. V/VI) semper* adque. FRONTO p. 33, 15 *et* 24. p. 53, 2 *et* 7 N. (*saec. VI*). *semper* adque *legitur in Censorini Darmstadtiensi (saec. VII), saepissime in Lucreti B, in Valeri Flacci V (saec. IX) al.* atque *scriptum pro monosyllabo* (*cf. Skutsch, Plaut. u. Rom. 1892 p. 53*): PLAVT. Epid. 522 atque mé. Mil. 367 atque cum álieno. 958 luculenta atque festiva femina. Poen. 372 atque te fáciet. Trin. 935 átque cunila. Pseud. 1315 onera húnc hominem atque me cónsequere hac (Cist. 10 atque nitide *B*: ac n. *VE Varro*). TVRPIL. com. 96 inscientia atque dementia. *cf.* COMM. instr. 2, 10, 11 casto atque (ac *Hansen*) pudico. *de provinciis formarum* atque *et* ac *certa contendere vix licet, cum et poetae et scriptores haud raro adhibita altera utra numero obsecuti sint; cf. J. Wolff, Jahrb. suppl. 26, 637. tamen in universum* ac *ante consonas legitur,* atque *ante vocales et* h (*de formis* simulac simulatque *cf.* simul), *vitatur autem* ac *ante gutturales ab eis qui politiori scribendi generi student, cf. Haupt, opusc. I p. 107 sq. non vitavere* VARRO CIC. *in Verrinis* LIV. PLIN. nat. TAC. APVL. VVLG. *de* CAES. *cf. etiam Meuselii, de* LIV. *Fügneri, de* PETRON. *Segebadii-Lommatzschii, de* TAC. *Gerberi-Greefii lexica, de* CIC. *praeter lexica Stamm, Jahrb. 1888 p. 171, J. Schmidt, Wien. Stud. XV 217, de* SALL. *Kunze, Sallustiana I p. 3, de* CVRT. *M. C. P. Schmidt, Jahrb. 1888 p. 711, R. Novák, Wien. Stud. XV 248, de* PERS. *Šorn, Sprache des Persius, de* EVTROP. *Šorn, Sprachgebr. des Eutropius II p. 14. legitur* ac *ante* c: PLAVT. Bacch. 147 ac cave. *cf.* Trin. 935 *supra l. 65.* TER. Ad. 350 ac cedo. LVCIL. 286 ac caenum. 537 ac (agit *Lachmann*) cachinnum. 1063 ac cercopithecon. CIC. *post Verrinas* Caecin. 18 ob-

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

trivit ac contudit. 51 non infirmari ac (aut *var.*) convelli. [Catil. 3, 7 cum summis et (ac *var.*) clarissimis.] Cael. 39 virtutis ac continentiae fuit (*ne iambi continuarentur*). ac. 2, 34 percipi ac comprehendi. fin. 4, 17 ac contineret. 5, 50 magn⟨um⟩ a⟨c⟩ cognitione (aut c. *Davis*). div. 2, 4 ac coercenda. [Att. 8, 3, 7 ac consulibus *M*: a consule *Manutius*.] SERV. Cic. epist. 4, 5, 5 animum a⟨c⟩ cogitationem. VATIN. Cic. epist. 5, 10ᵃ, 3 alia condicione ego sum ac ceteri. LEPID. Cic. epist. 10, 34, 1 ac contra. CAES. Gall. 1, 44, 3 ac contra. [civ. 1, 48, 5 et (*var.* ac) civitates.] civ. 3, 78, 3 frumento ac commeatu (*del. R. Schneider, Kübler*). TIB. 1, 5, 72 ac crebro. VITR. 5, 43 ac crebritate. CVRT. 5, 1, 43 ac Ciliciae. 5, 6, 17 ac coniuges. ASCON. Mil. p. 39 B. ac Cicerone. p. 40 ac coram. p. 83 ac cruentis. [SIL. 3, 97 ac contra; at c. *L recte*. 5, 277 ac clausum *S*; at clausum *C teste Heinsio recte*] STAT. Theb. 12, 33 ac circum *P*; at c. *ceteri, haud scio an recte*. QVINT. inst. 5, 14, 31 ac conclusio. 9, 2, 15 ac continentiam. SVET. Aug. 30 ac comitiis. Cal. 50 ac circa. Claud. 11 ac centurionibus. Iul. 49 ac (ad *Memm.*) Curio. PAVL. dig. 3, 5, 20 (21), 2 vetera explicare ac conservare. TERT. nat. 1, 18 ob duritatem ac contemptu⟨m⟩. patient. 2 ac caelestis. ARNOB. nat. 2, 72 ac colere. AVR. VICT. Caes. 20, 25 ac (et SPART. Sev. 18, 9) cohortes. *fortasse etiam* PANEG. 8, 2 (*p. 180, 30, ubi* assistit ac *fuit in M*). AVG. civ. 19, 13 apte ac convenienter. VEN. FORT. vita Hil. 1, 1 ac catholici. CORP. VIII 14 ac college. *ante* **g**: PLAVT. Persa 830 ac geminissimus. CIC. Verr. 5, 147 ac germanum. de orat. 1, 8 ac gubernare. orat. 22 ac graviter. epist. 12, 7, 1 ac gloriae. CAES. Gall. 7, 81, 4 ac (*om.* α) glandibus. VITR. 1, 1, 16 a⟨c⟩ (et *Rose*) geometris. SIL. 10, 363 ac gelidis. TAC. ann. 12, 64, 13 ac Gnaei. FRONTO p. 137, 12 N. ac gravissimis. p. 182, 8 ac gingivis. APVL. flor. p. 37 Oud. ac griphos (acreppus *F*). VOPISC. Aur. 6, 1 fuit decorus [h]ac gratia viriliter speciosus. *utitur* ac *ante* g LACT. *ante* **q**: CIC. agr. 2, 98 ac quam multis. de orat. 3, 57 ac quaerenda. SEN. nat. 6, 7, 3 ac quiete. FRONTIN. aq. 3 ac quantum. [MART. CAP. 2, 112 ac quae *editur falso pro* atque.] CORP. VI 1527, 35 (laud. Tur.) ac ⟨quorum⟩. *ante* **k**: CORP. VIII 9162 ac karissimae. *ante* **i** *consonam vitavit ex. gr.* SALL. *ante vocales*: VARRO ling. 9, 6 aliter ac inde (*locus corruptus*). VELL. 2, 105, 2 splendidum atque hilarem ac h. *P*; athilam *A*). PLIN. nat. 4, 111 ac eo loco. SIL. 1, 249 celsus ac (et *corr.* F^1) in magno. [1, 377 at (ac *S*) idem]. MARC. dig. 48, 16, 1, 8 postulari ac impetrari. APVL. apol. 14 aeque ac (ut *Φ*) in.... COMM. apol. 695 ac idolis (‿ ∪ ∪ ‿). PANEG. 11, 17 ac (atque *vulgo*) industriae. SYMM. orat. 5, 1 ac experta est. AMBR. Abr. 2, 7, 41 ac huius. VVLG. deut. 13, 15 ac omnia. Ios. 12, 8 ac in meridie. COD. Iust. 1, 2, 16 pr. ac infirmatis. EPIT. Alex. Wagn. 50 ac elephantis. MARC. chron. add. p. 108, 9 M. ac omnium. GREG. TVR. Franc. 5, 5 ac in (sept. dorm. 4). VITA Vedast. (script. rer. Merov. III) 7 ac effugata. CORP. II 2661 (*a. 216—217*) pro salute ⟨a⟩c imperii diuturnitate. III 11022 coniugi amantissimae ac obsequentissimae. 12333. VIII 44 ac indus⟨triam⟩. XII 2085 acus (*i. q.* ac hos?). **acxi** *scribitur* CORP. V suppl. Pais 941, 12. *de* ***quantitate***: ac *apud posteriores poetas longam syllabam efficere frustra contendit L. Müller, de re metr.*² *p. 426, nam exempla ibi adlata codicum ope correcta sunt*: ORIENT. comm. 1, 108 corporis atque animae (ac a. *unus B*). PAVL. PETR. Mart. 5, 471 aut *codd. exhibent*. AVIEN. Arat. 1623 et *codd.* AVSON. 406, 84 Probiano atque Anicio (*dim. iamb. cum hiatu*; itemque *Peiper*). *nil certi efficitur ex titulo* CORP. VI 9697 (CARM. epigr. 29), *ubi omnibus fere longis syllabis apicibus instructis* ac *nude legitur*.

de ***collocatione***: **I** *positum in fine versus cf. Vahlen, Abh. d. Berl. Akad. 1900 phil. hist. Kl. III p. 43 sq.*: ac: TER. Eun. 362 faciam sedulo ac| dabo operam, adiuvabo. Ad. 392 nimium inter vos, Demea, ac| (ac *om. A*) ... pernimium interest. ACC. praetext. 26 resupinum in caelo contueri maximum ac | mirificum facinus. HOR. carm. 3, 8, 27 dona praesentis cape laetus horae ac | linque severa (ac *exhibet A; om. ferme reliqui*). ac si *in fine versus* HOR. sat. 1, 6, 130. atque: TER. Ad. 217 si nunc de tuo iure concessisses paululum atque| adulescenti esses morigeratus. 375 est hercle inepta; ne dicam dolo atque | absurda. 465 nostrum amicum noras Simulum atque | (atque *om. A*) aequalem (*cf. p. 1059, 61*). TRAG. inc. 191 barba pedore horrida atque | intonsa infuscat pectus inluvie scabrum. LVCR. 6, 1108 VERG. Aen. 12, 355. 615. *saepissime apud* HOR. sat. *et* epist. IVV. 4, 78. **II** *secundo enuntiati loco*: *cf.* PRISC. *p. 1048, 17. in dactylicis versibus ferme secundo versus loco. ab Alexandrinis poetis hoc sumptum esse demonstravit Haupt, op. I p. 126 sq.* CAES. Suet. vita Ter. 5, 3 lenibus atque utinam scriptis adiuncta foret vis. VERG. ecl. 6, 38. LYDIA 56 istius atque utinam. CIRIS 47. 186 (?). HOR. epod. 17, 4 per atque libros (17, 3 per et Dianae). sat. 1, 2, 10 sordidus atque animi. 1, 5, 3 Forum Appi differtum nautis cauponibus atque malignis. 1, 6, 111. 1, 8, 34 PROP. 3, 13, 39 OV. ars 3, 282 trist. 3, 2, 13 MANIL. 1, 426. SEN. Thy. 911 o me caelitum excelsissimum regum atque regem. OCTAVIA 110. 244 COLVM. 10, 327 LVCAN. 8, 676. VAL. FL. 6, 599 eat atque utinam! 8, 400 trahens gemitum tantis ac vocibus inpar. STAT. silv. 4, 1, 25. TERENT. MAVR. 94 vocalibus atque est minor auctiorque mutis. CYPR. GALL. iud. 568. COMM. instr. 1, 30, 17 terribilem legem malis bonis atque benignam. ARNOB. nat. 4, 11 talia confingitis monstra talia atque molimini (*propter numerum*). 5, 14 lavit utique, balsamis atque unxit. ANTH. 304, 12 artibus ac variis atria pulcra micent. 338, 3 PROSP. carm. de ingrat. 435 sed quod dispersum exciderat fractum atque iacebat. SIDON. carm. 7, 490 cum cogere possis servitium trahere ac populos in bella. CARM. epigr. 317, 3. 1153, 2. QVINT. inst. 8, 4, 22 sibi atque *pro* atque sibi *vel* (*siquidem Quintilianus* atque *ante consonas nisi in clausula non habet*) ac sibi. *tertio loco*: HOR. carm. 1, 25, 17 laeta quod pubes hedera virenti gaudeat pulla magis atque myrto. VAL. FL. 5, 395 ingentia namque castra alios aditus atque impius obsidet hostis. CARM. epigr. 1175, 4.

atque *particula videtur altioris potius generis dicendi propria esse quam sermonis vulgaris. saepissime enim et creberrime* CATO *in* orat. *ea utitur, raro in libro qui est* de agri cultura. *cui rei optime convenit quod apud* RHET. Her. *saepe in exemplis rhetoricis exstat* atque, ac *35ies* ex *88 locis. apud* CIC. *in orationibus maxime legitur* atque, *rarius ex. gr. in libris* de inv. *non legitur in* BELL. Hisp. *nisi* 13, 5 ac si — *nam* 41, 5 *e falsa coniectura editur —, raro extat apud* VITR. (*septuagies fere, quo ex numero plus quadragies in formula* dextra ac sinistra), *raro etiam apud* COMM. (*decies fere*) *et apud* CHIRON. (*cf. Oderi index*). *in* ITIN. Silv. *praeter* acsi (*septies*) *et* ac sic (ergo) *formulas octies* (*quo ex numero bis* viri ac feminae, *semel* noctu ac die, *singulis locis in* SCHOL. Cic. Gron., *ubi* ac p. 406, 30 B. *extat*, atque p. 407, 47 *e Cicerone. semel usus est ea particula* APIC. 1, 1 *in formula. mirabere quod in* VVLG. ac *et* atque *minus vicies inveniuntur in novo test., sescenties in vetere.* *agunt de* ac, atque: *Hand, Tursell. I p. 452—513. Ballas, gramm. Plaut. 1868 p. 28—49. Holtze, Synt. Lucret. 1868 p. 176; Heinze, ad Lucr. 3, 993 p. 187; Sjögren, de particulis copulativis apud Plautum et Terentium, Vpsaliae 1900; Merten, de part. copul. apud vet. Rom. scriptores usu, Marpurgi 1893.* [*ital.* vattel a pesca ʻ*vade ac piscare*ʼ. *M.-L.*]

nos ingentem materiam ita disposuimus ut primum (I) eos locos tractaremus quibus propria particulae ad *vis ac potestas etiam valere videtur, deinde (II) eos quibus simpliciter conexivam vim habet* atque, *tum (III) de* atque *ducente enuntiata, denique (IV) de comparativa notione ageremus. in fine (V) quaedam ex recentissimo usu conlocavimus.*

I ***vi propria praepositionis*** ad ***non imminuta***: **A** *cum simplici notione addendi, i. q.* et quidem: PLAVT. Amph. 282 credo edepol equidem dormire Solem, atque adpotum probe. Asin. 716 quem te autem divom nominem? :: Fortunam, atque Obsequentem. Bacch. 470 meretricem ... deperit ... atque acerrume aestuosam. 538 num quae advenienti aegritudo obiecta est? :: atque acerruma. 568 duas ergo hic intus eccas Bacchides. :: quid? duas? :: atque ambas sorores. 1185 in (*i. isne*) hac mecum intro? atque ut (*i. et ea quidem lege, ut*) eis delicta ignoscas (Rud. 1127 concedam tibi ac, si istorum nil sit, ut mihi reddas). Capt. 354 solvite istum nunciam, atque utrumque. Cas. 735 servos ego. :: atque meus. Epid. 379 abeamus intro hinc ad me. :: atque aliquanto lubentius quam abs te sum egressus intus. 694 cedo manus. :: morantur nihil; atque arte colliga. Men. 208 iube ... prandium accurarier ... atque actutum. 571 ut hoc utimur maxime more moro molestoque multum atque uti quique sunt optumi maxume (-i *AP*) morem habent hunc. Merc. 742 coquendast cena, atque quom recogito, nobis coquendast. Persa 394 sescenti logi atque Attici omnes. 523 eam volo accusare ut istic veneat; ac suo periclo is emat qui eam mercabitur. Pseud. 739 ecquid is homo habet aceti in pectore? :: atque acidissimi. Rud. 121 dabitur opera, atque in negotio (*i. quamquam otium non est*). 869 video atque inspecto lubens. Stich. 183 oratio una interiit hominum pessume, atque optuma hercle. 641 more (*i. de more*) hoc fit atque stulte mea sententia. Trin. 780 tenes iam? :: propemodo, atque ausculto perlubens. 1103 curre in Piraeum atque unum curriculum face. TER. Andr. 337 fugin hinc? :: ego vero ac lubens. Haut. 763 faciam boni tibi aliquid pro ista re, ac lubens (Eun. 591). Eun. 915 cognoscitne? :: ac memoriter. 1085 recipimus. :: ac libenter. LVCIL. 401 paucis ... ac sapientibus esse probatum (LIV. 21, 4, 1 pauci ac ferme optimus. 23, 5, 1 paucis ac semiermibus). CIC. Verr. 4, 52 te sine tuo quaestu ac maximo quaestu tantam tuam infamiam ... neglexisse. 5, 145 decernitur ac non varie, sed prope cunctis sententiis. 4, 23 erat dominus, ac tum maxime, cum .... Catil. 1, 9 multis ac summis viris (*similia passim*). Cael. 33 aliquis ac potissimum Caecus ille. 36. Phil. 8, 19 satis multa cum Fufio ac sine odio omnia. inv. 2, 32 *debebit ostendere* si quam in similem ante suspicionem venerit, ac maxime ... simili aliquo in genere. 2, 173 tertia ac levissima *necessitudo*. de orat. 1, 236 praeclaras duas artes constitueres atque inter se pares. orat. 193 esse ... *trochaeum* tertium ac medium inter illos *pedes*. Brut. 250 vidi ... Mitylenis nuper virum atque vidi plane virum. epist. 2, 11, 1 incredibile *desiderium* meorum atque in primis tui. CAES. civ. 3, 111, 2 eodem tempore pugnatum est ad portum, ac longe maximam ea res attulit dimicationem. SALL. Iug. 40, 2 per amicos ac maxime per homines nominis Latini. 95, 3 multarum rerum ac maxume pecuniae largitor. AETNA 556 tantis fornacibus Aetna uritur ac sacro ... igni. LIV. 7, 13, 9 ut viris ac Romanis dignum sit. 9, 11, 12 senes ac consulares. 21, 58, 2 ad prima ac dubia signa. 22, 59, 14 barbaro ac Poeno. 23, 14, 7 senatus ac maxime primores eius. 23, 15, 6. 28, 24, 1 provinciam omnem ac maxime longinqua eius turbavit. 32, 32, 14.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

45, 9, 4 inde (*i. a Philippo*) ac per eum (*Philippum*) crescere cum coepisset *Macedonum gens*. CELS. 3, 23 vehementer et diu ac non minus ducenties ... perfricetur. 8, 11 gravis inflammatio oritur atque in talis praecipue. SEN. nat. 2, 10, 3 qui (*spiritus*) omnibus animalibus arbustisque ac satis calidus est. COLVM. 12, 18, 5 dolia ... picanda sunt, atque aliter ea quae demersa sunt humi, aliter quae stant supra terram. SCRIB. LARG. 185 ex vino mero atque (quam *Helmreich*) plurimo. PLIN. nat. 7, 136 fuit et Balbus ... accusatus atque de iure virgarum. 10, 4. 14, 41 nucleo ... uno ac minimo. 16, 64 *folia* contra serpentes ... opifera, ac (ut *Mayhoff*) nihil aeque, reperiuntur. 17, 224 ut homini nervorum cruciatus, sic et arbori, ac duobus aeque modis. 18, 251 *stellas* tibi ... ostendo ac, ne possis praeterire, miraculo sollicito. 21, 4 quales etiamnunc exstant artificis illius tabellae atque inprimis appellata stephanephoros. QVINT. inst. 1, 4, 19 2, 18, 4 est aliquis ac nescio an maximus etiam ex secretis studiis fructus. 4, 1, 18. 11, 1, 93 utrumque, ac merito, laudatur. 5, 11, 16 ut idem (*Cicero*) ac pro eodem (*Milone*) dicit. 7, 9, 7 *fit ambiguitas* per collocationem, ubi dubium est, quid quo referri oporteat, ac frequentissime, cum quidem medium est, cum utrique possit trahi. TAC. hist. 5, 11 varia proelia ac saepius adversa. ann. 11, 14 mox alios ac praecipuum Simoniden ceteras *litteras* repperisse. PLIN. epist. 3, 6, 4 emi *statuam*, ... ut in patria nostra celebri loco ponerem, ac potissimum in Iovis templo. SVET. Iul. 60 *proelia* ex occasione sumebat ac saepe ab itinere statim. Aug. 17 remisit tamen hosti iudicato necessitudines amicosque omnes, atque inter alios C. Sosium. Tib. 3 *familia* clara et insignibus viris ac maxime Salinatore Drusisque. 26 civilem admodum inter initia ac paulo minus quam privatum egit. Claud. 32 convivia agitavit et ampla et assidua ac fere patentissimis locis. DON. (SVET.?) vita Verg. p. 54 Reiff. Vergilius parentibus modicis fuit ac praecipue patri. FRONTO p. 53, 6 N. APVL. flor. p. 56 Oud. TERT. anim. 53 rapida ... mors ... semel ac tantam ianuam pandens (*i. uno impetu licet tantae magnitudinis ianuam p.*). RVT. LVP. 2, 7 qui omne vitae tempus una ac desperatissima consuetudine producit. AMM. 30, 4, 14 quartum atque postremum genus. AVG. civ. 18, 44 quoniam auctoritas utraque (*h. e. graeci textus et hebraici*) una atque divina est.

accedit **ita, ibi, inde**: PLAVT. Bacch. 224 veniat quando volt atque ita ne mihi sit morae. Epid. 469 tuas possidebit mulier faxo ferias atque ita profecto ut eam ex hoc exoneres agro. CIC. Verr. 3, 53 muliere quadam propinqua atque ita propinqua, ut.... Font. 40 *hominem* positum in vestra fide atque ita, ut .... Manil. 21. dom. 98. Caecin. 24 confitetur atque ita libenter confitetur, ut .... Rab. perd. 8. Mur. 15 paria cognosco esse ista in L. Murena, atque ita paria, ut.... de orat. 3, 30. leg. 1, 28 quam longe tu iuris principia repetis! atque ita, ut ... facile patiar. nat. 1, 39 turbam congregat deorum, atque ita ignotorum, ut .... fin. 2, 20 audet dicere, ... atque ibi hoc dicit, ubi.... Att. 14, 13^b, 3. epist. 7, 5, 3. 1, 8, 1. 13, 8, 3 te ... rogo atque ita, ut .... 15, 20, 2. CAEL. Cic. epist. 8, 5, 3 diu ludetur atque ita diu, ut ... moretur. Q. CIC. pet. 13 petis ... summum locum civitatis atque ita summum, ut .... NEP. Att. 2, 4. LIV. 21, 38, 6 credere Poenino — atque inde nomen ei iugo Alpium inditum — transgressum *Hannibalem*. PLIN. nat. 8, 169. 10, 158 palumbus et turtur plurimum terna *ova* nec plus quam bis vere pariunt atque ita (*h. e. ea condicione*) si prior fetus corruptus est. QVINT. inst. 2, 17, 32 respondebo ... atque ita quidem, ut .... TAC. ann. 4, 2 facili Tiberio atque ita prono, ut .... PLIN. paneg. 72 ut ante a nobis, deinde a diis atque ita ab illis amari velis, si a nobis ameris. SVET. Nero 51. FRONTO p. 24, 5 N. *versus* remisi tibi ... atque ita remisi.

accedit **quidem, equidem**: PLAVT. Bacch. 974 quadringentos filios habet atque equidem omnis lectos sine probro. Epid. 29 ubi arma sunt Strathippocli? :: pol illa ad hostis transfugerunt. :: armane? :: atque ⟨e⟩quidem cito. Mil. 368 tun me vidisti? :: atque his quidem hercle oculis. Poen. 1239 filias meas celavistis clam me atque equidem ingenuas liberas. Pseud. 1010 tun es is Harpax? :: ego sum, atque ipse harpax quidem. Rud. 736 numqui minus hasce esse oportet liberas? :: quid liberas? :: atque eras suas quidem hercle. TER. Eun. 956 conligavit? :: atque equidem orante ut ne id faceret Thaide. CIC. p. red. 1, 11 fecisset ac minore quidem cum detrimento. de orat. 2, 278 videturne misericordiam novisse, ac 'magnam quidem' inquit. 2, 290 ego vero (*sc. pergam*) atque hilare quidem. 3, 226 ego vero (*sc. admiratus sum*) ... ac doleo quidem. Brut. 211 ego vero (*sc. audivi*) ac lubenter quidem. part. 140 ego vero (*sc. cognoscam*) ac magno quidem studio. part. 114 de orat. 2, 27 Att. 15, 11, 2 QVINT. inst. 2, 17, 32 *cf. supra l. 55.* CIC. Tusc. 2, 39 haec veteranus miles facere poterit, doctus vir ... non poterit? ille vero melius ac non paulo quidem. 2, 26 fuisti saepe ... in scholis philosophorum. :: vero, ac libenter quidem. *ibid.* animadvertebas ... versus ab iis admisceri orationi. :: ac multos quidem a Dionysio. leg. 2, 12 id estne numerandum in bonis? :: ac maxumis quidem. Att. 4, 8^a, 1. 4, 15, 3 dedi (*sc. litteras*), ac multis quidem de rebus. 9, 8, 1 cenantibus prid. Idus nobis, ac noctu quidem. 2, 19, 1 tantum doleo, ac mirifice quidem. ad Q. fr. 2, 6, 1 o litteras mihi tuas iucundissimas exspectatas, ac primo quidem cum desiderio, nunc vero etiam cum timore. epist. 3, 6, 2 respondi Clodio me ita facturum esse ac multo quidem libentius, quam si .... *passim.*

accedunt pronomina **hic idem is ille iste**: PLAVT. Amph. 742 hic in me inclementer dicit, atque id sine malo. Asin. 229 quid me aequom censes pro illa tibi dare? .... :: tene? viginti minas, atque ea lege: si alius ad me prius attulerit, tu vale. Aul. 375 cara omnia; atque eo fuerunt cariora: aes non erat. Merc. 842 divom atque hominum quae spectatrix atque era eadem es hominibus. Trin. 362 mentire edepol, gnate, atque id nunc facis haud consuetudine. Truc. 184 mala atque eadem quae soles inlecebra. TER. Phorm. 197 cedo, quid portas, obsecro. atque id, si potes, verbo expedi. CIC. S. Rosc. 86 tenuitas hominis eiusmodi est, ut dissimulari non queat, atque eo magis elucet.... Verr. 4, 1. 6, 51. Rab. perd. 20 cunctus senatus atque ille senatus, quem.... Manil. 51 ipsa re ac ratione exquirere possumus veritatem, atque hoc facilius, quod. 33 vestros portus atque eos portus, quibus. Cluent. 192 mulierem quandam Larino atque illam usque a mari supero Romam proficisci. Rab. Post. 46 Phil. 2, 67. orat. 198 aequaliter constanterque ingrediens numerosa habetur oratio, atque id in dicendo numerosum habetur quod ad numeros proxime accedit. part. 114 sunt quasi tacita criminum testimonia atque hoc quidem graviora. de orat. 2, 27 sic faciemus atque ista quidem condicione. 2, 31. 3, 110. 3, 140 res homine erudito dignae atque eo qui in re publica vellet excellere. 3, 150. Brut. 105 satis acrem atque eundem ... vehementem. leg. 2, 14 vir doctissimus ... Plato atque idem gravissimus philosophorum omnium. div. 2, 86 fani pulchritudo et vetustas Praenestinarum etiam nunc retinet sortium nomen atque id in volgus. off. 1, 71. 1, 74 multi ... bella saepe quaesiverunt propter gloriae cupiditatem atque id in magnis animis plerumque contingit. Att. 2, 21, 1. 7, 17, 2. 16, 14, 1. 15, 11, 2 querebantur — atque id quidem Cassius maxime — amissas occasiones. 13, 31, 3 de epistola ad Caesarem κέκρικα, atque id ipsum, quod ... aiunt. 12, 9 essem hic libenter atque id cotidie magis. 8, 11, 3. 10, 8^a, 1. 5, 12, 1 negotium magnum est navigare, atque id mense Quinctili. 5, 21, 3 horreo, atque eo magis quod tu abes (epist. 8, 4, 1). ad Q. fr. 2, 15, 1. epist. 1, 2, 2. 7, 23, 2 ipsas ego Musas numquam tanti putassem atque id fecissem Musis omnibus adprobantibus. CAES. Gall. 5, 18, 1. SALL. Iug. 14, 11 fratre meo atque eodem propinquo suo. LIV. 4, 57, 7. 21, 22, 1. *et passim apud scriptores. raro talia leguntur apud poetas, velut*: CATVLL. 103, 3 desine quaeso leno esse atque idem saevus et indomitus. VERG. Aen. 10, 606 o germana mihi atque eadem gratissima coniunx. CIRIS 134 pater atque avus idem Iuppiter. HOR. sat. 2, 2, 39 utque illis multo corrupta dolore voluptas, atque haec rara, cadat dura inter saepe pericla. EPICED. Drus. 299 dignissima coniuge Druso atque eadem Drusi digna parente nurus. OCTAVIA 164 miscuit coniunx viro venena saeva, cecidit atque eadem sui mox scelere nati. SIL. 4, 320. 15, 105 MART. 13, 36. 11, 56, 6 IVV. 6, 176.

B *cum notione augendi* (*alteri membro passim accedit* ipse *vel sensu negativo* ne — quidem): PLAVT. Amph. 755 audin illum? :: ego vero, ac falsum dicere. Asin. 212 quod nolebam ac volueram. Bacch. 824 iam dabis. :: dabo? :: atque orabis me quidem ultro ut auferam. Mil. 337 nempe tu istic a⟨i⟩s esse erilem concubinam? :: atque arguo eam me vidisse. 367. Trin. 475 edim atque ambabus malis completis vorem. TER. Andr. 603 insperante hoc atque invito Pamphilo. Phorm. 232 nec meum imperium, ac mitto imperium, nec simultatem meam revereri saltem! VARRO rust. 3, 17, 4 proinde ut sacri sint ac sanctiores quam di *pisces* in Lydia. CIC. Verr. 6, 96 in urbem ... atque in urbis intimam partem. 3, 189 mutum atque exanimatum ac vix virum relinquo. 4, 29 omnis dico plus ac multo plus quam decumam abstulisse. Manil. 54 populus Romanus ... magna ac multo maxima parte ... imperii caruit. Catil. 1, 11 magna dis immortalibus habenda est atque huic ipsi Iovi Statori ... gratia. orat. 52 rem difficilem ... atque omnium difficillimam! 158 in accepti tabulis ... ac ne his (aeneis *A*) quidem omnium. Brut. 234 specie tamen et motu atque ipso amictu capiebat homines. de orat. 2, 72 magnum est quoddam opus atque haud sciam an ... longe maxumum (epist. 9, 15, 1). 1, 186 obtinendae atque augendae potentiae (Brut. 331. Ps. APVL. Ascl. 11). 1, 181 nobilissimum atque optimum virum, atque consularem. orat. 7 non saepe atque haud scio an ⟨n⟩umquam. leg. 3, 32 pauci ... atque admodum pauci corrumpere mores civitatis possunt. fin. 5, 47 cur non etiam, ac fortasse magis, propter se formae dignitatem sequamur. nat. deor. 2, 11 vir sapientissimus atque haud sciam an omnium praestantissimus. Att. 2, 24, 5 item atque eo, si potest, acrius te rogo, ut plane ad nos advoles. LVCR. 4, 1163 magno atque immanis. CAES. Gall. 2, 28, 1 ad internecionem gente ac nomine Nerviorum redacto (6, 34, 8). NEP. Alc. 11, 2 ea ... de eo praedicarunt atque hoc amplius. VERG. Aen. 2, 370 se ... Androgeos offert nobis ... inscius atque ultro verbis compellat amicis. HOR. sat. 1, 3, 97 sensus moresque repugnant atque ipsa utilitas. OV. am. 3, 3, 31 formosas superi metuunt offendere laesi atque ultro, quae se non timuere, timent. LIV. 2, 41, 10 eum ... verberasse ac necasse. 4, 14, 1 Maeliani atque ipse dux eorum. 5, 8, 12. 7, 12, 13 eadem ... haec interdum propalam ac ferociora his iactare. 21, 16, 6 bellum gerendum in Italia ac pro moenibus

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Romanis esse. 22, 60, 7 praeferrique *eos* non captis modo ... sed etiam iis ... atque ipsi C. Terentio consuli aequum censuerint. 33, 14, 1 eodem tempore atque ut quidam tradidere eodem die. 34, 3, 6 matronae consternatae procucurrerint in publicum ac vix foro se et contione abstineant. 43, 22, 2. SEN. suas. 6, 23 nihil ... Cicerone dignum est ac ne hoc quidem, quod ... tolerabile est. GERM. 264 si vere sustinet Atlans regna Iovis superosque atque ipso pondere gaudet. CELS. 1 pr. *medicina* apud Graecos ... exculta est ac ne apud hos quidem a prima origine. SEN. Phaedr. 720 regeramus ipsi crimen atque ultro impiam Venerem arguamus. Thy. 704. PETRON. 82 cum ... vultu atque ipsa trepidatione mendacium prodidissem. PLIN. nat. 2, 137 sacculis ipsis nullo modo ambustis ac ne confuso quidem signo cerae. 12, 51 tura praeter Arabiam nullis ac ne Arabiae quidem universae. 14, 50. 16, 139. 19, 108 nihilque aliud ac ne pane quidem vescendo. 22, 8 uno aliquo ac vel humillimo cive servato. 33, 74 alius par labor ac vel maioris inpendii. VAL. FL. 6, 309 ipse hac occumbere dextra maluit atque ultro segnes abrumpere metas. SIL. 14, 293. STAT. silv. 5, 1, 82 ferrique togaeque consilia atque ipsam mentem *Caesaris* probat *Abascantus*. Theb. 12, 74 Echionios mecum venerande penates atque ultra recture puer (*Menoeceu*). QVINT. inst. 12, 11, 29 cuius (*operis*) tractatus atque ipsa possessio plenissimam studiis gratiam refert. 6, 2, 1 non ... potui ac ne debui quidem. IVV. 13, 196 poena ... vehemens ac multo saevior illis (*poenis*). 14, 216 *sententia* dis atque ipso Iove digna. 2, 31. TAC. Agr. 4 ultra quam concessum Romano ac senatori. dial. 6 extemporalis audaciae atque ipsius temeritatis vel praecipua iucunditas est. 40 contiones assiduae et datum ius potentissimum quemque vexandi atque ipsa inimicitiarum gloria. hist. 3, 54 abnuentique vera esse quae adferret atque ultro corruptum arguenti. 1, 11. 1, 68 per silvas atque in ipsis latebris trucidati. 2, 92 in domum Caesaris transgressi atque ipsis dominis potentiores. ann. 1, 50. 3, 12 patris sui legatum atque amicum Pisonem fuisse. PLIN. epist. 2, 17, 22 non fulgurum lumen ac ne diem quidem sentit. 5, 11, 16 patitur atque ultro requirit. SVET. Galba 12 *classiarios* recusantis atque insuper aquilam et signa pertinacius flagitantis. Otho 1 Iul. 36 Cal. 50. FLOR. 1, 47, 9. VLP. dig. 17, 1, 29 potuit enim atque debuit reus ... certiorare fideiussorem. APVL. met. 4, 5 non stimulis ac ne (*sic*) cauda et auribus cruribusque elevatus *asinus* temptavit exurgere. 10, 24 bene atque optime.

accedit **etiam, quoque**: PLAVT. Capt. 777 tantum affero quantum ipsus a dis optat, atque etiam amplius. Cas. 367 perperam iamdudum hercle fabulor. :: pol tu quidem, atque etiam facis. Men. 790. Persa 783 qui illum Persam atque omnis Persas atque etiam omnis personas male di omnes perdant. Poen. 888 ero meo uni indicasso, atque ei quoque ut ne enuntiet .... Pseud. 194 satin magnificus tibi videtur? :: pol iste, atque etiam maleficus. 367 verberavisti patrem atque matrem. :: atque occidi quoque. Trin. 964 haben tu id aurum ...? :: atque etiam Philippum ... mille nummum. Truc. 177 ipsi vident cum eorum aggerimus bona atque etiam ultro ipsi aggerunt. 898 merito ecastor tibi succenset. :: egon? atque isti etiam parum male volo. TER. Ad. 209 cupide accipiat faxo atque etiam bene dicat. 662 factum a vobis duriter, inmisericorditer atque etiam ... inliberaliter. CAEL. RVF. Quint. inst. 11, 1, 51 ne cui vestrum atque etiam omnium ... iactantior gestus fuisse videatur. VARRO Men. 534 περιέχοντα varia mihi facies ... atque etiam adpinges orbem terrae. ling. 10, 19 in nomin⟨at⟩ibus magis expressa ac plus etiam in vocibus ... quam in rebus suam optinet rationem. rust. 1, 2, 17 servis peculium atque etiam leges colonicas tollis. 3, 12, 2 cocliaria atque alvaria atque etiam dolia. CIC. de orat. 1, 8 patrum memoria atque etiam maiorum. 2, 48 nam et testimonium saepe dicendum est ac nonnumquam etiam accuratius. 2, 71 non ... minus operis ... ac multo etiam maius (fin. 1, 157). 2, 89. 3, 122. 3, 205 vox quaedam libera atque etiam effrenatior. 262 *orationes* complures ... legi atque etiam commentarios. orat. 196. top. 77 divina ... sunt testimonia ... aeris sonitus atque ardores ... multarum rerum ... portenta atque etiam per exta inventa praesensio. part. 66 non ... solum quaeritur quid honestum sit ... sed etiam ... quid honestius ... atque etiam quid honestissimum. Brut. 180 infirma atque etiam aegra valetudine. Quinct. 94. Verr. 3, 70 idemque hoc amicis eius videbatur, atque eo etiam magis, quod ... (Manil. 13 nat. deor. 2, 35 off. 1, 157 CAES. civ. 1, 82, 3). 3, 73 hominem verbis vehementioribus prosequitur atque ei gravius etiam minari coepit. 5, 76 nihilo remissius atque etiam multo vehementius. 5, 91. Caecin. 13 Cluent. 71. 111 voltum atque amictum atque etiam illam ... purpuram recordemini. 180. Rab. perd. 17 fateor atque etiam ... profiteor et prae me fero. agr. 2, 45 grave est ... nomen imperii atque id etiam in levi persona pertimescitur. Catil. 3, 14 Mur. 2 Sulla 34 har. 1. Sest. 52 quae ... omnia atque etiam multo alia maiora (nat. deor. 2, 145). 53. epist. 5, 2, 9 non moleste tuli atque etiam ... adiuvi. CELS. 7, 18 tumet ipse testiculis ac febres quoque adfert. QVINT. inst. 1, 10, 6 ex multis atque interim contrariis quoque inter se effectibus. PLIN. epist. 1, 13, 2. *et passim apud scriptores (maxime apud Plinios, non tamen apud* SEN. phil. *ut vid.), ex quibus addo aliquot exempla quibus prius membrum est negativum*: LIV. 3, 46, 9 ne Verginio commeatum dent atque etiam in custodia habeant. 44, 28, 3 inviolatos atque etiam benigne appellatos. TAC. hist. 1, 8 non remitti atque etiam reum esse. *rara sunt talia*: PLIN. nat. 18, 261 Italicum *genus falcium* brevius ac vel inter vepres quoque tractabile. 20, 25 contra fungorum venena atque ... et contra sanguinem tauri. *praeterea ex poetis adnota haec*: LVCR. 3, 948 omnia si pergas vivendo vincere saecla, atque etiam potius, si numquam sis moriturus. HOR. sat. 1, 2, 80 magis huic ... hoc, Cerinthe, tuo tenerum est femur aut crus rectius atque etiam melius persaepe togatae. 2, 3, 305 stultum ... atque etiam insanum. MANIL. 1, 332.

accedit **adeo**: PLAVT. Cas. 801 esurio hercle atque adeo hau salubriter (haud silio *P*). 366 Curc. 333 Pseud. 191. TER. Hec. 456 bene factum te advenisse, Pamphile, atque (et ς) adeo ... salvom atque validum. 397. RHET. Her. 4, 26, 36 vicerunt atque adeo victi sunt. *ibid.* sequeris ... atque adeo insectaris. 4, 43, 54. VARRO ling. 8, 10. CIC. Quinct. 46. 96. S. Rosc. 100 si prodierit atque adeo cum prodierit. Verr. 4, 19. 4, 21 tot annis atque adeo saeculis. 4, 33. Cluent. 79. LIV. 10, 5, 14 non petentem atque adeo etiam absentem creatum. *raro apud poetas velut* OV. trist. 3, 1, 77 SIL. 11, 574. *cf. etiam sub* adeo *I p. 612, 58.*

accedit **paene, prope**: CIC. div. in Caec. 70 aegrotanti ac prope desperatae rei publicae. Verr. 3, 160 conventus illius ac prope totius provinciae. 4, 78 plus ... ac prope dicam tantum ... potuit quantum .... dom. 131 in civis ... cruore ac paene ossibus simulacrum ... licentiae conlocasti. har. 14 multae sunt domus in hac urbe ... atque haud scio an paene cunctae. 2 vim et gravitatem illam singularem ac paene divinam (Marcell. 1 Phil. 2, 39. 9, 10. div. 1, 124 magnificum ac paene divinum. epist. 15, 2, 8). Cael. 36. Scaur. 3, 1 meminimus ac paene vidimus. Brut. 51. de orat. 3, 181 ut utilitatem ac prope necessitatem suavitas quaedam et lepos consequatur. 1, 197. 3, 215 ut obscuretur *animi permotio* ac paene obruatur. 2, 90. 1, 70 socius ac paene par. fin. 2, 94 fortitudinis quaedam praecepta sunt ac paene leges. rep. 1, 7 ad Brut. 1, 9, 2. 1, 18 pro adulescentulo ac paene puero. CAES. Gall. 3, 12, 5 raris ac prope nullis portibus. 6, 36, 2 dispersis ac paene deletis hostibus. BELL. Afr. 71, 1. HOR. ars 90 indignatur ... privatis ac prope socco dignis carminibus narrari cena Thyestae. LIV. 1, 14, 4 multo propius atque in ipsis prope portis bellum ortum. 2, 63, 2 maturam iam seditionem ac prope erumpentem repressit. *et passim apud scriptores* ac paene *et* ac prope (*apud* LIV. *solum* ac prope). *cf.* SEN. dial. 12, 14, 5 adulescentulus ... ac propemodum puer, *rarius apud poetas, velut*: STAT. Theb. 3, 465 prospexit de rupe gradus ac paene secuta est. 4, 324 resupinum ac paene ruentem. IVV. 1, 64 feratur hinc atque inde patens ac nuda paene cathedra.

II *vi propria imminuta* atque ***conexiva*** *tantum particula est. saepissime autem alteri membro gravius aliquid additur velut* SALL. Catil. 52, 35 intra moenia atque in sinu urbis. *antiqui cumulabant* atque; *ex. gr. abundat hac particula propter plenum sonum* CATO *in orationibus.* Fest. 242 quibus villae atque aedes aedificatae atque expolitae maximo opere citro atque ebore atque pavimentis Poenicis sient. Gell. 6 (7), 3, 14 (*in prooemio pro Rhodiensibus orationis*) scio solere plerisque hominibus rebus secundis atque prolixis atque prosperis animum excellere atque superbiam atque ferociam augescere atque crescere. Char. 202 ⟨scio⟩ ego ⟨at⟩que iampridem cognovi atque intellexi atque arbitror. *cf. etiam* CIC. epist. 1, 5, 8 de orat. 2, 23. *ubi complures notiones variis particulis coniunguntur, licet nonnumquam ad libidinem auctores particulas elegisse videantur — legitur enim* atque *in enumerationibus quolibet loco, cf. ex. gr.* VARRO rust. 3, 2, 13 VERG. Aen. 6, 286 — *tamen hoc contenderim permultis locis particularum diversitate relationum diversitatem significari, ita ut* atque *vel coniungat propiora vel addat ultima; exempla vide infra. nec sine causa vel in ipsius* atque *particulae formis variari docet ex. gr.* CIC. Catil. 4, 12 fugam virginum atque puerorum ac vexationem virginum Vestalium. nat. deor. 1, 2 de figuris deorum et de locis atque sedibus et actione vitae. de orat. 1, 95 qui et studio acriore quam nos sumus atque fuimus, et otio ac facultate dicendi maiore ac maturiore et labore atque industria superiore ... existat talis orator. *cf.* Manil. 31 Catil. 2, 23. CELSVS *amat talia*: 7, 26, 1 p. 307 *fistulas* leves ... ac neque nimis plenas neque nimis tenues. *nota duas notiones tales sicut per* et *particula* atque *coniungi, quas grammatici per figuram* ἓν διὰ δυοῖν *explicant, ex. gr.* PLAVT. Aul. 342 hic autem apud nos magna turba ac familiast. VERG. Aen. 9, 352 sensit *Euryalum* ... nimia caede atque cupidine ferri. SEN. Oed. 813 tumore nactus nomen ac vitio pedum. epist. 51, 5 *Hannibalem* indomitum nivibus atque Alpibus. MELA 1, 78 navalis pugna atque victoria.

respondet **atque** *particulae* **-que**: TAB. triumph. Tib. Gracchi ap. Liv. 41, 28, 8 (*a. 580 u.*) exercitum salvumque (*quamquam* q. *in cod. non satis certum*) atque incolumem. LVCR. 5, 31 Bistoniasque plagas atque Ismara propter. VERG. georg. 1, 182 saepe exiguus mus sub terris posuitque domos atque horrea fecit. Aen. 8, 486 componens manibusque manus atque oribus ora. OV. met. 4, 429 satisque ac super. EPICED. Drusi 163 miscebor cinerique cinis atque ossibus ossa. LIV. 26, 24, 6 in antiquam formulam iurisque ac dicionis. CVRT. 5, 6, 17 *in montes* seque ac coniuges et liberos condunt. LVCAN. 10,

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

503 materiaque carens atque ardens aere solo *lampas*. PERS. 5, 113 esto liberque ac sapiens. HOMER. 246 Alcinosque sati Chromiusque atque (et *codd.*) Ennomus. STAT. Theb. 8, 313 *Terra* tot gentibus alma ... subterque ac desuper una sufficis. TAC. hist. 3, 63 si positis armis seque ac liberos suos Vespasiano permisisset. ann. 4, 3 seque ac maiores et posteros ... foedabat. 4, 34 uterque opibusque (opibus *Acidalius*) atque honoribus perviguere. SIL. 13, 297 ascenditque (-que *om. F*) pyram atque amplexibus haeret iungentum fata et subici iubet ocius ignis. EPIT. Alex. 40 Wagn. milites hortatur testudinesque ac turris ut ad murum appellant (-ent *cod.*). PRISC. perieg. 46. *cave huc referas* STAT. Theb. 4, 134 pater ipse cruentis in foribus (*stat*) laudatque nefas atque inspicit enses. *non certo iudicare licet de* VARRO Non. 75 litterisque ac laudibus aeternare. *respondet* **atque** *particulae* **et**: *pleraque dubia*: CIC. de orat. 1, 90 quod consuetudo exercitatioque et intellegendi prudentiam acueret atque (et *L*) eloquendi celeritatem incitaret. TAC. dial. 14 me et (*del. Halm*) sermo ipse infinita voluptate adfecisset atque id ipsum delectat. SVET. Claud. 21 *metae* utraque et (et *del. Madvig*) tofina ac lignea antea fuerant. TERT. scorp. 9 novitatem Christianam ... quasi et de deo aliam ac proin de disciplina quoque aemulam. MART. CAP. 6, 593 quis igitur dubitet et (et *del. Eyssenhardt*) globi devexioris oppositu alia inconspicua fieri atque alia velut sphaerae curvationibus eminere? *respondet* **atque** *particulae* **neque**: COLVM. 2, 10, 24 cetera neque enumerare ac minus serere dignamur. TAC. Agr. 10 neque huius operis est ac multi rettulere. SVET. Vesp. 12 neque dissimulavit unquam ac frequenter etiam prae se tulit.
respondet **atque** *alteri* **atque**, *hic omnia dubia praeter*: SIL. 1, 93 hic crine effuso atque Hennaeae (*sic C*, Aetnaeae *S*) numina dirae atque Acheronta vocat Stygia cum veste sacerdos. VERG. georg. 3, 256 *recte* umeros *M*. VAL. FL. 5, 529 *Langenus coniecit* simul ac ... atque, *vulgo melius legunt* simul aut ... aut (*hoc V*). PANEG. 3, 10 omnibus qui suspexerant, atque (*del. Novák*) admiratio atque dubitatio iniecta. *vix sic intellegendus locus quem vulgo huc referunt* VERG. ecl. 5, 22 cum complexa (*sc. est*) sui corpus miserabile nati atque deos atque astra vocat crudelia mater.

A *coniunguntur* ***singulae notiones***: **1** ***substantiva***: **a** *plures notiones varie coniunguntur*: PLAVT. Asin. 2 quae quidem mihi atque vobis res vertat bene gregique huic et dominis atque conductoribus. Capt. 562 Alcumeus atque Orestes et Lycurgus postea. Cist. 512 di deaeque superi atque inferi et medioxumi. Curc. 74 me te atque hos omnis. CORP. I 1008 (= VI 25369 CARM. epigr. 59), 15 vobeis viro atque ameiceis noteisque omnibus. CIC. Verr. 2, 93 Malleolus ... productus est et mater eius atque avia. Flacc. 18 opifices et tabernarios atque illam omnem faecem civitatis. de orat. 1, 210 Epaminondan atque Hannibalem atque eius generis homines. 1, 218 tironem ac rudem nec peregrinum atque hospitem. 2, 93 antiquissimi fere sunt ... Pericles atque Alcibiades et eadem aetate Thucydides. nat. deor. 2, 86 seminator et sator et parens, ut ita dicam, atque educator et altor est mundus. ad Brut. 1, 13, 1 matri ac sorori puerisque. Att. 1, 20, 7 per amicos, clientis, hospites, libertos denique ac servos tuos. VARRO rust. 3, 2, 13 gallinae ac columbae et apes et cetera. CAES. Gall. 5, 39, 3 Eburones Nervii Aduatici atque horum socii et clientes (*ubi gentibus adduntur coniunctis* socii et clientes). SALL. Iug. 51, 1 arma tela, viri equi, hostes atque cives permixti. NEP. Them. 7, 4 deos publicos suosque patrios ac penates. VERG. georg. 4, 341 Clioque et Beroe ... atque Ephyre atque Opis et Asia Deiopea ... et Arethusa. 4, 463. Aen. 6, 275 habitant Morbi tristesque Senectus et Metus et malesuada Fames ac turpis Egestas ... Letumque Labosque. 6, 286 Centauri ... Scyllaeque biformes et centumgeminus Briareus ac belua Lernae ... flammisque armata Chimaera, Gorgones Harpyiaeque et forma tricorporis umbrae. LIV. 1, 28, 7 quod bonum faustum felixque sit populo Romano ac mihi vobisque (*universo* p. R. *adiunguntur singuli*). 5, 13, 6 Apollinem Latonamque, Herculem et Dianam (et H. D. *codd.*), Mercurium ac Neptunum. 9, 19, 4 cum Sabinis et Volscis et Aequis et omni Campania et parte Vmbriae Etruriaeque et Picentibus et Marsis Paelignisque ac Vestinis atque Apulis (*nota ultimos addi per* ac, atque). 22, 5, 7 per principes hastatosque ac triarios. 23, 49, 5 ab Hasdrubale ac Magone et Hannibale (*artius coniunguntur Barcini*). 31, 5, 4 populo Romano sociisque ac nomini Latino (34, 16, 6. *artius cohaerere socios et nomen Latinum docet* 31, 8, 8. 40, 28, 9). CORP. II 172 tum me liberosq(ue) meos Iuppiter optimus maximus ac divus Augustus ceteriq(ue) omnes di immortales expertem patria ... faxint. SEN. contr. 7, 8 (23), 2 et vos, amici propinquique, et tu mater ac pater. VAL. MAX. 1, 1, 15 matres ac filiae coniugesque et sorores. CVRT. 4, 12, 12 dextrum *cornu* tenebant natio maioris Armeniae Cadusiique et Cappadoces et Syri ac Medi. LVCAN. 7, 227 tetrarchae regesque ... magnique tyranni atque omnis Latio quae servit purpura ferro. PLIN. nat. pr. 3 triumphalis et censorius tu sexiensque consul ac tribuniciae potestatis particeps. 2, 140 interque Statores ac Tonantes et Feretrios Elicium quoque accepimus Iovem. 6, 79 fabulosa de fertilitate terrae (*Indiae*) et genere frugum arborumque aut ferarum ac volucrum et aliorum animalium traduntur. 8, 228 ibi ... nec vulpes ursive atque omnino nullum maleficum animal. 19, 49 Hesperidum hortos ac regum Adonidis et Alcinoi itemque pensiles. 35, 71 laudantur et Aeneas Castorque ac Pollux. 35, 108 pinxit et Apollinem ac Dianam deumque matrem. 36, 36. 36, 34 Zethus et Amphion ac Dirce et taurus vinculum ex eodem lapide. LEX Salp. (Corp. II 1693) 71, 1 cum parentibus coniugibusque hac liberi⟨s⟩. VAL. FL. 8, 140 mater ... et soror atque omnes aliae matresque nurusque Colchides aequalesque tibi, Medea, puellae. SIL. 7, 618 Syllaeque Crassique simul iunctique Metello Furnius ac melior dextrae Torquatus. 13, 581 Luctus edax Maciesque ... et Maeror ... et sine sanguine Pallor Curaeque Insidiaeque atque hinc queribunda Senectus, hinc ... Livor, et ... Egestas Errorque ... et Discordia. 15, 98. HOMER. 212 Amphimachusque ... et Thalpus ... et clara virtute Polyxenus atque Diores. *similiter* 238. 244. STAT. Theb. 9, 127 Phocea tum Cydona Tanagraeumque Phalanthum atque Erycem ... fixit. IVV. 8, 174 permixtum nautis et furibus ac fugitivis. 11, 137 aput quem sumine cum magno lepus atque aper et pygargus et Scythicae volucres et phoenicopterus ingens caeditur. 15, 47 de madidis et blaesis atque mero titubantibus. TAC. Germ. 37 Drusus ac Nero et Germanicus (*Drusus ac Nero eodem tempore et postea Germ.*). hist. 3, 5 cum ala Auriana et octo cohortibus ac Noricorum iuventute. ann. 1, 1 Tiberii Gaique et Claudii ac Neronis res. 2, 50 divum Augustum ac Tiberium et matrem eius inlusisset (*Tiberius et Livia adhuc inter vivos, Augustus mortuus*). 3, 2 consules ... et senatus ac magna pars populi. 4, 3 seque ac maiores et posteros ... foedabat (-que ac *coniungunt duas quasi notiones*: se *et* maiores et posteros). 14, 26. 4, 73 tum tres leves cohortes ac rursum duae, dein ... alarius eques. 15, 25 tetrarchis ac regibus praefectisque et procuratoribus et qui ... (*artius conectuntur tetrarchae cum regibus*). SVET. Iul. 11 de Iugurtha deque Cimbris atque Teutonis. Claud. 28 Posiden nec minus Felicem ... et Harpocran ... ac super hos Polybium. *similiter* Aug. 19. Nero 21 heroum deorumque item heroidum ac dearum. FLOR. 1, 13, 1 Campanos Apulos atque Lucanos, et caput belli Tarentinos. 1, 13, 27 Molossi Thessali Macedones, Bruttius Apulus atque Lucanus (*similiter ultimum membrum adiungitur* 1, 38, 1. 2, 12, 3. 2, 21, 3. 2, 22, 4 CHAR. dig. 50, 4, 18, 21 ALFEN. dig. 50, 16, 203 AMM. 17, 14, 1. 22, 3, 1 VVLG. iud. 3, 3 gen. 22, 21 *ubi* LXX *septies* καί, *interpres variat*, AVG. civ. 12, 26 SIDON. epist. 8, 11, 11. 9, 13, 4). APVL. met. 8, 25 dea Syria et sanctus Sabadius et Bellona et Mater Idaea ⟨ac⟩ cum suo Adone Venus. SOL. 24, 10 quadrupedes ac serpentes et cum his elephanti. PANEG. 9, 24 dictatorum et consulum ac deinceps magnorum principum. CAPITOL. Gord. 23, 1 inter populum et milites ac veteranos pax roborata est. 5, 5 ut eum alii Scipionem, ... multi Mucium ac Rutilium aut Laelium dicerent. 30, 8 amore populi R. et senatus ... et totius Africae ac Syriae totiusque orbis Romani. Ant. 7, 5 per proprios aucupes piscatores ac venatores. VVLG. Ios. 11, 3 Chananaeum ... et Amorrhaeum atque Hethaeum ac Pherezaeum et Iebusaeum. exod. 21, 5 diligo dominum meum et (καί) uxorem ac (καί) liberos. AVG. civ. 16, 43 de temporibus Moysi et Iesu Nave ac iudicum atque inde regum.

PLAVT. Amph. 193 praeda atque agro adoriaque adfecit populares suos. 1012 apud emporium atque in macello, in palaestra atque in foro, in medicinis in tonstrinis, apud omnis aedis sacras sum defessus quaeritando (Epid. 198). Curc. 444 Rhodiam atque Lyciam, Perediam et Perbibesiam ... subegit. Trin. 845 advenio ex Seleucia, Macedonia, Asia atque Arabia. Aul. 500 mihi quidem aequomst purpuram atque aurum dari, ancillas mulos *eqs.* Men. 855 membra atque ossa atque artua. Bacch. 1131 ubi tibi sit lepide victibus, vino atque unguentis. Capt. 849 alium porcinam atque agninam et pullos gallinaceos. Pseud. 182 vestem aurum atque ea quibus est vobis usus praehibeo. 1265 unguenta atque odores, lemniscos, corollas. Truc. 609 holerum atque escarum et poscarum. Trin. 836 imbres fluctusque atque procellae ... frangere malum. TER. Haut. 855 aurum ac vestem atque alia. 893 vestem aurum atque ancillas. SIS. hist. 91 tormenta ac tela multaque genera machinamentorum. 60 lauro et arbu[s]to ac multa pinu ac myrtetis abundant. VARRO Men. 417 nulla ambrosia ac nectar, non alium et sardae. ling. 5, 162 Lanuvi ... et in cetero Latio ac Faleriis et Cordubae. rust. 1, 17, 2 in Asia atque Aegypto et in Illyrico (*ubi artius conecti* Asia *et* Aegypto *vel omissa praepositione indicatur*). 1, 15, 1 virgas praebet saepibus et foco ac furno (*coniunguntur* foco ac furno). 2, 5, 12 *tauros* herba et palea ac faeno facio pinguiores. 3, 8, 1 habeat *locus* ostium ac fenestras (*cf.* 1, 4, 4. 2, 7, 10. 3, 5, 3) et aquam puram ac parietes ac cameras (*duae ultimae notiones ipsae quoque arte conexae*). CIC. Catil. 3, 1 e flamma atque ferro ac paene faucibus fati. LVCR. 2, 510 aliis aliud retro quoque taetrius esset naribus auribus atque oculis orisque sapori. 4, 203 mare ac terras caelumque (VERG. Aen. 1, 58). 5, 955. 5, 1386. SALL. Catil. 53, 2 domi militiaeque mari atque terra. Iug. 76, 6 aurum atque argentum et alia (*ubi* aurum atque argentum *quasi unam notionem esse docent loci p. 1060, 56*). VERG. Aen. 6, 724 caelum ac terras camposque liquentis. CVLEX 400. OV. met. 15, 241 tellus atque unda ... et ... aer atque ... ignis. LIV. 5, 18, 12 ut exitium ab urbis tectis templisque ac moenibus Romanis arcerent. CELS. 8, 16 ex oleo et nitro ac sale

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

perfricandum. SEN. Tro. 1174 gladios inter ac tela et faces. Herc. O. 772 ad fata et umbras atque peiorem polum. dial. 2, 12, 2 in lapidibus ac parietibus et tectis moliendis occupati. COLVM. 1, 6, 21 lupinum, vimina et virgas atque alia. 7, 5, 22 palatum atque lingua totumque os. 7, 9, 6 albae spinae, Graecae siliquae, iuniperus, lotus, pinus, cornus, arbutus, prunus et paliurus atque achrades piri. 9, 4, 3 11, 2, 96. 11, 3, 35. MELA 2, 34 flexus Megybernaeus . . . urbes Toronen et Myscellam atque unde ipsi nomen est Megybernam incingit. PLIN. nat. 5, 98 Imaus prima parte dictus, mox Hemodus Paropanisus Circius Cambades Pariades Choatras Oreges Oroandes Niphates Taurus atque ubi se quoque exuperat Caucasus. 6, 95 ultra deserta, dein Carmania ac Persis atque Arabia. 12, 35 nascitur *bdellium* et in Arabia Indiaque et Media ac Babylone. 12, 40. 13, 44 quamvis laudata et Archelaide et Phaselide atque Liviade. 13, 59 in Syria Ioniaque et circa Cnidum atque in Rhodo 15, 28 Indi e castaneis ac sesima atque oryza facere *oleum* dicuntur. 17, 59. 17, 136 nucibus iuglandi et pineae et abellanae et Graecae atque castaneae. 17, 185 et in Africa et in Aegypto Syriaque ac tota Asia et multis locis Europae. 18, 306 20, 12 coctos *cucumeres* . . . ex oleo et aceto ac melle. 35, 112 tonstrines sutrinasque pinxit et asellos et obsonia ac similia. 35, 160. 36, 19 raphanos et alium ac cepas (*ubi arte coniungi* alium ac cepas *docet* VARRO Men. 63). 36, 188. VAL. FL. 1, 24 Othryn et Haemum adque imum felix versabat vomere Olympum. SIL. 8, 396 nec . . . Atina aberat detritaque bellis S⟨u⟩essa atque . . . Frusino. 15, 775. 15, 748 montesque lacusque et campi atque amnes. STAT. Ach. 1, 205 Myconosque humilisque Seriphos et Lemnos . . . atque . . . Delos. MART. 13, 48, 1 argentum atque aurum faciles est laenamque togamque mittere. QVINT. inst. 5, 11, 25 nervis ac sanguine et membris uti non potest (ac *coniungit interiora corporis*). 11, 3, 27 vitandos soles atque ventos et nubila etiam ac siccitates. FRONTIN. aq. 98 ductus atque castella et lacus. 89 *aqua* Marcia et Claudia ac reliquae. IVV. 6, 295 hinc fluxit ad istos et Sybaris collis (*sc. Romam*), hinc et Rhodos et Miletus atque . . . Tarentum. 8, 169 Armeniae Syriaeque tuendis amnibus et Rheno atque Histro. 7, 32 aetas et pelagi patiens et cassidis atque ligonis. TAC. Agr. 32 caelum ipsum ac mare et silvas. dial. 8 imagines ac tituli et statuae. hist. 1, 50 Pharsaliam Philippos et Perusiam ac Mutinam. 1, 70 municipia Mediolanum ac Novariam et Eporedia et Vercellas. 2, 21 sudes et immensas lapidum ac plumbi aerisque moles. 4, 20 frontem tergaque ac latus tuti. ann. 2, 54 extrema Asiae Perinthumque ac Byzantium. 2, 60 regem Rhamsen Libya Aethiopia Medisque et Persis et Bactriano ac Scytha potitum quasque terras Suri . . . colunt. 6, 12 quaesitis Samo, Ilio, Erythris, per Africam etiam ac Siciliam et Italicas colonias carminibus Sibullae. SVET. Iul. 39 biremes ac triremes quadriremesque. Aug. 75 cilicia et spongias et rutabula et forpices atque alia id genus. FLOR. 1, 41, 3 Cretam inter atque Cyrenas et Achaiam sinumque Maleum. 2, 6, 5 cum omne Latium atque Picenum, Etruria omnis atque Campania, postremo Italia contra . . . urbem consurgerent. 2, 8, 5 Nolam atque Nuceriam, Thurios atque Metapontum . . . populantur. CELS. dig. 33, 10, 7, 1 ex ebore atque testudine et argento. VLP. dig. 46, 3, 29, 5 in nummis et oleo ac frumento et similibus. *cf.* 2, 15, 8, 24 frumentum atque oleum et cetera). APVL. Plat. 1, 8 in igne atque terra, aqua et aere ⟨eos⟩ (*add. Kroll*) esse sitūs. mund. 5 insularum quae sunt in nostro mari digna memoratu Trinacria est (et *Lipsius*), Euboea, Cypros atque Sardinia Creta Peloponnesos Lesbos (*mirus ordo*). 7 Europa ab Herculis columna usque Ponticum et Hyrcanum mare ac flumen Tanain fines habuit. 8 *de sicca exhalatione* venti atque flamina (aquae flammae *codd.*) et fulmina atque aliae ignitorum telorum gignuntur plurimae species. GALLICAN. Avid. 5, 3 praeter laridum ac buccellatum atque acetum. LAMPR. Alex. 41, 7 ex ovis ac pullicenis ac pipionibus. TREB. Claud. 3, 7 statuis vexillis coronis fanis arcubus bonum principem, aris ac templis (a. ac t. *del. Novák*) honoraverit. VOPISC. Car. 16, 2 decretis sibi Galliis atque Italia, Illyrico, Hispaniis ac Brittanniis et Africa. Prob. 24, 1 circa Veronam ac Benacum et Larium atque in his regionibus. AMM. 14, 8, 13 *civitates* Bastram et Gerasam atque Philadelphiam. 23, 6, 41. 23, 6, 42. VVLG. iud. 1, 8 Gezem cum finibus suis et Ascalonem atque Accaron. AVG. civ. 19, 23 *deum* tremit et caelum et terra atque mare et infernorum abdita et ipsa numina perhorrescunt. 22, 24 in sole ac luna et sideribus. SIDON. epist. 8, 4, 1 sacrario porticibus ac thermis.

CORP. I 33 (CARM. epigr. 8), 3 honos fama virtusque gloria atque ingenium. PLAVT. Aul. 642 laruae hunc atque intemperiae insaniaeque agitant senem. Capt. 387 idque persequar corde et animo atque viribus (aur- *codd.*). Mil. 189 os habet, linguam, perfidiam, malitiam atque audaciam. Merc. 162 *adporto* vim metum cruciatum curam iurgiumque atque inopiam. Most. 193 siti fameque atque algu (IVV. 14, 318 sitis atque fames et frigora). TER. Hec. 23 ab studio atque ab labore atque [ab] arte musica. ENN. trag. 20 morbo exilio atque inopia. CIC. S. Rosc. 50 rem publicam atque hoc imperium et populi Romani nomen. Manil. 11 vinculis ac verberibus atque omni supplicio. har. 19 pietate ac religione atque hac una sapientia. inv. 2, 117 ex factis, dictis, animo atque vita eius. de orat. 1, 247 non minis et vi ac metu. fin. 4, 61 leges et instituta ac mores. div. 1, 27 senatus . . . auctoritatem et populi Romani libertatem atque imperii dignitatem. rep. 2, 56 senatus auctoritate et instituto ac more. epist. 15, 4, 14 mores (*del. Madvig*), instituta atque vitam. Tusc. 1, 71 discessus et secretio ac diremptio. Att. 16, 16, 6 et senatus consultum et lex et consulum decretum ac litterae (*coniunge* consulum decr. ac litt.). Q. CIC. pet. 54 morum ac sermonum ac voluntatum varietatem. LVCR. 2, 517 calor ac frigus mediique tepores. 4, 90 odor fumus vapor atque aliae res. HOR. epist. 2, 2, 15 seditione, dolis, scelere atque libidine et ira. LIV. 1, 19, 1 iure . . . legibusque ac moribus. 7, 30, 23 salutem victoriam, lucem ac libertatem. 27, 45, 7 inter vota ac preces et laudes (*cf.* SEN. dial. 12, 16, 6). SEN. dial. 3, 7, 1 languebit actio et vis ac vigor animi. benef. 1, 11, 4 coniunctione ac sanguine usuque et consuetudine longa cara. ASCON. Scaur. p. 20 B. *Scaurus* iudices movit et squalore et lacrimis et aedilitatis effusa⟨e⟩ memoria ac favore populi ac praecipue paternae auctoritatis recordatione. PLIN. nat. 3, 1 hactenus de situ et miraculis terrae aquarumque et siderum ac ratione universitatis atque mensura. 15, 78 maximis bonis hoc est virtute ac pietate ac morte praeclara. 18, 1 si quis aestimet varietatem, numerum, flores, odores coloresque et sucos ac vires *herbarum*. SIL. 4, 503 foedera mecum ductores Italum ac leges et pacta reposcant. 8, 604. 17, 563 accipio gemitus vocesque ac verba vocantum Hannibalem. TAC. Agr. 13 dilectum ac tributa et iniuncta imperii munera. dial. 17 adice Tiberii tres et viginti et prope quadriennium Gai ac bis quaternos denos Claudii et Neronis annos atque illum Galbae et Othonis et Vitelli longum et unum annum ac sextam iam felicis huius principatus stationem. SVET. Iul. 56 reliquit de analogia duos libros et Anticatones (-is ?) totidem ac praeterea poema. Nero 31 rura . . . arvis atque vinetis et pascuis silvisque varia. Vesp. 8 senatus consulta, plebiscita de societate et foedere ac privilegio cuicumque concessis. gramm. 4 problemata paraphrasis allocutiones eth[i]ologias atque alia hoc genus. FRONTO p. 31, 17 N. conticin⟨i⟩um atque matutinum atque diluculum. CORP. VI 9797 (CARM. epigr. 29), 14 vicit . . . antecessores suos sensu decore adque arte. APVL. flor. p. 102 Oud. adversum iracundiam et invidiam atque avaritiam atque libidinem ceteraque animi humani monstra et flagitia. Plat. 2, 26 in conubiis et partibus et patrimoniis ac domibus desciscit a priore observatione. 1, 18 invehi[t] aegritudinem atque invalentiam et foeditatem. Socr. p. 134 Oud. *daemonum* munus atque opera atque cura est, ut . . . . CENS. 3, 6 honorem dignitatem decus atque praesidium. SOL. 1, 49 *longam seriem fere asyndetos positam incommodorum Tiberio inlatorum claudit* atque in hunc modum plura. PANEG. 11, 21 iustitiam fortitudinem temperantiam atque prudentiam. CAPITOL. Aur. 16, 1 nomen Caesaris et mox sacerdotium statimque nomen imperatoris ac triumphi participationem et consulatum. Gord. 33, 3 saecularibus ludis et numeribus atque circensibus. Max. Balb. 2, 1 et natu grandior et meritis et virtute ac severitate clarior (*artius conexa morum descriptio*). TREB. Gall. 11, 6 oratione poemate atque omnibus artibus clarus. AMM. 25, 4, 1 scientia rei militaris, auctoritas, felicitas atque liberalitas. CORP. VIII 7013 (*saec. IV med.*) continentiae integritatis patientiae aequitatis adque honorificentiae. AVG. civ. 2, 21 ut in fidibus aut tibiis atque cantu ipso ac vocibus concentus est quidam tenendus. 6, 9 victus atque vestitus et quaecumque alia huic vitae sunt necessaria. 22, 8 laetitia illa et laus atque gratiarum actio.

b *binae notiones copulantur*: *coniunguntur compluria animantia*: NAEV. carm. frg. 20 Runcus atque Porporeus. PLAVT. Amph. 1040 advocati atque amici. Aul. 414 omnis exegit foras, me atque hos. Trin. 435 erum atque servum. Cas. 370 uterque, ego atque tu. TER. Hec. 621 sumus . . . senex atque anus. CIC. Verr. 1, 41 sibi ac liberis suis. 3, 74 sine patrono atque advocatis. VERG. Aen. 8, 513 Teucrum atque Italum fortissime ductor. LIV. 22, 10, 9 Iovi ac Iunoni unum *pulvinar*, alterum Neptuno ac Minervae, tertium Marti ac Veneri, quartum Apollini ac Dianae, quintum Vulcano ac Vestae, sextum Mercurio et Cereri. *iuncturae crebriores*: PLAVT. Amph. 1121 imperator d i v o m a t q u e h o m i n u m (ENN. ann. 6, 25. VERG. Aen. 1, 254 hominum sator atque deorum. 11, 725 SEN. Phaedra 680). Aul. 300 divom atque hominum . . . fidem (TER. Andr. 276 CIC. Verr. 2, 25 Lael. 52 orat. 155 SALL. Catil. 20, 10). Capt. 727 per deos atque homines (TER. Phorm. 764 CIC. div. 2, 114 CAEL. Cic. epist. 8, 14, 4). Poen. 823 deos atque homines eius neglegere gratiam. Pseud. 381 omnes di me atque homines deserunt. Rud. 319. 407. Trin. 912 deum hercle me atque hominum pudet. Bacch. 347 deos atque amicos . . . salutatum (Stich. 534). CIC. Deiot. 12 di atque homines (Tusc. 5, 48 nat. deor. 2, 154). HOR. carm. 1, 12, 14 res hominum ac deorum. LIV. 2, 57, 4 testari deos atque homines (6, 14, 5). 21, 63, 7 revocantibus diis atque hominibus. VAL. MAX. 2, 10, 4 deorum atque hominum indulgentia. FLOR. 1, 7, 18 destinata hominum ac deorum domicilio civitas. 1, 22, 43 favore . . . hominum ac deorum. APVL. apol. 43 inter deos atque homines medias . . . potestates (Socr. p. 136 Oud.). PLAVT. Most. 659 p a t r e m a t q u e m a t r e m ut meos salutes. Poen. 1062 tuom parentum nomina, patris atque matris (*cf.* SEN. contr. 7, 8 (23), 2). Pseud. 367 Rud. 1267. Trin. 1075 liberos quos hic reliqui, filium atque filiam. TER. Eun. 238 omnes noti me atque amici deserunt. CORP. I 1480 (= II 3504 CARM. epigr. 363) cognateis atque propinqueis. RHET.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Her. 4, 39, 51 in omnes amicos atque inimicos, notos atque ignotos incursans. VARRO rust. 3, 2, 6 tuus avos ac proavos. CIC. S. Rosc. 153 ad eorum liberos atque ad infantium puerorum incunabula. Verr. 2,16 hospites meos ac necessarios (3,118). 3, 97 amicis ac necessariis. 5,140 clientes atque amici (SALL. Catil. 26, 4). 6, 23 parentum ac liberum (SALL. Iug. 14, 25 SEN. benef. 3, 36, 2. PLIN. paneg. 37 liberos ac parentes). 6,130 parentum ac propinquorum. p. red. 2, 6 cognati atque adfines. Catil. 3, 23 cum coniugibus vestris ac liberis (CAES. Gall. 7, 78, 3. LIV. 1, 9, 9 cum liberis ac coniugibus 1, 59, 11. 2, 40, 9 TAC. Agr. 27 hist. 3, 67 Germ. 25 SVET. Aug. 45. VVLG. gen. 45, 19 parvulorum suorum ac coniugum). Font. 35 amici ac propinqui (CAES. civ. 3,103, 2). epist. 4, 5, 1 propinquos ac familiaris. CATVLL. 84, 6 avus atque avia. CAES. Gall. 7, 47, 5 mulieribus ... atque infantibus. NEP. Eum. 4, 4 ossaque ... uxori eius ac liberis remisit. 13, 4. VERG. Aen. 6, 306 matres atque viri. 7, 317 gener atque socer (MART. 9, 70, 3 TAC. hist. 1, 13). catal. 9, 36 Tarquinii ... filius atque pater. LIV. 4, 40, 3 matres ac coniuges (CVRT. 3, 8, 12). 2, 3, 4 inter amicum atque inimicum discrimen (37, 1, 5). 21, 2, 3 medius Hasdrubal inter patrem ac filium. CARM. epigr. 85 gratus parenti atque amicis omnibus. LEX Salp. (Corp. II 1693) 71, 2 nepotibus ac neptibus. SVET. Vit. 2 parentibus atque avis. FLOR. 1, 22, 37 in ultionem patris ac patrui missus. FRONTO p. 181, 14 N. *familiam* liberis ac nepotibus augebant (VVLG. deut. 4, 9). TRYPH. dig. 27, 2, 6 adfinibus atque amicis. APVL. met. 11, 8 familiares ac vernulae. VVLG. num. 18, 11 filiis ac filiabus.

SC. de Bacch. (Corp. I 196 = X 104) 19 homines plous V oinvorsei virei atque mulieres (*cf.* QVINT. inst. 9, 4, 23 est et alius naturalis ordo ut viros ac feminas, diem ac noctem, ortum et occasum). VARRO ling. 9, 55 non apte discerni marem ac feminam. CIC. Verr. 5, 102 virorum ac mulierum. Sull. 19 matronarum ac virginum. HOR. sat. 1, 1, 85 pueri atque puellae. carm. 1, 28, 19 mixta senum ac iuvenum funera. LIV. 1, 43, 1 *centurias* seniorum ac iuniorum. 7, 6, 5 multitudine virorum ac mulierum (ITIN. Silv. 23, 2. 39, 3). 5, 21, 11 mixto mulierum ac puerorum ploratu. 27, 11, 4 ambiguo inter marem ac feminam sexu (SEN. nat. 1, 16, 5). VAL. MAX. 5, 6, 8 viri ac feminae (TAC. ann. 3, 24 SVET. Dom. 8). VLP. dig. 1, 1, 3 maris atque feminae coniunctio. CIC. Verr. 4, 19 iniussu populi ac senatus (LIV. 1, 49, 7). dom. 122 senatus atque omnes boni. BRVT. Cic. ad Brut. 1, 4, 3 senatus ac populus Romanus (LIV. 24, 22, 4 VAL. MAX. 4, 3, 9 TAC. hist. 1, 90). LIV. 2, 42, 3 patres ac plebs (3, 17, 11). 4, 43, 3 discordiae inter plebem ac patres (4, 43, 12). 7, 19, 10 patrum ac populi iussu. 7, 39, 5 consulum ac patrum regnum. TAC. hist. 1, 37 in populo ac plebe. 1, 90 consensum populi ac senatus. PLIN. paneg. 51 aequatus plebis ac principis locus. CIC. Manil. 4 vectigalibus ac sociis. Caecin. 20 liberos atque servos. epist. 1, 9, 13 servos ac ministros. CAES. civ. 3, 80, 3 omnem ex agris multitudinem servorum ac liberorum in oppidum cogit. SALL. Catil. 52, 20 sociorum atque civium. NEP. Them. 6, 5 omnes, servi atque liberi, opus facerent. LIV. 22, 39, 11 omnia plena civium ac sociorum. 42, 16, 2 primo amici, deinde satellites ac servi. SEN. Phoen. 446 civis atque hostis. TAC. Germ. 20 dominum ac servum nullis educationis deliciis dignoscas. PLIN. epist. 8, 24, 5 nihil servi ac liberi differant. CAES. Gall. 5, 19, 1 pecora atque homines. civ. 1, 55, 1. 2, 1, 4 iumentorum atque hominum. *al.* HIRT. Gall. 8, 10, 4 detrimentum iumentorum ac servorum. 8, 41, 6 pecora atque iumenta (CELS. 1 pr.). LVCR. 6, 1216 alituum genus atque ferarum (MANIL. 2, 777 *cf.* 2, 156 SVET. Nero 31). LIV. 3, 38, 3 hominum atque pecudum praedas. *al.* (COLVM. 9, 5, 1). MANIL. 1, 236 gentes hominum atque ferarum (2, 528). SEN. dial. 7, 9, 4 *venter* pecudibus ac beluis laxior est.

binae notiones ad unum animans pertinent: PLAVT. Trin. 48 o amice, salve, atque aequalis (TER. Haut. 417 AFRAN. com. 256. LVCIL. 856 homini amico ac familiari). PLAVT. Merc. 809 erus atque alumnus tuos. Most. 916 me suasore atque impulsore (*cf.* Persa 597. CIC. prov. 18 impulsore atque adiutore). Trin. 1161 te advocato atque arbitro. LVCIL. 1020[a], 9 hostem esse atque inimicum hominum. VARRO Men. 506 Anna ac Peranna. CIC. Quinct. 87 propinquo ac necessario (LIV. 5, 3, 14). S. Rosc. 81 duces ac principes. Verr. 1, 41 socii atque amici populi Romani (SALL. Iug. 14, 2 LIV. 5, 35, 5 *al.*). 4, 31 dominum ... ac tyrannum. Manil. 31 gentes ac nationes (ad Q. fr. 1, 1, 9 FRONTO p. 145, 17 N.). Catil. 1, 7 satellitem atque administrum. Mur. 38 populum ac volgus imperitorum. Sull. 19 hosti ac parricidae. Pis. 78 hostis ac proditor. leg. agr. 2, 94 peregrini atque advenae. Balb. 20 correctorem atque emendatorem. Att. 2, 1, 7 signifero ac principe. Planc. 81 magistri atque doctores. nat. deor. 2, 140 incolae atque habitatores. CAES. Gall. 6, 22, 2 magistratus ac principes. SALL. Catil. 5, 4 cuius rei lubet simulator ac dissimulator. VERG. Aen. 1, 65 divum pater atque hominum rex (2, 268. 10, 2 *et* 742. *cf.* PHAEDR. 3, 17, 10 deorum genitor [gentium *codd.*] atque hominum sator). HOR. carm. 1, 2, 50 dici pater atque princeps. 1, 12, 49 gentis humanae pater atque custos. LIV. 21, 10, 3 arbitros ac testis. LVCAN. 10, 266 ille creator atque opifex rerum. PETRON. 136 dux ac magister saevitiae. TAC. ann. 3, 24 suarum legum auctor idem ac subversor. FLOR. 1, 13, 15 dux atque imperator. PAVL. dig. 26, 1, 1 appellantur tutores quasi tuitores ac defensores. *cf. supra l. 4.* APVL. flor. p. 101 Oud. iurgiorum disceptator atque arbiter (AMM. 14, 11, 26). AVG. civ. 22, 22 Christi, dei ac domini nostri.

coniunguntur res: PLAVT. Aul. 564 ossa ac pellis totust (Capt. 135). Poen. 382 exturbo oculos atque dentes. Trin. 925 inter labra atque dentes. LVCIL. 613 venas ... ac praecordia. VARRO rust. 1, 12, 2 per os ac nares. CIC. Verr. 3, 84 in ore atque in oculis (Mil. 42 Catil. 4, 1 OV. met. 10, 350 LIV. 6, 17, 8. 22, 14, 8 VELL. 2, 84, 2 SIL. 9, 30. 9, 40. 11, 63 STAT. Theb. 11, 558). Cluent. 20 oculis ac manibus. Catil. 1, 31 in venis atque in visceribus. Tusc. 2, 56 toto corpore atque omnibus ungulis ut dicitur. CAES. Gall. 7, 56, 4 bracchia ... atque umeri. LVCR. 1, 812 e nervis atque ossibus. VERG. Aen. 5, 777 cineres atque ossa (IVV. 8, 146). 8, 459 lateri atque umeris ... subligat ensem. LIV. 6, 16, 4 capillum ac barbam. OV. met. 11, 674 lacrimas movet atque lacertos. MANIL. 5, 451 frontis ac vultus. VAL. MAX. 5, 7 ext. 1 isdem visceribus ac medullis inclusi. CELS. 1 pr. viscera atque intestina. TAC. dial. 28 gremio ac sinu matris. APVL. Plat. 1, 18 artus ac membra (*cf. p. 1056, 58*). VVLG. lev. 14, 25 manus eius ac pedis. PLAVT. Rud. 930 agrum atque aedis (Truc. 177 fundum atque aedis. SCIPIO min. Gell. 2, 20, 6 agros ... atque villas. VARRO rust. 1, 16, 3. CIC. nat. deor. 1, 63 urbe atque agro. CENS. 1, 10). VARRO rust. 2 pr. 3 in circo ac theatro (TAC. hist. 1, 4. 1, 72. 2, 21). CIC. Verr. 3, 9 urbes ac sedes suas (157). 3, 94 de sella ac tribunali (4, 135). 4, 57 in sociorum urbe ac foro (LIV. 5, 7, 6). 5, 25 tecto ac domo. 6, 184 Capitolio atque ista arce omnium nationum (leg. agr. 1, 18 hoc templum Iovis ... atque hanc arcem. Rab. perd. 35 Capitoli atque arcis obsessio. LIV. 1, 33, 2 *etc.*). Tull. 31 aras ac templa. Rab. perd. 31 Iovis ... templis ac sedibus. Catil. 3, 3 tectis ac moenibus. Sest. 53 tecta ... atque templa (Sull. 86 p. red. 2, 140 Sest. 144). Cael. 54 in urbe ac domi suae. Rab. perd. 30 pro patriis fanis atque delubris (Catil. 3, 22 templis atque delubris. 4, 2 *al.* de orat. 2, 320 aedibus ac templis. PLIN. nat. 10, 127 TAC. hist. 3, 82 PS. APVL. Ascl. 24). CIC. har. 28 urbem atque Italiam (Planc. 95 CAES. civ. 2, 32, 2. VELL. 2, 62, 3 profecti urbe atque Italia. 2, 89, 1 reversus in Italiam atque urbem. VAL. MAX. 4, 2, 2 TAC. hist. 2, 62 *etc.* SVET. Aug. 25). CAES. Gall. 7, 65, 4 ex provincia atque Italia. 7, 72, 4 aggerem ac vallum. 5, 21, 3 vallo atque fossa (VAL. MAX. 9, 1 ext. 6). 3, 28, 2 silvas ac paludes. 1, 31, 10 quibus locus ac sedes pararentur. 3, 14, 9 omnes colles ac loca superiora. civ. 2, 2, 5 altitudo muri atque turrium (LIV. 10, 34, 6). BELL. Afr. 23, 2 ad ipsas portas ac murum. CATVLL. 64, 36 Crannonisque domos ac moenia Larisaea. LVCR. 1, 472 locus ac spatium (1, 935. 1, 1074). 5, 41 per nemora ac montes (5, 992. OV. ars 2, 623 in nemore atque antris. SEN. contr. 1 pr. 14 *cf.* CIC. de orat. 1, 36). VERG. georg. 2, 471 saltus ac lustra ferarum. Aen. 4, 151 in montis atque invia lustra. 7, 223 uterque Europae atque Asiae fatis concurrerit orbis (PROP. 2, 3, 35 FRONTO p. 206, 7 N. ANTH. 400, 2. 456, 1). VERG. Aen. 7, 160 turris ac tecta Latinorum. LIV. 1, 1, 5 ex urbe atque agris concurrunt. 23, 32, 2 praetores in Siciliam ac Sardiniam profecti (23, 48, 7). 26, 31, 3 urbem ac moenia claudunt. 31, 29, 11 Capua ... sepulcrum ac monumentum Campani populi. SEN. Oed. 757 per saltus ac saxa. benef. 6, 32, 1 forum ipsum ac rostra. LVCAN. 6, 537 circum tumulos ac busta (PLIN. nat. 14, 10 rogum ac tumulum). PLIN. nat. 2, 191 ut urbem ac tecta custodirent. TAC. hist. 4, 77 in cubiculo ac lectulo. FLOR. 2, 2, 3 laribus ac focis suis exularet. FRONTO p. 237, 6 N. per oram Siciliae atque Italiae. AMM. 30, 5, 6 castris ... munitis atque castellis (30, 7, 6). PLAVT. Asin. 155 aurum atque argentum (*passim*). Amph. 443 petasum ac vestitum. Aul. 500 purpuram atque aurum. LIV. 9, 17, 16 (34, 7, 10 SEN. Phaedr. 387 Thy. 909). PLIN. nat. 12, 3 auro fulgentia atque ebore simulacra. SVET. Iul. 84 lectus eburneus auro ac purpura stratus. PLAVT. Cist. 487 aurum atque ves⟨tem⟩ (TER. Haut. 452 oneratas veste atque auro. 779 VARRO ling. 9, 22). Epid. 577 vestitum atque ornatum (CIC. Sull. 88). Men. 739 pallam atque aurum. 1034 vasa atque argentum. Mil. 981 *et* 1147 aurum atque ornamenta. Persa 155 tunicam atque zonam. LVCR. 2, 626 aere atque argento. PLAVT. Mil. 1395 inter terram atque caelum (ENN. trag. 216 proloqui caelo atque terrae Medeai miserias. VARRO ling. 7, 17 CIC. nat. deor. 1, 66 div. 1, 111 leg. 2, 9 Cato 49 SEN. Phoen. 8. LIV. 4, 3, 6 cur caelum ac terras misceant). CIC. Verr. 3, 4 terra ac mari. nat. deor. 2, 17 maris atque terrarum. CATVLL. 64, 205 tellus atque aequora. LVCR. 1, 30 per maria ac terras (5, 92 HOR. sat. 1, 12, 15 OV. Pont. 4, 11, 46). 2, 728 terras ac mare totum. 6, 668 perque mare ac terras. SALL. Catil. 53, 2 mari atque terra. LIV. 35, 38, 12 urbis mari ac terra munitae. VITR. 9, 1, 2 circum terram atque mare. SEN. Herc. O. 1838 terra atque pelagus. LVCAN. 5, 347 terras atque aequora (9, 1057). SIL. 1, 104 Romanos terra atque undis sequar. STAT. Theb. 1, 200 effusa sub omni terra atque unda die. silv. 4, 5, 7 pontus ac tellus. FLOR. 1, 13, 25. NOVIVS Atell. 97 igni atque aqua accipere hunc volo. PAVL. FEST. 87 ut ignem atque aquam cum viro communicaret. CAES. Gall. 6, 44, 3 quibus cum aqua atque igni interdixisset. TAC. ann. 3, 23 aqua atque igni arcebatur. 3, 68 aqua atque igni Silano interdicendum (4, 21. 6, 30. 12, 42). 16, 12 aqua atque igni prohibitus est. VARRO rust. 1, 7, 2 ab sole ac luna. VAL. MAX. 3, 4 ext. 1 mensurasque solis ac lunae. SEN. nat. 7, 17, 1 proprium sidus cometae est sicut solis ac lunae. *varia*: NAEV.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

1. Atrebatēs, Atrabatēs *gens Galliae Belgicae. cf. Ihm, PW. II 2138; Holder, Altcelt. Sprachsch. 1, 268.* Ἀτρεβάτιοι *et* Ἀτριβάτιοι. *cf. oppidum cui nunc nomen est* Arras, *olim fuit* Nemetaeon. CAES. Gall. 2, 4, 9 polliceri . . . quindecim milia Atrebates (*accus.*). 2, 16, 2 cum Atrebatibus (*sic β,* Atrebatis *vel* Atribatis *α*). 2, 23, 1 exanimatos vulneribusque confectos Atrebates. 4, 21, 7 Commium, quem ipse Atrebatibus superatis regem ibi constituerat. 5, 46, 3 in Atrebatum (*sic α,* -tium *β;* Atrepatium *Parisinus II*) fines. 7, 75, 3 Atrebatibus (Adrebatibus *Parisinus I*). HIRT. Gall. 8, 7, 4 Ambianos . . . Atrebates. 47, 2 civitasque Atrebatum (*sic α,* Atrebatium *β*). LIV. per. 104 Caesar . . . Atrebates . . . in deditionem accepit. PLIN. nat. 4, 106 Atrebates. SIDON. carm. 5, 213 Ătrĕbătum (Atrabatum *Florentinus Marcianus*) terras. VOPISC. Car. 20, 6 donati sunt ab Atrabatis (Atrabacitis, Atrabaticis *codd.*) birri petiti (*cf. infra* Atrabaticus). OROS. hist. (*ex* CAES. Gall. 2, 4, 9) 6, 7, 14 Atrebates (Atrab- *cod. Donauesch.*). 6, 11, 12 (*ex* HIRT. Gall. 8, 7, 4) Atrebatasque (Atrab- *cod. Donauesch.*). 7, 32, 8 (*ex* HIER. chron. 2383) Atrebatas (Adrab- *cod. Donauesch.*). NOT. Gall. 6, 5 chron. I p. 590 provincia Belgica secunda: . . . civitas Atrabatum (*vel* Atravatum; Atrebatum *pars codicum;* Atrebatensium *unus codex*). HIER. chron. a. Abr. 2383 aput Atrabatas lana caelo pluviae mixta defluit. adv. Iovin. 2, 21 lineis et sericis vestibus et Atrebatum (*al.* Atrabatarum) ac Laodiceae indumentis ornatus (*cf. infra* Atrabaticus). VITA Vedast. Mon. Germ. Mer. III p. 406 pontificis Atrapatum (*sic codex optimus,* Atrabatum, Atravatum *sim. cett.*) urbis. p. 407 Atrapatum (*item*) urbi. Atrebas, Atrabas: CAES. Gall. 4, 27, 2 Commius Atrebas. 4, 35, 1 Commius Atrebas (Adrebas *cod. Bongarsianus*). 5, 22, 3 Commium Atrebatem. 6, 6, 4. 7, 76, 3. HIRT. Gall. 8, 6, 2 Commio Atrebate. 8, 7, 6. 8, 21, 1. 8, 47, 1. FRONTIN. strat. 2, 13, 11 Commius Atrabas. NOT. Tir. 87, 38 Atrebas (Atrabas, Artebas). *oppidum*: civitas Atrebatum, urbs A. *v. supra.* NOT. dign. occ. 42, 40 praefectus laetorum Batavorum Nemetacensium, Atrabatis Belgicae secundae. *cf. nummos Meroving. apud Holder p. 270.* VITA Remig. 31 Mon. Germ. Mer. III p. 329 in Atrabo (Trebato *unus codex pr. m.*). p. 420 Adrabatae civitati. p. 423 in eadem Atrabata civitate. p. 424 Atravata civitas. **Atrabatēnsis** *adi.* INSCR. Orelli 5236 (*Aduatucae Tungrorum*) a castello ad fines Atrebaten⟨s(es)⟩ (*cf. Revue arch. 1861 p. 411*). VITA Vedast. 13 Mon. Germ. Mer. III p. 413 urbem Atravetinsem obiit. *v. etiam supra l. 51 et Holder p. 270.* **Atrabaticus** *adi.* TREB. Gall. 6, 6 perdita Gallia risisse ac dixisse perhibetur *Gallienus*: num Atrabaticis (Atrabiticis *cod. Bamberg. m. 1*) sagis tuta res p(ublica) est? EDICT. Diocl. 25, 9 ἰρέας Τρεβατικῆς. *Lydus mag. 1, 17* τὰς δὲ χλαμύδας ἀτραβατικὰς (ὠνόμαζον οἱ πατρίκιοι) ἐκ τοῦ χρώματος, ὅτι τὸ φαιὸν κατ' αὐτοὺς ἄτρον προσαγορεύεται. *Suidas* Ἀτραβατικάς. ἐν δὲ ταῖς κοιναῖς συνόδοις (ἐνεδύοντο χιτῶνας καὶ χλαμύδας) ξηραμπελίνας τὸ χρῶμα, ἃς ἐκάλουν Ἀτραβατικὰς ἀπὸ τοῦ χρώματος. τὸ γὰρ μέλαν ἄτρον καλοῦσιν. ἢ ὅτι μετὰ τραβέας ταύταις εἰώθεσαν χρῆσθαι.

2. Atrebatēs *populus Britanniae; cf. Ihm, PW. II 2138.* Ἀτρεβάτιοι. ITIN. Anton. p. 478, 3 Calleva Atrebatum. RAVENN. p. 427, 17 Caleba Arbatium.

Atrebius, -a *nom. gent.* CORP. VI 12689 Atrebia Arbuscla heres Aureli et M. Lurius Cerdo.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Atreccesiānus *nom. barbaricum.* CORP. III 12896 (*in Dalmatia, litteris saec. III*) Atreccesianus mil(es) leg(ionis) XIIII g⟨e⟩m(inae).

Atrectīnus *v.* Atrectianus *sub* Atrectus.

Atrectus *nom. gallicum.* MART. 1, 117, 13 illinc me pete. nec roges Atrectum — hoc nomen dominus gerit tabernae (*librariae*). CORP. XIII 1318 (*in Aquitania*) Iul(ius) Atrectus Craxanti fil(ius) et Iul(ius) Gna⟨t⟩us Atrecti fil(ius). 6994 (*Moguntiaci*) (centuria) Atti Atrecti. *cf.* 6466. INSCR. Rhen. 825 ⟨...⟩ Atrectus *hastifer civitatis Mattiacorum.* Korr.-Bl. d. Westd. Zeitschr. 1891 p. 109 Athamae et Atrecto Gati filis. Gruter 12, 10 (*Metis*)? CORP. III 14214 (*in Moesia, imperante Traiano*) ⟨...⟩cius Atrect. Rom(a) *miles legionarius. v. etiam Holder, Altcelt. Sprachsch. p. 271.* **Atrectius** *nom. gent.* CORP. V 7313 (*Segusione*) L. Atrectius Quietus. III 12896 (*in Dalmatia, litteris saec. III*) Atreccesianus mil(es) leg(ionis) ... pos(uit) Aur(elia) Festa coniux ... et At⟨r⟩ectia v(iva) ma⟨m⟩mula fil(io). XIII 6681 (*Moguntiaci*) ⟨A⟩trectius At⟨ili⟩a⟨nus?⟩. 7281 (*Castelli Mattiacorum, a. 236*) Atregtius Cupitianus *hastifer civitatis Mattiacorum. cf.* Atrexstus. **Atrectiānae** (**Atractiānae; Atrectīnae**) alpes, *i.* Graiae, *cf. Mommsen, Corp. V p. 757.* CORP. IX 5357 (*Firmi Piceni*) T. Appalio T. f. Vel(ina) Alfino Secundo ... proc(uratori) alpi(um) Atrectianar(um). 5439 (*Falerione*) T. Cornasidio T. f. Fab(ia) Sabino ... proc(uratori) alpium Atractianar(um) et Poeninar(um) iur(e) glad(ii). VIII 17900 (*in prov. Numidia, c. a. 200*) C. Annio Flaviano equo public(o) ... procur(atori) Alpium Atrectinarum. *?* **Atrectinia** *nom. gent.* CORP. XIII 6317 (*in Germania sup., periit*) Fl(avio) Marin⟨i⟩a⟨no mil.⟩ leg. ... Atrect⟨i⟩n⟨i⟩a (?) Bra⟨...⟩. *Otto.*

Atregtius *v.* Atrectus.

Atrēius, Ātriēnus *v. sub* Atrius.

Atreius, Atreias, Atreis *v. sub* Atreus.

Atressus, -a *cogn. celtic.* CORP. III 10354 (*in agro Aquincensi*) Atressus A⟨/⟩avilli f. 3687 (*in Pannon. inf.*) Atresso *dat.* 5498 (*in Norico*) Maleius Atres⟨si⟩ fil. 5275 (*Celeiae*) ⟨T.⟩ Vedius Atressus. CORP. III 10362 (*in agro Aquincensi*) Atressa Vindonis filia. *Diehl.*

atretus (-a, -um), ἄτρητος. THEOD. PRISC. gyn. cap. IV (*tit.*) de atretis (artriticis, artetricis, artetrix *codd. al.*). *Ihm.*

Atreus, -ī, Ἀτρεύς. INSCR. Gerhard, Etrusk. Spiegel V 87, 1 atre. QVINT. inst. 1, 5, 24 Atreus, quem nobis iuvenibus doctissimi senes acuta prima dicere solebant, ut necessario secunda gravis esset, item Nerei Tereique. *nominat. apud poetas utique bisyllabus, tam in versus initio* (MART. 11, 31, 1 *ante cons.*) *quam ad versus finem quam in medio versu* (SEN. trag.). *sed* AVDAX gramm. VII 359, 19 nomina in quibus a fine tertia syllaba semper acuebatur, ut ... Atreus. *cf.* HIER. chron. a. Abr. 815 atraeus *APB et* 749 *B.* *gen.* Atrei *bisyllabus*: Ov. am. 3, 12, 39 *in fine hexametri. adde* TRAG. inc. 124 MANIL. 5, 461 SEN. Tro. 341 *ante voc. cf. l. 53.* *dat.*: SEN. Thy. 271 Átreó *in versus fine.* *acc.*: ACC. trag. 198 Átre(um). SEN. Thy. 486 Atréă. *voc.*: SEN. Thy. 513 Atreu *bisyll.* *ad declinationem: nota gen.* Atreus (*i.* Ἀτρέως): EXC. Barb. p. 290, 16 Frick. *acc.* Atreă: SEN. Thy. 486 CHRON. Alex. chron. I p. 119, 254. *saepe* Atreum *inde ab* ACC. trag. 198. *ad prosodiam: prima syllaba, cum, ubicumque de prosodia constat apud poetas, producta sit, idem statuere licet de locis dubiis in senariis scilicet* (TRAG. inc. 103. 124 SEN. Tro. 341 Thy. 486, *qui octies* Átreus *in medio versu.* Thy. 547 *exit in* Átreūs. 271 Átreó *in fine trimetri*) *et* MANIL. 5, 461. **1** *Pelopis filius* (HYG. fab. 124 p. 106, 6. 254 p. 137, 4). *cf.* TRAG. inc. 102 Pelope ... satus. Ov. epist. 8, 27 Pelopeïus. *inde ab* ACCIO *et* VARRONE *saepe memoratur in litteris latinis, imprimis simul cum germano Thyeste* (*veluti* ACC. trag. 198 VARRO rust. 2, 1, 6 SEN. Thy. 271 Tro. 341 ASCON. in Pis. p. 16 B. HYG. fab. 84 p. 83, 24 HIER. chron. a. Abr. 749. 756 PORPH. Hor. carm. 1, 6, 8 epod. 5, 86 SCHOL. Pers. 5, 8 SERV. Aen. 1, 568. 6, 608. 11, 262 SCHOL. Stat. Theb. 4, 306 CHRON. Alex. *l. c.*). HOR. ars 186 humana palam coquat exta nefarius Atreus. Ov. Pont. 1, 2, 121 crudus. SEN. Thy. 546 ferus ille et acer. 712 durus. Ov. am. 3, 12, 39 mensis furialibus Atrei. MANIL. 5, 461 Atrei (atri *G*) luctum memorare sepulcri. DICT. 1, 1 opes. OROS. hist. 1, 12, 8 Atrei et Thyestis odia, stupra et parricidia. *persona tragica imprimis in fabulis quae inscribuntur* Atreus *vel* Thyestes. *adde* RHET. Her. 4, 34, 46 CIC. nat. deor. 3, 68. 71 Tusc. 1, 107 HOR. ars 186 ASCON. *l. c.* QVINT. inst. 3, 8, 45 PORPH. *ll. cc.* *tragoediae memorantur Accii* (*veluti* CIC. de orat. 3, 217 GELL. 13, 2, 2 SERV. auct. Aen. 8, 130 PRISC. gramm. II 233, 44. 490, 15), *Pomponii* (NON. 144. *num Atellana? cf. Ribbeck, trag. frg. p. 267*), *Rubreni Lappae* (IVV. 7, 73). *cf.* PORPH. Hor. carm. 1, 6, 8 Atreus et Thyestes ... de quorum sceleribus tragoedias videmus compositas, quarum stilus non nisi sublimitate ornatur. *nota translationem*: MART. 11, 31, 1 Atreus Caecilius cucurbitarum, sic illas quasi filios Thyestae in partes lacerat secatque mille. *cf. Escher, PW. II 2139.* **2** *in Priamidarum catalogo* HYG. fab. 90 p. 86^{c}, 25 Atreus *F, ubi* Aretus *Bunte.* **3** *cogn. vir.* CORP. VI 7893 ...⟩onius C. l. Atreus. V 1982 (*Opitergii*) T. Carminius (mulieris) l. Atreus mag⟨n.⟩. INSCR. Boletin de la Real Academia de la historia 1899 p. 509 Annius Atreus Caerri Africani f. Duillis v. s. l. m.

patronymicum **Atrīdēs** (-a), -ae, Ἀτρείδης. DON. gramm. IV 373, 23 patronymica, ut Atrides Pelides: ... masculina ... in 'des' exeunt, ut Atrides ab Atreo; ... feminina autem ... in 'is' exeunt, ut Atreis (CONSENT. gramm. V 341, 15). SERV. gramm. IV 430, 7 haec autem patronymica, si Graeca fuerint, aut in 'des' exeunt, ut Atrides, aut in 'ius', ut Atreius, aut in 'on', ut Atrion. sed quae in 'des' exeunt, tantum patronymica sunt, ut Atrides Agamemnon; quae in 'ius' exeunt, et patronymica et possessiva, ut Atreius Agamemnon, Atreius gladius.... quae autem in 'on' exeunt, in Latinum sermonem non transeunt. feminina autem aut in 'is' exeunt, ut Atreis, aut in 'ias', ut Atreias, aut in 'ne', ut Atrine (POMP. gramm. V 146, 28 *sqq., ubi* Orestes Atrion, Atrides Orestes, Atreius Orestes. ARS anonym. gramm. suppl. p. 72, 1 *sqq.*). *ad* Atrine *cf.* FRG. Bob. gramm. VII 544, 16. *ad declinationem: nom.: inde a* VERG. (Aen. 11, 262) *saepe* Atrides. CHAR. gramm. I 67, 15 Atrides Atrida (EXC. Bob. gramm. I 544, 22). PROP. 2, 14, 1 gavisus Atrida triumpho est (*contra in pentametro* 4, 1, 112 Atrides vela cruenta dedit. 3, 7, 23 *in fine hexam.*). *gen.*: DRACONT. carm. 8, 449 Atridis (8, 548 OREST. 213. 352). *passim* Atridae. *dat.*: DRACONT. carm. 8, 537 Atridi (ANTH. 198, 57). *saepius* Atridae. *acc.*: Atriden: *ante vocalem*: HOMER. 74. *ante cons. vel ad finem vers.*: HOR. epist. 1, 2, 12 (*ubi Rrg* -em) Ov. epist. 15, 364 SEN. epist. 104, 31 (*citat* VERG. Aen. 1, 458, *ubi* Atridas) SEN. Ag. 275 IVV. 4, 65 OREST. 800 AVSON. 430, 4. Atridem: HOR. *v. l. 21* OCTAVIA 816 *ante cons.* Atridam: AVREL. ad Front. p. 10, 20 N. (FRONTO p. 12, 15 N.) AVSON. 406, 11. *voc.*: Atride: HOR. epist. 1, 7, 43 HOMER. 124. Atrida: HOR. sat. 2, 3, 187. *abl.*: Atride: Ov. epist. 3, 39. Atrida: SEN. Ag. 293 HOMER. 90. 327. *nota dat. plur.*: AVSON. 224, 2 Atrideis. *ad prosodiam: apud poetas dactylicos ineunte vel in medio hexametro — semper fere ante caesuram semiquinariam — prima syllaba producta est (plus 50^{iens},* VERG. *et* HOR. *quater,* Ov. *20^{iens},* HOMER. *11^{iens},* STAT. *bis), praeter unum quem iam attulimus locum* PROP. 2, 14, 1 (*ibid.* Átrid- *in caes. pentam.* 4, 1, 112. *in vers. initio* 3, 18, 30; *in* Atrídes *exit* 3, 7, 23), *in fine ut debet correpta (ca. 45^{iens},* VERG. *quater,* HOR. *bis,* Ov. *7^{iens},* HOMER. *12^{iens},* STAT. *5^{iens}*). *apud scaenicos prima syllaba longa est*: TRAG. inc. 26 SEN. Ag. 513 Tro. 148, *brevis*: OCTAVIA 816, *anceps*: PLAVT. Bacch. 925 ACC. trag. 14 TRAG. inc. 35 SEN. Tro. 596 Ag. 275. 293. 410^{a}. *adde* AVSON. 406, 11. *prima si longa est semper acuitur praeter* HOR. sat. 2, 3, 187 nequis humasse velit Aiacem, Atrida, vetas cur? **A** *pluraliter*: SERV. Aen. 1, 458 Atridas, Atrei filios, Agamemnonem et Menelaum (GLOSS. V 269, 15. *cf.* MYTHOGR. 1, 209). ACC. trag. 14 TRAG. inc. 35 VERG. Aen. 1, 458. 9, 136. 9, 599 HOR. sat. 2, 3, 203 Ov. am. 2, 12, 10 Pont. 1, 7, 32 MANIL. 1, 762 SEN. Tro. 596 MART. 7, 24, 5 QVINT. inst. 7, 2, 3 AVSON. 224, 2 DICT. prol. p. 2 HYG. fab. 122 p. 105, 3 SERV. auct. Aen. 8, 130. 9, 599. PLAVT. Bacch. 925 Atridae duo fratres cluent fecisse facinus maxumum. VERG. Aen. 2, 415 gemini (2, 500. 8, 130 SIL. 13, 802 STAT. Ach. 1, 467). SEN. Tro. 148 duos. *cf.* Ov. am. 2, 1, 30 Atrides alter et alter. HOMER. 424 alter (*i. Agamemnon*). TRAG. inc. 26 reges Atridae. HOR. carm. 1, 10, 13 superbos. STAT. Ach. 1, 36 tumidis. **B** *singulariter*: **1** *Agamemno*: Atrides Agamemnon *v. l. 6.* Ov. ars 3, 12 maior (met. 13, 359 *cf.* 12, 623 SIDON. carm. 5, 448). VERG. Aen. 2, 104 magno (PROP. 3, 18, 30). HOMER. 159 acer. 504 ferus. 8 sceptriger. STAT. silv. 3, 2, 98 tumido. Ach. 1, 731 ultor (BOETH. cons. 4, 7, 2). CVLEX 334 Tantaleae generamen prolis Atrides ... Argivum lumen. Ov. am. 1, 9, 37 summa ducum. met. 13, 655 Troiae populator. HOMER. 124 rex Danaum Atride. AVSON. 218, 1 rex regum Atrides, fraternae coniugis ultor. APVL. Socr. 17 p. 158 Oud. Atridae superbiam. *longe plurimis locis, quos sub declinatione et prosodia citavi, intellegendus est Agamemno, accedunt pauci*: HOR. carm. 2, 4, 7 Ov. rem. 467. 475. 779 ars 1, 334. 2, 399 epist. 3, 148 met. 13, 189. 230. 365. 439 Ov. fast. 4, 73 LAVS Pis. 61 HOMER. 19. 24. 69. 90. 510 STAT. Ach. 1, 399. **2** *Menelaus*: VERG. Aen. 11, 262 Atrides ... Menelaus (Ov. epist. 15, 355). Ov. ars 3, 11 minor (epist. 5, 101. 15, 364 met. 12, 623. 15, 162 SEN. Ag. 513 AVSON. 406, 11). HOMER. 581 Graium ... dux acer. 268 impiger (372). AVSON. 220, 3 pravus. HOMER. 327 saevo (640). 349 tremebundus (*cf.* STAT. silv. 1, 4, 113). 322 violentus. HOMER. 587 regis. *adde*: HOR. epist. 1, 7, 43 Ov. ars 2, 371 met. 15, 805 PETRON. 108 HOMER. 290. 301. 332. 663 STAT. Ach. 2, 63 DRACONT. *ll. cc. l. 17 sqq.* ANTH. 198, 57. **3** *Orestes v. l. 11.* **4** *translate*: IVV. 4, 65 itur ad Atriden (*sc. Domitianum imp.*). IVV. 6, 660 *pro coniuge qui ab uxore interficitur.*

derivata: adi. et patronym. **Atreius,** -a, -um, *feminina* **Atreis** *et* **Atreias** *et* **Atrinē,** *patronym.* **Atriōn,** Ἀτρείων, *v. l. 1 sqq.*

d. m. **Atrexstus** Moxsi f. CORP. XIII 6140 (*in Bavaria Rhenana*). *cf.* Atrectus. *Diehl.*

1. Atria, -ae *f. Venetorum opp., hodie* Adria, *cf. Hülsen, PW. II 2144; Nissen, Ital. Landeskunde II p. 214 sqq.* LIV. 5, 33, 7 ab Atria, Tuscorum colonia. PAVL. FEST. 13 dictum autem atrium vel quia id genus aedificii Atriae primum in Etruria sit institutum, vel .... PLIN. nat. 3, 120 oppidi Tuscorum Atriae. TAC. hist. 3, 12 Liburnicis navibus Atriam pervectus. SERV. auct. Aen. 1, 726 alii dicunt Atria⟨m⟩ Etruriae civitatem fuisse, quae domos amplis vestibulis habebat: quae cum Romani imitarentur atria appellaverunt (*cf. p. 1101, 20 sqq.*). CORP. VI 2375^{a}, 1, 16 (*a. 120*) ⟨.⟩ Hypsiacus Ferox

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Atria. INSCR. Ephem. epigr. VIII p. 90 n. 334 (*Nolae*) L. Mettius L. f. Cam(ilia) Maximus domo Atria. CORP. V 2315 (*Atriae*) col(legio) nau-t(arum) m(unicipii) A(triae). XIII 7010 (*Moguntiaci*) L. Livius M. ⟨f.⟩ Cam(ilia) Atria ⟨...⟩. Hadria: PROP. 1, 6, 1 non ego nunc Hadriae vereor mare noscere tecum. IVST. 20, 1, 9 Adria quoque Illyrico mari proxima ... Graeca urbs est. ISID. orig. 13, 16, 6 Adria quaedam civitas Illyrico mari proxima fuit, quae Adriatico nomen mari dedit. RAVENN. p. 383, 8 Adrianopolis a qua mare Adriaticum a quibusdam nominatur, item civitas Adre. p. 258, 2. TAB. Peut. 4, 5 Radriani. Hadra *v. infra p. 1098, 50*. *apud Graecos*: Ἀτρία: PTOLEM. 3, 1, 30. STEPH. BYZ. Ἀτρία πόλις Τυρρηνίας, Διομήδους κτίσμα. ... ἔστι καὶ ἄλλη πόλις Βοιῶν, ἔθνους Κελτικοῦ. Ἀδρία: STRABO 5, 214 τὴν Ἀδρίαν ἐπιφανῆ γενέσθαι πόλιν φασίν PLVT. Cam. 16 ἀπὸ Τυρρηνικῆς πόλεως Ἀδρίας. STEPH. BYZ. Ἀδρία πόλις καὶ παρ' αὐτὴν κόλπος Ἀδρίας καὶ ποταμὸς ὁμοίως, ὡς Ἑκαταῖος. **Atriātēs** *incolae*. VARRO ling. 5, 161 atrium appellatum ab Atriatibus Tuscis. CORP. V 2343 (*Atriae*) Hylas m(unicipum) A(triatium). STEPH. BYZ. Ἀδρία: ὁ πολίτης καὶ ὁ πάροικος Ἀδριανὸς ... καὶ Ἀδριάτης. *sub* Ἀτρία: τὸ ἐθνικὸν Ἀτριανὸς καὶ Ἀτρ⟨ι⟩εὺς καὶ Ἀτριάτης. ἄμεινον δὲ τὸ πρῶτον. *iidem* **Atriāni**: PLIN. nat. 3, 120 in Atrianorum paludes, quae Septem maria appellantur, nobili portu oppidi Tuscorum Atriae. *cf.* STEPH. BYZ. *supra*. TAB. Peut. 4, 5 Radriani. *adi.* MART. 3, 93, 9 et Atrianus dulcius culex cantet. (?) **Atriēnsis**. CORP. XV 6420 (*in lucerna*) Eros Atriensis. *an* atriensis? *adi.* **Hadriānus**. PLIN. nat. 10, 147 Hadrianis *gallinis* laus maxima. *cf.* ARIST. hist. anim. ζ 1, 558ᵇ, 16 αἱ δὲ Ἀδριαναὶ ἀλεκτορίδες (Ἀδριανικαὶ *codd. deteriores*). de gen. anim. γ 1, 749ᵇ, 29 τῶν ἀλεκτορίδων αἱ Ἀδριανικαί. PLIN. nat. 14, 67 ab intimo sinu maris Hadriana *vina laudantur*. 35, 161 Hadrianis (Adrianis *Leidens. Voss. al.*) *vasis* firmitas. (?) CASSIOD. var. 1, 19 Adrianae civitatis curialium. **Atriānus** *fl., qui Atriam praeterfluit, cuius superior pars* Tartarus *vocatur*. PTOLEM. 3, 1, 25 Ἀτριανοῦ ποταμοῦ ἐκβολαί. *cf.* STRABO 7, 317 φησὶ δ' ὁ Θεόπομπος ... τὸν Ἀδρίαν (κόλπον) ... ποταμοῦ ἐπώνυμον γεγονέναι. STEPH. BYZ. *supra p. 1097, 15*. TAB. Peut. 4, 1 fl. Hadra. **Hadria** (Adria), -ae *m. mare quod nomen accepit ab oppido* Atria, *cf. sub* Hadriaticus. SCYL. 27 τὸ δὲ αὐτὸ Ἀδρίας ἐστὶ καὶ Ἰόνιος. STRABO 5, 214 τὴν δ' Ἀτρίαν ἐπιφανῆ γενέσθαι πόλιν φασίν, ἀφ' ἧς καὶ τοὔνομα τῷ κόλπῳ γενέσθαι τῷ Ἀδρίᾳ μικρὰν μετάθεσιν λαβόν. 7, 316 *sq.* Κεραύνια ὄρη, ἡ ἀρχὴ τοῦ Ἰονίου κόλπου καὶ τοῦ Ἀδρίου. τὸ μὲν οὖν στόμα κοινὸν ἀμφοῖν ἐστι, διαφέρει δὲ ὁ Ἰόνιος διότι τοῦ πρώτου μέρους τῆς θαλάττης ταύτης ὄνομα τοῦτ' ἐστίν, ὁ δ' Ἀδρίας τῆς ἐντὸς μέχρι τοῦ μυχοῦ, νυνὶ δὲ καὶ τῆς συμπάσης (*quae secuntur v. supra p. 1097, 32*). *at* PS. AVR. VICT. epit. 14 Hadrianus ... Aelio Hadriano ... Adriae orto genitus, quod oppidum agri Piceni etiam mari Adriatico nomen dedit. PAVL. hist. Lang. 2, 19. *cf. Nissen, Ital. Landeskunde I p. 89 sqq.; Partsch, PW. I 417.* ὁ Ἀδρίας (κόλπος), ὁ κατὰ τὸν Ἀδρίαν κόλπος (*Polybius*). CATVLL. 36, 15 quaeque Durrachium Hadriae tabernam *colis, Venus*. HOR. carm. 1, 3, 15 rabiem Noti, quo non arbiter Hadriae maior. 1, 33, 15 Myrtale libertina, fretis acrior Hadriae curvantis Calabros sinus. 2, 11, 2 quid bellicosus Cantaber et Scythes ... cogitet Hadria divisus obiecto. 2, 14, 14 fractisque rauci fluctibus Hadriae. 3, 3, 5 Auster dux inquieti turbidus Hadriae. 3, 9, 22 improbo iracundior Hadria. 3, 27, 20 ego quid sit ater Hadriae nōvi sinus et quid albus peccet Iapyx. epist. 1, 18, 63. OV. trist. 1, 11, 4 *me* scribentem mediis Hadria vidit aquis. SEN. Thy. 362 saevo rabidus freto ventosi tumor Hadriae. nat. 3, 29, 7 Adria. epist. 89, 20 nisi trans Hadriam et Ionium Aegaeumque vester vilicus regnat. MELA 2, 17 Euxinum et Hadrian. 2, 39 Aetolia, Acarnania et Epiros usque in Hadrian (Adrian *cod. Vatic.*). 2, 54 Ceraunii montes, ab his flex⟨us est⟩ in Hadrian. 2, 57 intumo in sinu Hadriae. 2, 66 *sq.* Sallentina litora et urbs Graia Callipolis. hucusque Hadria ... pertinet. 2, 114. LVCAN. 2, 625 cum totas Adria vires movit. 5, 614 sonat Ionio vagus Adria ponto. PLIN. nat. 3, 119 intravit Hadriam. 3, 127. STAT. silv. 3, 2, 87 quos tibi currenti praeceps gerat Hadria mores. TAC. ann. 15, 34 maris Hadriae traiectus. hist. 3, 42 qua Picenus ager Hadria adluitur. PRISC. gramm. II 77, 12 Adria Adrianus (Hadr- *pars codicum*). CASSIOD. ex Eutyche gramm. VII 200, 23 omnis vocalis d sequente leviter enuntiatur ...; notatur Hadria. AVIEN. orb. terr. 556 citus Hadria rursum subluit hanc (*Graiam terram*) fluctu. VVLG. act. 27, 27 navigantibus nobis in Adria (ἐν τῷ Ἀδρίᾳ. *prope Melitam insulam*). HIER. epist. 105, 1 in insula Adriae. 109, 2 inter Adriae fluctus. MART. CAP. 6, 657 promunturium Ceras Chryseon Byzantio oppido celebratum, quod a Dyrrhachio ... distat. eo enim interstitio a se ... recesserunt ... Adria (Adrias *cod. Darmstad.*) et Propontis. PRISC. perieg. 94 illinc incipiens extenditur Hadria (Adria *codd. deteriorum pars*) vastus ad boream penetrans pelago solemque cadentem (Ionius pariter sinus hic perhibetur ab orbe). 103 quem (*Ausoniae isthmon*) tria circumdant maria undique litore curvo: Tyrrhenum, Siculum nec non simul Hadria (*item ut supra*) vastus. IORD. Rom. 151 Tarentus in ipsis Adriae (Hadriani *vel* Hadriatici) maris faucibus posita. 223 Rodus ... totius Atriae insularum metropolis. Get. 156. Adrias *Graecorum more* AMBR. hex. 3, 3, 13 Tyrrheno *mari* Adrias, Adriae (*sic codd. antiquiores, recentiores* H-) cetera maria *interiora* miscentur. *nom. vir.* Hadrias: CORP. VIII 2566 (*Lambaesi*) C. Iulius Hadrias The(veste) sig(nifer). **Hadriānum** (Adrianum) mare. Ἀδριανὴ θάλασσα, Ἀδριανὸς πόντος. CIC. Pis. 93 ultimas maris Hadriani oras (Adr- *codd. Frising., Erlang., Monacens.*). Att. 10, 7, 1 quod ut meliore tempore possimus, facit Adriano mari Dolabella. Hor. carm. 1, 16, 4 sive mari libet Hadriano (PS. ACRO 'Adriano] pro Adriatico). VITR. 2, 9, 14 litora maris Hadriani. 2, 10, 1 oras maris Hadriani. FLOR. 1, 10, 2 Hadriano (Hadriatico *Palat.*, Hadriaco *Vossian.*) tenus mari. 1, 13, 3 in ipsis Hadriani (Hadriatici *Palat. Vossian.* [Adr-]; Adriae *Iordanes*) maris faucibus. 1, 20, 1 Hadriani (Adriani *codex Bamberg. et Iordanes*) maris litus. 2, 13, 31 cum fauces Adriani (Hadr- *Vossian.*) maris iussi occupare Dolabella et Antonius, ille Illyrico, hic Curictico litore castra posuissent. MON. Ancyr. 5, 12 Hadriánó marí (Εἰονίου κόλπου). 5, 32 trans Hadrianum mare (πέραν τοῦ Εἰονίου κόλπου). **Atriāticum** *mare*. LIV. 5, 33, 7 alterum Atriaticum (Hadriatium *Veronens.*) mare ab Atria, Tuscorum colonia, vocavere Italicae gentes. Graeci ... Adriaticum vocant. PLIN. nat. 3, 120 oppidi Tuscorum Atriae, a quo Atriaticum mare ante appellabatur, quod nunc Hadriaticum. *adi.* **Hadriāticus** (Adriāticus). *mare, sinus.* ὁ Ἀδριατικὸς κόλπος, ἡ Ἀδριατικὴ θάλασσα. CORP. VI 9682 naviculario cur(atori) corporis maris Hadriatici. XIV 409 navicular(ios) maris Hadriatici. CAES. civ. 1, 25, 3 omne Hadriaticum (Adr- *codices Vindobon. et Vrsin.*) mare. LIV. 1, 1, 3 in intimum Hadriatici maris sinum. 10, 2, 4 medioque sinu Adriatico. 10, 2, 14 nulla regione maris Hadriatici. 40, 21, 2 Hadriaticum mare. 40, 21, 7 mare Hadriaticum. 40, 57, 7. 43, 31, 4. VITR. 2, 6, 5 Adriaticum mare. VELL. 2, 43, 1 effusissimum Adriatici maris traiecit sinum. VAL. MAX. 9, 8, 2 maris Hadriatici ... fauces. MELA 1, 17 mare quod primo sinu accipit, Aegaeum dicitur; quod sequenti in ore Ionium, Hadriaticum interius. ... Hadriatici latus Illyris occupat. 2, 58 *Italia* inter Hadriaticum et Tuscum, sive, ut aliter eadem adpellantur, inter superum mare et inferum excurrit. 2, 110 vicina Hadriatico mari Corcyra. PLIN. nat. 3, 44 inter duo maria inferum et superum ..., ... in Hadriaticum mare. 3, 100 Hydruntum ... ad discrimen Ioni et Hadriatici maris. 3, 118. 3, 120 (*vide supra p. 1098, 17*). 3, 126. 3, 150 duo maria ..., Ionium in prima parte, interius Hadriaticum, quod superum vocant. 14, 60 *Punicum vinum* gignitur in sinu Hadriatici maris non procul Timavo fonte.... hoc esse crediderim quod Graeci celebrantes miris laudibus Praetetianum appellaverint ex Hadriatico sinu. 37, 33 Hadriatici sinus (*genet.*) *al.* TAC. ann. 2, 53 Hadriatici ac mox Ionii maris adversam navigationem perpessus. SVET. Tib. 16 sinum maris Hadriatici. frg. p. 242 R. *mare* superum et Adriaticum (Adriacum *et* Atriaticum *pars codd.*) dicitur. FLOR. 1, 39, 1 in Hadriaticum (Adr- *Bambergens.*) mare. 1, 41, 10 *fretum* Hadriaticum. APVL. mund. 6 alter *sinus* ... in maxima divisus est maria, quorum unum Gallicum dicitur, alterum Africum, ... tertium Adriaticum pelagus. SOL. 2, 25 (*ex* PLIN. nat. 3, 118) in Adriaticum (Hadr- *Sangallens.*) ... mare. 23, 16 ab oppidis *dicta maria* Adriaticum (Hadr- *Vatican.*), Argolicum .... 5, 12 pelagus Tuscum et Adriaticum. 9, 5 Adriaticum salum. SCHOL. Verg. cod. Bern. 165 georg. 2, 158 Hadriaticum enim mare dicitur vel ab Hadra civitate quam alluit, vel ab hadra id est petra. IVL. HON. rec. B 45 (geogr. p. 51) *Nilus* vergit partim Adriatico mari et partim mari Carpathio. COSMOGR. 1, 12 (geogr. p. 77) fluvius Adonis ... in mare Adriaticum excipitur contra insulam Cretam. RAVENN. p. 247 *sq.* ad mare magnum Adriaticum est provincia Flaminia Ravennatis. ... item ad mare magnum Adriaticum ... est ... provincia Apulia, item provincia quae dicitur Calabria Brindicensis. girat autem ipsa Italia id est de Adriatico mari in Gallico a provincia Pritas Rigiensis (*i. Brettia Regiensis*). 290, 2 qui currunt de ipso Pado in mare magnum Ionicum quod Adriaticum dicitur. 294, 1 mare Ionicum quod et Adriaticum dicitur. 323, 17 hinc (*ab Hellesponto*) pelagum Adriatici qui antiquitus Ionicum dicitur *ad partem meridionalem finem habet Europa*. IVST. 20, 1, 9 Adria quoque Illyrico mari proxima, quae et Adriatico mari nomen dedit. PORPH. Hor. carm. 1, 33, 15 Adriaticum sinum ... quod mare et Calabriam adluit. 3, 9, 23 Hadria pro Hadriatico mari dicitur. SERV. Aen. 3, 211 sciendum Ionium sinum esse inmensum ab Ionia usque ad Siciliam, et huius partes esse Adriaticum Achāicum Epiroticum. 5, 52 Argolicove mari] Ionico et Adriatico. 11, 540 iuxta Hadriaticum mare urbem Metapontum condidit. PS. FVLG. sup. Theb. p. 184 adrios enim grece profunditas latine; unde mare Adriaticum dicitur id est profundum. AMBR. hex. 3, 3, 12. HIER. epist. 108, 7 inter Scyllam et Charybdin Adriatico se credens pelago quasi per stagnum venit Methonen. in OS. 8, 1 p. 81 Vall. sinum *maris* Hadriatici et Ionii et Propontidis. MACR. sat. 7, 12, 35 inundatio ipsa ... Hadriaticum (Adr- *cod. Paris.*) mare facit, ex quo dextra in Parthenium, laeva in Ionium...pergit. OROS. hist. 1, 2, 57 montes Acroceraunia in angustiis Hadriatici (Atriatici *Donauesch.*) sinus. 1, 2, 59 Dalmatia habet...a meridie Hadriaticum (Hatriaticum *Donauesch.*) sinum. 1, 2, 61. 1, 2, 90 Tripolitana provincia ... habet ... a septentrione mare Siculum vel potius Hadriaticum. 1, 2, 97 insula Creta finitur ... a meridie mari Libyco quod et Hadriaticum (Adr- *in plerisque*) vocant. 1, 2, 100 Sicilia ... ab oriente cingitur mari Hadriatico (Adr- *Donauesch. et Vatican. ante corr.*). IORD. Get. 219 Atriatici (*sic antiquiores codd.*)...sinus (*genet.*). CASSIOD. var. 12, 15, 1 civitas *Scylacium* supra sinum Adriaticum (*sic*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

plerique, Adrianum, Adriacum *nonnulli)* constituta. GREG. M. epist. 7,23 p. 467, 36 ex Crotonensi civitate, quae super Adriaticum mare in terra Italiae posita. *absolute:* CATVLL. 4, 6 et hoc negat mina⟨c⟩i⟨s⟩ Adriatici negare litus. PLIN. nat. 1 ind. 3 insularum Ionii et Hadriatici. AMPEL. 6,15 in Hadriatico Crateae *(insulae).* Adriaticum *litus:* PLIN. nat. 37, 32 in Hadriatico litore. SIC. FLACC. grom. p. 136, 4 Hadriaticum ... litus Illyricum contra se habet. *vide etiam supra p. 1098, 7 al.* *adi.* **Hadriacus** (Adriacus) *a poetis solis usurpatum, sicut Graeci quidam poetae* Ἀδριακός. VERG. Aen. 11, 405 amnis et Hadriacas (Adr- *R*) retro fugit Aufidus undas. PROP. 3, 21, 17 nunc rudis Adriaci vehar aequoris hospes. ... deinde per Ionium vectus .... OV. hal. 125 Adriaco mirandus litore rhombus. MANIL. 4, 6 *sq. mare* circuit omnem Italiam, Hadriaco mutatum nomina ponto. LVCAN. 2, 407 Adriacas qui verberat Aufidus undas. 2, 613 hinc *(a Brundisio)* latus angustum iam se cogentis in artum Hesperiae tenuem producit in aequora linguam, Hadriacas *(sic Montepess.)* flexis claudit quae cornibus undas. 3, 190 Adriacas spumans Absyrtos in undas. 4, 404 qua maris Adriaci longas ferit unda Salonas. 4, 408 Adriaco tellus circumflua ponto. 5, 380 Apulus Hadriacas *(sic Montepess.)* exit Garganus in undas. SIL. 1, 54 *Aufidum* vix iter Hadriaci rumpentem ad litora ponti. 7, 480 Hadriaci ... Sasonis. 10, 214 Hadriaca ... harena. 11, 509 fluctus ... Hadriacos. IVV. 4, 39 Adriaci spatium admirabile rhombi. NEM. cyn. 62 Adriacas audet temptare procellas. AVIEN. ad Flav. (anth. 876) 9 alta Corinthos, Adriaco⟨s⟩ surgente not⟨o⟩ qua prospicit aestus. Arat. 784 *Padus* Hadriacos inpellit gurgite fluctus. CLAVD. 5, 39 Adriacas ... undas. RVT. NAM. 2, 24 Tyrrheni rabies Hadriacique sali. *absolute* Hadriacum *sc. mare:* OV. fast. 4, 501 Hadriacumque patens late bimaremque Corinthum. *vide etiam supra p. 1098, 7 al.* **Hadriace** (Ἀδριακή) *terra.* LIB. gener. chron. I p. 98, 88 Epirotia, Illyria, Auchinitis, Hadriace, ex qua pelagus Hadriaticum. *cf.* CHRON. Alex. chron. I p. 98, 62 Adracia (adriacia *pict.*), ex quo Hadriaticum pelagus.

2. Ātria *v.* Atrius.

Atriānus *nom. vir. barbaricum.* CORP. XIII 1328 *(in Aquitania)* Atriani Atuani f., Andecarius Ferox curavit ex testament(o) Atriani. 2820 *(Augustoduni)* Atrianus. *Otto.*

ātriārius, -ī *m. ab* atrium. VLP. dig. 4, 9, 1, 5 si qui opera mediastini fungitur, non continetur, ut puta atriarii et focarii et his similes. CORP. X 6638 C 2, 6 atri⟨a⟩ri⟨us⟩. *saepius diiudicari non potest, in inscriptionibus* atr (atri) *supplendumne sit* atriarius *an* atriensis, *sicuti* CORP. X 6638 B 2, 6. C 2, 15 *et* 27. 3, 7. 11. 24. 6775. VI 4428. 8738 *(bis).* 9192. 9193. atri X 6638 C 1, 9. *cf. Habel, PW. II 2144.* *Münscher.*

Atriāticus *v.* Atria *p. 1098, 15. 76. 83.* **Atribi** *cf.* Athribis.

atribux. [*cf. esse videtur c.* ater *et* bucca, *v. W. Heraeus, Archiv 10 p. 513. 11 p. 134. Th.*] GLOSS. IV 22, 37 attribux senex atrix buccis *(sic cod.).* AVSON. 415, 9 canus, comosus, hispidus, trux, atribux, Terentianus Phormio (attubus *coniecerat Scaliger; cf.* atubus, atypos). *cf.* ARNOB. nat. 3, 14, *ubi pro* sacrivoces *Heraeus proponit* atribuces. *Ihm.*

Atr(ica?) *fluv. Galliae Narbonensis.* CORP. XII 3316 *(Nemausi)* n(autis) Atr. et Ovidis (3317). 4107 naut. Atr. et Ov. *contulerunt edd.* l'Ardèche *et* l'Ouvèze. *Diehl.*

ātricapillus, -a, (-um). *ab* ater *et* capillus. GLOSS. II 22, 36 atricapellus μελαγκόρυφος, μελάνθριξ. PAVL. FEST. 124 melancoryphi genus avium, quae Latine vocantur atricapillae, eo quod summa earum capita nigra sint.

ātricolor, -is. *ab* ater *et* color. AVSON. 396, 52 pingens aridulae sublita paginae Cadmi filiolis atricoloribus *(i. litteris atramento scriptis).* *Ihm.*

Atrictus *v.* Atrectus.

Atriculus, -ī. *ab* ater, *cf.* molliculus, *nisi est* Articulus. *cogn. vir.* CORP. III 3183 *(in Dalmatia, periit)* P. Livio Atriculo. *Diehl.*

Atrīda, -ēs *v.* Atreus. **Ātriēna** *v.* Atrius.

ātriēnsis, -e. *ab* atrium *(v.* NOT. Tir. 100, 34). SERV. Aen. 9, 645 quod et Plautus docet in Asinaria, in qua inducit Sauream, servum atriensem, in tota familia plurimum posse. SCHOL. Iuv. 3, 7, 7 ostiarius vel custos atriensis. *ubique fere pro subst.:* GLOSS. διαιτάρχης, ὁ ἐπὶ τοῦ τετραστόου, οἰκοφύλαξ. II 22, 28 *sq.* atriensis: διαιτάριος, διαιτάρχης, liber de officio proconsulis *(cf. Rudorff, Abhdlgn. d. Berl. Acad. 1865 p. 275).* atriensis (-es): ianitor (-es), ostiarius (-ii). *male explic.* II 568, 40 atriensis (attr- *in b*) IV atria habens. atriesis: CORP. VI 6240. 6242. 6250. 9195. XV 6372. atresis: CORP. X 713. 6638 B 2, 10. atrensis: CORP. X 6637 b 2 = VI 8639. X 6638 C 3, 16. atrinsis: CORP. VI 5187.

PLAVT. Asin. 264 aut mihi in mundo sunt virgae aut atriensi Saureae. 334 meministin asinos ... nostrum vendere atriensem? 347. 352. 365. 368. 383. 393. 584. Cas. 462 me ... facere atriensem voluerat sub ianua. Poen. 1283 me reliquit pro atriensi in aedibus. Pseud. 11 adgreditur adulescentis servus Pseudolus tamquam lenonis atriensis. 609 *(bis).* VARRO ling. 8, 61 *v. sub* atrium *p. 1101, 41.* CIC. Pis. 67 idem coquus, idem atriensis. parad. 37 in magna familia sunt alii lautiores, ut sibi videntur, servi, sed tamen servi, ut atrienses. 38 si L. Mummius aliquem istorum videret matellionem Corinthium cupidissime tractantem ..., utrum illum civem excellentem an atriensem diligentem putaret? PHAEDR. 2, 5, 11 ex alticinctis unus atriensibus ... alveolo coepit ligneo conspergere humum. SEN. epist. 123, 2 *panem* habet atriensis. COLVM. 12, 3, 8 insistere *oportebit villicam* atriensibus, ut supellectilem exponant. PETRON. 29 interrogare ... atriensem coepi. 53 atriensis Baias relegatus. 72 *(bis).* PLIN. epist. 3, 19, 3 sumptus atriensium, topiariorum, fabrorum. ALF. dig. 50, 16, 203 vilici, atrienses, textores. VLP. dig. 7, 1, 15, 1 si ... vel de symphonia atriensem vel de palaestra stercorandis latrinis praeponat, abuti videbitur proprietate. 33, 7, 8, 1 accedunt instrumento .. atrienses, scoparii. APVL. mund. 26 extrinsecus singuli custodes locorum erant et ianitores et atrienses. SVET. Cal. 57 *de caelo tacta est* Romae cella Palatini atriensis. CORP. I 1540 (= XIV 2875) coques atriensis. VI 9199 (= CARM. epigr. 1080) Zethus T. Vini atriens⟨is⟩. X 6638 C 1, 6. 7. 8. VI 4429. 5847 (= 826). 6215. 6239. 7008. 7301. 9194. 9196. 9197. 9199. VIII 18551 ⟨atri⟩ensi⟨s⟩. XV 6420 Eros atriensis *(sed fortasse* Atriensis *est patronymicum. cf. p. 1097, 23). praeterea v. sub* atriarius *p. 1099, 39 sqq.* CORP. VI 6241 Lentiscus ex horteis atriensis. 4330 Rhoci atriens⟨is⟩ de basilica Asinia. 9198 Scurra atriens⟨is⟩ regia *(i. domus regiae).* 3942[a] Antiochus Liviae atriensis. 8739 Chaerea Caesaris atriensis. 8740 Ti. Claudi Germanici atriensis. 6040 Iucund⟨us⟩ atriensis Ti. Caesari⟨s⟩ *cf. Habel, PW. II 2145; Ruggiero, dizionario epigr. I 762.* *Münscher.*

Atriēnsis *v.* Atria *p. 1097, 23.* **Ātrilius** *v. sub* Atrius.

Atrimae *gen. vel dat.* CORP. VIII 19151 *(Sigus, periit). cf.* ἀτρεμής, ἀτρέμας? *fortasse conferendum* CORP. III 14373[1] *(in vasculo)* Atrim⟨...⟩. *Diehl.*

Atrinum oppidum. LIV. 24, 47, 14 ab altero praetore Sempronio Tuditano oppidum Atrinum expugnatum. *situm fuisse in Aemilia Nisseno, Ital. Landeskunde II p. 972 inde veri simile fit, quod Sempronio Ariminum provincia evenerat (cf. 24, 44, 3). cf.* Atria. *Otto.*

ātriolum, -ī *n. ab* atrium *deminutive (v.* NOT. Tir. 100, 33). CIC. Att. 1, 10, 3 typos tibi mando, quos in tectorio atrioli possim includere. ad Q. fr. 3, 1, 2 quo loco in porticu te scribere aiunt ut atriolum fiat, mihi, ut est, magis placebat; neque enim satis loci videbatur esse atriolo. SEN. contr. 1 praef. 11 in illo atriolo, in quo ... ait secum declamasse. CORP. VI 10876 hortulum ... cum ... atriolo. *cf. Mau, PW. II 2148; Magoun, Transactions of the American Philological Association 1896 XXVII, Proceedings p. VII.* VVLG. Ezech. 46, 21 et ecce atriolum (αὐλή) erat in angulo atrii (αὐλῆς), atriola singula per angulos atrii. 46, 22 *et* 23. HIER. in Ezech. 46, 19 p. 584 Vall. hoc ... atrium ... per singulos angulos quatuor habebat atriola, quae LXX minora (μικρά *in v. 21*) vocant et nos pro felicitate sensus ὑποκοριστικῶς atriola diximus. *Münscher.*

atriplex, -icis. [*e vocabulo* ἀτράφαξυς *deformatum. Th.*] PAVL. FEST. 29 atriplexum herba, quae nunc atriplex dicitur. DIOSC. gr. 2, 145 ἀτράφαξις (ἀνδράφαξις), οἱ δὲ χρυσολάχανον, Ῥωμαῖοι ἀτρίπλικεμ (ἀτριπληκεμ *codd. Vindob.*). COLVM. 11, 3, 42 holus atriplicis, quod Graeci vocant ἀνδράφαξιν (ἀτράφαξυν *vulg.*). ORIBAS. eup. 2 A 37 atrafaxis, quam Latini atriplicem vocant. GLOSS. atriplex χρυσολάχανον, ἀνδράφαξις (artaprasis III 549, 44; astrapassis 617, 32; andrafacis 507, 78; andrafixin 536, 25), ἀτράφαξυς ἤτοι χρυσολάχανον, ἀνδράφαξ (adrafax adriplice III 550, 20). adriplice *(vel* atriplices) χρυσοκόλλα *(saepius; cf.* III 588, 42 crisogola adriplicis semen). atriplices χρυσολάχανα. III 586, 15 adriplicis i. ortolana. 607, 11 artriplicis id est erba ortolana (616, 15 adripicis i. erba ortulana). *de genere: neutr.:* PLIN. nat. 20, 219. *masc.:* GARG. MART. med. 7 GLOSS. V 168, 40. *femin. vix probant loci* CAEL. AVR. chron. 2, 7, 101. 5, 10, 117 atriplex, quam Graeci ἀνδράφαξιν vocant. ORIBAS. eup. 2 A 37 *(v. supra l. 50). cf. infra l. 76.* *acc. sing.* atriplicem: PALLAD. DIOSC. gr. 2, 145 ORIBAS. eup. 2 A 37. *plur.* atriplices: CASS. FEL ANTH. GLOSS. *traduntur formae* atreplex: ORIBAS. syn. 4, 15. adriplice, -is, adripices, adtriplices: GLOSS. *(v. supra).* [*it.* atrepice, *francogall.* arroche. *M.-L.*]

COLVM. 10, 377 et gravis atriplici consurgit longa phaselos. 11, 3, 42 *(supra l. 48).* PLIN. nat. 19, 99 quae rectam non habent radicem, statim plurimis nituntur capillamentis. 117 atriplex octavo *die erumpit.* 119 semina plurimis rotunda, aliquis oblonga, paucis foliocia et lata, ut atriplici. *ibid.* nudum semen est coriandri ..., cortice obductum bliti, betae, atriplicis, ocimi. 123 atriplici *(dat.).* 170 aequinoctio autumni seruntur coriandrum, anetum, atriplex. 181 infirmiora *semina* sunt atriplici. 20, 219 atriplex et silvestre est, accusatum Pythagorae, tamquam faceret hydropicos morbosque regios et pallorem, concoqueretur difficillime. 1 ind. 20, 83 atriplice. GARG. MART. med. 7 (= PLIN. VAL. 4, 7) atriplex umidae atque frigidae substantiae holus est ... in cibo sumptus (sumpta *de virt. herb. 32*) indubitate ventrem resolvit (GLOSS. V 168, 40 atriplices humidam et frigidam virtutem habent, in cibo sumpti ventrem solvunt). PALLAD. 5, 3, 3 hoc mense atriplicem seremus, si rigare poterimus (8, 2, 1). CASS. FEL. 1 p. 7, 9 R. ova sorbilia et holera, malva beta atriplices cucurbita. ANTHIM. 59 atriplices olera bona sunt et sanis et infirmis. ORIBAS. syn. 4, 15. 19. 34 porclaca, malva, bletus, atriplex aquosiora olera sunt. ISID. orig. 17, 10, 17 atriplex *(sine interpr.).* PS. THEOD. PRISC. p. 306, 18 R. seminis atriplicis. *Ihm.*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Laelia **Atrista**. *cf.* *ἄτρεστος*. CORP. X 3122 (*Puteolis*). *Diehl.*

ātritās, -ātis *f.* *ab* ater. PLAVT. Poen. 1290 iam pol egó illam pugnis totam faciam uti (ut *AP*) sit merulea, ita replebo atritate, atrior (atritior *A*) multo ut 'siet quam Aegyptini. *huc spectat glossa* PAVL. FEST. 28 atritas (atritus?) atri coloris. *v. Goetz, Archiv 2 (1885) 347.*

μελανία **ātritūdo,** nigredo GLOSS. II 366, 49. *Ihm.*

atritumus *v. sub* atrium *l. 50.* ? **atrītus** *v.* atritas.

Atrivi *v.* Athribis.

ātrium, -ī *n.* [*orig. inc., nisi a Graecis tractum est, cf. αἴθριος ὕπαιθρος. non duci potuisse ab* ater, *quod nullo tempore culina in atrio fuerit, docet me Puchstein. Th.*] adr- *scriptum* INSCR. (*saec. VII vel VIII*) Bonn. Jahrb. 105 (1900) p. 129 *et* 130. *fortasse vulgariter* atria, -ae *f.* LEX Sal. capit. 4, 14 (*bis*). [*port.* adro. *M.-L.*] *dactylis non apti nisi nom. et acc. plur.* GLOSS. *μεσαύλιον, περίστωον, στοὰ οἰκίας, μέσαυλον, τετράστοον, αὐλή, πυλών, πύλη,* conpluvium, inpluvium. III 312, 64 *περίστυλον* atrium columnatum. V 269, 7 atrium quadriporticum, id est mesaulum. 269, 9 atrio coram portico (*corr.*). atria: aedes, portici, conpluvia, porticum, porticus. NOT. Tir. 100, 32. SERV. Aen. 1, 726 ut ait Cato, et in atrio et duobus ferculis epulabantur antiqui ...; ibi etiam pecunias habebant ...; ibi et culina erat, unde atrium dictum est; atrum enim erat ex fumo. alii dicunt Atriam Etruriae civitatem fuisse, quae domos amplis vestibulis habebat; quae cum Romani imitarentur, atria appellaverunt. alii atria magnas aedes et capacissimas dictas tradunt, unde atria Licinia et atrium Libertatis. VARRO ling. 5, 161 atrium appellatum ab Atriatibus Tuscis; illinc enim exemplum sumptum. PAVL. FEST. 13 atrium proprie est genus aedificii ante aedem continens mediam aream, in quam collecta ex omni tecto pluvia descendit. dictum autem atrium, vel quia id genus aedificii Atriae primum in Etruria sit institutum, vel quod a terra oriatur quasi aterrium. GELL. 16, 5, 2 quosdam hautquaquam indoctos viros opinari vestibulum esse partem domus priorem, quam vulgus atrium vocat. SERV. Macr. sat. 6, 8, 15. SCHOL. Luc. 2, 238 Web. atrium proprie dicitur ab atro, i. nigro, quod proprie est porticus illa ante templa, ubi comburebantur, quae remanebant; et ilia remanebant; sed ponitur pro domo. ISID. orig. 15, 3, 4 atrium magna aedes est sive amplior et spatiosa domus; et dictum atrium eo, quod addantur ei tres porticus extrinsecus. alii atrium quasi ab igne et lychno atrum dixerunt; atrum enim fit ex fumo. *cf. Velissky, Zeitschr. f. österr. Gymn. XXVI (1875) p. 811 sqq.; Nissen, Pompej. Studien (1877) p. 626 sqq.; Mau, PW. II 2146 sqq.; Daremberg-Saglio, Dictionn. des antiquités I 530 sqq.; Ruggiero, Dizionario epigr. I 759 sqq.; Magoun, l. l. (v. p. 1100, 38) p. VI.*

I ***Romanorum in sermone*****:** **1** *atria privatarum domuum*: PLAVT. Aul. 518 stant thylacistae (phylacistae *codd.*) in atriis, textores, limbularii, arcularii. VARRO ling. 8, 29 quom non videamus habere ⟨ad⟩ atrium *περίστυλον* similitudinem et cubiculum ad equile. 8, 61 si ab aede et tuendo ⟨aeditumus sit, cur non ab atrio et tuendo⟩ potius atritumus (adrutumus *trad.*) sit quam atriensis. Men. 36 atria divitis Crassi. CIC. ad Q. fr. 3, 1, 2 ⟨neque⟩ fere solet nisi in iis aedificiis fieri *atriolum*, in quibus est atrium maius. HOR. carm. 3, 1, 46 cur invidendis postibus et novo sublime ritu moliar atrium? OV. fast. 1, 591 perlege dispositas generosa per atria ceras. 6, 363 ornatos aerata (*corr.*) per atria ... occubuisse senes. LIV. 5, 41, 7 plebis aedificiis obseratis, patentibus atriis principum. FEST. 356 tablinum proxime atrium locus dicitur. VITR. 6, 3, 1 trabes in atrii latitudine traiectae. 6, 3, 3 atriorum ... latitudines ac longitudines tribus generibus formantur. 6, 3, 3 (*in fine*). 4. 5 (*ter*). 6 (*ter*). 6, 5, 1 magnifica ... atria. 2 atria ... amplissima. 3 in urbe atria proxima ianuis solent esse, ruri ... atria habentia circum porticus. 6, 7, 1 atriis Graeci ... non utuntur. 7, 5, 1 atriis ... constitutae sunt ... certae rationes picturarum. VAL. MAX. 3, 1, 2. 5, 8, 3. 8, 15, 1 uni ... illi instar atrii Capitolium est. SEN. dial. 6, 10, 1 ampla atria et exclusorum clientium turba referta vestibula. 10, 14, 4. benef. 6, 34, 5 in pectore amicus, non in atrio quaeritur. epist. 19, 11. 22, 9 atrium vacuum. 76, 12 frequens. dial. 12, 14, 3 imagines, quae inplevere Caesarum atrium. benef. 3, 28, 2. epist. 44, 5 atrium plenum fumosis imaginibus. 55, 6 speluncae ... cuivis (cuius *trad.*) laxo atrio pares. 90, 6 non in foro nec in consultorum atrio. ASCON. Scaur. p. 27 B. in huius domus atrio fuerunt quattuor columnae. Mil. p. 33 B. corpus in atrio domus positum. p. 43 B. *telae* ex vetere more in atrio texebantur. PETRON. 30 dispensatorem ... in atrio (precario *trad.*) aureos numerantem. PLIN. nat. 14, 13 *vites* atria media complentes. 17, 6 columnas VI ... in atrio eius domus statuerat. 34, 17 mox forum (*sc. mos statuarum in foro ponendarum*) et in domibus privatis factum atque in atriis. 36, 6 *maximas columnas* in atrio Scauri conlocari. 36, 8. 34, 55 astragalizontes ... sunt in Titi imperatoris atrio. 35, 6. 35, 8 Scipionis Pomponiani ... atrium. SIL. 10, 599 vos atria raptim nudate et clipeos in bella refigite captos. STAT. Theb. 10, 567 atria femineis trepidant ululata querellis. MART. 5, 20, 5 nec nos atria nec domos potentum ... nossemus. QVINT. inst. 11, 2, 20 primum sensum ... vestibulo quasi adsignant, secundum ... atrio. 11, 2, 23. IVV. 3, 7, 91 nobilium magna atria. PLIN. epist. 2, 17, 4 in prima parte *villae* atrium frugi nec tamen sordidum. 2, 17, 5. 5, 6, 15 atrium ... ex more veterum. SVET. Aug. 45 Cal. 41. Galba 2 stemma in atrio proposuerit. 4 aperto atrio. Vesp. 5. gramm. 17 docuit ... in atrio Catulinae domus, quae pars Palati tunc erat. APVL. met. 6, 29 fugae praesentis imaginem meae domus atrio dedicabo. VLP. dig. 7, 1, 13, 7 neque ... ei (*cui aedium usus fructus legatus sit*) permittetur ... atrium mutare. SPART. Sev. 24, 4 aditum Palatinis aedibus, id est regium atrium. ARNOB. nat. 2, 67 matres familias vestrae in atriis operantur domorum. SVLP. SEV. Mart. 17, 5. ENNOD. dict. 1 p. 428, 8 splendidissima dudum atria. *poetice de deorum habitaculis*: OV. met. 1, 172 deorum atria nobilium. 2, 296.

poetice plur. pro uno atrio vel domo, v. supra p. 1101, 15. persaepe non de civium Romanorum, sed de deorum vel heroum domibus: LVCR. 4, 400 atria versari ... uti pueris videantur, ubi ipsi desierint verti. VERG. Aen. 1, 726 fit strepitus tectis vocemque per ampla volutant atria. 2, 483 apparet domus intus, et atria longa patescunt. 2, 528 unus natorum Priami ... vacua atria lustrat saucius. 7, 379 turbo, quem pueri ... vacua atria circum ... exercent. 4, 666 it clamor ad alta atria. 12, 474 magnas ... aedes pervolat et pinnis alta atria lustrat hirundo. HOR. epist. 1, 5, 31 atria servantem postico falle clientem. OV. am. 1, 8, 65 veteres circum atria (quinquatria *trad.*) cerae. epist. 15, 184 nec capient Phrygias atria nostra nurus. met. 2, 114 patefecit ... Aurora fores et plena rosarum atria. 4, 763 reseratis aurea valvis atria tota patent. 5, 3 regalia turba atria complentur. 12, 53. 5, 153. 8, 562 levibus atria tophis structa. 10, 595 super atria velum candida purpureum simulatas inficit umbras. 12, 215 ignibus atria fumant. 13, 968 atria Circes. 14, 9 *et* 260. fast. 3, 703 Iovis atria. Pont. 1, 7, 24 atria si nobis non patuisse negas. 4, 4, 27 rumpi paene atria turba. LVCAN. 2, 238 atria cognati pulsat non ampla Catonis. 10, 119 ebur atria vestit. 10, 460 incerto lustrat vagus atria cursu. LAVS Pis. 9 quid imaginibus, quid avitis fulta triumphis atria ... profuerint? VAL. FL. 7, 31 oblatis clarescant atria villis (*sc. pellis aureae*). SIL. 8, 150 tristi ... per atria planctu concurrunt. 11, 312. 13, 579 omni stabulante per atria *Orci* monstro. STAT. Theb. 1, 146 alte Grais effulta nitebant atria (SCHOL. *ad h. l.* imperator habens circa atria semper armatos). 1, 197 rapidi super atria caeli (*v.* SCHOL.). 1, 436. 2, 49 nigri ... Iovis (*i. Plutonis*) vacua atria ditat mortibus. 2, 215. 6, 40. 10, 87 desidis atria Somni. Ach. 1, 755. silv. 1, 2, 48 atriaque et multa pulsantur limina virga. MART. epigr. 2, 3 invidiosa feri radiabant atria regis. 1, 70, 12 Penates atriaque excelsae sunt adeunda domus. 2, 90, 6 atria ... inmodicis artat imaginibus. 3, 38, 11 atria magna colam. 4, 40, 1 atria Pisonum. 9, 100, 2 observare iubes atria, Basse, tua. 12, 3, 10. 12, 50, 7. 12, 68, 2. IVV. 3, 8, 20 tota licet veteres exornent undique cerae atria. 5, 14, 65 stercore foeda canino atria. ANTH. 443, 5 atria ... dives tegit omnia cultus. AVSON. 334, 49 laqueata. CLAVD. 5, 136 purpureis effulta columnis. 5, 340. 10, 85 atria divae (*Veneris*). 33, 85 tremefacta silent dicente tyranno (*i. Plutone*) atria. 33, 244 atria cingit ebur. 36, 155 desolata pererrat atria. 36, 206 cauti ... per atria ludi. SIDON. carm. 7, 571 fragor atria complet. ANTH. 304, 12 ENNOD. carm. 2, 12, 2. CORIPP. Iustin. 1, 95 subit ampla senatus atria. *item apud scriptores sermonis pedestris*: APVL. met. 2, 4 atria longe pulcherrima columnis. 4, 6 *tramites* latronum dixeris atria. 6, 19 ante ipsum limen et atra atria Proserpinae semper excubans *canis*. SIDON. epist. 3, 3, 5 refertis capacissimae domus atriis. *praeterea cf. poetarum locos sub I 2 et III, omnes locos sub IV congestos.* CASSIOD. *p. 1103, 3.* IVVENC. *p. 1103, 76.* CONC. *p. 1104, 26.* CANON. *p. 1104, 40.* INSCR. *p. 1104, 49.*

2 *atria sacro vel publico usui destinata*: Q. CIC. pet. 10 ex curia Curios et Annios, ab atriis Sapalas et Carvilios ... sibi amicissimos comparavit. OV. am. 1, 13, 19 vades sponsum stultos (eadem sponsum cultos *trad.*) ante atria mittis, unius ut verbi grandia damna ferant. LIV. 24, 10, 9 tacta de caelo: atrium publicum in Capitolio. FEST. 333 ⟨Scribonianum ap⟩pellatur ante[a] atria ⟨puteal⟩. *cf.* PAPYR. Wessely, Wiener Stud. 24 (1902) p. 124 *ἐν ἀτρίῳ τὸ ξόανον καὶ τὸν ναόν* (*aet. Traiani*). AMM. 16, 10, 15 Traiani equum locatum in atrii medio. 22, 16, 12 Serapeum atriis columnariis amplissimis ... est exornatum. CHRONOGR. a. 354 chron. I p. 146, 15 hoc imp. (*Domitiano*) multae operae publicae fabricatae sunt: atria VII. ENNOD. dict. 7 p. 444, 11 causidicus inter atria iam probata dictionem metuendus incipiet. VARRO ling. 6, 14 dies Tubulustrium appellatur, quod eo die in atrio sutorio sacrorum tubae lustrantur. FEST. 352 FAST. Praen. d. 23. Mart. CIC. Quinct. 12 tollitur ab atriis Liciniis atque a praeconum consessu. 25 ab atriis Liciniis et a faucibus macelli. *v. p. 1101, 26.* FEST. 241 lex fixa in atrio Libertatis ... incendio consumpta est, ut ait M. Cato in ea oratione, quae de auguribus inscribitur. CIC. Mil. 59 *quaestiones* sunt habitae nunc in atrio Libertatis. Att. 4, 16, 8 ut forum laxaremus et usque ad atrium Libertatis explicaremus. OV. fast. 4, 624 hac ... populo dignissima nostro atria Libertas coepit habere sua. trist. 3, 1, 72 nec me ... atria Libertas tangere passa sua est. LIV. 25, 7, 12 custodiebantur *obsides* in atrio Libertatis. 34, 44, 5 atrium Libertatis et villa publica ab iisdem refecta amplificataque. 43, 16, 13. 45, 15, 5. TAC. hist. 1, 31 ut Germanicos milites e Libertatis atrio

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

accerserent. SVET. Aug. 29 ab Asinio Pollione atrium Libertatis *extructum est.* ENNOD. dict. 7 p. 443, 12 bene effugatur servitus inter atria libertatis. CASSIOD. var. 6, 15, 2 dignitatem ... senatoris adquiris, et illa tibi panduntur atria, quae summatibus probantur esse collata. hinc est, quod in aula Libertatis locum patrium tenes. 8, 10, 11 viris nostris Libertatis atria reserate. ISID. orig. 6, 5, 2 Romae bibliothecas publicavit Pollio ... additis auctorum imaginibus in atrio, quod de manubiis magnificentissime instruxerat. CORP. VI 1794 in atrio Liber<tatis>. SERV. Aen. 11, 235 in Palati atrio ... apud maiores consulebatur senatus. *v. p. 1101, 26. cf. Mommsen, Hermes XXIII (1888) p. 631sqq.* CIC. agr. 1, 7 in atriis auctionariis potius quam in triviis aut in compitis auctionentur. IVV. 3, 7, 7 esuriens migraret in atria (*sc. auctionaria*) Clio. CORP. IX 3307 ex testamento atrium auctionarium fieri ... iussit. OV. fast. 4, 330 Tiberina priores atria dixerunt. OV. fast. 6, 263 hic locus ..., qui sustinet atria Vestae. PLIN. epist. 7, 19, 2 virgines ... vi morbi atrio Vestae coguntur excedere. GELL. 1, 12, 9 in atrium Vestae deducta *virgo Vestalis.* SERV. Aen. 7, 153 ad atrium ... Vestae conveniebat *senatus.* LIV. 26, 27, 3 forumque piscatorium et atrium regium *conprehensa incendio.* 27, 11, 16. LIV. 39, 44, 7 Cato atria duo, Maenium et Titium, in lautumiis ... emit basilicamque ibi fecit. CVRIOS. urb. 2 atrium Cyclopis (REG. urb. 2 antrum Cyclopis). 8 atrium Minervae *et* atrium Caci (*item* REG. urb. 8).
CONC. Matisc. a. 585 (Mon. Germ. leg. III 1) p. 171, 21 neque intersit *clericus* atrio sauciolo, ubi pro reatus sui qualitate quispiam interficiendus est. CASSIOD. var. 11, 40, 5 atria tua (*sc. carceris*) vacuitatibus impleantur. CARM. epigr. 1343, 1 Traiani queren<t> atria (*i. bibliotheca Vlpia*) m<e>. CORP. III 14195, 29 atrio thermaru<m C>onstantianar<um> fabricato ex<cul>toque.

II ***in sermone biblico:*** **1** *atria tabernaculi foederis a Moyse vel templi a Salomone facti:* IREN. 1, 18, 2 tabernaculi ..., quod a Moyse compositum est, atria de bysso ... facta *et* 3 tabernaculi decem atria (*αὐλαῖαι vel αὐλαί codd.; cf.* VVLG. exod. 26, 1 decem cortinas de bysso retorta. *v.* AVG. quaest. hept. 2, 177, 2 non ... decem atria fieri iussit, sicut quidam neglegenter interpretati sunt; non enim *αὐλάς*, sed *αὐλαίας* dixit. *cf. ibid. 9*). VVLG. exod. 27, 9 facies et atrium tabernaculi (*αὐλὴν τῇ σκηνῇ, cf.* AVG. quaest. hept. 2, 177, 9 de atrio loquitur ..., quod circumponendum est tabernaculo [*cf. ibid.* 4 *et* 6]. *paulo infra* quam illi appellant *αὐλήν*, nostri aulam vocaverunt. sed iam non atrium isto nomine, sed domus regia significatur in latina lingua, apud Graecos autem atrium) *et passim in capitibus* 27 *et* 35—40. lev. 6, 16 in loco sancto atrii tabernaculi (*cod. Lugd.* in loco sancto, in regia tabernaculi). *item* 6, 26 num. 3, 26 *et* 37. 4, 26 *et* 32. III reg. 6, 36 aedificavit atrium interius (*τὴν αὐλὴν τὴν ἐσωτάτην*). 7, 9 extrinsecus usque ad atrium maius (*τὴν μεγάλην*). 7, 12. 8, 64 IV reg. 21, 5. 23, 12 I par. 28, 6 *et* 12 II par. (*sexies*). psalm. (*undecies*) 28, 2 adorate dominum in atrio sancto eius. 64, 5. 83, 3 deficit anima mea in atriis domini (*transfertur ad ecclesiam christianam a* PAVL. NOL. epist. 25, 6 AVG. civ. 10, 25). 83, 11 melior est dies una in atriis tuis super milia (*cf.* PAVL. NOL. epist. 23, 36). 91, 14 (*cf.* HIL. in psalm. 133, 3 AMBR. hex. 3, 17, 71). 95, 8—9 introite in atria eius, adorate dominum in atrio sancto eius (*cf.* PAVL. NOL. epist. 20, 3). 99, 4 (*cf.* HIER. epist. 100, 11). 115, 19. 133, 1 in atriis domus dei nostri. *item* 134, 2 (*cf.* HIL. in psalm. 133, 3 *et* 134, 3 AVG. in psalm. 133, 1). Sirach 50, 5 Is. 1, 12. 62, 9 in atriis sanctis meis (*ἐν ταῖς ἐπαύλεσι ταῖς ἁγίαις*). Ier. 19, 14. 26, 2 Ezech. 8, 7 *et* 16 (*cf.* HIER. in Ezech. *ad h. l.* p. 89 Vall. quod nos vestibulum iuxta Symmachum interpretati sumus, qui *πρόστυλον* posuit pro eo, quod LXX et Theodotio ipsum verbum hebraicum transtulerunt aelam (*cf. I p. 963, 46*), Aquilae prima editio *προστάδα*, secunda aelam templi interpretata est, quam nos porticum templi exprimere possumus sive intectum atrium, quod inter templum et altare erat). 9, 7 implete atria (*τὰς ὁδούς,* הַחֲצֵרוֹת) interfectis. 10, 3. 4. 5. *et passim in capitibus* 40—46. Zach. 3, 7. I Macc. 4, 38 *et* 48. III Esdr. 5, 47 *et* 9, 1. apoc. 11, 2.

2 *atria domuum:* *domus regiae:* VVLG. IV reg. 20, 4 antequam egrederetur Isaias mediam partem atrii (*ἐν τῇ αὐλῇ τῇ μέσῃ*). Esth. 4, 11 interius atrium regis. 5, 1. 6, 4 *et* 5 Ier. 36, 20. II Macc. 4, 46 in quodam atrio (*εἴς τι περίστυλον*). VVLG. II Esdr. 3, 25 turrim, quae eminet de domo regis excelsa, id est in atrio carceris (*τῆς αὐλῆς τῆς φυλακῆς*). Ier. 32, 2 *et* 12. 33, 1. *privatarum domuum:* VVLG. II Esdr. 8, 16 feceruntque sibi tabernacula ... et in atriis suis et in atriis domus dei. Luc. 11, 21. *principis sacerdotum:* VVLG. Marc. 14, 54 usque in atrium summi sacerdotis (*εἰς τὴν αὐλὴν τοῦ ἀρχιερέως*). 14, 66 *et* 68 foras ante atrium (*ἔξω εἰς τὸ προαύλιον*). Matth. 26, 58 *et* 69 Luc. 22, 55 Ioann. 18, 15. *cf.* IVVENC. 4, 405 qua vatum principis alte pulchra Caiphaeae conlucent atria sedis. HIER. epist. 127, 5. *praetorii:* VVLG. Marc. 15, 16 duxerunt eum in atrium praetorii (*ἔσω τῆς αὐλῆς, ὅ ἐστιν πραιτώριον*). *cf.* PAVL. NOL. epist. 49, 14 atrium iudicati *Christi.* *poetice:* VVLG. psalm. 121, 2 stantes erant pedes nostri in atriis tuis (*ἐν ταῖς αὐλαῖς σου,* בִּשְׁעָרַיִךְ) Ierusalem. *cf.* PAVL. NOL. carm. 24, 497 in atriis Hierusales. *nota:* VVLG. I par. 9, 16 habitavit in atriis (*ἐν ταῖς κώμαις,* בְּחַצְרֵי, *quod hic significat in vicis,* HIER. *ut ubique per* atrium *vertit*) Netophati. VVLG. Ezech. 47, 17 et 48, 1 atrium Enon (*αὐλὴ τοῦ Αἰνάν pro nom. propr.* חֲצַר עֵינוֹן). HIER. epist. 78, 4 in solitudine Pharan, quae in atria vertitur (*cf.* VVLG. num. 33, 17 in Haseroth, בַּחֲצֵרֹת *deduxit ab* חָצֵר). *cf.* nom. hebr. p. 15, 19 Aseroth atrium angustiae sive beatitudines. p. 37, 3 Asuri (II reg. 2, 9) atrium meum. p. 56, 1 Asuerus (Dan. 9, 1) atrium eius. *cf. I p. 907, 49.*

III ***apud scriptores christianos*** *significat basilicae partem (cf. Schultze, Archaeol. d. altchristl. Kunst [1895] p. 50) vel ipsam ecclesiam:* ITIN. Silv. 37, 4 itur ante Crucem ..., quia ipse locus subdivanus est, id est quasi atrium valde grandem et pulchrum satis, quod est inter Cruce et Anastase. BREV. de Hieros. p. 153, 14 est ibi atrium grande, ubi crucifixus est dominus. ITIN. Anton. Plac. rec. A 20 in atrio ipsius basilicae est cubiculum. 24 inante atrio *basilicae* est piscina grandis. 30 basilica aedificata in quadriporticus (in quadris porticos *cod. Sangall.*) in medio atrio discopertus (*loc. corr.*; atrium in medio discoopertum *cod. Brux.*). PAVL. NOL. epist. 32, 15 atria quamlibet innumeris spatiosa patebant (*in epigrammate basilicae Felicis*). carm. 27, 378 sua fulgentis solii pro limine Felix atria ... spectat. 395 *et* 485. 28, 9 ingressibus atria pandunt *vestibula.* SIDON. epist. 2, 10, 4 vers. 19 remotiora claudunt atria porticus secundae. LEX Sal. capit. 4, 14 nullus latronem vel quemlibet culpabilem ... de atrio ecclesiae extrahere praesumat. quibus atriae clausae (quod si sunt ecclesiae quorum clause *vel* quibus atria clausa *codd. alii*) non sunt, utraque partibus parietum terrae spacium pro atriae (adrio *vel* atrio *codd. alii*) observetur aripennis. CONC. Aur. a. 511 (Mon. Germ. leg. III 1) p. 2, 22 ab ecclesiae atriis ... eos abstrahi omnino non liceat. CONC. Aur. a. 541, *ibid.* p. 92, 5 de locis sacris vel atriis. CONC. Matisc. a. 585, *ibid.* p. 168, 21 de atriis venerabilium ecclesiarum. CONC. Clipp. a. 626 aut 627, *ibid.* p. 196, 18 in basilicam dominae Mariae ..., quae in atrium sancti Dionysii martyris sita est. CONC. Cabil. a. 639—654, *ibid.* p. 212, 1 nec in ecclesia nec infra atrium ipsius ecclesiae. p. 212, 17 sacerdotes loci illos a septa basilicarum ... et ab ipsis atriis vetare debiant. CARM. epigr. 746, 2 <eccle>siaeque atria sancti. *cf. psalmorum locos sub II 1.* HIER. epist. 120, 8, 2 ut ingrediamur in atrium dei. PAVL. NOL. epist. 21, 5 illum ... susceptum constituistis in atriis domus domini. 34, 2 cur haec mensa et quo auctore proposita sit in atriis domus domini. 44, 2 *litterae* anhelant sitim ... animae tuae in atria domini. SVLP. SEV. dial. 1, 19, 5 *arbuscula* hodieque in atrio monasterii ramis virentibus quasi in testimonium manens. CANON. 9, 5 (Migne 56 p. 471) absint ab atriis domini *Pelagius Coelestiusque.* MARC. COM. chron. II p. 67, 31 in atrio Basilisci episcopi. 85, 39 beati Laurentii atrium. 97, 32 in atrio sancti Theodori. 99, 31 in atrio Cosmae et Damiani. CASSIOD. var. 9, 16, 3 ante atrium beati Petri apostoli. GREG. TVR. glor. mart. 14 in oratorium atrii beati Martini. CARM. epigr. 904, 9 obtulit haec d<omi>no componens atria Florus. 853, 6 in eterno locaverunt atria Chr<ist>o. CORP. XIV 1941 atrium cum quadriporticum. INSCR. Rossi II p. 99, 7, 3 parte alia *urbis Romae* Pauli circumdant atria muros. INSCR. Bonn. Jahrb. 105 (1900) p. 129, 1 meruit habire tumulo in adries sci Petri. p. 130, 2 meruit tumulum in adria s<an>ctorum.

IV ***translate:*** CLAVD. 17, 88 quidquid docta Cleantheae sonuerunt atria turbae. PROSP. carm. de ingr. 824 horrida terrificae declinant atria mortis. 698 quod non cuncti mortales atria vitae ingrediuntur. epigr. 19, 1 arta via est, verae quae ducit ad atria vitae. PS. PROSP. carm. de prov. 953 sic pulsata patent redeuntibus atria vitae. CASSIOD. var. 11, 1, 15 si pietatis eius atria velimus intrare. ARATOR act. 1, 641 atria mentis spiritus illa subit, quae simplicitate nitescunt. PS. DAMAS. epigr. 86 b 2 corporeis resoluta malis duce praedita Christo aetheris alma parens atria celsa petit. INSCR. Rossi II p. 258, 5, 3 hinc <a>tria (tiria *trad.*) summa petebant caelestis regni superato principe Averni.

synonyma: aula (*cf.* HOR. epist. 1, 1, 87). *ad I 1:* (cavum aedium *vel* cavaedium), conpluvium, inpluvium, (culina *cf.* VITR. 6, 6). *ad I 2:* (curia *cf.* CASSIOD. var. 6, 16, 3. 9, 25, 3, sacrarium *cf.* ENNOD. opusc. 2 p. 328, 5). *ad II:* regia *cf. p. 1103, 43.* *ad III:* basilica, ecclesia.

ātriunculum, -ī *n. ab* atrium *deminutive.* VALER. Abb. opusc. Migne 87 p. 454D atriunculi locus opificum labore versus in planum. *Münscher.*

Ātrius, -a *nom. gent., cf. etrusc.* atrane (INSCR. etrusc. I 3415. 3426. 4142), *v. p. 1093, 7.* VARRO ling. 8, 80 alia *nomina* a vocabulo ut ab albo Albius, ab atro Atrius. 10, 44. C. Atrius *natione Vmber, gregarius miles in exercitu P. Corneli Scipionis a. u. c. 548:* LIV. 28, 24, 13 C. Albium Calenum et C. Atrium Vmbrum. 28, 27, 5 *al.* Q. Atrius *praefectus classis Caesaris:* CAES. Gall. 5, 9, 1. P. Atrius *eques Romanus de conventu Vticensi, captus a Caesare:* BELL. Afr. 68, 4. 89, 5. Atria Galla *uxor Pisonis:* TAC. ann. 5, 59. Appia Annia Atilia Regilla Elpinice Agrippina Atria Polla *Ti. Claudi Attici Herodis filia, cf. Prosopogr. imp. Rom. I p. 74.* Atrius *ad quem* PLIN. *scripsit* epist. 9, 35, 1. Q. Atrius Clonius: CORP. VI 2004 (*a. 200*) <Q.> Atrius Clonius cooptatus *in collegium aliquod sacerdotum.* II 4111 Q. Atrio Clonio leg. Aug. pr. pr. provinciarum Thraciae .... INSCR. Revue arch. 41 p. 366 n. 134 (*Philippopoli Thraciae*) K(οίντου) Ἀτρίου

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Κλονίον, VLP. dig. 26, 10, 7 epistula imperatoris nostri et divi Severi ad Atrium Clonium. CORP. VI 1056, 2, 108 (*a. 205*) Atri Sabine *vigil.* 12690 Q. Atri Bassi. 12691—12693. 12694 Atriae Phyllidi fec. T. Flavius Tychas coniugi. 11273 Atria Gnorime. 27780. IX 2101 (*in agro Beneventano*) Hatria Hesperis. 2881 (*Histoni*) Atria Athenais. 4349 (*in agro Amiternino*) P. P. Atri Ampliatus et Arrenianus. IX 4437 (*ibid.*). 4866 (*Trebulae Mutuescae*) Petillia (mulieris) et P. Atri l. Ethaera, P. Atrius P. l. Suneros conlibertae. 4912 (*ibid.*). X 661 (*Salerni*) Casuriae Atriae Maximinae. 1288 (*Nolae*) Atria v. f. C. Trebio C. f. ⟨. . .⟩ viro. 5278 (*Casini*) Postumia M. f., Catinia L. f., Q. Atrius Q. l. Philemo. INSCR. Not. scav. 1900 p. 103 (*Nolae*) C. Atrio C. l. Sindaeo. CORP. IV 3340, 37, 1 (*a. 57*) ⟨M.⟩ Atri Marcelli. XV 7831 (*in fistula, saec. III*) Atriae Moscharus c. f. XII 5178 (*Narbone*) Atriae P. l. Heliad⟨i⟩. III 3416 (*in Pannonia inf.*) Ti. Atrius Ca⟨l⟩linicus. 7797 (*in Dacia*) C. Atrius C. f. Crustumina Crescens Carsulis mil. leg. XIII gem. II 276 (*in Lusitania*) D. Atrius M. ⟨f.⟩ Gal. Ruf. 277 (*ibid.*) Q. Atrius M. f. Gal. Severus. **Ātrēius** *nom. gent.* LIV. 43, 13, 6 (*a. u. c. 585*) Fregellis in domo L. Atrei hasta, quam filio militi emerat, interdius plus duas horas arsisse... dicebatur. CORP. VI 8833 Atreiae ⟨L.⟩ f. Proculae. IX 2719 (*Aeserniae*) M. Hatreius C. f. Tro(mentina). X 5868 (*Ferentini*) M. Atreio M. l. Felici. XIII 10010, 20 (*in vasculis Gallicis*) Atreius f.; Atreiius f. **Ātriēnus,** -a *nom. gent.* CORP. IX 5685 (*Cinguli*) Atriena L. l. Secunda. 5689 (*ibid.*) Atriena C. l. Callista. **Ātronius** *nom. gent., cf. etrusc.* atru, atrunia (CORP. inscr. etrusc. I 1790. 1834). CORP. VI 29758 Atronius Tullianus Aeusebius v(ir) o(ptimus) *Iudaeus.* III 7437, 1, 14 (*in Moesia inf., a. 227*) Atron(ius) Sev(e)rus). 1, 37 Atron(ius) Iovin(u)s. **Ātrilius** *nom. gent.* CORP. VIII 4576 (*in prov. Numidia*) L. Atrilius L. f. Felix. *Otto.*

[**ātro,** -āre] *v.* atratus.

atrōcitās, -tātis *f. ab* atrox (NOT. Tir. 54, 71. 72). GLOSS. II 22, 42 atrocitas δεινότης. ἀγριότης (II 217, 21) χαλεπότης (II 474, 45): atrocitas. *ex poetis utuntur* ACC. PHAEDR., *pluraliter* APVL. met. 10, 28. TERT. anim. 56 praecipue per atrocitates (praecipua atrocitate *A, B in marg.*) suppliciorum *ereptas animas.* VEREC. in cant. 2, 20 si quis... violentiarum atrocitatibus delectetur (*ad 2 a*).

1 *animantium atrox habitus, natura, animus, actio.* **a** *hominum*: ACC. trag. 468 vim, ferociam, animum, atrocitatem, iram, acrimoniam. CIC. Caecin. 9 in eo potestis atrocitatem nostram reprehendere (*ironia est, vult lenitatem*). Catil. 4, 11 non atrocitate animi moveor; quis est enim me mitior? ac. 2, 136 atrocitas ... ista tua quo modo in veterem Academiam inruperit. SEN. clem. 2, 4, 1 crudelitas, quae nihil aliud est quam atrocitas animi in exigendis poenis. TAC. ann. 4, 13 ob atrocitatem morum. SVET. Tib. 75 exacerbati ... recenti atrocitate *Tiberii.* APVL. met. 10, 28 crudelissimae mulieris cunctis atrocitatibus diligenter expositis. TERT. scorp. 6 p. 158 haec tu remedia ... dei atrocitatem vocabis? FIRM. err. 15, 2 crudeli atque inhumana semper atrocitate grassata *gens Scytharum.* math. 1, 7, 32 feritatis atrocitate grassatus. *cf.* 3, 12, 2. 7 p. 113ᵛ col. 2. AMM. 14, 11, 32 dedit Samnitum atrocitati Mancinum *tyrannum.* 27, 4, 4 Scordisci, saevi quondam atrocitate, ut (*Petschenig,* trucetas aut *V*) antiquitas docet. SCHOL. Stat. Theb. 2, 463. EXC. Barb. p. 236, 16 F. propter innumeram eius (*Semiramidis*) atrocitatem. GREG. TVR. vit. patr. 9, 2 fugato feralis atrocitatis spiritu. **b** *bestiarum*: SOL. 32, 21 solitam resumunt atrocitatem *crocodili* (feritatem PLIN. nat. 8, 186). 32, 27 immemores atrocitatis *crocodili.* feralis *v. sub 1 a.*

2 *de rebus et factis atrocibus.* **a** *malorum nominibus adiungitur*: RHET. Her. 2, 9 auget peccati atrocitatem *accusator.* 2, 22 proferet *defensor.* CIC. inv. 2, 51 auget facti atrocitatem *accusator.* 2, 53 (ASCON. Mil. p. 41 B. atrocitatemque rei factae ... auxit. SALL. Iug. 27, 1 atrocitatem facti leniebant. VLP. dig. 47, 8, 4, 7 propter atrocitatem facti. *cf. 2 c*). 2, 60 atrocitas iniuriarum satisne causae sit (*cf. 2 c*). *rei*: CIC. Quinct. 52 eius (*rei*) atrocitas necessitudinis nomine levaretur. Verr. 5, 87 atrocitate rei ... commota *multitudo* (VAL. MAX. 3, 1, 2 QVINT. inst. 6, 1, 32 DICT. 2, 41. SALL. Iug. 101, 7 atrocitate rei ... terrentur. FORTVN. rhet. 2, 20 p. 113 ubicumque rei atrocitas postulat. AMM. 28, 1, 14 rerum atrocitate torpentibus cunctis). Phil. 11, 6 pro rerum atrocitate deplorare tantas calamitates (LIV. 25, 4, 7. 39, 15, 5 FLOR. 1, 31, 8 APVL. apol. 13 PORPH. Hor. epod. 5, 47 *cf.* LIV. 4, 13, 11). S. Rosc. 28 atrocitate criminis fore ut (Verr. 5, 105 perstringere atrocitatem criminis. Cluent. 81 multitudinem criminum et atrocitatem pertimescebam. CVRT. 10, 1, 6 non... criminum ... atrocitatem ... intuebantur. PS. QVINT. decl. 9, 11 quem premere atrocitas criminum non potest. PLIN. epist. 2, 11, 13. TAC. ann. 11, 28 si atrocitate criminis praevaluissent). Verr. 5, 100 permotus illa atrocitate negotii. Sest. 11 illius temporis atrocitatem recordari (Phil. 8, 32 in tanta atrocitate temporis. SVET. Tib. 48 ad mitigandam temporum atrocitatem. Cal. 6). Cael. 1 quae sit tanta atrocitas huiusce causae. 53 mores ... a tanti sceleris atrocitate esse disiunctos (SALL. Catil. 22, 3. LIV. 3, 49, 1 concitatur multitudo ... atrocitate sceleris. CVRT. 8, 1, 50 eminebat etiam in voce sceleris ... atrocitas. 8, 3, 15 vicit gratiam ... sceleris atrocitas. TAC. hist. 1, 50 urbem ... atrocitatem recentis sceleris paventem. PORPH. Hor. epod. 5, 7 quo magis oneret atrocitatem sceleris. *v. etiam 2 c*). de orat. 3, 12 ab atrocitate mortis *vindicare* (FIRM. err. 7, 9 math. 3, 6, 26). Phil. 8, 1 verbi (*'belli' scilicet*) atrocitate dempta. ad Q. fr. 1, 2, 6 litterae... invidiosam atrocitatem verborum habent (SVET. Cal. 28 immanissima facta augebat atrocitate verborum. COD. Iust. 6, 6, 4, 1 sine atrocitate certe verborum aequitatem petitionis ... commendare). LIV. 8, 8, 1 fecit ... atrocitas poenae oboedientiorem duci militem (25, 8, 1 animos inritavit. 28, 29, 11. SVET. Dom. 11 atrocitate poenae conterritus. AVG. civ. 21, 24 p. 561 Vind. cruciari. SACR. Leon. p. 395 vinci). 28, 31, 6 supplicii (SEN. contr. 9, 2, 24 TERT. anim. 56 SALV. gub. 4, 16). 29, 9, 10 qui atrocitatem eius (*litis*) patiendo sensisset. 40, 5, 1 huius atrocitas facinoris novam velut flammam regiae invidiae adiecit (SEN. contr. 7, 5, 5 quamvis non minor sit atrocitas facinoris, formido minor sit. SVET. Cal. 12 ob atrocitatem facinoris. PORPH. Hor. epod. 5, 48 ut duabus praepositionibus exaggerata sit facinoris atrocitas. *cf. 2 c*). 45, 10, 8 vir asper ingenio augebat atrocitatem eorum, quae dicerentur, voltu truci. VAL. MAX. 1, 7, 2 somni ... atrocitate vehementer exterritam. 1, 7, 6 inminentis casus atrocitas ... denuntiata est (PARIS 1, 7, 6. AMM. 21, 13, 7 inminenti casus atrocitati ... occursurum). 8, 1 absol. 1 atrocitas necis movit *regem.* 9, 11, 5 hanc crudelitatem ... C. Toranius atrocitate parricidi superavit. COLVM. 8, 17, 10 maris atrocitas... frangitur (*cf.* atrox *1*). QVINT. inst. 7, 1, 37 atrocitate formularum ... diiudicatur. FLOR. 1, 5, 4 ea ... atrocitas proelii fuit. 1, 22, 1 bellum ... cladium atrocitate terribilius (OROS. hist. 4, 1, 14). 2, 16, 3 proscriptio, cuius atrocitas nihil in se minus habet. APVL. met. 4, 27 talis aspectus atrocitate perterrita (*cf.* atrox *1*). PORPH. Hor. carm. 1, 3, 20 propter atrocitatem naufragiorum. VOPISC. Car. 15, 6 necessitas ad hanc atrocitatem occisionis adtraheret. FIRM. err. 6, 4 acerbi luctus atrocitate. math. 3, 4, 21 ut ... hominem ... cum atrocitate disperdat. 3, 11, 7. 3, 5, 25 malitiae ... atrocitatem *solvere.* AMM. 23, 3, 5 cuius atrocitate mali perculsus. 26, 7, 13 atrocitate nuntii Valens perculsus. AVG. civ. 20, 2 diversa (*i. diversorum*) morborum atrocitate affligantur. OROS. hist. 1, 17, 3 eversionis (*Troianae*) atrocitatem ... didicerunt. 2, 13, 7 populus necessitatis atrocitate permotus. 3, 1, 15 atrocitatem belli ... Lacedaemoniorum status prodit. 4, 5, 6 pestilentia ... cuius atrocitatem significare contentus sum. AVELL. p. 29, 17 atrocitate illius vulneris moritur (*v.* atrox *1*). COD. Iust. 4, 65, 35 pr. (*a. 530*) armorum atrocitatem non in hostes ostendere. INST. Iust. 1, 16, 1 servi ... efficiuntur atrocitate sententiae. **b** *nude posita (sed cf. 1) atrocem rem, mentem, actionem significans* (*cf. neutrum adiectivi, quod est* atrox *p. 1110, 11*): CIC. Cael. 27 deliciarum obiurgatio... plus... disputationis habuit, quam atrocitatis. Phil. 6, 7 habet atrocitatis aliquid legatio (*i. terret*). LIV. 4, 13, 11 rem pro atrocitate vindicandam. VELL. 2, 7, 2 huic atrocitati adiectum scelus unicum. PHAEDR. app. 10, 15 atrocitati mansuetudo est remedium. QVINT. inst. 6, 1, 15 atrocitas (*i. atrocitatis notio sive* RHETORVM *sive* ICTORUM, *cf.* atrox *4*) crescit ex his, quid factum sit, a quo, in quem, quo animo, quo tempore, quo loco, quo modo. 6, 1, 17 plurimum ... adfert atrocitatis modus *delicti.* 7, 2, 31 iniquum sit crimina ipsa atrocitate defendi. 9, 3, 102 ubi ... atrocitate ... pugnandum est. decl. 310 p. 222, 18 nondum atrocitas erat (*sc. adhuc*). TAC. ann. 12, 32 Silurum gens non atrocitate, non clementia mutabatur. SVET. Cal. 48 consilium ... nefandae atrocitatis. GELL. 2, 6, 2 nec tantae atrocitati congruere *verbum quod est* vexasse. 20, 1, 48 capitis poenam ... horrificam atrocitatis ostentu ... reddiderunt. APVL. met. 7, 27 atrocitatem istam ⟨tua⟩ culpa carere. MARCIAN. dig. 48, 9, 5 patria potestas in pietate debet, non in atrocitate consistere (*cf. fort. c. 2 c*). TERT. spect. 1, 12 posteaquam illud (*spectaculum*) humaniore atrocitate temperaverunt. scorp. 1 p. 145 aliqua... atrocitas fidem martyrum coronavit. nat. 1, 7 p. 69 si atrocitas tanta sit, quae ... fidem rumpat. 1, 7 p. 70 tantarum atrocitatum tolerantia. FORTVN. rhet. 2, 20 p. 113 res ... maximam in se continet atrocitatem. AVELL. p. 32, 25 haec atrocitas adversus fideles ... agitur. SALV. gub. 4, 40 atrocitate inhumanissimā. **c** ICTORUM *t. t. maiorem iniuriarum gravitatem significans. comparandus est rhetorum (cf. Mommsen, Röm. Strafrecht p. 789 adnot. 2) usus in artibus* RHET. Her. CIC. inv. QVINT. inst. 6, 1, 15. 17. 32 PORPH. Hor. FORTVN. rhet. *et in orationibus velut* CIC. Quinct. 52 S. Rosc. 28 Verr. 5, 87. 100. 105 Cluent. 81 Cael. 1 SEN. contr. 7, 5, 5 QVINT. decl. 310 p. 222, 18 PS. QVINT. decl. 9, 11 *cf.* LIV. 45, 10, 8 ASCON. Mil. 41 B. PLIN. epist. 2, 11, 13. GAIVS inst. 4, 155 propter atrocitatem delicti. VLP. dig. 47, 8, 4, 7 (*sub 2 a*). 43, 16, 1, 43 atrocitatem facinoris (*cf. 2 a*) in se habet edictum. 43, 24, 11, 7 quaedam quae non habent atrocitatem facinoris vel sceleris (50, 17, 157 pr. *cf. 2 a*). *iniuria* (*cf. 2 a*): 47, 10, 7, 3 non temere iniuriarum actio danda est, nisi atrocitas suaserit. 47, 10, 7, 2 nisi atrocitas eum (*praetorem*) moverit. 47, 10, 9 pr. *ex Pomponio* etiam sine pulsatione posse dici atrocem iniuriam, persona atrocitatem faciente (*i. personae dignitate iniuriam reddente 'atrocem'*). PAVL. dig. 47, 10, 8 vulneris magnitudo atrocitatem facit et nonnunquam locus vulneris.

synonyma: crudelitas, feritas (*v. etiam* ACC. trag. 468 *sub 1*). *opposita*: clementia, mansuetudo. *Bögel.*

atrōciter *v. sub* atrox. **Ātronius** *v. sub* Atrius.

Atropatēnē, Ἀτροπατηνή, *regio Mediae.* PLIN. nat. 6, 42 Atrapatene ab Armeniae Otene regione discreta Araxe. TAB. Peut. 12, 2

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

ATRAPATENE. AMM. 23, 6, 27 in Acropatene. *incolae* **Atropatēni**, -ōrum, Ἀτροπατηνοί. PLIN. nat. 6, 42 *Medorum* pars sunt Atrapateni. AVIEN. orb. terr. 1213 Agropateni. PRISC. perieg. 942 viri ... Atropateni. *v. Weissbach, PW. II 2149. eiusdem stirpis* **Atropatos** (-us), -ī, *Graecorum* Ἀτροπάτης, *Mediae satrapes.* IVST. 13, 4, 13 Atropatos minori *Mediae* ... adsignatur. OROS. hist. 3, 23, 8 *trad.* Acropatus. *v. Kärst, PW. II 2150.* *Diehl.*

atrophia (-fia), -ae *f.* ἀτροφία. *graece scriptum apud* CELS. 3, 22. THEOD. PRISC. log. 68 syntexis vel atrofia. CAEL. AVR. chron. 2, 1, 7 quod neque torpor partium neque pallor neque nutrimenti desertio sequatur, quam Graeci atrophian vocant. 2, 1, 3 nutrimento cessante, quod Graeci atrophian vocant (*sim.* 2, 14, 200. 3, 7, 90 CASS. FEL. 42 p. 102, 3 R.). 2, 14, 200 siquidem ... atrophia longo tempore faciat tenuari. 3, 7, 91. ORIB. syn. 8, 51 different ... ptyses ab atrofia eo, quod ptyses angustiorem facit pupulam, atrofia autem totum oculum minorem ostendit et humiliorem. ISID. orig. 4, 7, 27 atrophia nomen accepit a diminutione corporis. nam Graeci nutrimenti cessationem ἀτροφίαν dicunt. est enim tenuitas corporis ex causis latentibus et paulatim convalescentibus.

atrophus, -a, -um, ἄτροφος. DIOSC. 1, 119 omne sucu eustomachum habet et escylu et atrofu (*Diosc. gr. 1, 151* ῥόα πᾶσα εὔχυμος, εὐστόμαχος, ἄτροφος). *subst.* atrophi: PLIN. nat. 26, 110 eadem datur iis, quos atrophos vocant. 28, 129 *lac* bibitur ab imbecillitate vires recolligentibus, quos atrophos vocant. 31, 122 solia nitri prosunt atrophis. THEOD. PRISC. log. 68 syntectici vel atrofi. *neutr.* atropha: PLIN. nat. 22, 152 urinae difficultates, inflationem, vitia iocineris, tenesmon et quae cibum non sentiant, atropha appellata. 27, 63 eadem sanant ulcera vetera nigra cum melle et explent sinus ulcerum et atropha carnosiora faciunt. *Ihm.*

Atropos, *acc.* -on (CHALC. comm. 144 *bis; aliae formae non extant*), Ἄτροπος (GLOSS. III 237, 37). INSCR. Gerhard, etrusk. Spiegel II 176 (*cf.* V p. 121) aθrpa. *ad prosodiam: prima syllaba apud auctores semper producitur, excepto uno* HOMER. 890 (*in codd. pro glossa*). *at brevis est* CARM. epigr. 1141 (*Salonis, 'cento vix ante Traianum compositus'*) 13; *contra longa* 1550 (*Veleiae, aevi fere Hadriani*) B 10. 1552 (*in colonia Cillitana, 'Iuvenalis et Apulei temporibus aequale carmen'*) A 70. *Parca: ad interpretationem:* FVLG. myth. 1, 8 tertia Atropos; ... Atropos quoque sine ordine dicitur; ... tertia mortis conditio, quae sine lege venit (MYTHOGR. 1, 110. 2, 14 COMM. Einsidl. gramm. suppl. 272, 32). APVL. mund. 38 Atropos praeteriti temporis fatum, quod ne deus quidem faciet infectum. *epitheta:* STAT. Theb. 1, 327 inmota (*cf.* 3, 67 placitoque ignara moveri). 4, 600 ferrea. silv. 4, 8, 18 alba. 5, 1, 178 dura (*cf.* HOMER. 890). AVSON. 172 infesta. *verba coniuncta:* SIL. 17, 119 sed iam claudebat flatus nec plura sinebat Atropos. CARM. b. Aeg. 55 o⟨c-c⟩ulta vi⟨d⟩ebat. STAT. Theb. 4, 189 manu cunctanti iniecerat arma. 4, 600 neverat annos. silv. 3, 3, 127 florentesque manu scidit ... annos (*cf.* 5, 1, 178). 4, 4, 56 longi cursum dabit ... aevi. MART. 10, 38, 12 si ... lucem redderet ... vel unam. 10, 44, 5 gaudia tu differs, at non et stamina differt Atropos. AVSON. 172, 6 aevique supra puberis exire metas vetuit. CLAVD. rapt. Pros. 1, 218 sic Atropos urget. 15, 202 voces *Iovis* adamante notabat (*cf.* MART. CAP. 1, 65). SIDON. carm. 15, 200 probat ... omen. MYTHOGR. 1, 110 Clotho colum baiulat, Lachesis trahit, Atropos occat (2, 14): *num antiquus versus?* *adde* STAT. Theb. 1, 111. HYG. fab. praef. p. 9, 9 Parcae tres, id est Clotho Lachesis Atropos (171 p. 27, 20 *sqq.* 277 p. 152, 22 SERV. auct. Aen. 1, 22 MART. CAP. 1, 65). CHALC. comm. 144 elatam ... ad superna (*scil. sphaeram*) dici Atropon ...; Atropon, quod aplanes in nulla sit deflexione. *cf. Dümmler, PW. II 2150* *Diehl.*

[atror] *falsa lectio in edd. vet.* GELL. 2, 26, 14 atrore nigrore (*vel* atrore et nigrore) *pro* atrior et nigrore.

1. Atroth *v.* Ataroth. **2. Atroth** Sophan *v.* Ethrot.

atrotus, -a, -um, ἄτρωτος. HYG. fab. 28 p. 57, 7 alii ... dicunt *Oton et Ephialten* Neptuni et Iphimedes filios fuisse atrotos (atropos *cod.*). 30 p. 64, 2 *Hercules* leonem Nemaeum, quem Luna nutrierat, in antro Amphriso atrotum necavit. *Ihm.*

atrox, -ōcis *adi.* [*orig. inc. Th.*] GLOSS. atrox: saevus V 269, 1. 561, 16 (IV 431, 9 *cf.* SERV. auct. Verg. Aen. 1, 662 *sub 3b* GLOSS. IV 22, 25. 32. V 149, 31). ferox IV 22, 29. 431, 9 (V 299, 46). immaturus 311, 49. V 269, 1. amarus IV 208, 45 (*ibid.* 44). inmitis 431, 9 (22, 25). perniciosus 22, 29. periculosus 483, 18. horribilis 208, 49. tenebrosus 483, 18. malus V 269, 1. pessimus IV 208, 45. δεινός II 22, 35. 41. 267, 19. δεινή 22, 35 (22, 34 atrocius δεινότερον; *cf.* RHET. Her. 4, 41 *sub 2a*). ἀνήκεστος 22, 35 (*ibid.* 41. III 333, 44). σκαιός 22, 35. χαλεπός: atrox 474, 44. *obscure* V 441, 53 atrux: anus ato mendax. 436, 31 adeox (*fort.* audax *Goetz*): indignus vel nigrus seu ardens. PAVL. FEST. 18 atroces appellantur ex Graeco, quia illi atrocia (*corrupte pro vocabulo graeco,* ἄτρωκτα *Scaliger, sed* τρωκτά cruda *sunt*) appellant, quae cruda sunt; sive atrox dicitur ab eo, quod nihil timeat; τρέσαι enim Graeci dicunt timere. *cf.* NON. 76 (*sub 1*) *et* ISID. diff. 1, 141 atrox crudelis (GLOSS. IV 22, 25. 208, 45. 431, 9. 483, 18. V 546, 14. 561, 16. 638, 29), hoc est crudus, neque suavis. orig. 10, 11 atrox, quod taetris sit moribus. *commune est* GRAMM. suppl. 119, 25. *abl. sing.* atroci *in usu est; ponitur* -e *a quibusdam, quos refellit* CHAR. gramm. I 127, 15 *ex* PLINIO. *nom. plur. neutr.* atrocia. *gen. plur.* atrocium. MART. CAP. 3, 308 quidam 'atrocum' *praeferunt.* *ā brevis est* VERG. CVLEX HOR. OV. LVCAN. VAL. FL. SIL. *9*ies HOMER. STAT. MART. SER. SAMM. CARM. poet. min. V p. 104, 25, 6 AVIEN. orb. terr. 910 CLAVD. *quater* CARM. epigr. 441, 2. 1238, 26. *a longa est in arsi* SEN. Tro. 289 SIL. 6, 378 CYPR. GALL. CLAVD. *6*ies CARM. epigr. 1065, *in thesi* SEN. *bis in quinto pede iambi* Thy. 745 Herc. f. 32 SIL. *quater* IVV. CLAVD. rapt. Pros. 1, 68. *quantitas non perspicitur* NAEV. PLAVT. TER. PACVV. (*v. infra l. 62*) ACC. PHAEDR. SEN. Thy. 194 AVIEN. ora 701. o *in nominativo brevis est* Ps. PRISC. de acc. gramm. III 526, 3 MART. CAP. 3, 308, *positione nusquam neglecta, in obliquis producitur. inde a* NAEVIO *in usu est imprimis rhetorum* (RHET. Her. *6*ies CIC. rhet. *7*ies QVINT. inst. *11*ies), *oratorum* (CIC. *in orationibus 25*ies), *historicorum* (*ex. gr.* SALL. *5*ies LIV. *95*ies VELL. *7*ies TAC. *74*ies), *poetarum* (*ex. gr.* SIL. *14*ies STAT. *14*ies), *postea* ICTORUM (*v. sub 4*). *comparativus* atrōcior, -ius *et superlativus* atrōcissimus, -a, -um *inde a* RHET. Her. *haud rari in sermone pedestri, in poesi* SEN. Thy. 745.

1 *de* *rerum, quibus sensus tanguntur,* ***habitu*** *et* ***specie*** *terribili:* NAEV. carm. frg. (NON. 76) 41 simul atrocia proicerent exta ministratores. *sed fortasse i. q. rem atrocem indicantia. immerito* NON. *ibid.* atrox: crudum. SER. SAMM. 152 horrebit si livor atrox. 708 puri ... atroci. 835 atrox vulnus. 866. 1083. 292 tussi ... atroci. *cf.* pestis *sim. sub 2a.* SEN. dial. 4, 2, 4 movet mentes et atrox pictura. 4, 36, 3 iratis quidem nulla est formosior effigies quam atrox et horrida (PLIN. paneg. 52). STAT. Theb. 8, 72 atrox hostile caput. 8, 755. HOMER. 861 vultus . . atroces *Achillis, cf.* Achilles *sub 3b* (GELL. 18, 7, 3). TAC. Agr. 37 grande et atrox spectaculum, *pugna* (hist. 2, 70). GELL. 17, 8, 6 atrocibus oculis. PANEG. 10, 22 quam atrox visu *species clibanariorum.* SCHOL. Germ. Bas. p. 73, 11 cuius (*capellae Iovem nutrientis*) aspectus tam atrox (HYG. astr. 2, 13 contrarius pulchritudini, horribilis) fuisse dicitur (Ἡλίου θυγατέρα φοβερὰν οὕτως). TAC. dial. 13 *v. sub 3c.* GELL. 14, 4, 2 neque humilis neque atrocis ... tristitiae (*de imagine Iustitiae*). QVINT. inst. 11, 3, 63 atrox in ira *vox* (GELL. 18, 7, 3). TAC. ann. 1, 25 clamor. 1, 35. PETRON. 4 ut verba atroci (*i. scriptis non parcente*) stilo effoderent *iuvenes.* STAT. Theb. 8, 684 atrox ... lancea. CLAVD. 15, 181 atrox gladio *mensa. corrupte* PELAGON. 359 cum ... atroci pice (COLVM. 6, 32, 2 veratrum pici *item corrupte?*); *Ihm p. 184* aceto acri. *de tempestate:* HOR. carm. 3, 13, 9 flagrantis atrox hora Caniculae. LIV. 21, 58, 3 tempestas (40, 2, 1 PLIN. nat. 18, 344 TAC. ann. 11, 31), *cf.* 30, 39, 1 atrox vis tempestatis. COLVM. 7, 3, 4 si plerumque est atrocior hiems (PLIN. nat. 18, 353 TAC. ann. 12, 50). SIL. 17, 477 lux *i. fulmen.* STAT. silv. 3, 3, 96 Boreas ... Eurus atrox. MART. 7, 37, 6 December. TAC. ann. 4, 50 nox nimbo atrox. FLOR. 1, 37, 2 atrox caelum, perinde ingenia. CLAVD. 22, 461 urat atrox aestas. *de locis, sim.:* FEST. 363 *flumina* sunt atrocia, ut tauri. MELA 1, 51 atrox adhuc fervensque decurrit *Nilus.* 1, 35 inportuosus atque atrox *Syrtis sinus.* 1, 102 *Pontus* atrox, nebulosus, raris stationibus. 3, 38 *mare Caspium* omne atrox, saevum, sine portibus. 2, 115 *fretum Siculum.* STAT. silv. 3, 1, 143 nil his triste locis; cedat lacrimabilis Isthmos, cedat atrox Nemee (*Itali,* -ees *M*); *propter ludos ipsos vel ludorum tristem causam sic dicta.* TAC. ann. 12, 35 obiectus amnis, additum vallum, imminentia iuga, nihil nisi atrox et pugnatoribus frequens terrebat. *de rebus naturalibus translate vel in imagine dictis:* CIC. Att. 9, 19, 1 tam tristis et tam atrox est ἀναθεώρησις ... mali. LIV. 2, 56, 3 sub titulo prima specie minime atroci. 24, 24, 5 *v. sub 2a* res. SIL. 11, 328 vibrabat ab ore ignis atrox *i. furor.* STAT. Theb. 10, 542 imber *telorum.* CLAVD. 26, 111 Italiam ... circumstetit atrox tempestas. OROS. hist. 3, 7, 5 atrocissimus turbo totius Orientis *Alexander.*

2 *de* *hominum* ***factis*** *et* ***sortibus*** *terribilibus:* **a** *adiungitur substantivis:* PLAVT. Capt. 539 reperio atrocem mi aliquam astutiam. PACVV. trag. 369 insanam autem ⟨esse *E* RHET. Her. 2, 36⟩ aiunt, quia atrox incerta instabilisque sit *Fortuna.* IMP. Aug. test. Suet. Tib. 23 quoniam atrox (sinistra *dett., omittit* MON. Ancyr. 2, 46) fortuna ... filios mihi eripuit. VELL. 2, 15, 2. 2, 16, 4. CARM. epigr. 1065 (*saec. I*) atrox, o Fortuna, truci quae funere gaudes. *res:* TER. Hec. 377 incredibili re atque atroci (DON. id est vehementi) percitus. CIC. inv. 2, 85 permultas ita atroces et perspicuas res esse. S. Rosc. 9 his de rebus tantis tamque atrocibus. Brut. 85. S. Rosc. 62 res tam scelesta, tam atrox, tam nefaria credi non potest. Tull. 22 Catil. 1, 7. Caecin. 36 in atrocissima re. Cluent. 106 (LIV. 3, 33, 10 in re iuxta manifesta atque atroci. PHAEDR. append. 8, 21 QVINT. inst. 11, 3, 116 GELL. 10, 3, 4. PORPH. Hor. carm. 1, 2, 9 leviter in re tam atroci). SALL. Catil. 51, 9. LIV. 1, 58, 6 rem atrocem incidisse. 1, 59, 7. 3, 13, 3 rem exsequi tam atrocem (AMM. 28, 1, 52). 3, 47, 6. 24, 24, 5 re in speciem atroci (*Weiss,* acrocior *P, cf. 1 in fine*). 40, 4, 7. 42, 8, 5 atrox res visa senatui. QVINT. inst. 4, 1, 33 si res agi videtur nova, magna, atrox. 6, 1, 53 res atroces et miserabiles. 8, 3, 17 rebus atrocibus verba ... aspera ... convenient. 8, 4, 19 res atrocissimas quasque. QVINT. decl. 351 p. 381, 12. TAC. ann. 2, 28 super re magna et atroci. 13, 43 PLIN. epist. 3, 14, 1. TERT. spect. 17 nullius rei aut atrocis aut vilis commemoratio *in tragoediis et comoediis.* AMM. 29, 6, 6. RHET. Her. 2, 41 non ... sine atroci suspicione (4, 41 atrocior tacita suspicio. *cf. Demetr. de eloc. 253* δεινότερος. CIC. Marc. 21.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

cf. Cluent. 106 tam atrocis rei suspicio). 4, 12 atrocissimas calamitates (4, 45 VELL. 2, 119, 1). 4, 55 periculum (LIV. 33, 5, 2 SVLP. SEV. chron. 2, 35, 1). CIC. S. Rosc. 38 in hoc tanto, tam atroci, tam singulari maleficio (*item sub 4a*). 145 tam atrocem iniuriam ... propulsare (Verr. 2, 84 LIV. 3, 45, 6. 29, 17, 2 atroces iniurias *Σ*, indignas *P*. CLAVD. 26, 390. *item sub 4a*). inv. 1, 104 quanto atrocius et indignius sit illud (*peccatum*), de quo agitur. Tull. 1 caedem (LIV. 7, 15, 7 atrox caedes post sedatum proelium fuit. 7, 33, 13. 24, 16, 3. 26, 6, 2. 27, 48, 9 TAC. hist. 2, 15. 88. ann. 14, 17 levi initio atrox caedes orta. OPTATVS 2, 17 p. 51 cruentas ... caedes et tam atroces, ut). Sulla 68 istorum facinorum tantorum, tam atrocium crimen (LIV. 1, 26, 5 atrox visum id facinus patribus. 3, 48, 6. 4, 50, 6. 25, 33, 4. 33, 28, 7. 39, 43, 4. *cf.* 31, 17, 11 atrocior pars facinoris. VELL. 2, 46, 4 C. Cassius, atrocissimi mox auctor facinoris. SEN. Tro. 289 facinus atrox caedis. TAC. ann. 1, 45. 4, 45 AMM. 27, 2, 9 AVELL. p. 33, 8. *cf. infra* persecutio). Verr. 2, 26 non hac tam atroci, sed illa lege mitissima. Phil. 3, 20 tam atroci edicto (TAC. hist. 1, 53 OROS. hist. 7, 28, 12 *cf.* FLOR. 1, 40, 7). epist. 9, 25, 3 percussus est atrocissimis litteris. Deiot. 2 atrocissimum crimen (LIV. 2, 7, 5 FRONTO p. 42, 26 N. TERT. nat. 1, 2 AMM. 14, 7, 20. 15, 6, 1. 22, 11, 2 *cf.* CYPR. GALL. num. 165). Verr. 5, 108 atroci ac difficili rei publicae tempore. Mur. 42 quid tua sors? tristis atrox. Mil. 17 aut eo mors atrocior erit P. Clodii, quod is in monumentis maiorum suorum sit interfectus? (TERT. anim. 57 p. 392, 6 AMM. 26, 6, 12 AVELL. p. 7, 8 *cf.* AVG. conf. 4, 6, 11). *genus dicendi*: CIC. de orat. 2, 200 admiscere huic generi orationis vehementi atque atroci genus illud alterum ... lenitatis et mansuetudinis. *cf.* orat. 64. LIV. 28, 29, 5 tristem atrocemque vobis visam orationem meam. PLIN. nat. 27, 4 atrox peroratio eius in digitum. QVINT. inst. 4, 3, 5 si expositio circa finem atrox fuerit. *v.* vox *sub 1*. SALL. Catil. 29, 2 in atroci negotio *rei publicae*. Iug. 5, 1 magnum et atrox variaque victoria fuit *bellum Iugurthinum* (LIV. 2, 43, 1. 24, 28, 4. 28, 39, 3. 29, 26, 4 bellum bello secundum priori ut atrocius Romanis videretur. *cf. infra* seditio. VELL. 2, 96, 2 bellum ... magnum atroxque et perquam vicinum imminebat. 2, 98, 1 *cf. supra* fortuna. VAL. MAX. 5, 4, 1. TAC. hist. 2, 46 bellum atrox, lugubre, incertum victis et victoribus. ann. 1, 17. 3, 38 *cf. infra* opus. FRONTO p. 221, 8 N. atrocissimo bello Gallico. AVG. civ. 5, 23 SVLP. SEV. chron. 1, 33, 3 OROS. hist. 4, 8, 16. 4, 13, 2. 7, 12, 6). SALL. hist. frg. 1, 107 magnae atque atro⟨ces famae⟩ (LIV. 8, 20, 2. TAC. ann. 4, 11 atrociore semper fama erga dominantium exitus. *cf.* AMM. 29, 6, 6 rei tam atrocis ... rumor). LIV. 1, 27, 11 non alia ante Romana pugna atrocior fuit (1, 30, 9. 7, 26, 6. 8, 10, 3. 23, 44, 4 atrox esse coepit pugna. 27, 32, 5. 29, 2, 15. 38, 6, 4. 39, 31, 2 *recc., sed* proelium *M* FLOR. 1, 1, 13. 1, 13, 7 AMM. 19, 1, 8 AVG. civ. 3, 13 OROS. hist. 3, 6, 2). 2, 19, 5 proelium ... quam cetera gravius atque atrocius fuit. 2, 40, 13. 4, 9, 8. 7, 26, 9. 8, 1, 4. 9, 38, 8. 10, 41, 1. 21, 12, 3. 21, 29, 2 atrocius quam pro numero pugnantium (41, 2, 10). 25, 39, 9. 27, 2, 8 novum atque atrox proelium ex iam segni ... exarsit (TAC. hist. 2, 66). 28, 3, 6 atrox sane et anceps. 29, 33, 4. 31, 37, 3. 32, 23, 7. 40, 40, 1 *v. supra* pugna (VELL. 2, 21, 3. 2, 55, 3 TAC. Agr. 26 hist. 3, 22 AMM. 24, 2, 14. 29, 5, 41). 2, 28, 9 atrox cum plebe certamen. 3, 1, 4. 4, 48, 4. 40, 45, 7. 28, 6, 3 *militum* (OROS. hist. 1, 13, 1). 2, 46, 3 Mars *v. sub 3b*. 3, 49, 3 rixa. 4, 17, 6 atrox dimicatio instabat (PLIN. nat. 9, 152 cum caniculis atrox dimicatio). 6, 42, 9 bello atrocior seditio (28, 25, 14. 32, 3, 2 atrox seditio militum. *cf. item sub 4a*). 21, 11, 6 oppugnatio (32, 17, 4). 2, 30, 1 multis, ut erat, horrida et atrox videbatur Appi sententia (2, 35, 1. 2, 54, 7. TAC. hist. 3, 37 atrocis in Caecinam sententiae. ann. 6, 2). 2, 39, 10 responsum (3, 12, 9). 2, 60, 4 atroci discordia domi forisque. 3, 9, 3 prope atrocius quam regium esse *consulare imperium* (8, 7, 20 TAC. hist. 2, 1). 40, 46, 5 inimicitias. 41, 22, 7 *simultates*. 3, 53, 5 de decemvirorum ... supplicio atrox postulatum fuit. 8, 37, 12 poenae tam atrocis (28, 25, 14 nec ipsam atrocem nec atroci poena dignam *seditionem* (VAL. MAX. 6, 3 ext. 3 AVG. civ. 1, 15 in psalm. 77, 3). 22, 53, 6 malum, praeterquam atrox super tot clades etiam novum (*cf.* ἀναθεώρησις *sub 1*). 24, 30, 5 ad nuntium tam atrocem (TAC. hist. 1, 51. 2, 99. *cf.* QVINT. decl. 351 p. 381, 12 ad nuntium tam atrocis rei). 28, 29, 5 facta vestra atrociora esse quam dicta mea (VAL. MAX. 9, 11, 2 TAC. ann. 4, 71 GRAMM. I 127, 15. *v. etiam 4a*). CELS. 1 prooem. p. 7, 18 pestem ... atrocissimam (PLIN. nat. 25, 23 morbus. TAC. ann. 3, 64 valetudo. *cf.* vulnus *sim. sub 1*). SEN. Thy. 193 aliquod audendum est nefas atrox, cruentum (745). PLIN. nat. 2, 89 ⟨atr⟩ocissimo significatu haec fuit (*acontias*) (*cf.* 18, 310). STAT. silv. 2, 7, 133 luctus (Theb. 3, 126. *v. etiam sub 3b*). QVINT. inst. 6, 3, 31 atroci in causa. decl. 260 p. 62, 14 quae (*iudicum*) vis vobis, quod atrocior est, hoc diligentius intuenda est. 319 p. 253, 1 sceleris atrocissimi (PLIN. epist. 9, 13, 2 FRONTO p. 205, 11 N.). TAC. hist. 1, 2 opus *historiarum* ... atrox proeliis. 1, 3 atrocioribus ... cladibus (ann. 15, 38). 1, 54 rumor (*cf.* AMM. 29, 6, 6 rei tam atrocis rumor). 2, 40 mandatis. 2, 49 atrocissima in Verginium vi. *cf.* vis *sub 4a*. 2, 54 mendacio. 3, 41 consilium. ann. 2, 30 notas. 12, 52 senatus consultum atrox et inritum. 4, 28 miseriarum ac saevitiae exemplum atrox (OROS. hist. 3, 12, 30 atrocissimum miseriarum genus). *cf. infra sub 3* saevitia. SVET. Dom. 11 atrocis exitus (*i. mortis*). APVL. met. 7, 25 atrocissimam virilitatis lanienam. apol. 102 libelli vestri atrox principium. CYPR. GALL. num. 165 quos criminis atrox cura sequebatur (*i. commissi criminis atrocis*). *cf. supra* crimen. AMM. 14, 7, 8 casus (22, 13, 2). 18, 8, 2 dedecus. 19, 7, 5 exitio ita atroci. 25, 1, 16 maior vis et atrocior *copiarum*. 25, 8, 15 fame. 26, 6, 9 inpendentium ... spes atrocior. 30, 5, 11 tumultus atrocis auctores. 31, 2, 22 conviciis. CLAVD. 20, 524 venatus. AVG. civ. 3, 14 atrox atque horrendum malum. 3, 16 *in titulo* parricidia. 18, 52 inter atrocissimas persecutiones (AVELL. p. 6, 16. *cf.* 33, 8 atrox persecutionis facinus). SVLP. SEV. chron. 2, 49, 2 executionem. OROS. hist. 5, 18, 9 atrocissimam perniciem. AVELL. p. 20, 8 haec tam atrocia eorum commissa. COD. Iust. 6, 2, 22, 4 (*a. 530*) actionem. *addas 4a.*

b *neutrum*: *substantivi loco positum*: GLOSS. IV 22, 32 atrox: saevum crudele. II 22, 34 atrocius δεινότερον. V 149, 31 saevissima atrocissima. RHET. Her. 2, 48 quod atrocissimum est. *item* CIC. inv. 1, 101. Phil. 2, 31 si quidem est atrocius patriae parentem, quam suum occidere. Quinct. 66 ne quid atrocius in P. Quinctium ... facere conetur (TREB. Claud. 13, 8). Tull. 42 utrum haec tam acerba, tam indigna, tam atrocia facta essent necne. 2 de eo dicere, quod nec atrocius verbis demonstrare potest quam re ipsa est. Att. 10, 13, 2 aliquid atrocius de me ⟨ei⟩ imperatum. Phil. 11, 15 quid ... atrocius potuit, quid severius decernere? *de genere dicendi* (*cf. sim. p. 1109, 24 sqq.*): CIC. orat. 64 nihil atrox *habet oratio philosophorum*. QVINT. inst. 4, 2, 120 ubi maior res erit, et atrociora ... dicere licebit. 6, 1, 15 id, quod obiecit, ... quam atrocissimum ... esse. CAEL. Cic. epist. 8, 16, 1 nihil nisi atrox et saevum cogitat atque etiam loquitur. LIV. 1, 59, 11 his atrocioribusque, credo, aliis ... memoratis. 8, 21, 1 atrocius mitiusve suadentibus. SEN. Herc. f. 32 quidquid pontus aut aer tulit terribile, dirum, pestilens, atrox, ferum. QVINT. decl. 250 p. 26, 12 atrocius erat, quod querebaris. TAC. hist. 1, 68 atrociora *suadere*. 5, 25 *dicere*. 2, 21 atrociora metuebantur. 3, 54 quia vetabantur (*vera narrare*), atrociora vulgaverunt. ann. 4, 21 quod ut atrocius vero tramissum. 3, 36 alii ... atrociora circumstrepebant. hist. 3, 59 nihil in Domitianum atrox parabat (ann. 6, 38). 3, 66 nihil atrocius eventurum, quam. ann. 6, 24 quo non aliud atrocius visum (FLOR. 1, 39, 7). 6, 40 neque, quod ... morte adfecti forent, adsuetudine malorum ut atrox advertebatur. 14, 7 nihil adversus progeniem eius atrox ausurus (EVTR. 8, 10, 4). 14, 59 tamquam nihil atrox immineret. 15, 44 cuncta undique atrocia aut pudenda confluunt *in urbem* celebranturque. 15, 55 magna et atrocia (*i. q. atroces nuntios*) adferre. 16, 30. SVET. Nero 34 adduntur his (*quae modo narrata sunt*) atrociora. FLOR. 1, 40, 7 quid atrocius uno eius edicto? FRONTO p. 42, 12 N. sunt atrocissima. GAIVS inst. 3, 222 *ad 4 pertinet.* TERT. nat. 1, 7 p. 68, 14 in acerbis atrocibusque. 2, 7 p. 107, 9 misera vel turpia vel atrocia deorum. AMM. 20, 11, 32 aerumnosa perpessus ... et atrocia diuque deflenda. 31, 5, 4 aliud accessit atrocius. AVR. VICT. Caes. 24, 7 ne atrociora ... acciderent. AVELL. p. 33, 6 atrocia exercent *episcopi*. p. 39, 23 inter cetera sua atrocia. GREG. TVR. vit. patr. 9, 2 quae inmittebat ... atrocia auctor criminis, repellebat *sanctus*.

3 *de* ***animantium*** *natura, vi agendi, moribus*: **a** *hominum terribilis animus, affectus*: PACVV. trag. 47 atrocem coerce confidentiam (SIL. 6, 378 fides *Reguli*). ACC. trag. 46 multi, animus quorum atroci vinctus malitia est. CIC. Verr. 2, 122 crudelitas gravior est atque atrocior *quam superbia*. HOR. carm. 2, 1, 24 cuncta terrarum subacta praeter atrocem animum Catonis (SIL. 13, 324 atrocibus irae languescunt animis. IVV. 2, 12. CARM. poet. min. V p. 104, 25, 6 in semet ... atrox animus *Oedipodionidarum*. CLAVD. rapt. Pros. 168 animusque relanguit atrox, quamvis indocilis flecti. *cf. 3b*). LIV. 1, 51, 9 tam atrox invidia (TAC. hist. 3, 39). 2, 51, 6 ira (8, 33, 17 PORPH. Hor. carm. 1, 16, 17). 3, 11, 9 ingenium (7, 4, 3 TAC. ann. 2, 64. 4, 60 FLOR. 1, 37, 2). SIL. 11, 572 corda. 13, 369 virtus. TAC. ann. 14, 64 saevitia (VLP. *ex rescripto imp. Pii a. 152* coll. Mos. 3, 3, 6 atrociore dominationem saevitia exercere. *cf.* TAC. ann. 4, 28 *sub 2a*). CARM. epigr. 1238, 26 quos (*vitae annos*) nullo lingua crimine laedit atrox. EDICT. Diocl. 1, 12 reos atrocissimae inhumanitatis. COD. Theod. 9, 5, 1 audaciae *v. sub 4a*. 9, 38, 7 (*a. 384*) cupiditas *v. sub 4a*. *cf.* ignis *sub 1.*

b *dei et homines ipsi*: Fortuna *v. sub 2a*. *in dicendo* (*cf. etiam 2a et b*): CIC. Brut. 86 in dicendo atrocior (*Buttmann*, adhortor *sim. codd.*) acriorque esset. *cum gen.*: ARVS. gramm. VII 455, 24 atrox huius rei. *sequitur* SALL. hist. frg. 2, 74 ipse animi atrox *Mithridates* (*cf. sub 3a* animus. *Appian. Mithr. 112* φονικὸς δὲ καὶ ὠμὸς ἐς πάντας ἦν). TAC. ann. 12, 22 atrox odii Agrippina. VERG. georg. 1, 407 inimicus atrox ... insequitur Nisus (*item* CIRIS 539. AVG. civ. 3, 19 inimicorum atrocissimorum. conf. 4, 6, 11). Aen. 1, 662 urit atrox Iuno (SERV. auct. quantum ad Venerem pertinet, saeva, non quod ita de ea poeta iudicet). 9, 418 saevit atrox Volcens. CVLEX 330 horret atrox Laestrygonas ipse *Vlixes*. *virorum fortium epitheton*: HOR. carm. 1, 15, 27 furit te (*Paridem*) reperire atrox Tydides. LVCAN. 2, 658 instat atrox *Caesar* (VAL. FL. 6, 662 *Colaxes*. SIL. 2, 250 *Hannibal*. *cf. p. 1111, 1*). 8, 599 inmanis violentus atrox nullaque ferarum mitior in caedes *Septimius miles*. VAL. FL. 1, 700 saevit atrox Pelias. SIL. 3, 285 Bocchus. 5, 292 huic immittit atrox violentas Appius iras. *sim.* 7, 656 Brutus. 12, 213 Pedianus. HOMER. 168 Arcesilaus atrox (*deest B* 495). 422 hostem Idaeus ... spectat atrox. 774 Amphimachum. 787 Penelei (*deest Ξ* 448). 816 tollit atrox animos *Hector*. STAT. silv.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

4, 6, 77 semper atrox dextra *Hannibal. cf. p. 1110, 79.* Theb. 8, 445 Acamas. CARM. epigr. 441, 2 Meleager. CLAVD. 20, 234 non distulit atrox iussa deae *Tarbigilus Getarum dux.* carm. min. 22, 13 manibus Hectoreis atrox ignovit Achilles. *alios v. infra sub 'gens'. nota* LIV. 2, 46, 3 iam ad gladios, ubi Mars est atrocissimus. SIL. 9, 486 Gradivus atrox. OV. met. 9, 275 neque ... iras solverat Eurystheus odiumque in prole paternum exercebat atrox. trist. 2, 359 Accius esset atrox. LIV. 2, 56, 14 ni et contio omnis atrox coorta pro tribuno in consulem esset. *sim.* 4, 3, 2. VAL. MAX. 6, 1, 6 censorium virum nimis atrocem. *gens*: NOT. Tir. 54, 72ª atrocissima gens. MELA 3, 34 usque eo immanis atque atrox *gens Sarmatica.* SIL. 9, 222 Maurus atrox Garamasque Macesque (12, 749. STAT. Theb. 12, 622 Alaeus. CLAVD. 21, 383 si ... insultaret atrox famula Carthagine Maurus). TAC. hist. 2, 32 Germanos, quod genus militum apud hostis atrocissimum est. AMM. 27, 4, 11 cum atrocissima (*Petschenig*, adorissima *V*) gente Bessorum conflixit. AVIEN. ora 701 Salyes. orb. terr. 910 Dercebios. VAL. FL. 6, 662 *Medea* (QVINT. inst. 11, 3, 73). STAT. Theb. 3, 126 Luctus (SCHOL. hoc totum poetice incorporavit). 6, 82 cuncta ignibus atris damnat atrox *Eurydice, Archemori mater.* TAC. hist. 2, 63 Vitellius ... superbior et atrocior. ann. 2, 57 Piso ... atrox ac dissentire manifestus. 4, 52 Agrippina semper atrox (13, 13). 14, 61 *Poppaea* semper odio, tum et metu atrox. 16, 10 longo dolore. 11, 9 Mithridaten ... quamquam atrociorem, quam novo regno conducebat. 15, 28 Vologeses neque atrox in summam. 15, 36 procul an coram atrocior haberetur *Nero.* 15, 58 atrox adversus socios *Fannius Rufus.* GELL. 1, 15, 8 atrocissimus huiusce vitii insectator. TERT. spect. 21 gladiatori. CAPITOL. Alb. 11, 6 atrox circa militem. AVR. VICT. Caes. 11, 5 atrox caedibus bonorum *Domitianus.* AMM. 26, 3, 2 quibusdam atrox visus est *Apronianus.* CLAVD. 3, 25 Allecto. 8, 111 nec ... cedentibus atrox partibus infremuit *Honorius.* OROS. hist. 5, 24, 16 omniumque atrocissimus Sertorius. AVELL. p. 13, 9 Epictetus atrox ille et dirus ... episcopus. *addas 4b.* **c** *hominum species*: STAT. Theb. 12, 222 vadit atrox visu *Argia.* TAC. dial. 13 statuarque tumulo non maestus et atrox, sed hilaris et coronatus. *cf.* ann. 2, 57. **d** *de bestiis*: VERG. georg. 1, 407 Nisus *v. sub 3 b.* FEST. 363 sunt atrocia, ut tauri, *flumina, et ideo cornuta* (PLIN. nat. 8, 74). PLIN. nat. 9, 91 negat ullum atrocius animal ad conficiendum hominem in aqua *quam polypum.* STAT. Theb. 6, 156 anguis. MART. epigr. 23, 4 bubalus atque bison. GELL. 5, 14, 15 atrocissimus leo. SOL. 52, 39 atrocissimus est monoceros (PLIN. nat. 8, 76 asperrimam feram).

...filio. 12702 d. m. Atticillae ... Atticus pat(er) Charmosyne mater. 14948 *v. p. 1136, 67 sq.* 15152 Attico f.... et Atticillae f. 28952 Artoriae L. f. Atticillae ... L. Artorius Atticus pater. X 2617 (*Puteolis*) M. Iunio Attico ... Iunia Atticilla *filia.* 7811 (*in agro Caralitano*) d. m. memor. Cl. Atticillae ... Felix mar. b. m. et Atticus. XIII 2449 (*apud Ambarros*) Tib. Claud. Quir. Coimagi Atticí Agrippianí praef. fabr. et Claud. Atticillae filiae. CORP. II 1464 (*Ostippone*) Semproniae Atticae piae in suis ... Sempronius Atticus testamento poni iussit. *cf.* 1437 (*ibid.*) L. Sempronius L. f. Gal. Atticus. VI 36526 *v. p. 1136, 42 sqq.* *nobiliores aliquot*: CORP. XIV 360 (*Ostiae*) A. Grani Attici seviri Augustali *sic* (361). IX 2448 (*Saepini*) Arruntio Attico patrono Saepinatium et Bovianensium. 3674 (*Marsis Marruvium*) T. Alfeno Attico sev. Aug. colono f(undi) Tironiani (3675). X 1486 (*Neapoli*) Iulius Atticus praef. coh. ⟨...⟩. XI 4651 (*in titulo Tudertino*) Q. Caecilio Q. f. Attico trib. mil. praef. frument. (4650. 4652. 4653). V 4385 (*Brixiae*) C. Aemilius C. f. Atticus aedilis. VIII 2567 (*in castris Lambaesitanis*), 1, 49 ⟨... M⟩ummius Atticus Cir. b. tr. XII 1854 (*Viennae*) M. Iúlio C. f. Vol. Attico proc. provinc. duárum. 2235 (*Gratianopoli*) d. m. Sex. Atti Attici (*cf.* 334) omni⟨b⟩us honoribus functi Sex. Attius Atticus fil. (2262). *cf.* 2247 (*ibid.*) Sextílio Gallo (seviro) Aug. Attia Atticí fil. Bellica coniúgi. VII 433 P. Ael. Atticus praef. III 12250 (*Magnesiae ad Maeandrum*) M. Quintio Diadumeno Attici legati Augusti leg. IIII Scythicae liberto ... curavit Epaihra (*i.* Epaphra) Attici legati servus. *sub finem instrumenti quod dicitur domestici inscriptiones exhibebo*: CORP. XV 5017 (*in vasc. Arret.*) Atici (XI 6700, 109. III 12014, 137). IX 6078, 96 (*in tegulis*) Q. Hosidi Attici. 6083, 138 (*in signaculo*) P. Sili Atti⟨c⟩i. X 8056 (*in vasculis*) *a*: Atticus. *b*: Attic. 56 *a*: Atticus Naevi. *b*: Atticu Naev. 8059, 106 (*in signaculo*) L. Cerrini L. f. Attici. XI 6700, 65 (*in vasc. Arret.*) Atticus ⟨L.⟩ Anni (II 4970, 67. 68. 252. 361). 112 Attici (II 4970, 66 *b*). V suppl. ital. 1080, 94 (*in pateris Aquileiae rep.*) *a*: Attici. *b*: Atici. II 4970, 66 (*in vasculis*) *c*: of. Atici. *a*: Atti. 4976, 5 (*in anulo*) Attici. XII 5686, 97 (*in vasculis*) of. Attici *et* of. AttiCI (III 12014, 143 *b*). 1197 Attic. VII 1336, 109 (*in patellis*) Attici m. (III 12014, 143 *a*). **Attica** (-ē), -ae (-ēs, -ēnis), Ἀττική, *cogn. mul.* **A** *Attici, Ciceronis amici, filia, nomine* Caecilia. CIC. Att. 12, 1, 1 *trad. in M* athice *gen.* *in epistulis ad Atticum appellatur Ciceroni modo* Attica mea (*quater*), *modo* Attica nostra (*sexiens, quibus locis addas* CIC. ad Brut. 1, 17, 6), *modo* Attica (*35ies*). *cf.* Atticula. **B** COD. Iust. 7, 72, 1 imp. Antoninus A. Atticae. 10, 1, 3 idem A. (*sc. Gordianus*) Atticae. **C** *in titulis*: *quaecumque huius cognominis exemplaria extant hic congessi, quamquam hanc vel illam ab* Attica *terra nomen accepisse non nego.* **1** *latine declinatur*: *notanda sunt pauca aut propter declinationem aut propter orthographiam*: CORP. V 3699 (*Veronae*) Publiciai Atticai. XII 3267 (*Nemausi*) Sammiae Atice *gen.* III 4885ª *v. p. 1138, 11 sqq.* VIII 13070 (*Carthagine*) Iulia Attca (*at* 13069 Iulia Attica), *ibid.* Iulia Atticilla *mater.* CORP. VI 33158 (*e columb.*) dís man. Iuliae C. f. Atticae. IV 2172 *v. p. 1136, 57.* CORP. VI 12708 Attica Corneliae l. 15140 Claudiae Atticae (*dat.*). 15365 Claudiae Ti. f. Atticae (*dat.*). 29396 Vlpiae Attica et Atticilla. 34568 (*dat.*). 34571ª (*dat.*). 35037 Pumidiae Atticae (*dat.*). XIV 2433 (*in agro Albano*) Veturiae C. C. l. Atticae (*dat.*). 3311 (*Praeneste*) Caesia Sex. f. Attica. IX 3320 (*Superaequi*) Atticae Poppidia Nymphe mater. 2609 (*Terventi*) Attica (4634). 5916 (*Anconae*) Metilia Attica. CARM. epigr. 1131 (*Falerione*) Attica quae fuerat Cusini fidissima coniux. *praescr.* Caesiae Atticae (*dat.*). CORP. X 232 (*Grumenti*) L. Turcius Dafnus Aug. merc. sibi et Turciae Atticae uxori. 2124 (*Puteolis*) Attica vivas. EPHEM. epigr. VIII 697 (add. CORP. X 7318 *Panhormi*) Caecilia ⟨...⟩ Attica. CORP. XI 6718, 16 bis (*in strigili*) Attica me fur⟨iat?⟩. V 562 (*Tergeste*) Alfiae L. l. Atticae uxori. 5947 (*Mediolani*) C. Apisius C. l. Solo sibi et Apisiae C. l. Atticae. VIII 9425 (*Caesareae*) Attica uxor. 12686 (*Carthagine*) Attica Caesaris ser. Victoria sorori carissim. II 4009 (*in Tarraconensi*) Fabiae Atticae (*dat.*). XII 1290 (*Vasione*) Gaviatia Q. l. Attica. 1704 (*in agro Vocontiorum*) Sev⟨er⟩íniae Atticae (*dat.*). 2021 (*Viennae*) Valeriae Atticae (*dat.*) signo Amantiae. 2241 (*Gratianopoli*) Devilliae Atticae flaminicae heredes. 3539 (*Nemausi*) dís manibus Corneliae Atticae. XIII 7253 (*in agro Mogontiacensi*) Attica *uxor A. Didi Galli cos.* III 4726 (*in Norico*) Valeria Attíca. 5593 (*Bedai*) Attica Placidi f. CARM. epigr. 418 (*apud Satala Armeniae*) Attica dis data sum turba comitata meorum. Roma mihi tellus, genus inde, set hospita sedes. *adde christianam*: PS. DAMAS. 103, 9 Attica Felicis Magni clarissima coniunx. **2** *graece declinatur*: *nota haec*: CORP. VI 9514 Safinia Atticé. VIII 21204 (*Caesareae*) Gelia Aticae (*pro* Attice) munumentu fecit Flavio Abascanto viro suo. IX 3710 (*Marsis Marruvium*) Atilie Attigeni (*descr. Brocchi, non vidit Mommsen*). *nomin.*: CORP. VI 6566 (*e columb.*) Attice. 25826 (*e columb.*) d. m. C. Salvio Melipthongo patr. Salvia Attice f. b. m. 33557 (*e columb.*) Domitia Attice. *ibid.* Domitiae Grapte. CARM. epigr. 1009 (*Placentiae, saec. I*) *praescr.* Attice l. CORP. VI 12710 Attice Vediae Pyrallidis f. 16931 Terentia Attice. 21316ª Licinia Attice P. l. 23336 Octavia Attice. 27948 Valeria L. l. Attice. *ibid.* Valeria L. f. Attice. *eiusdem familiae cognomina* Vrbana *et* Vrbanus. 29249 Salvia Attice. 34971ª Buculeia Attice *bis.* XIV 1073 (*Ostiae*) Acilia (mulieris) l. Attice. *ibid.* Acilia M'. l. Pergamis. IX 3757 (*Marsis Marruvium*). 2021 (*Beneventi*) Vesonia (mulieris) l. Attice. 2385 (*Allifis*) Teia (mulieris) l. Attice. 4322 (*in agro Amiterno*) Orfia Attice C. Aponi Sabini praestitae. 5374 (*Firmi Piceni*) Septimia M. l. Attice. EPHEM. epigr. VIII 220 (add. CORP. IX, *inter Asculum et Truentum*) Theopompus et Attice Theopompo f. CORP. XI 1273 (*Placentiae*) A. Socconí(o) ⟨C⟩hresto Attice l. 6700 (*in vasculis Arret.*), 211 Attice P. Corne(li). 663 Attice C. Telli. V 187 (*Polae*) Laecania C. lib. Attice. XII 4488 (*Narbone*) v. Kaninia P. l. Attice. 654 (*Arelate*) Caiena Príscae lib. Attice ministra. *gen.*: CORP. VI 12687 d. m. Atiae Attices M. Ati Abascanti. 12711. 20382 Iuliae Attices. *cf.* 20383. X 2408 (*Puteolis*) Fabriciae Attices. *dat.*: CORP. XIV 851 (*Ostiae*) Avidiae Attice. III 4885ª (*Viruni*) d. m. Barbie Attice (*interpretandum fort.* -ae). ob. ann. L Barbïa Attia co(?) matri karissime. III 7047 (*in Phrygia*) Arruntiae L. f. Attice. *in gemino Graeco* Ἀρρο⟨υντίαι Ἀ⟩ττικῆι. CORP. VI 7123 (*e columb.*) Atticeni. 33981 F(u)lviniae Atticen(i). IX 4653 (*Interocrii*) Laeliae P. l. Atticeni. 3710 *v. p. 1137, 74 sq.* *acc.*: CORP. IV 1751 siqui futuere volet Atticen, quaerat a(ssibus) XVI.

derivata latina: **Atticula**, -ae, *cogn. mul.* **1** *Attici filiola* Attica: CIC. Att. 6, 5, 4 valebis igitur et puellae salutem Atticulae (*sic Malaspina*, asticulate *M*¹, articulate *M*², atticolate *Z*, Ἀττικωτάτῃ *Madvig, recte ut videtur*) dices nostraeque Piliae. *cf.* Attica *cogn. mul. A.* **2** *in titulis*: CORP. VI 7682 (*e columb.*) d. m. ⟨!!!!!⟩iae Atticule Philae matri merenti Iulia Phila filia bene fecit. III 8864 (*Salonis, descr.*) Aeronia Pr⟨... Aero?⟩nia Aticu⟨la?⟩. **Atticilla**, -ae *cogn. mul.* **1** *apud auctores*: MART. 12, 79, 1 donavi tibi multa, quae rogasti; donavi tibi plura, quam rogasti: non cessas tamen usque me rogare. quisquis nil negat, Atticilla, fellat. **2** *in titulis*: *haud paucas iam citavi sub* Atticus *p. 1136, 79 sqq.*, Attica *p. 1137, 46 sq.* CORP. VI 16356 *descr. Dessau*: Cornelia Aticilia. CORP. VI 4765 (*e columb.*) Grania Atticilla. 5599 (*ibid.*) ⟨I⟩ulia Atticilla. 6828 (*ibid.*) Allidiae Atticillae. XV 1125 (*in latere, saec. I*) Domitiae Atticillae. 7491 (*in fistula saec. I fere ex.*) Mariae T. f. Atticillae. CARM. epigr. 845 (*Ostiae, saec. II ex.*) d. m. Atticillae praenomen Marciae, pestis cui dira negavit. CORP. III 3998 (*cf.* p. 1745, *Sisciae, Severi aet.*) Q. Carmaeus Iulianus (centurio) leg. VII gem. cum Iul. Att⟨i⟩cilla et Carma⟨e⟩is Secundo et Atticilliano filis. CORP. VI 12391 Arriae Atticillae. 14600 Cattiae Atticillae. 15364 Claudiae Atticillae. 18293 Flavia Atticilla (18292). 20142 Corneliae Atticillae. 34143ᵇ Novell⟨i⟩ae Atticillae. *ibid.* Novelliaes Atticillaes. *'vide ne recens incisa fuerit'.* 24403 Cn. Pollius Parthenopeus Atticillae delicatae suae. 24527 Pomp⟨e⟩iae Atticillae. 24653 Pomponiae Atticillae. 26563 Laelia Atticilla. 27758 Tullia Musa ... *fecit* Tulliae Atticillae filiae suae. 27968 Statilia Atticilla. 28324 Servilia L. f. Atticilla. 34569. 34570. 36582. XIV 655 (*Ostiae*) M. Aur. Felicianus et Vlpia Atticilla. 2368 (*in agro Albano* = VI 3390) d. m. Sallustiae Atticillae coniugi carissimae et Benerio filio. 3797 (*Tibure*) Lolliarum Atticillae filiae et Stactes uxoris. IX 11 (*prope Hydruntum*) Claudia Ti. f. Atticilla. 3679 (*Marsis Marruvium*) Avia Atticilla. 5463 (*Falerione*) Allia⟨e⟩ M. f. Atticillae. 1539 (*Beneventi*) Attini sacr. et Minervae Paracentiae Mummeia C. f. Atticilla sacerdos ob taurobolium. 3101 (*Sulmone*) P. Octavio Atticiano filio ... Octavia Atticilla. X 6573 (*Velitris*) Claudiae Atticillae. 7322 (*Panhormi*) Pompeia Atti⟨cill⟩a. V 1178 (*Aquileiae*) Corneliae P. f. Atticillae. 4642 (*Brixiae*) Messiae Atticillae. 4133 (*prope Cremonam*). II 6161 (*in conventu Tarraconensi*) d. m. Antigenide ... Vsulenia Atticilla mat. filio bene me(renti) et sibi. XII 1563 (*Deae Augustae*) I. o. m. C. Venaes(ius) C. Coeli Hermagorae et Venaes(iae) Atticil⟨l⟩ae lib. Epaphroditus ex vot. 2261 (*Gratianopoli*). XIII 2691 (*Augustoduni*). 5493 (*Dibione*) d. m. Atticilla. III 2893 (*Corinii in Dalmatia*) d. m. Dion⟨y⟩s⟨iae⟩ ... Atticilla alumnae p. 169 (*Beryti*) Flaviae Ti. fil. Alexandrae Atticillae L. Dellius L. fil. Fab. Rufus Artorianus coniugi piissime *eqs.*

ad Atticillae, *statio in via Carthagine Theveste.* TAB. Peut. 5, 3 ad atticillę. RAVENN. p. 145, 18 Aitigilem. *cf. infra* Attici, *stationem Cyrenaicae.* *cogn. lat.* **Atticilliānus,** -ī. CORP. IX 338 (*Canusii, a. 223*), 4, 30 C. Galbius Atticillianus *praetextatus.* III 3998 *v. l. 34 sqq.* *demin. lat.* **Atticillus,** -ī *cogn. vir.* CORP. VI 12701 ⟨Sicini? A⟩tticilli. **Attici** (-ī-?), *statio Cyrenaicae.* ITIN. Anton. 66. *cf.* ad Atticillae. *adi.* **Atticiānus,** -a, -um, *ad Atticum pertinens.* CORP. VI 8667 Lais Domitiae Aug. serva fecit Fortunato disp. hortorum Atticianorum. *hinc ortum est cogn. lat.* **Atticiānus,** -ī. *idem tamen cogn. ab* Atticia *gente derivatum potest esse (quam conferas)*: *praeter unum tamen omnes hic apposui, apud auctores semel tantum hoc nomen traditur idque corruptum ex* Antiochiano: TREB. trig. tyr. 11, 3 Atticiano et Orfito conss. CORP. VI 8410 *a*: dís manib. Fortunati Attici(ani?) Aug. lib. a rationib. lib. tabular. Fructus ímp. Caesaris Domitiani Aug. Germanici Atticianus tabular. a rationib. amico carissimo (*cf.* X 6640 *Antii*). 8408 d. m. Hilarionis Abascantus Aug. a rat. Attic(ianus). 8451 Epaphra Aug. l. Atticianus tabular. Caesar. XX lib. 11390 Alexander Caesar. ser. Atticianus. 18049 T. Flavius Aug. l. Epaenus Atticianus. CORP. VI 21569 Luciferae Atticianus coniugi. 32627, 30 M. Aurelius Atticianus Sol(is) *miles.* 33935 (*sub statua mulieris*) opus Atticiani[s] Afrodisien⟨s⟩is. INSCR. Neap. 6429 (*originis urbanae*) Aticiano bene mer⟨e⟩nti fecit coiux. XIV 246 (*Ostiae, a. 140*), 7, 18 T. Fisevius Atticia-

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

nus. *cf.* 6,4 T. Fisevius Romanus. 2,17 T. Fisevius Priscianus (4,15). 6,10 T. Fisevius Crescens. 7,1 T. Fisevius Crescentian(us). IX 3101 *v. sub* Atticilla *p. 1138, 51.* VIII 16549 (?). XII 1718 (*in agro Vocontiorum*) d. m. Atticiani Aventini f. Atticianu⟨s⟩ et Maternatius patr⟨i⟩. 5701, 57 (*in fistula plumbea*) C. Maximius Atticianus f. 2533 (*inter Augustum et lacum Lemannum*). XIII 2086 (*Luguduni*) C. Calvisi Atticiani. 5608 (*Mogontiaci*) m⟨o⟩nimentum ⟨A⟩tticiani. INSCR. Rhen. Bramb. 1980 (*Coloniae*), *v. l.* Attiganus. CORP. VII 308 G. Vitellius Atticianus c(enturio) leg. VI v(ictricis) p(iae) f(idelis). III 4129 (*in Pannon. sup.*) Flavius Atticianus miles leg. I ad. 5199 (*Celeiae*) Q. Rufi Att⟨i⟩c⟨i⟩ani. 11728 (*in Norico*) Aurel. Surus et Ael. Att⟨i⟩cianus. *cf.* Attitianus.

graeca: **atticismus** (-os), -ī *m.*, ἀττικισμός. CIC. Att. 4,17,1 ille Latinus ἀττικισμός. DIOM. gramm. I 440, 23 per atticismon. QVINT. inst. 6,3,107 ἀττικισμός ille redolens Athenarum proprium saporem. *cf. sub* Athenae *p. 1028, 51 sqq.* PRISC. gramm. III 229,18 in atticismis, quibus Romani quoque utuntur, post ostendetur. *litteris graecis*: DONAT. Ter. Hec. 504 Eun. prol. 45 Eun. 284 Phorm. 223 MACR. exc. gramm. V 626, 18. **atticisso**, -āvī, -āre, ἀττικίζω. PLAVT. Men. prol. 11 atque adeo hoc argumentum graecissat, tamen non atticissat, verum sicilicissitat. *v. sub* Athenae *p. 1028, 36 sqq.* PAVL. FEST. 28 *v. sub adv.* Attice *p. 1135, 7.* APVL. flor. p. 92 Oud. quamquam et ipse optime possit (*sc. latine loqui*), tamen hodie vobis atticissabit. Socr. p. 113 Oud. satis oratio nostra atticissaverit. SIDON. epist. 4,1,3 artifex dialecticus atticissabas. MART. CAP. 6,587 illi etiam Helladica tantummodo facultate nihil effantes Latiariter atticissant, quae etiam ipsa eos edocui. *adi.* **atticurgēs**, -es, ἀττικουργής. *in codd. traditur* attigurges. VITR. 3,5,2 altitudo ... si atticurges erit (3,5,3). 4,6,1 genera sunt ... thyromaton haec: doricum ionicum atticurges (4,6,6). *v. Puchstein, PW. II 2184.* *Diehl.*

Attīdium *municipium Vmbriae, nunc* Attigio; *cf. Hülsen, PW. II 2184.* **Attīdiās** *adi. et incolarum vocabulum.* LIB. col. I grom. p. 240,10 ager Atteiatis. oppidum (*cf.* II p. 252,8, *ubi trad.* Adteiatis oppidum). II p. 259,8 ager Adteiatis. PLIN. nat. 3,113 Amerini, Attidiates, Asisinates. CORP. XI 5718 (*Tufici*) patrono municip(i) Tufic(anorum) et municip(i) Attidiat(ium) et Cuprens(ium) Mont(anorum). frater Atiiediur *i.* fratres Atiedii *v. sub* Atiedius (Attus).

Attidius *v.* Attus. **Attie** *v.* Atre.

Attiedius *v.* Attus.

Attielaus *cogn.* CORP. XI 1147, 2, 31 (*Veleiae, imperante Traiano*) adf(inibus) Atilio Attielao et pop(ulo). 1147, 2, 33 adf(inibus) Atilio Attielao et Velleio Ingenuo. *cf.* Attielius.

Attielius *nom. gent.* CORP. XI 1147, 2, 29 (*Veleiae, imperante Traiano*) adf(inibus) Attielio et Naevis fratrib(us). Atielia *saltus*: CORP. XI 1147, 1, 97 (*item*) saltum Atieliam. *cf.* Attielaus. *Otto.*

Attiēnius, Attiēnus *v.* Attus.

attigo *v.* attingo.

attiguus (adt-), -a, -um. [*cf. c.* attingere *et c.* contiguus. *Th.*] GLOSS. V 615,23 attiguus est vicinus vel propinquus. FRONTIN. grom. p. 11 attiguis possessoribus (p. 53 AGENN. p. 81 PS. AGENN. p. 10). APVL. met. 4,3 montis attigui. 4,12 domus attiguae. 4,28 proximas civitates et attiguas regiones. 6,12 attigui nemoris. AVIEN. Arat. 241 attiguas ... in auras. PAVL. NOL. carm. 15,291 adtiguo ... ramo. 16,158 propter in adtiguis ... tignis. 27,454 adtiguo ... limine. *nota structuras*: *cum gen.*: AVIEN. orb. terr. 1151 Sinopen gurgitis attiguam. *cum dat.*: PAVL. NOL. carm. 21,384 adtiguum ... tuis ... culminibus tegimen. epist. 31,4 p. 272 adtigua venerantibus harena. SVLP. SEV. dial. 1,13,8 attigua ramis humilioribus poma. *Bickel.*

Attila, -ae *vel* -ānis. *ad declinationem*: *formas declin. tertiae huc appono*: NOVELL. Iust. 11,1 Attilanis (IORD. Get. 209. 301, *qui saepius* -ae). MARC. COM. chron. II p. 79,5 Attilanem (-am p. 82,21. GREG. TVR. Franc. 2,7). PROSP. add. II chron. I p. 490, 3, 19 Attilanum (*ibid. nom.* Attila). CONS. Ital. chron. I p. 302, 452 Attilane (VITA Vedast. 6). *ad orthographiam*: GREG. TVR. Franc. 2,7 Attela (Attila *A1*) *et* Attelanem *B5*. VITA Vedast. 6 Atthilane *B*. LIB. pont. p. 105,7 Atthela. RAVENN. p. 254, 4 Attyla. LEG. Burg. 51, 1 Athilam (*v. l.* -illam, -elam). 1 *rex Hunnorum*: EVGIPP. vita Sev. 1,1 CHRON. *saepe* GREG. TVR. *l. c.* VITA Vedast. 6 IORD. *saepe* LIB. Pont. *l. c.* SIDON. epist. 7,12,3 Rheni hostem. 8,15,1 carm. 7, 327. CASSIOD. var. 1,4,11 armorum potentem (3,1,1). RAVENN. Guido p. 544, 7 saevissimus. *cf. Seeck, PW. II 2241.* 2 *alii*: VEN. FORT. vita Germ. 159 vir inluster ac regalis aulae domesticus. LEG. Burg. 51,1 quendam. *Diehl.*

Attīlius, Attīliānus *v.* Attus.

Attillius, Attilliānus *v.* Attus *et* Attillus.

attillo, -āre. [*cf. c.* titillare. *Th.*] IVL. VAL. 3,26 quae dicta cum ex natura hominis meum quoque animum attillarent. *cf. Funck, Archiv 4 (1887) p. 243.* *Ihm.*

Attillus *nom. barbaricum.* CORP. XI 6699, 30 (*in lucerna*) Attillus f(ecit). III 6010, 25 (*in vase Illyrici*) Attillus f(ecit). 12014,11. 10137. 14115,1. 11136 (*in Pannon. sup.*) D. Luca(nius) Attillus. XII 1446 (*Vasione*) Sabinae Atill(i). 2534 (*inter Augustum et lacum Lemannum*) ⟨...⟩tius Attillus. 5777 (*Aquis Sextis*) ⟨...⟩lio Attilli f. 5686, 98 (*in vasculis*) Attilli ma(nu). Attillus. XIII 3276 (*in Gall. Belg.*) Attilli et Atepae Augusti Nocturni. 5222 (*Vindonissae*) Attillus fecit. 7291 (*in Castello Mattiacorum*) Fl. Sabinius Attillus vet. 10010, 204 (*in vasculis Gallicis*) Attillus f., Attili, Attil(u)s, Atillus *sim.* 10010, 195. INSCR. Corr.-Bl. d. Westd. Zeitschr. 1902 p. 67 (*Aquis Mattiacis, non ante saec. II*) L. Adiutorius Attillus. CORP. VII 1336, 110 (*in patella*) Attilli m(anu). **Attillius**, -a *nom. gent.* CORP. XIII 2524 (*in prov. Lugudunensi*) Attiano Attilli ⟨fil.⟩ Attianus fil. 7077 (*Moguntiaci*) Attilliae Runae matri Respectius Servandus mil. *Otto.*

? **attilos** (*corr. ex* atilos) astutos et expeditos GLOSS. V 562, 4 (artitos *Ducange*).

attilus, -ī *m.* [*fortasse cf. c. gr.* ἔτελις, *lituan.* atis, otis '*rhombus (piscis)*'. *Th.*] PLIN. nat. 9,44 attilus (*piscis*) in Pado, inertia pinguescens ad mille aliquando libras, catenato captus hamo nec nisi boum iugis extractus. atque hunc minimus (*sc. piscis*), appellatus clupea, venam quandam eius in faucibus mira cupidine adpetens morsu exanimat. *cf. Holder, Altcelt. Sprachsch. s. v.* [*ven.* ádano? *M.-L.*]

attinae, -ārum *f.* [*orig. inc., fortasse cf. c.* attinere. *Th.*] SIC. FLACC. grom. p. 139,1 quidam in specie maceriarum congerunt lapides et attinas appellant observantque pro terminis. p. 142, 26 aut congeries lapidum acervatim congestae, quos scorpiones appellant, aut in effigie maceriarum, quae attinae appellantur. *cf. Rudorff, Grom. II p. 270.* *Ihm.*

Attinās, Attina, Ἀττινᾶς, *nom. vir.* 1 CVRT. 8,1,3 Attinas, regionis eius (*sc. Bactrianes*) praefectus. 8,1,5. 2 CORP. VI 8015 (*e columb., idem qui descriptus editus est* 14148) L. Calpurnius Attina. *Diehl.*

Attinava *saltus.* CORP. XI 1147, 7, 51 (*Veleiae, imperante Traiano*) saltus Attinava cum fundo Flaviano Messiano Vipponian⟨o⟩ qui est in Veleiate pag(o) Ambitrebio. *Otto.*

Attīne *v.* Attis *p. 1147, 56.*

attineo, -uī, attentum, -ēre. [*ab* ad *et* tenere, *cf. cum* pertinere, continens. *Th.*] GLOSS. προσήκω, *cf.* PRISC. gramm. III 353,4 'προσήκων κατὰ γένος αὐτῷ' καὶ 'προσήκων αὐτῷ γένει', 'προσήκων τῷ πράγματι' καὶ 'τοῦ πράγματος'. nostri frequentius 'attines (-ens?) ad illum' et 'illi'. PRISC. gramm. III 298,18 'attinet ad illam rem' 'ἀνήκει πρὸς τόδε'. GLOSS. ἀνήκει; pertinet. II 23,4 attinet (-uit?) ἀνῆκεν, προσῆκεν. *intransitiva notione pertinendi propria semel utitur* CVRT., *translatam praeferunt* PLAVT. (pertinet *ter*) *et* TER. (pertinet *deest, semel A var. l.*), *rarius invenitur in sequentium sermone* (CIC. *saepius in orationibus antiquioribus quam in recentioribus*, LIV. *saepe*), *in quo servatur imprimis in formula* quod attinet ad; *structura cum infinitivo subiecto* (quid, nihil attinet *sim.*), *quae legitur iam apud* PLAVT. *atque haud raro apud* CIC. (*item* QVINT.) LIV. VAL. MAX., *apud sequentes minus in usu fuisse videtur; activa notione tenendi utuntur poetae scaenici*, CIC. inv. *semel* (*dub.*), SALL. *bis*, TAC. *saepe*, FRONTO *semel*, AVREL. ad Front. *bis, recc. deest apud* CATVLL. PVBLIL. CAES. (BELL. Afr. *semel*) NEP. VERG. TIB. PROP. (OV. *semel*) GRATT. MANIL. VITR. GERM. VELL. (CELS. *semel*) PHAEDR. (SEN. nat. *semel*) SCRIB. LARG. MELAM ASCON. LVCAN. PERS. CALP. VAL. FL. SIL. HOMER. STAT. MART. FRONTIN. aq. IVV. PLIN. epist. SVET. FLOR. (VVLG. *semel*; AVG. civ. *saepe* quod, quantum attinet ad).

I *verbum* ***intransitivum***: A *proprie*: CVRT. 6,2,13 Scythae qui in Europa sunt, a laevo Thraciae latere ad Borysthenem atque inde ad Tanaim ... recta plaga attinent. B *translate de relatione i. q. pertinere*: *ad aliquem*: PLAVT. Aul. 770 ego te ... de alia re rescivisse censui, quod ad me attinet. Bacch. 229 negotium hoc ad me adtinet aurarium. Persa 497 istae (hae *AP*) tabellae quid ad me? :: immo ad te attinent et tua refert. 700. Rud. 962ª nunc advorte animum; namque hoc omne attinet ad te. Trin. 613. TER. Eun. 744 adeo ad te attinere (pert- *A*) hanc omnem rem. Ad. 296 quando vitium oblatumst, quod ad illum attinet potissimum talem. 436 illum curo unum, ille ad me attinet. 186. ITALA Luc. 10,40 *cod. a* non adtinet ad te? (οὐ μέλει σοι; non est tibi curae quod VVLG.). PLAVT. Cist. 701 ad duos attinet, liquidumst (hi qui sunt *B² in ras.*, liquis *V*, siquis *E*). *formulae*: PLAVT. Cas. 672 an quippiam ad te attinet? PLAVT. Curc. 631 quid istuc ad vos attinet? Epid. 75. Men. 145 istae picturae. Persa 235. 284 Poen. 637 Stich. 666 Trin. 978. 1065 LVCIL. 961 CATO orig. Gell. 6,3,50 CIC. Att. 5,13,1. PLAVT. Most. 940 quid tu percontare ad te quod nihil attinet? 941 Poen. 1307 TER. Andr. 91. 187 Haut. 76 Ad. 134 CIC. Quinct. 71 S. Rosc. 124. Verr. 2,61 alio loco hoc cuius modi sit considerabimus; nunc nihil ad me attinet. agr. 2,28 quam id ipsum absurde, nihil ad me attinet. LVCR. 3,852 et nunc nil ad nos de nobis attinet, ante qui fuimus (850 pertineat). LACT. epit. 52,10 (*om. cod. Paris.*). *ad rem quandam*: PLAVT. Bacch. 1110 numquid nam ad filium haec aegritudo (*tua*) attinet? Rud. 611 quam ad rem ... somnium. TER. Phorm. 481 ad hanc rem. RHET. Her. 3,21 ad suavitudinem pronuntiationis (*corr. in codd. mutilis*). VARRO ling. 5,75 quod ad immortales attinet, haec. deinceps quod ad mortales attinet videamus (*cf.* 6,35 *et* rust. 2,9,1). 9,59 ad usum. 10,64 quae (*discrimina*) ad orationem non attineant, partim quae

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

pertineant. CIC. S. Rosc. 48 studio, quod ad agrum colendum attinet. fin. 4, 38 ad colendam vitem. ad Q. fr. 3, 9, 4. CAEL. Cic. epist. 8, 2, 2 ut tibi curae sit quod ⟨ad⟩ pantheras attinet, rogo. LVCR. 4, 30 nunc agere incipiam tibi, quod vementer ad has res attinet, esse.... LIV. 23, 48, 3 providere, quod ad Philippum ... attineret. 26, 16, 1. 34, 58, 2 nos nihil, quod ad urbes Asiae attinet, curare. 42, 10, 15. PAVL. FEST. 13 alii putant avum dictum esse, quia ad duos attineat. CELS. 8, 4 p. 337. PLIN. nat. 18, 280 vergiliae privatim adtinent ad fructus. AVREL. ad Front. p. 9, 17 N. ad hanc rem (p. 17, 14). FRONTO p. 169, 7 N. ad instruendam provinciam. p. 186, 2. PAVL. sent. 3, 6, 80 ea quae ad usum virilem attinent. APVL. Plat. 2, 17 inlaesis potioribus, quae ad ipsam attinent animam. PORPH. Hor. sat. 1, 9, 23 (*cum neg.*). LACT. inst. 1, 14, 8 quae ad rem non attinent (3, 8, 21 maxime). AVG. civ. 11, 9 MART. CAP. 5, 456. SIDON. epist. 5, 5, 1 ad causam ... minus. *formulae*: PLAVT. Most. 160 quid ea messis attinet ad meam lavationem? Pseud. 14 nihil hoc Iovis ad iudicium attinet. CIC. rep. 1, 15 ad vitam hominum. PLIN. nat. 18, 287 vinalia priora ... ad fructus. 21, 40 odoratorum (-amentorum *RE*) multa nihil adtinere ad coronamenta. HOR. sat. 2, 2, 27 tamquam ad rem attineat quicquam.

saepius legitur formula quod attinet ad *aliquem, aliquid*: *cf. talia, ut*: PLAVT. Epid. 130 quod ad me attinuit, ego curavi. *cf. p. 1140, 58.* CIC. ad Q. fr. 1, 1, 45 nihil esse, quod ad laudem attineat, quod non tu optime perspicias. top. 32 quod ad definitiones attinet, hactenus. *al., v. p. 1140, 57.* PLAVT. Asin. 8 nam quod ad argumentum attinet, sane brevest. Poen. 36 quodque ad ludorum curatores attinet, ne palma detur quoiquam artifici iniuria. Trin. 482 quod ad ventrem attinet. CATO orat. Serv. Aen. 4, 244 quod attinet ad salinatores aerarios, cui cura (-am *F*) vectigalium, resignat (-antur *F*). VARRO ling. 8, 43 quod ad universam naturam verborum attinet, haec attigisse modo satis est. 9, 95 rust. 2, 2, 13. CIC. Verr. 3, 15 ad eam civitatem. 4, 154 (*ex epist. Timarchidis*) fac diligentiam adhibeas, quod ad praetoris existimationem attinet. Caecin. 100. off. 3, 32 quod ad Phalarim attinet, perfacile iudicium est. Att. 5, 17, 2. epist. 3, 8, 2 ad legatos. 1, 2, 4. 14, 2, 3. CAEL. Cic. epist. 8, 4, 3 ad Hirrum. 6, 7, 6. 8, 5, 1. 8, 10, 1. 5. 8, 11, 3 PLANC. Cic. epist. 10, 24, 5. [10, 24, 4]. LEPID. Cic. epist. 10, 34, 2. LIV. *36 locis, ut* 5, 9, 5 quod ad vos attinet ... minasque vestras. 8, 13, 14 (*cf. p. 1141, 5*). VAL. MAX. 1, 1 ext. 1 (*ibid.* pertinuit). 9, 11, 4 ad salutem clarissimi civis recuperandam. 3, 2, 24. 3, 7, 6. 4, 1 ext. 3. 5, 6, 3. 5, 10 ext. 2. 7, 8, 4 PETRON. 102 PLIN. nat. 6, 112. 8, 3. 8, 85. 19, 174. 19, 181. 21, 116. 22, 164. 23, 48. 32, 25. 33, 36 TAC. dial. 25 AVREL. ad Front. p. 55, 25. 67, 1. 71, 8. 254, 4 N. FRONTO p. 95, 14. 153, 2. 167, 4 N. CORP. III 781, 15 GELL. 5, 6, 27 GAIVS inst. 1, 157. 3, 14 *et saepe* ICTI, *v. lex. p. 137, 48.* APVL. apol. 67 TERT. idol. 15 SOL. 1, 127 LACT. opif. 10, 20. 13, 2 AVG. civ. 2, 11. 7, 19. 7, 20. 8, 7. 8, 23. 11, 12. 13, 6. 14, 9. 16, 25. 17, 4. 18, 25. 18, 39. 18, 47. 19, 18. quod ad me (ad nos) attinet: PLAVT. Poen. 1182 quod quidem ad nos duas attinuit, praepotentes pulchre ... fuimus. CATO orig. 5 (Gell. 6, 3, 36) ecquis est tandem, qui vestrorum, quod ad sese attineat, aequum censeat? *ibid.* ego, quod ad me attinet, nolim. CIC. S. Rosc. 90 qui omnes, quod ad me attinet, vellem viverent. 120. 122. Verr. 2, 21 vici. Cluent. 4 Pis. 82. Att. 14, 13, 6 quam honorifice *scripsit*, quod ad me attinet (*cf.* 16, 14, 4 non ingratum. IMP. Hadr. laud. Mat. Corp. XV 3579, 26). 13, 33, 5 ad Q. fr. 2, 1, 1 epist. 4, 5, 6 PLANC. Cic. epist. 10, 9, 1. 10, 23, 6. LIV. 5, 30, 2 ad se privatim. 2, 31, 9. 2, 37, 7. 3, 50, 8. 3, 62, 3. 30, 30, 10. 30, 31, 6. 36, 40, 8. 37, 53, 7 SEN. contr. 10, 3, 3 suas. 7, 9 SEN. nat. 3, 25, 11 CVRT. 10, 1, 34. 10, 8, 19 PETRON. 44. 106. 122 QVINT. inst. 9, 2, 19 TAC. Agr. 33. quantum attinet: LIV. 28, 43, 17 quantum ad Carthaginienses duces attinet, *Regulum* invictum ad ultimum permansisse. SEN. contr. 7, 1, 1 quantum ad meum stuporem attinet, etiam fugere potuit. 10, 5, 16 ad ius. PROCVL. dig. 31, 46 GAIVS inst. 1, 73. 157 ICTI *al.* AVG. civ. 3, 31. 5, 1. 6, 1. 6, 3. 7, 6. 8, 2. 9, 4. 10, 29. 12, 1. 13, 3. 13, 11. 13, 24. 15, 1. 15, 16. 16, 35. 17, 2. 18, 2. 18, 31. 18, 37. 22, 5. 22, 30. 20, 26 ad non habere peccatum. *alia*: VAL. MAX. 1, 1, 14 quae ad custodiam religionis adtinent, nescio an omnes M. Atilius Regulus praecesserit. *cf.* VLP. dig. 43, 22, 1, 3 et eadem sunt hic dicenda, quae ad personam attinent, quaecumque .... RVT. LVP. 2, 3 ego huic ... quicquid ad superius tempus attinet, nihil succenseo.

nota structuras: *cum acc.*: [CIC. *v. p. 1141, 3*]. TERT. patient. 12 quod (quae ad *A m. 2*) pacis gratissimae deo attinet (domino attinent *AB*) disciplinam (?). *cum adverbio*: VVLG. act. 24, 25 quod nunc attinet, vade (τὸ νῦν ἔχον). quid, nihil attinet *sim.* (*sine negatione v. p. 1142, 17. 45*) *cum infinitivo subiecto* (*sine* ad) *plerumque i. fere q. refert*: *cf. haec, in quibus accedit structura cum* ad: CIC. inv. 2, 111 hic ... nihil ad nos attinet rationibus et infirmationibus rationum supponendis ad iudicationem pervenire. VARRO ling. 9, 59 quod ad usum attinet ⟨et⟩ institui opus fuit de liberis, de reliquis nihil attinuit. LACT. de ira 12, 3 (*cum acc. c. inf.*). *cum inf. act.*: PLAVT. Persa 701 quid attinet non scire? CIC. inv. 1, 62 quae propositio in se quiddam continet perspicuum ..., hanc velle approbare ... nihil attinet. 1, 63. 2, 32. 2, 131 quod, cum semel causa consideretur, nihil attineat eam ex lege considerare, quippe quae in lege scripta non sit. orat. 136 Q. Rosc. 6 agr. 2, 29. Flacc. 91 quid attinuit relinquere hanc urbem? Phil. 3, 23. fat. 29 alterutrum fatum est; medicum ergo adhibere nihil attinet. 6 fin. 2, 21. 23. 89. 4, 60. 5, 51. ac. 2, 38 nihil attinet de adsensione omnino loqui. Lael. 39 Tusc. 1, 81 quos ... nominare. off. 1, 110 epist. 4, 7, 3. [6, 9, 2 *om. cod. Taur.*]. OV. epist. 12, 208 sed quid praedicere poenam attinet? LIV. 6, 23, 7 quid attinere cum mortali corpore uno civitatis, quam inmortalem esse deceat, pati consenescere vires? 6, 26, 7. 31, 25, 9. 34, 3, 5. 45, 19, 12. VAL. MAX. 2, 7, 12 quia Romano [homini] sanguini (-e *codd.*) quamvis merito perpesso servile supplicium insultare non adtinet (4, 4, 2 non. 9, 10 pr. PLIN. nat. 3, 130. 36, 54). 4, 4 pr. quorsum (9, 12, 8). 5, 6 pr. 9, 12 pr. COLVM. 1 praef. 33 PETRON. 102 107 (*bis*) PLIN. nat. 8, 58. 16, 138. 25, 110. 33, 152 QVINT. inst. 2, 10, 8. 2, 15, 37. 4, 2, 70. 5, 4, 1 quid attinet de his plura? 6, 2, 36. 9, 4, 15. 12, 10, 41. 12, 11, 15 decl. 335 p. 320 PS. QVINT. decl. 9, 4 TAC. ann. 12, 60. PAVL. dig. 17, 2, 17, 2 cavere [eundem *F, om. codd. recc.*]. 41, 2, 1, 4 SOL. 4, 1 LACT. inst. 3, 19, 24. *nota*: TERT. nat. 2, 9 speciebus de propriis dicere ⟨attin⟩et (*ed. princ.*, iam libet *Oehler*). *cum inf. pass.*: CIC. Phil. 2, 22 quid enim attinebat nova lege quaeri de eo, qui hominem occidisset, cum ...? epist. 16, 12, 2 disputari. VARRO ling. 9, 59 *v. p. 1141, 79.* LIV. 23, 13, 5 nec victoribus mitti attinere puto (*de legatione*). 42, 63, 5 qua parte palus urbem cingit nec adtinebat oppugnari nec poterat. 2, 6, 7 humano dolori indulgeri. COLVM. 2, 20, 6 QVINT. inst. 7, 1, 38 (*spectat ad sent. interrogat.* § 37). 7, 2, 41. decl. 310 p. 220 altero *iudicio* ... damnari. MAEC. dig. 35, 3, 9. *cum acc. c. inf.*: RHET. Her. 3, 20 de magnitudine vocis ... nihil nos adtinet commonere. CIC. inv. 1, 63 hoc quia perspicue verum est, nihil attinet approbari (1, 65 *cf. p. 1141, 82*). 2, 84 iudicium de ea re fieri. 2, 120. de orat. 2, 355 quid me attinet dicere? (Verr. 6, 34 Pis. 36). Quinct. 60 neque quemquam attinebat id recusare, quod. S. Rosc. 96. Verr. 6, 169 quid enim attinuit ... te iubere in ea parte figere *crucem*? Tull. 38 Caecin. 58 agr. 1, 11 dom. 138 Cael. 61 leg. 2, 42 fin. 2, 21. 3, 3 nat. deor. 1, 84. Att. 1, 17, 2 me ad te ... scribere. BRVT. Cic. epist. 1, 7, 1. BELL. Afr. 57, 2 Scipio mittit ad Aquinium, nihil adtinere eum cum adversariis conloqui. HOR. carm. 3, 23, 13 te nihil attinet temptare multa caede bidentium ... deos. epod. 4, 17. LIV. 2, 6, 7 numini invidiam fieri. 3, 36, 4 nec attinuisse demi securem. 23, 3, 13 quia nec eosdem nominari attinebat. 36, 11, 11 nihil attinere omnes tumultuose concitari. 2, 41, 6. 6, 38, 11. 10, 13, 10. 37, 15, 2. 42, 26, 1. 42, 41, 7 VAL. MAX. 1, 1 ext. 3. CVRT. 5, 11, 6 plura dici non attinet. QVINT. inst. 5, 13, 48. SCAEV. dig. 24, 1, 66 pr. non attinuisse tempus, (*secl. Mommsen*), an antequam domum deduceretur, donatio facta esset, aut (⟨tempus⟩ *add. Mommsen*) tabularum consignatarum ... in quaerendo exprimi. VENVL. dig. 34, 4, 32, 1. BOETH. herm. sec. 1, 2 p. 56, 9. 6, 14 p. 488, 13. *nota*: MAEC. dig. 35, 2, 30, 2 hoc enim attinet damna postea facta non deduci, ne. *infinitivo supplendo*: CIC. Att. 12, 18[a], 2 quod non advocavi ad obsignandum, primum mihi non venit in mentem, deinde ea re non venit, quia nihil attinuit. PLIN. nat. 17, 83 non omisisset ..., si attineret (abstineret *codd.*), ... signare. QVINT. inst. 10, 1, 105 neque enim attinet.

cf. haec sine ad *posita*: RHET. Her. 1, 1 ea conquisierunt, quae nihil attinebant (*cf. infra* pertinere ad). CIC. Att. 15, 1[a], 2 primum, quod attinet, nihil mihi concedebat; deinde. HOR. carm. 1, 19, 12 *nec* Parthum dicere nec quae nihil attinent. AVG. serm. ed. Mai 188, 1 assunt ... duae ... mulieres et quod magis attinet publicanae.

II *verbum* ***transitivum***: *i. fere q. tenere*: PLAVT. Capt. 266 nunc senex est in tonstrina, nunc iam cultros attinet. Men. 730 nunc ea⟨n⟩dem (*pallam*) ante oculos attines. PRISCILL. tract. 6, 99 deus noster ... inconpraehensibilis adtinetur. *retinere, cohibere*: TAC. ann. 1, 35 ferrum ... deferebat in pectus, ni proximi prensam dextram vi adtinuissent. 2, 10 ne flumine quidem interiecto cohibebantur, ni Stertinius adcurrens ... Flavum adtinuisset. *cf. translate*: TAC. ann. 13, 50 sed impetum *Neronis* ... attinuere senatores. attineri *alicui, alicui rei*: FRONTO p. 152, 21 N. ut magistro discipulus haereat semper et inserviat, vinctus perpetuis quibusdam vinculis attineatur. *reflexive*: PANEG. 10, 24 moribundi sedilibus attineri (*de cataphractis*). *i. q. tenere, retinere aliquo loco*: PLAVT. Truc. 837 reus solutus causam dicit, testis vi⟨n⟩ctos attines. *cf. l. 76.* TAC. ann. 3, 36 convictam ... attineri publica custodia iussit. 6, 19 qui carcere attinebantur. 6, 23 in Palatio. 13, 15 tribuno, cuius cura attinebatur. 15, 57 Proculi indicio Epicharim attineri. AMM. 15, 3, 11 poenalibus claustris. 29, 1, 13 vinculis. HEGES. 1, 1, 7 castro, in quo clausi attinebantur (*cod. Bern.*, tenebantur *al.*). COD. Theod. 7, 18, 13 (*a. 403*) desertores modis omnibus attinendos esse. AVELL. p. 61, 18. PLAVT. Bacch. 180 qui abire hinc nullo pacto possim. ita me vadatum amore vinctumque adtines. Mil. 1327 ⟨si⟩ forma huius, mores virtus animum adtin⟨u⟩ere hic tuom. TAC. ann. 3, 71 qui (*pontifex*) Aulum Postumium flaminem attinuisset. 6, 27 oblitus Arruntium, ne in Hispaniam pergeret, decumum iam annum attineri. 12, 12 qui iuvenem ignarum ... multos per dies attinuit apud oppidum Edessam. 14, 33 inbellis sexus. 16, 19 Cumas usque progressus Petronius illic attinebatur. AVREL. ad Front. p. 3, 12 N. *mea fortuna* me istic ... alligatum. APVL. met. 1, 7 dum mense decimo ibidem attentus nummatior revortor. DICT. 5, 2 socii amici ... patria ... incolumis adtinuere

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

in hunc diem. TAC. ann. 3, 3 ut ... matris exemplo avia quoque et patruus attineri viderentur (*i. ne domo excederent*). 3, 44 si ultra unam alteramve noctem attineretur. 12, 68 sorores eius adtinuit (*i. in cubiculo*). 14, 56 domi. TAC. ann. 2, 52 ut ... lectos viros ... castris attineret. PANEG. 9, 19 tanta te populi densitas, tanta senatus stipatio provehebat simul et attinebat. argentum: TAC. ann. 6, 17 quia signatum argentum fisco et aerario attinebatur. *nota cum adiectivo praedicativo*: TAC. ann. 13, 53 ne tamen segnem militem attinerent (*duces*). *cum impediendi notione in his potissimum exemplis*: TAC. hist. 2, 14 deletae omnes copiae forent, ni victorem exercitum attinuisset obscurum noctis. ann. 1, 50 laeti ... Germani agitabant, dum ... discordiis attinemur. 13, 37 Vologesen defectione Hyrcaniae attineri. *cf.* 14, 25 attineri a se Vologesen. 15, 24 sacerdotii religione. AVR. VICT. Caes. 8, 1. *possessa, occupata tenere*: TRAG. inc. 195 quamque attinendi magni dominatus sient. CIC. inv. 2, 169 ad sua conservanda et alterius adtinenda (?, optinenda *codd. dett.*). TAC. ann. 4, 5 Thraeciam Rhoemetalces ..., ripamque Danuvii legionum duae in Pannonia ... attinebant. *cf.* COD. Theod. 7, 8, 2 quos privatorum domus, non religionum loca habitationum merito convenit attinere (attingere COD. Iust. 1, 9, 4, ἔχειν *Basilica*).

translate: *i. fere q. occupatum tenere, morari, vincire, capere, adstringere, sim.*: *cf. iam proprie et p. 1142, 75.* PLAVT. Men. 589 ita me attinuit, ita detinuit *cliens.* SALL. Iug. 108, 3 Bocchum ... Punica fide ... simul Romanum et Numidam spe pacis attinuisse. SALL. or. Phil. 16 neu prolatandis seditionibus ... nos in sollicitudine attineas. TAC. ann. 13, 27 quos vindicta patronus non liberaverit, velut vinclo servitutis attineri. COD. Theod. 6, 23, 1 immunes ... habeantur, nec descriptio glebalis eos ideo attineat. 7, 1, 7 quod in aliquibus fortasse rationibus attinentur impliciti. 11, 20, 4, 2 ad mulctam sexaginta librarum auri persolvendam ... adstringendos *esse* ..., ad praescriptam poenam ... attinendos (11, 20, 5, 1 ad illa praestanda). 12, 1, 186 neminem ... pro alieni territorii debitis attineri. 14, 6, 1 quae (*praedia*) iam dudum praestationi calcis coeperunt obnoxia attineri. 16, 6, 4, 4 eadem multa. COD. Iust. 1, 9, 12 pr. his legibus. AVREL. ad Front. p. 253, 6 N. me Caesaris oratio uncis unguibus attinet. APVL. met. 4, 1 nec me cum asino vel equo meo compascuus coetus attinere potuit. *cf. p. 1142, 75.* APVL. met. 3, 20 sopor etiam in alium diem nos attinuit. ARNOB. nat. 2, 69 falsorum religionibus attineri. 6, 27 rerum huiusmodi cupiditatibus. AVR. VICT. Caes. 1, 6. PHYSIOGN. 21 sceleribus. 33 stultitia ac furiis. 88 isdem vitiis. 41 iniquis cogitationibus. litteris: AVG. quaest. hept. 1 praef. haec sunt, quae legentibus nobis occurrentia voluimus litteris attinere (-i *solus V*). *passivo* adtineri *i. fere q.* contineri: (*cf.* APVL. mund. 5 elementorum inter se mutui nexus artis adfinitatibus inplicantur et quinque coniuges copulae his ordinatae vicibus attinentur, ut adhaereant [et] gravioribus leviora). ROMAN. Char. gramm. I 140, 18 quia 'pater' et 'mater' Gr⟨aeca⟩ declinatione adtinentur. COD. Theod. 7, 1, 11 hi qui inter accrescentes matriculis attinentur. COD. Iust. 6, 62, 5 pr. qui velut creatores decedentium attinentur. *v. Mess.*

1. attingo, -igī, -āctum, -ere. *ab* ad *et* tangere. GLOSS. II 320, 58 ἐφάπτομαι. 420, 29 προσάπτομαι. GLOSS. II 313, 9 ἐπιψαύω. 423, 50 προσψαύω. GLOSS. II 9, 49 adtingi ἐπιχειρηθῆναι. IV 305, 29 adtingere attrectare. *formae*: a attigo: DIOM. gramm. I 382, 14 attingo attingis ... dicimus. verum reperimus apud non nullos auctores ... sine n̄ littera dictum quasi attigo attigis. FEST. 356 'tagit' Pacuvius ... nunc ea sine praepositionibus non dicuntur ut ... attigit. attigas: PLAVT. Bacch. 445 Epid. 723 Persa 816 Truc. 276 TER. Andr. 789 TVRPIL. com. 106 ACC. trag. 304. CORP. XV 6901. 6902. attigat: PACVV. trag. 228 LEX rep. 10 Corp. I 198 *cf.* NON. 75, 26 GLOSS. V 638, 27. attigatis: PLAVT. Most. 468. attigeret: LEX rep. 21 Corp. I 198. *dubium* VARRO sat. 544 attigit *an praesens.* b *perf.* attingi: PS. SALL. rep. 1, 4, 4 SEN. epist. 66, 8 PLIN. nat. 29, 65 FRONTO p. 211, 13 N. PAPIN. dig. 6, 1, 62 VLP. dig. 5, 3, 25, 13. 27, 5, 1, 9 CELS. dig. 41, 2, 18, 2 GLOSS. II 326, 10. 562, 40. IV 311, 45. *perf.* adtetigit: NOT. Tir. 35, 15. c *futur.* CATO frg. 58 p. 90 Iord. (PAVL. FEST. 26) attinge pro attingam. GLOSS. II 328, 42 adtigebo. *orthographica*: t *non geminatur* CORP. XV 6901. 6902 LEX rep. 24 Corp. I 198 *ibid.* 25. *nota scripturam* c *pro* g CORP. XV 6901 (*si recte traditur. cf.* PLAVT. Epid. 723 Truc. 276). *nec non* gg *pro* ng EPHEM. epigr. VII p. 300. [*francogall.* atteindre. *M.-L.*]

I *proprie de hominibus, item de rebus inter se tangentibus*: PLAVT. Asin. 385 censebam attigisse *fores.* Bacch. 915 attingas *lippum oculum.* Cas. 388. Most. 263 non istanc aetatem oportet pigmentum ullum attingere. 468 aedes ne attigatis. Persa 793 digito attigeris (TER. Eun. 740 PORC. LIC. carm. frg. 5. CIC. Cael. 28 *proverbialiter.* Tusc. 5, 55 AMBR. vid. 11, 70. *cf. Otto, Sprichwörter p. 115*). Rud. 721. 759. 762 attigeris ostium. 776. 793. TRAG. inc. 111 mento summam aquam attingens (APVL. met. 1, 19 labiis rorem). VARRO sat. 245. CIC. Verr. 4, 175 neque attigi neque aspexi. 5, 99 *sacra* manibus attingi *nefas* (FEST. 242 OV. fast. 6, 621 QVINT. decl. 369 p. 405 HIER. epist. 22, 23). rep. 1, 23 sol ... lunam ... lumine ... posset attingere (SEN. nat. 5, 11, 1 auram. PLIN. nat. 28, 46 HYG. fab. 36 p. 67) 2, 52 mali causam tamquam virgula ... attingere. 3, 15 spiculo ... attingere. 6, 16 *imperio nostro* quasi punctum *terrae* attingimus. Tim. 17 *globi* omnis extremitas paribus a medio radiis attingitur. 49 contrariis partibus oculorum contrarias partes attingunt. nat. deor. 1, 88 *coniunctum* videre (APVL. Plat. 1, 9 apol. 55). 1, 104. 2, 48 numquam eruditum illum pulverem attigistis (*more mathematicorum*). div. 1, 46 *sanguis* terram attigisset. off. 1, 157 nisi ea virtus quae constat ... ex societate generis humani, attingat cognitionem rerum, solivaga cognitio *est* (*in imag. cf.* SEN. epist. 66, 8). Att. 2, 1, 7 caelum ... attingere (ANTH. 417, 3 *de pyramidibus.* VVLG. sap. 18, 16 usque ad caelum. PS. SALL. rep. 1, 7, 5 divina. HOR. epist. 1, 17, 34 solium Iovis. SEN. Thy. 886 polum). 13, 33, 4. LVCR. 4, 623 corpora suci suaviter attingunt *linguam.* CAES. Gall. 2, 32, 1 murum aries attigisset. SALL. or. Phil. 12 fulmen ... attingat. NEP. Eum. 5, 5 VERG. georg. 3, 562. Aen. 4, 568 attigerit ... Aurora morantem. 9, 555. PROP. 1, 9, 29 manus attigit ossa. LIV. 3, 19, 8 attingere arma. 30, 12, 13 genua ... attingere, dexteram (45, 7, 5 VAL. MAX. 6, 9 ext. 7 SEN. Med. 247. PLIN. nat. 11, 251 mentum). GRATT. 440 PAVL. FEST. 12. 193 attactum ... de caelo (*ibid.* 333 CORP. VI 2107. *cf. Henzen, act. arv. p. 142*). VAL. MAX. 2, 1, 5 *matronae* corpus ... adtingere (QVINT. decl. 359 p. 391). CELS. 2, 10 nervum scalpellus attingit. 6, 8 *caruncula* attingi non debet (*i. per chirurgiam sanari. cf.* 7, 8. 7, 32). 7, 12, 1. 7, 19. 7, 26, 2. SEN. nat. 2, 24, 2 *arborum* cacumina ... terram ... adtingant (Phaedr. 1223). 3, 20, 3 pulvis si aquam adtigit saxum est (PLIN. nat. 35, 167). CVET. 4, 3, 26. COLVM. 2, 11, 3 agricola post sementem ... segetem non attingit (2, 11, 4). MELA 1, 39. AETNA 634 erubuere ... iuvenes attingere flammae (SVLP. SEV. epist. 1, 5 p. 139, 9). PERS. 3, 108 pedes attinge (*de medico. cf.* TAC. ann. 6, 50 pulsum venarum. GELL. 18, 10, 4). PLIN. nat. 2, 235 *limus* cum quid attigit solidi adhaeret. 8, 5. 8, 165. 10, 95. 11, 146 *oculos* cum exosculamur animum ipsum videmur attingere. 13, 37 ferro attingunt *palmas.* 17, 200 oleam ... falce. 20, 29 cavendum ... ne *radix* terram adtingat *medica futura* (*similia saepissime apud* PLIN. *cf. ex. gr.* 20, 38. 21, 147. 23, 138. 28, 41). 24, 68. 24, 149. 28, 43 virgo dextro pollice attingat. 28, 57 osculo attingat. 30, 32 manibus (30, 76). 31, 44 terram adtingente mento. 32, 14. SIL. 11, 148 attactum telis. STAT. silv. 2, 1, 121 infausta Lachesis cunabula dextra attigit. QVINT. inst. 1, 2, 7 PLIN. paneg. 43 SVET. Aug. 5. ITALA II Cor. 6, 17 (Tert. pudic. 15) immundum ne attigeritis (VVLG. tetigeritis). SOL. 40, 11 ardor quicquid attigerit. HIER. in Am. 3, 7 p. 329 Vall. SVLP. SEV. Mart. 17, 7 p. 127. COD. Iust. 12, 53, 1 attingere purpuram venerarique.

speciatim: 1 *surripiendi causa*: PLAVT. Aul. 754 non attactam oportuit *aulam.* TER. Ad. 178. CIC. Verr. 1, 48 *coni.* violare (5, 112). 3, 113 nihil ex sacro, nihil de publico attingeres. 5, 7 *syn.* tollere. 5, 122 agr. 2, 81. Flacc. 89 *hereditatem* (fin. 2, 55 Att. 6, 9, 2 VLP. dig. 29, 2, 40). Phil. 8, 27 pecuniam publicam attigit. epist. 13, 8, 3 NEP. Thras. 2, 6. VAL. MAX. 4, 3, 5 nihil ... ex praeda (PLIN. nat. 16, 185). MELA 2, 1. 3, 62. HERM. Pal. sim. 1, 11 nolite ... adtingere alienum. 2 *cum vi, hostiliter, sim.*: QVINT. inst. 8, 4, 1 cum qui pulsavit attigisse ... dicimus. PLAVT. Asin. 373 Bacch. 440. 445. Cas. 913 calamitas ... attigerat *holus.* Men. 857 Persa 816 TER. Phorm. 438 PACVV. trag. 228. CIC. Verr. 3, 168 quis *Verrem* attingere audeat (*latiore sensu*). Pis. 75 *syn.* confligere. rep. 4, 11 quem *comoedia* non attigit ... vexavit? (AVG. civ. 2, 9). Tim. 16 morbus *mundum* posset aut senectus attingere. epist. 3, 10, 10 me ... invidia attingeret. 14, 1, 3 pestilentia. SALL. Iug. 101, 4 *Sullam* primum hostes attigerant. LIV. 8, 29, 4 si Vestinus attingeretur *bello.* 27, 11, 13 quos ea infamia attingeret. AETNA 644 nec ... iuvenes attingunt ... fata. SVET. Nero 38. FRONTO p. 227, 20 N. se attingi iniuria. HIER. epist. 102, 2 *libros tuos* attingere, *syn.* carpere. VITA Caes. Arel. 1, 2 p. 457 scolasticorum aures ... attingere (*i. violare*).
3 *veneris causa*: PLAVT. Bacch. 471 ubi quemque attigit *meretrix* (Truc. 228). Mil. 472 Truc. 276 TER. Andr. 789. Phorm. 1018 *de coitu* (Hec. 136 CATVLL. 67, 20. 89, 5. 97, 11 SEN. contr. 1, 2, 2 PLIN. nat. 9, 165 SVLP. APOLL. Ter. Hec. 5). TVRPIL. com. 106 TIB. 1, 6, 53. PROP. 1, 19, 9 attingere gaudia palmis. OV. ars 2, 630. 2, 701 Venerem attingere seram. STAT. Theb. 7, 758 toris ... attingere.
4 *vescendi causa*: CIC. S. Rosc. 71 VERG. ecl. 5, 26. Aen. 1, 737 prima ... summo tenus attigit ore (GLOSS. Verg. IV 465, 47). SEN. nat. 3, 18, 2 MELA 3, 58. LVCAN. 3, 348 foeda ... contingi maculato attingere morsu. PLIN. nat. 1, 21, 46. 2, 156 defunctos non volucris non fera attingeret (PS. QVINT. decl. 12, 14 IVV. sat. 8, 252). 8, 29. 8, 186. 8, 229. 10, 60. 11, 72. 11, 192. 11, 196. 21, 71. SIL. 13, 494 anus attigit ore ... cruorem (AVSON. 455, 2). TAC. ann. 4, 54 attingere cibos (PLIN. paneg. 49 TERT. ieiun. 16 p. 295, 8). GELL. 10, 15, 19.

II *sensum, animum attingere*: PLAVT. Bacch. 196 quod ab illo attigisset nuntius *me*, id ... redderem. Cist. 382 ventus nares attigit. Merc. 20 elegantia ... quemque attigit. Stich. 178 paupertas. VARRO frg. Non. 263 mi attigit auris nuntius (SIL. 13, 153 CLAVD. 26, 412). CIC. carm. frg. 41 *mortalem* attingit dolor (Tusc. 3, 59 fin. 3, 16 OV. fast. 3, 201). part. 20 sensus attingitur. leg. 2, 3 me ... causa delectat quae te non attingit. ac. 2, 101. Tusc. 3, 61 eos ... attingat aegritudo. 4, 39 error ... sapientis. 5, 17. nat. deor. 1, 22

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

labor non attingit deum (3, 38). Att. 9, 11a, 2 cura te. MANIL. 1, 326 quod attigerat cantu *Orpheus*. VAL. MAX. 8, 12 ext. 1 pectus . . . cogitatio attigit. SEN. Phoen. 203 culpa. PLIN. nat. 37, 125 *oculos fulgor*. AVG. civ. 14, 23. 19, 5.

III *confinem esse, adiacere*: GLOSS. II 23, 5 attingit συνεχόρησεν. RHET. Her. 2, 7 loci adtingant. CIC. Pis. 38 Macedoniam . . . barbarorum gentes attingunt. Arat. frg. 11 *de sideribus finitimis* (nat. deor. 2, 108 VITR. 9, 4, 3. 9, 5, 3 PLIN. nat. 2, 143). nat. deor. 2, 135 *stomachus* tosillas attingens. epist. 15, 4, 4 Att. 5, 20, 2 CAES. Gall. 1, 1, 5. 2, 15, 3. 6, 25, 3 SALL. Iug. 16, 5 MELA 1, 10. 1, 14. 1, 20 *Africa* qua ad fluvium adtingit. 1, 24 *litora* mare attingunt (2, 117). 1, 90. 1, 106. 2, 4 *urbem* duo flumina . . . adtingunt (2, 7. 2, 61. 2, 66. 2, 81. 2, 90 AVIEN. orb. terr. 3, 910). 2, 37. 2, 48 (PLIN. nat. 4, 23). 2, 73. 2, 74. 2, 123 (PLIN. nat. 3, 83). 3, 31 *mare* litora adtingit (PLIN. nat. 4, 51). 3, 46. 3, 74 PLIN. nat. 3, 13. 5, 43. 5, 65. 5, 66. 5, 145. 5, 147. 6, 17. 6, 76. 8, 122 *chamaeleon* reddit . . . semper quemcumque proxime attingit *colorem*. 17, 146 *harundo* deplantata . . . ut tertius nodus terram attingat (17, 160). CORP. IX 5438 collegia quae attingunt eidem foro. HYG. grom. p. 117, 2 qui ad ea *loca* attingunt finibus suis. APVL. mund. 3 AVIEN. orb. terr. 3, 313. 3, 459.

proprie (*in imagine et iöculariter apud* PLAVT., *v. Otto, Sprichwörter p. 45. cf.* tondeo): PLAVT. Bacch. 1095 is me scelus auro usque attondit dolis doctis indoctum. 1125 at pol nitent, haud sordidae videntur ambae. :: attonsae hae quidem ambae usque sunt. Capt. 268 sed utrum strictimne adtonsurum dicam esse an per pectinem, nescio; verum, si frugist, usque admutilabit probe. Epid. 311 quod pol ego metuo si senex resciverit, ne ulmos parasitos faciat, quae usque attondeant. VERG. ecl. 10, 7 dum tenera attondent simae virgulta capellae (SCHOL. Medic. *ad l.* adtondent pascuntur, *item* PHILARG. *ad l.*). georg. 2, 407 curvo Saturni dente relictam persequitur vitem attondens (PAVLA Hier. epist. 46, 11 curva adtondens vitem falce vinitor. *cf.* PLIN. nat. 17, 226 *infra l. 13*). catal. 10, 9 bidente dicit attodisse (*sic recte B, v. supra p. 1153, 72*) forcipe comata colla. CELS. 4, 6 neque inutile erit caput adtonsum habere. 6, 7, 7 si capitis gravitas manet, attondendum idem et ... perfricandum est (SCRIB. LARG. 10 prodest, cum diu caput dolet, adtondere ad cutem et radere et ... fricare. MARC. med. 1, 10 adtonderi pressius et adradi prodest). LVCAN. 4, 413 attonso miseris iam dentibus arvo (6, 84 belliger attonsis sonipes defessus in arvis. AVSON. Mos. 203 stringunt attonsis pubentia germina pratis. PS. RVFIN. Ios. bell. Iud. 7, 1 attonsis omnibus circum oppidum locis). PLIN. nat. 17, 226 aegrotant et cum alsere, laesis uredine attonsarum *vitium* oculis. APVL. met. 3, 17 conspicio quendam forficulis adtondentem caprinos utres. VEG. mulom. 2, 28, 36 si bicomis fuerit ..., mediae cervicis setas aequaliter oportet attondi. SCHOL. Iuv. 4, 103 barbam ... adtonsam (*opp.* propexam). HIER. epist. 64, 3 vestimenta ... sunt ... de adtonsae ovis confecta velleribus (*cf.* PLIN. med. epist. 3 ed. Helmreich p. 14, 24 lana sucida ea bona est, quae de ovis collo fuerit adtonsa). HIER. in Ezech. 7, 24 p. 281 Vall. nihil ... facietis, quod solet in luctu fieri ... non attondebitis nec nudis incedetis pedibus nec plangetis. vir. ill. 2 Iacobus numquam adtonsus est nec unctus est unguento. reg. Pachom. 96 nemo attondeat caput absque maioris arbitrio. VVLG. lev. 19, 27 neque in rotundum attondebitis comam nec radetis barbam. Ier. 9, 26 super omnes, qui attonsi sunt in comam (*περικειρόμενον, sim.* 25, 23. 49, 32). Ezech. 44, 20 caput ... non radent neque comam nutrient, sed tondentes attondent capita sua (*aliter* LXX). Nah. 1, 12 sic quoque attondentur et pertransibit (*sic etiam* HIER. in Nah. 1 p. 545 Vall., *aliter* LXX). *translate*: CIC. carm. frg. 49 (Tusc. 5, 49) consiliis nostris laus est attonsa Laconum. *cf.* HIER. in Mich. 1, 2 p. 450 Vall. gloria ... filiae Israel decalvata est et attonsa super filiis quondam delicatissimis. *Ihm.*

attonitē *v.* attonitus.

attonitus (adt-), -a, -um [*cf. c.* ad *et c.* tonare. *Th.*] *v.* NOT. Tir. 72, 25. GLOSS. *ἐμβρόντητος, ἐνβροντηθείς, κεραυνόβλητος, ἔμπληκτος.* attoniti *ἔκπληκτοι.* II 22, 44 attonit[r]us *ἐνβροντηθείς, ἐκρηγιαριους* (*ἐκροθιασθείς in marg. edit. Steph., ἐκραγείς, ἄνους Heraldus, ἐκπληγιάριος Heraeus*). *a pedestris sermonis scriptoribus adamatum inde a* LIV. (*16^ies^.* SALL. hist. frg. *semel*), *poetis inde a* VERG. (*10^ies^,* OV. *42^ies^*). *deest apud* PROP. (*singulis locis* HOR. TIB.) GRATT. MANIL. VITR. VELL. PHAEDR. SCRIB. LARG. MELAM ASCON. PERS. *cf.* attono.

I ***proprie*:** SERV. Aen. 3, 172 attonitus ... est stupefactus; nam proprie attonitus dicitur, cui casus vicini fulminis et sonitus tonitruum dant stuporem. 4, 282 fulmina ... attonitos faciunt; attonitus enim est proprie, iuxta quem fulmen cadit. 5, 529. SCHOL. Stat. Theb. 10, 770 attoniti ... dicuntur, quos fragor tonitrui in unum locum defixit, quos Graeci vocant *ἐμβροντήτους*, hoc est stupentes. ISID. orig. 10, 19 attonitus veluti furore quodam instinctus ac stupefactus; dictus autem attonitus a tonitruorum strepitu, quasi tonitruo stupefactus et vicino fulgori aut attactui (fulgore aut a tactu *vel sim. trad.*) proximus. GLOSS. IV 428, 11 adtonitus autem est fulmine (-is *trad.*) ictus. V 45, 4 fulmine tactus. AETNA 59 densa per attonitas rumpuntur flumina (*i. imbres*) nubes. CELS. 3, 26 attonitos quoque raro videmus, quorum et corpus et mens stupet. fit interdum ictu fulminis, interdum morbo; *ἀποπληξίαν* hunc Graeci appellant. SEN. nat. 2, 27, 3 quidam ... vivi stupent et in totum sibi excidunt, quos vocamus adtonitos, quorum mentem sonus ille caelestis loco pepulit. epist. 19, 9 *v. sub* attono. CVRT. 8, 4, 4 passim cadentium fulminum species visebatur attonitisque auribus stupens agmen. VAL. FL. 3, 209 Vesvius attonitas acer ... suscitat urbes. IVV. 4, 12, 21 cum se quisque illo (*subito igni*) percussum crederet et mox attonitus ... putaret. *in imagine*: PETRON. 101 intremui post hoc fulmen attonitus. STAT. silv. 3, 3, 158 attonitum et venturi fulminis ictus horrentem.

II ***translate*:** GLOSS. IV 481, 34 adtonitus intentus vel stupore diffusus (defusus *trad.*). ALBIN. gramm. VII 297, 22 attonitus ... est intentus vel stupore diffusus.

1 *i. q. stupefactus, perterritus, amens*: GLOSS. adtonitus stupefactus, stupore defixus, stuporatus (stuper- *trad.*), mente perculsus. *v.* SERV. *supra l. 44 et* SCHOL. Stat. *l. 48.* *absolute vel abl. instr., rarius praepos. additis* (ad: SIL. QVINT. SVET. AMBR.; in *c. abl.*: STAT., ob: FRONTIN., in *c. acc.*: APVL., super: VVLG.). SIL. *singulis locis genet. vel accus. graec. adposuit.* *de hominibus vel deis*: *addito ablat., sim.*: SALL. hist. frg. 1, 136 quasi formidine attonitus (OV. met. 4, 802 attonitos formidine ... hostes. 15, 153 genus attonitum gelidae formidine mortis. SIL. 17, 507 attonitum subita formidine vulgus). VERG. georg. 2, 508 hic stupet attonitus rostris. Aen. 3, 172 talibus attonitus visis et voce deorum (SIL. 10, 369 attonitum visis maioraque bella paventem. HOMER. 131). 4, 282 attonitus tanto monitu imperioque deorum (VAL FL. 7, 101 dictis. STAT. Theb. 7, 452. 3, 253 iussis). 5, 659 attonitae monstris *matres* (OV. met. 14, 412 fast. 4, 304). 12, 610 coniugis at-

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

tonitus fatis urbisque ruina (*cf.* ARVS. gramm. VII 455,18). OV. met. 7,614 attonitus tanto miserarum turbine rerum (LVCAN. 8,17 vertigine rerum). 8,681 attoniti novitate pavent (11,127 SIL. 12,367 LIV. 1,47,9 SEN. apocol. 14. PETRON. 136 confusus ....et novitate facinoris attonitus. TAC. hist. 3,13 re nova). 8,777 attonitae dryades damno nemorumque suoque. 9,409 attonitusque malis (LIV. 40,15, 14 attonitus repentino atque inopinato malo. CVRT. 9,9,11 FLOR. 1,28,13 AMM. 19,3,3). 9,574 attonitus subita ... ira. 10,154 inconcessis ... puellas ignibus attonitas (SEN. contr. 10,3,10 insano flagrans amore et attonita *mulier*. FRONTO p. 20,1 N. facto hoc stupidum et attonitum ardente amore tuo reddidisti). fast. 2,341 attonitus ... metu (LIV. 10,41,4 VAL. MAX. 5,5,3 CVRT. 5,12,13. 9,3,1 LVCAN. 7,134 AMM. 18,10,2. 31,8,7. LIV. 7,36,10 pavore. 44,10,1 PLIN. nat. 8,56 VAL. FL. 5,16. OROS. hist. 5,18,20 timore). 6,244 leto consulis omnes attoniti. EPICED. Drusi 85 attonitum fraterna morte Neronem (*cf.* ENNOD. carm. 2,86,4). LIV. 2,12,13 prope attonitus miraculo rex (5,46,3. 22,17,5 TAC. hist. 4,49). 5,14,5 religione etiam attoniti. 28,35,8 prope attonitus ipso congressu. 30,30,2 admiratione mutua prope attoniti (OROS. hist. 4,19,2 PETRON. 63). 39,15,9 strepitibus clamoribusque nocturnis attoniti. SEN. contr. 2, 5,8 desiderio viri attonita. VAL. MAX. 9,9,2 inopinato iacentis ducis spectaculo attonitus (3,2,16. SIL. 4,468 attonitae tanta ad spectacula turmae). OCTAVIA 35 fulgore primo captus et facili bono (facie nova *coni. Bücheler et Leo*) fallacis aulae quisquis attonitus stupet. CVRT. 4,13,17 insolito circa praetorium silentio attoniti. 5,9,13 attonitus maestitia simul et desperatione (*cf.* AVG. conf. 9,11 maerore). 6,9,32 sive conscientia sceleris sive periculi magnitudine amens et attonitus. COLVM. 1 praef. 31 pulchritudine Iovis Olympii ... attonitos. LVCAN. 1,616 palluit attonitus sacris feralibus Arruns. 3,98 urbem attonitam terrore. 3,714 stat lumine rapto attonitus (*cf.* 7,340). 8,780 ille ordine rupto funeris attonitus. VAL. FL. 6,534 hac ... attonitos facie. 6,590 te quoque tali attonitam virtute reor. SIL. 5,389 attonitis inopino turbine Poenis. 12,252 nudos attonitus stupet ad vultus. 16,426 spe tanta. HOMER. 686 discrimine tanto. STAT. Theb. 2,447 attoniti nostro in discrimine cives. 10,853 attoniti fatorum in cardine summo. Ach. 1,890 attonitum factis inopinaque monstra paventem. MART. 5,3,3 laetus et attonitus viso modo praeside mundi. QVINT. decl. 351 p. 381,13 ad nuntium tam atrocis rei attonito universo senatu. FRONTIN. strat. 1,12,1 ob hoc attonitos milites. SVET. Cal. 6 ad primam famam valitudinis attonita et maesta. APVL. met. 1,8 in stuporem attonitus. 2,13 attonitus [et] repentinae visionis stupore. 3,22 exterminatus animi, attonitus in amentiam. IVST. 31,8,7 adtonita tam ambiguo periculo legio (*cf.* CLAVD. 26,4). AMM. 23,5,3 populo venustate attonito. 30,3,2 attonitus cogitationibus anxiis. AMBR. Noe 7,19 adtonitos aut vocis alicuius aut tumultus sono expavescere. hex. 6, 9,62 quis non ad omnem fortioris sonum vocis adtonitus redderetur? HIER. epist. 130,5 mater gaudio stabat adtonita. VVLG. Ezech. 26,16 attoniti super repentino casu tuo. CLAVD. 36,165 attonitus stabulo ceu pastor inani. OROS. hist. 4,6,11 attonitam repentino luctu Carthaginem. 7,39,4 attonitum barbarum magnitudine, pondere, pulchritudine, ignota etiam vasorum qualitate.

absolute: OV. met. 5,510 attonitae...diu similis fuit (SEN. nat. 6,29,1 insanis adtonitisque similes. CVRT. 6,7,3. 6,9,2 attonito stupentique similis. 7,7,26 exanguis attonitoque similis. 8,2,3 SVET. Claud. 37). 12,498 fecerat attonitos nova res (LVCAN. 3,415 facit ... pallor [*sc. simulacrorum*] attonitos. *cf.* SCHOL. Web. *ad h. l.; aliter explicant* COMM. Bern. deos horrendos, tristiores, timendos. *cf. infra p. 1157,10.* 6,131 pavor attonitos confecerat hostes. *v. supra l. 10 sq. et l. 46 sq.*). epist. 15,136 met. 2,463. 6,600. 12,135. 15,326 fast. 6,441. 6,598 attonitum volgus. trist. 1,5,3. 3,9,18 pallor in attonitae virginis ore fuit. 5,4,37. Pont. 1,6,12 fuit attonito mens mihi nulla diu. 3,6,47 pavor attonito rationis ademerat usum. Ib. 453. LIV. 7,17,3 velut lymphati et attoniti. 10,29,7. SEN. contr. 7, 7(22),15 amentem et attonitum (*inde* contr. exc. 7,7 *cf.* PS. QVINT. decl. 17,18). 1,7,16 advocavit vires suas tanto ... impetu, ut attonitos homines tenuerit. SEN. Tro. 1136 terror attonitos tenet utrosque populos. epist. 110,5 vana sunt ista, quae nos movent, quae attonitos habent. IVV. 5,13,194 quos diri conscia facti mens habet attonitos (*cf.* VAL. MAX. *p. 1156,60*). SEN. contr. 9,1,3 egit me attonitum dolor. GERM. 35. 132 attonitos linquens populos graviora paventes. 559 LVCAN. 4,474. VAL. MAX. 1,7 ext. 1. 2,10,6 attonitus inde ac tremens fugit (*cf.* SEN. epist. 94,73). 7,4,5 *Contrebiam* ⟨in⟩opinatam et attonitam oppressit. SEN. Herc. f. 169. Tro. 736 matris ... maeror attonitae. Herc. O. 246 per Herculeos lares attonita fertur *Herculea coniunx* (*cf.* LVCAN. 1,676). 1024. 1926 ferit attonitos ungula *Centaurorum* manes. Phaedr. 729 Phoen. 433. Oed. 1005 attonita et furens *mater*. OCTAVIA 633 quo te furor provexit attonitum tuus. 699. SEN. dial. 12,15,5 exercitum non solum maestum, sed etiam attonitum (CVRT. 7,6,4 IVV. 4,11,199). epist. 90,43. 108,37 rector navigii attonitus et vomitans. 115,4 vocem verens atque attonitus emittat. CVRT. 5,6,13. 8,1,44 COLVM. 1 praef. 15 LVCAN. 2,32. 7,212 PETRON. 17. 19 excidit omnis constantia attonitis. 94 LAVS Pis. 55 VAL. FL. 2,193 *et* 454. 3,178. 259. 7,404. 8,132 [5,50 *v. sub* admoveo *IIA*]. SIL. 1,361. 2,222 praecipitat metus attonitos. 2,378 *et* 598. 4,28. 6,61. 6,556. 8,626. 9,145. 10,594. 12,191 *et* 546. 13,302 HOMER. 535 STAT. Theb. 2,330. 2,479. 683. 3,580. 4,90. 5,400 attonito (at toto *coni. Menke*) manifestus in agmine supra est Amphitryoniades. 5,541 *et* 622. 6,660. 7,118. 127. 465. 492. 8,113. 9,233. 10, 569 *et* 873. 12,13. 111. 278. 466. 708. Ach. 1,185 attonitae *Thetidi* varia oblectamina (*sic Paris.*, attonitam vario oblectamine *codd. cet.*) nectens *Chiron*. 1,283 *et* 531. 2,83 silv. 1,1,7. 1,2,31 *et* 82. 2,1,174. 5,2,48. 5,3,14 MART. 8,56,17. 11,90,5. 12,52,2 QVINT. inst. 11,3,73. PS. QVINT. decl. 10,17 nunc inquieta, nunc attonita mater est. IVV. 1,4,77 attonitae ... urbi. 1,4,146. 3,8,239. 5,15,13. TAC. hist. 2,29 circumspectare inter se attoniti (*cf.* SVLP. SEV. Mart. 12,4). 4,72. ann. 1,39 attonitaque magis quam quieta contione. PLIN. epist. 1,22,1. 6,20,7. paneg. 48 non alii (*corrupt.*, alienati *coni. C. F. W. Müller*) et attoniti ..., sed securi et hilares. 68 suspensi et attoniti parumque confisi. 76 defixi et attoniti. SVET. Iul. 28 Dom. 17. GELL. 5,1,6 consiluisse universos ... quasi attonitos et obstupidos. APVL. met. 2,2 sic attonitus, immo vero cruciabili desiderio stupidus. PASS. Perp. 17. COMM. apol. 241 fuit adtonitus Esau (*cf.* VVLG. gen. 27,34 consternatus). VOPISC. Aur. 24,6. LACT. inst. 4,19,7 *custodes* adtonitos obstupefecerat pavor. AMM. 14,7,13. 16,10,15. 26,7,15 CLAVD. 8,445. 15,83 attonitae iam proximus Hannibal urbi. 22,278. 26,371. carm. min. 30,175 attonitae ... Nymphae. PAVL. NOL. epist. 8,38 (*carm.*). AVG. civ. 22,8 adtonitis suspensisque omnibus. conf. 8,8. 9,7 civitate adtonita atque turbata. SVLP. SEV. dial. 3,4,1 MART. CAP. 5,425. OROS. hist. 4, 4,6 diu attoniti utrimque populi haesitavere. SIDON. epist. 2,13,6 laetum clientem quamquam et attonitum. ENNOD. opusc. 3 p. 389,22. p. 381,10 stabant mussitantes et adtoniti populi. CORIPP. Iustin. 3,47 CARM. epigr. 1762,4†.

de bestiis: OV. met. 11,20 attonitas ... voce canentis *Orphei* innumeras volucres. PLIN. nat. 11,137 capiuntur attoniti sono *delphini*. SIL. 2,195 attoniti terrore novo rictuque minaci quadrupedes. 6,231 anhelat attonitus serpentis equus. 14,246 attonitos caeli visus lucemque paventis ... equos. *cf. p. 1158,26.* AMBR. hex. 6,3,14 animantia ... rugientis eius (*leonis*) sonitu velut quadam vi adtonita atque icta. MEROB. Christ. 16 *v. infra p. 1157,20.* VERG. georg. 3,545 attoniti ... hydri. OV. ars 3,144 attonitas cum petit illa (*Diana*) feras. Ib. 578 ab attonitis excutiaris equis. VAL. MAX. 4,8,5 adtonitas paventesque decidisse *aves*. SEN. Phaedr. 1050 fugit attonitum pecus. LVCAN. 9,289 attonitae posuere *apes* fugam. SIL. 12,459 attonitae *tigridi*. STAT. Theb. 6,600 rapit attonitos *cervos* fuga caeca. 10,175 attoniti ... leones. MART. 8,55,3 attonitos ... tauros. CHIRON 244 attonitus difficiliter se iactabit. 286 rigido capite *iumentum* attonito.

de animo, mente, sensu, sim. eorumque sedibus (*sinu, pectore, corde*): VERG. Aen. 5,529 attonitis haesere animis. 7,814 *turba matrum* attonitis inhians animis (*cf.* GLOSS. IV 430,41 arrectis mentibus. CVRT. 8,2,7). TIB. 1,9,47 attonita laudes tibi mente canebam (SEN. Tro. 442. Oed. 329 inter tumultus mentis attonitae vagus. TAC. hist. 2,42 attonitas subito terrore mentes. ENNOD. opusc. 3 p. 345,25). OV. fast. 2,769 carpitur *Tarquinius* attonitos absentis imagine sensus (SIL. 8,657 et ore attonito sensuque simul *miles*. VEN. FORT. carm. 8,3,134). SEN. contr. 1,8,16 qua egregie attonitos patris adfectus exprimeret. OV. epist. 5,37 attoniti micuere sinus *Paridis*. ars 3,714 quis adtoniti pectoris ardor erat? (SEN. Phoen. 302. LVCAN. 5,760 attonito cesserunt pectore sensus. STAT. silv. 5,1,29). met. 11,709 attonito gemitus e corde trahuntur (SEN. Herc. O. 708).

de corporis partibus: OV. met. 3,40 attonitos subitus tremor occupat artus. fast. 3,864 ferit attonita pectora nuda manu. Pont. 2,3,90 gutta per attonitas ibat oborta genas. EPICED. Drusi 318 attonita quid petis ora manu? VAL. MAX. 3,3 ext. 4 multorum aures illa lingua ... admiratione sui adtonitas habuerat (SEN. Herc. O. 1129 fragor aures attonitas movet. *cf.* CVRT. 8,4,4 *sub I.* STAT. Theb. 1,590. 4,669. 7,227. 10,770 [SCHOL. timidis] CLAVD. 17,20 OREST. trag. 328). SEN. Med. 675 attonito gradu evasit *Medea* (OCTAVIA 436 gressu ... attonito. 778). VAL. FL. 8,21 attonito qualis pede prosilit Ino. SIL. 17,589 tendunt attonitos extrema ad litora cursus. PETRON. 82 attonito vultu efferatoque (VAL. FL. 3,532 attonitos ... vultus. 7,191 TAC. hist. 1,40. DON. Ter. Eun. 943 pavido et attonito vultu. AVG. serm. ed. Mai 75,4 vultus ... semper adtonitus et ad omne⟨m⟩ strepitum rumoremque suspensus). VAL. FL. 5,373 attonito ... pavor ore silentem exanimet. VVLG. prov. 16,30 attonitis oculis (στηρίζων δὲ ὀφθαλμούς) cogitat prava. Iob 15,12 quasi magna cogitans attonitos habes oculos. CLAVD. 24,70 quantum profueris ..., attonitis metire oculis. MART. CAP. 6,583 attonito spectans stellantia visu. CORIPP. Ioh. 3,57 attonitae vix prodit fabula linguae. CHIRON. 286 *v. supra l. 43.*

de rebus, quae poetice animantur: *cf. supra p. 1155,30 et 73, et sim.* VERG. Aen. 6,53 neque enim ante dehiscent attonitae (*sc. deo praesente*) magna ora domus (*cf.* GLOSS. IV 428,10 attonitae domus: divinae. SERV. *ad h. l.* attonitae stupendae, non stupentis, ergo attonitae facientis attonitos, ut mors pallida, tristis senecta; *cf. infra p. 1157,10.* SEN. Thy. 677 remugit saepe simulacris domus attonita magnis. LVCAN. 2,22 funere primo attonitae tacuere domus. CLAVD. 10,239 iucundior aer attonitam lustrare domum). VAL. FL.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

7,564 attoniti longissima Phasidis unda (CLAVD. 1,163 sic fluat attonitus Romana per oppida Ganges. 18,447 SIDON. carm. 2,74). SIL. 4,7 terrificis quatit *Fama* attonitas rumoribus arces. 7,417 Nereia turba attonitae *Capreae* propere refluunt ad limina nota. STAT. Theb. 6,685 attonitis quotiens avellitur astris solis opaca soror. 9,575 per attonitas curarum pondere noctes. MART. 8,30,4 attonito regnet in igne manus. CLAVD. 26,66 lamberet attonitas erectis anguibus Arctos *Typhoeus*. carm. min. 17,12 per omne metallum fusus in attonito palluit aere tremor.

de rebus stuporem efficientibus, ita ut attonitus *significet fere stupefaciens vel terribilis*: *cf.* SERV. *p. 1156, 80* COMM. Bern. *p. 1155, 58.* SEN. Oed. 568 graviore manes voce et attonita citat (SIL. 4,692 implevit chorus *Nympharum* attonitis ululatibus antra. STAT. Theb. 4,382 attonitis implet clamoribus urbem). Herc. f. 1219 nondum tumultu pectus attonito carens (Thy. 260 tumultus pectora attonitus quatit. LVCAN. 7,779 attonitos animi ... tumultus). dial. 5,3,6 rabies eius (*irae*) effrenata et adtonita. 5,1,5. OCTAVIA 785 quis iste mentes agitat attonitus furor? 759 terror ... in hostes redeat attonitus meos (PS. QVINT. decl. 10,17). LVCAN. 8,591 attonito ... metu nec ... spectare potest (STAT. Ach. 1,613 attonito stat turba metu. MEROB. Christ. 16 mater et attoniti pecudum sensere *Christum* timores). PLIN. nat. 29,28 *haec dicenda* contra attonitas quorundam persuasiones. SIL. 3,132 aegram ... levare attonitis mentem curis. PLIN. paneg. 38 recentem et attonitam orbitatem. TERT. adv. Marc. 3,18 in rebus tam attonitis (*cf.* adv. Iud. 10). fug. 1 ecclesia in attonito (*sc. tempore*) est. PANEG. 5,9 p. 138,10 viros attonita feritate trepidantes. MACR. sat. 1,20,13 *civitas Sarapin* cultu paene adtonitae venerationis observat. COD. Theod. 6,9,2 (*a. 380*) qui ex quaesturae honore ... attonito splendore viguerunt (*cf.* COD. Iust. 12,6,1).

speciatim vi divina attonitus, *i. q. gr.* ἔνθεος, ἐνθουσιάζων. VERG. Aen. 7,580 attonitae Baccho nemora avia matres insultant thiasis. IVV. 2,6,316 vino ... feruntur attonitae ... maenades. HOR. carm. 3,19,14 ternos ter cyathos attonitus petet. STAT. silv. 5,1,116 cui ... Bacchus et attonitae tribuit vexilla catervae. VAL. FL. 7,635 attonitos maestae Phrygas annua Matris ira lacerat. CVRT. 8,6,16 mulier attonitae, ut creditum est, mentis. OV. ars 1,538 adtonita tympana pulsa manu. trist. 5,3,38 tibi cum bacchis satyrorum gnava iuventus assit et attonito non taceare sono. *cf.* OV. epist. 4,50 *sub* attono *p. 1158, 46.*

2 *i. q. intentus, arrectus, attentus, quia* attonitus *prae metu cautus solet esse.* GLOSS. intentus, arrectus, sollicitus, suspensus. adtonitis intentis. III 177,42 προσέχων. *adduntur praepos.* (ad, pro, in *c. acc. vel abl.*, de, circa) *vel dativ. vel ablat. cf. sub 1 locos, ubi praep.* ad *vel* in *apponuntur.* SEN. epist. 72,8 ad rapinam alterius *rei* erecti et adtoniti. 118,3 omnes *candidati* attoniti vocem praeconis exspectent. PLIN. nat. 25,13 adeoque ad haec attonita antiquitas fuit, ut adfirmaverit etiam incredibilia dictu. 30,13 Britannia hodieque eam (*artem magicam*) adtonita (-nite *pars codd.*) celebrat. IVV. 5,14,306 attonitus pro electro signisque suis. APVL. met. 2,26 insperato lucro diffusus in gaudium et in aureos refulgentes ... attonitus. 4,22 huic me operi attonitum clara lux oppressit (*cf.* MAR. VICT. aleth. 3,519). 9,12 familiari curiositate attonitus. 10,35 tota familia ... voluptario spectaculo adtonita. 11,14 sacerdos vultu geniali et hercules inhumano (perhumano F^2) in aspectum meum attonitus. 11,20 anxius et in proventum prosperiorem attonitus. TERT. spect. 25 pudicitiam ediscet attonitus in mimos. apol. 21 homines multitudini tot numinum demerendorum attonitos. NOVATIAN. cib. Iud. 5 in has voluptates attonitus *deus*, ut nostris gaudeat cibis. CAPITOL. Opil. 3,1 adtonitis omnibus Antonini nomen ... edidit vates. PASS. Perp. 10 adspicio populum ingentem attonitum (ἀποβλέποντα τῇ θεωρίᾳ σφόδρα). DAMAS. (?) epigr. 20,2 sedulus, attonitus (saeculus atonitus *trad.*) legis praecepta secutus. AMM. 14,10,6 imperator cogitationibus magnis attonitus, quid capesseret, ambigebat. CASSIAN. conl. 10,14,3 abbas Isaac adtonitis nobis secundam conlationem ... digessit. AVELL. p. 131,5 Christiana plebs in defensione religionis adtonita. p. 220,18 ut tolerando rerum transeuntium vastitatem magis esse debeamus adtoniti. PAVL. PETR. Mart. 2,515 miracula Christi attonitae expectant pendentia pectora plebis. ENNOD. opusc. 1 p. 272,21 dum de eventu adtonitae *mater et soror* vultus tui sidere pascerentur. opusc. 3 p. 352,20 *sacerdotes* adtonitos de advenientibus inquisitio profunda sollicitat. CASSIOD. var. 11,3,4 estote circa eos, quos destinamus, attoniti (attenti *pars codd.*). GREG. TVR. vit. patr. 17,3 p. 730,18 praestolabatur ... diaconus rem promissam attonitus, quod (quam *v. l.*) postea est expertus. VEN. FORT. carm. 8,3,186 attoniti ... silent rege loquente patres (*cf.* CORIPP. Ioh. 8,210). CORIPP. Ioh. 4,405 hortatur ... rector ... cohortes attonitas. CARM. epigr. 108,10 attonitus capita nunc versorum inspice. INSCR. christ. Rossi II p. 123,8 v. 13 adtonitum patriae sollers ... cura manebat. OREST. trag. 161 quid nuntia portent, auribus attonitis lascivus quaerit Egistus. CORIPP. Ioh. 2,437 attonita sonitus explorat *miles* ... aure. BENED. reg. praef. adtonitis auribus audiamus. *cf. supra p. 1156, 60 sqq.* LVCAN. 5,476 Caesaris attonitam miscenda ad proelia mentem (*v.* SCHOL. Web. *ad h. l.*). IVV. 3,7,67 magnae mentis opus nec de lodice paranda attonitae. PS. CYPR. pudic. 12 animus propensus ad fidem et mens attonita ad sacram religionem. CASSIAN. conl. 9,30,2 in qua (*caelesti sublimitate*) adtonita mens ... debet esse defixa. 12,4,3 somnus ... adtonita atque suspecta mente capiatur. CORIPP. Ioh. 8,135 coeperat attonita restringere mente furores (*militum*). ENNOD. opusc. 3 p. 364,21 adtonita de voluntate eius corda pavor artabat. *cf. supra p. 1156, 44 sqq.* TERT. idol. 24 inter haec vada ... fides navigat, tuta si cauta, secura si attonita. praescr. 43 diligentia adtonita et cura sollicita. CASSIAN. conl. 11,13,1 in omnibus ... verbis adtonita semper pietate distenditur, ne. 12,1,1 adtonita ad discendum vestrae mentis intentio. 12,13,2 horumque omnium adtonita consideratione flammatus. 19,6,4 adtonita anima ac spiritalibus theoriis semper intenta.

synonyma: *ad I*: tonitruo stupefactus, (fulminatus), fulmine ictus *vel* tactus. *ad II 1*: amens, confusus, consternatus, defixus *vel* diffusus stupore, effrenatus, exanguis, exterminatus animi, (exterritus), furens, horrens, ictus, insanus, instinctus furore, lymphatus, maestus, obstupidus, pavens, pavidus, perculsus, (perterritus), stupefactus, stupens, stupidus, stuporatus, suspensus, (territus), tremens, trepidus. (entheus, dei *vel* deo plenus). *ad II 2*: arrectus, attentus, cautus, erectus, intentus, propensus, sedulus, sollicitus, suspectus. *opposita*: *ad II*: confisus, hilaris, securus.

adv. **attonitē**. *ad II 1*: CHIRON 361 in obliquo tensis oculis attonite respiciet. *ad II 2*: CASSIAN. conl. 13,1 hanc ... quaestionem adtonite volventibus nobis. CASSIOD. var. 5,39,7 vos attonite iubemus exquirere (PLIN. nat. 30,13 *v. sub* attonitus *p. 1157, 48*). *Münscher.*

Attonitus *nomen equi.* CORP. VIII 12504, 1, 12 (*Carthagine*) Atonitus.

Attonius *nom. gent. barbaricum, cf.* Atto, Attu; *sed vide etiam* Atonius. CORP. III 4031 (*in Pannon. sup.*) ⟨M.⟩ At⟨t⟩onius ⟨Ru⟩finus proc. p(rovinciae) P(annoniae) s(uperioris). 5569 (*in Norico*) L. Attonio Adnamato aedilic. 5797 (*in Raetia*) Sext. Attonius Probus Privatus cives Trever. 6570. 14115,39. XIII 1837 (*Luguduni*) Attoni Constantis vet. leg. ? 2018 (*ibid.*) M. Attoni Restituti civis Triboci, *cuius filii* M. Attonius Respectinus, M. Attonius Germanus. *scriptum* Matt- *sine punctis.* 5279 (*Augustae Rauricorum*) M. Attonio Aproniano. 6175 (*in Germania sup.*) Attonia Selma Nicco Attonis f. 6266 (*ibid.*) Attonius Lucanu⟨s⟩. 6480 (*ibid.*) Attonius Senecianus. 7281 (*ibid., a. 236*) Attonius Asclepius *hastifer civitatis Mattiacorum.* VII 420 Attonius Quintianus. *Otto.*

attono (adt-), -tonui, -tonitum, -āre. [attono *verbum a participio* attonitus *tractum esse videtur. Th.*] attono *semel* MAECEN. κακοζήλως, attonui OV. *bis, ceterum formae participiales, i.* attonitus. *proprie*: MAECEN. apud Sen. epist. 19,9 dictum Maecenatis vera in ipso eculeo elocuti: ipsa enim altitudo attonat summa. si quaeris, in quo libro dixerit: in eo, qui Prometheus inscribitur. hoc voluit dicere: attonita habet summa. *translate, i. q. stupefacere*: OV. epist. 4,50 quas semideae dryades Faunique bicornes numine contactas attonuere suo (*cf.* attonitus *p. 1157, 30*). ars 2,296 attonitum (*sc. te*) forma fac putet esse sua. met. 1,202 attonitum tanto subito terrore ruinae humanum genus est. 3,532 quis furor ... vestras attonuit mentes? 7,426 genitor ... attonitus tamen est ingens discrimine parvo committi potuisse nefas. fast. 4,455 attonita est plangore Ceres. LIV. 3,68,13 belli terrorem, quo nunc vos attoniti estis. 38,46,4 recenti ruina Hannibalis ... prope attoniti erant. STAT. Theb. 1,125 protinus attoniti fratrum sub pectore motus (*sc. sunt*). QVINT. decl. 351 p. 381,17 qui attoniti erant. HEGES. 1,43,5 consopita erat tamen atque attonita (κεκάρωτο) mulier, quia ex alto deciderat loco.

synonyma: *propr.*: (fulminare), fulmine icere *vel* tangere. *transl.*: consopire, (percellere, perterrere, perturbare, stupefacere, terrere). *Münscher.*

attōnsio, -ōnis *f. ab* attondere. HIER. in Mich. 1,2 p. 450 Vall. gloria ... filiae Israel decalvata est et attonsa super filiis quondam delicatissimis, et si quid deinceps renatum pilorum fuit, alia deinceps rasura et attonsione truncatum est. PS. RVFIN. in Am. 2 (*ad* 7,4) cum omnino non sit ambiguum multo maiorem esse calamitatem, quam immissa operetur exustio, omni illa, quam germinum afferebat attonsio.

attōnsus *v. sub* attondeo.

attorqueo, -ēre *ab* ad *et* torquere. VERG. Aen. 9,52 iaculum attorquens (intorquens *M*, *ut* 10,323) emittit in auras.

? **attorreo**, -ēre. APIC. 4,136 nucleos pineos, nuces fractas et purgatas, attorrebis (*sic vulg.*, atorrebas *codd. opt.*) eas, teres cum melle. 7,275 atteritur *codd.*, attoretur *Hummelb.*, attoritur *Schuch.*

Attosa *v.* Atossa. *Ihm.*

attractio (adt-), -ōnis *f. ab* attraho, attractus. *actus attrahendi*: CAEL. AVR. acut. 1,3,37 raptus etiam vel attractio cooperimentorum a pedibus ad superiora. *actus contrahendi*: PALLAD. 5,4,3 efficitur, ne ea rugarum deformet adtractio. VINDIC. med. 35 *conceptus spiritus* sensualis viae occlusionem atque attractionem nervorum atque musculorum facit. *t. t. non est in usu grammaticorum antiquorum.* [VARRO ling. 5,6 *exhibent codd.* tractationem, tractionem, arctationem, *v. Spengelii adn.*]

attractīvus (adt-), -a, -um *ab* attractus. CASSIOD. anim. 6 p. 1291[D] prima *pars animae* est attractiva, rapiens de naturali,

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

quod sibi necessarium sentit. var. 10, 29, 4 quando interna plurima effusione mundantur, exteriora attractiva virtute libera fiunt.

attracto *v.* attrecto.

attractū *abl.* (adt-) *ab* attrahere. CYPR. GALL. iud. 665 *nervos* modico adtractu seu molli⟨a⟩ vellera rupit. DICT. 5, 11 ima rotis *equi Troiani* suspenderat, quo adtractu motus facilius foret.

attraho (adt-), -trāxī, -tractum (ā?), -ere *ab* ad *et* trahere. t *simplex legitur* CORP. IV 1261 (*Pompeis, graphio inscr.*). *verbum non invenitur ante* CIC., *apud hunc 6^ies^ plerumque cum synonymis coniunctum. deest apud* PVBLIL. LVCR. CAES. SALL. HOR. TIB. VITR. VELL. CVRT. PERS. QVINT. IVV. FLOR. *apud poetas rarum*: CATVLL. *uno loco*, VERG. *tribus*, PROP. *uno*, OV. *septem*, PHAEDR. *duobus*, MANIL. SEN. *singulis*, LVCAN. *duobus*, VAL. FL. SIL. MART. *singulis; neque frequens in oratione soluta*: PS. SALL. *semel*, LIV. *quater*, SEN. rhet. *ter*, VAL. MAX. *bis*, CELS. *17^ies^*, SEN. phil. *16^ies^*, COLVM. *8^ies^*, MELA *semel*, PETRON. *bis*, PLIN. nat. *ter*, FRONTIN. TAC. PLIN. Iun. *singulis locis*, SVET. *bis*, APVL. *9^ies^*. [*it.* attrarre, *francog.* attraire, *hisp.* atraer. *M.-L.*]

I *proprie*: **1** GLOSS. IV 404, 47 attrahit, ad se trahit. *rem*: CELS. 3, 22 p. 111 prodest . . . in ieiuno prendere per multas partes cutem et adtrahere (*cf.* COLVM. 6, 13, 3). 5, 26, 23 p. 191 si . . . vulnus . . . hiat . . . neque in unum orae facile attrahuntur, sutura aliena est. *cf.* 5, 26, 24. 7, 7, 4 p. 274 deinde invicem modo remittere, modo adtrahere *linum*. *cf.* 7, 7, 8 p. 277. 7, 9 p. 285 (*ibid.* adducere). 7, 14 p. 291. 7, 26, 1 p. 307. 7, 26, 2 p. 308 manibus ad suos poplites datis eos, quam maxime possit, adtrahere. *cf.* p. 310 (*bis*). 8, 8, 1 p. 341. COLVM. 4, 15, 1 ex ordinaria vite in alterum palum mergus est attrahendus. 4, 29, 13 palmitem attrahas. MELA 2, 82 *pars campi abscissa* velut insula natat pellique se atque adtrahi patitur. PRISC. gramm. III 98, 14 remex vel expellit remum vel attrahit. CAPITOL. Maximin. 6, 9 amaxas manibus adtraheret. NON. 163 palangae dicuntur fustes teretes, qui navibus subiciuntur, cum adtrahuntur ad pelagus. *cf.* AVIEN. Arat. 1250 puppim . . . attrahit. DICT. 5, 11 attrahit *equum* propius moenia. *cf.* VEG. mil. 4, 21 (*caput machinae*). VVLG. Tob. 6, 4 attraxit (ἀνέβαλεν) eum (*piscem*) in siccum. SVLP. SEV. dial. 3, 3, 5 puer incautior linteum superpositum adtraxit. SIDON. epist. 4, 18, 1 nulla serraca, nulla esseda subvehendis oneribus adtrahebantur. *aliquem vi adducere, trahere*: CIC. Verr. 4, 61 adducitur a Veneriis atque adeo attrahitur Lolius. PS. CIC. in Sall. 5, 14 bis iudicis ad subsellia attractus. PROP. 2, 1, 31 aut canerem ⟨Ae⟩gyptum et Nilum, cum attractus in urbem, septem captivis debilis ibat aquis. OV. met. 3, 563 ite ducemque attrahite huc victum. 7, 313 *aries annis confectus* attrahitur flexo circum cava pectora cornu. LIV. 23, 7, 7 *Hannibal* comprehendi hominem vinctumque adtrahi ad sese iussit. *cf.* 29, 9, 10 tribunos. 39, 43, 3. SEN. contr. 2, 5, 2 adtrahite (-cte quid *AB*) . . . uxorem. PHAEDR. 4, 18, 19 eos (*canes*) Mercurius et turbatos adtraxit. *cf.* app. 19, 8 ego (*equus*), quo scelesta furis attraxit (*me*) manus. SEN. Tro. 630 tenetur (*Astyanax*): perge, festina, attrahe. PETRON. 105 *nocentes*. SIL. 15, 559 *Tellus* abscedens visa paventem (*Claudium Neronem*) attrahere et fractis turmas propellere portis. SVET. Tib. 57 scurram. Nero 49 virum. APVL. met. 1, 19 vix et aegre ad ripam superiorem adtraxi *socii* corpus. 3, 10 hospes . . . renitentem . . . clementi violentia secum attraxit. *cf.* 7, 25. 9, 21. 9, 34 mustellae . . . mortuum serpentem. 9, 40 me . . . per scalas complicitis pedibus in superius cenaculum adtracto. 10, 28. DICT. 4, 3 *reginam Amazonum* pedibus adtractam in Scamandrum praecipitat. 5, 11 feminis inter se atque viris certatim adtrahere festinantibus. HEGES. 1, 38, 5 Romam petit attracto secum Alexandro. VVLG. psalm. 10, 9 *velut leo* rapere pauperem, dum attrahit eum. *i. q. amplexari*: MART. 6, 66, 6 *puellam* attraxit prope se manu negantem. VVLG. Bar. 6, 43 cum . . . aliqua ex ipsis (*mulieribus*) attracta ab aliquo transeunte dormierit cum eo. Ezech. 32, 20 attraxerunt eam (*filiam*). AVG. civ. 18, 4 *mulier Pharaonis mentita est* veste etiam derelicta de manibus adtrahentis *aufugisse*. *cf.* PS. PROSP. prom. 1, 27, 1. MART. CAP. 1, 85 quam (*Venerem*) . . . et adtrahere . . . velles. *i. q. contrahere*: VERG. georg. 3, 483 sed ubi ignea venis omnibus acta sitis miseros attraxerat (*sic P. cf. schol.*: pro contraxerat; adduxerat *M, R*) artus. OV. rem. 397 attrahe lora fortius et gyro curre, poeta, tuo. *cf.* 435 adtrahet ille puer (*Amor*) contentos fortius arcus. VAL. FL. 3, 739 dolor adtrahit orbes (*i. q. contrahit oculos*). FRONTIN. aq. 25 *fistula* sicut interiore parte adtrahitur, ita per illam, quae foras spectat, extenditur. APVL. met. 2, 9 *crines* ad finem conglobatos in summum verticem nodus adtraxerat. HIER. epist. 14, 10 scabra sine balneis adtrahitur cutis. *i. q. extrahere*: CELS. 7, 29 p. 317 deinde attractus *uncus* infantem educit. neque tamen quolibet is tempore extrahi debet. 7, 29 p. 318. 7, 31 p. 321 deinque, qua proximus hamus est, adtrahitur et evellitur. COLVM. 9, 15, 5 quo melius . . . quidquid sordium deciderit, attrahatur. *i. q. secum trahere*: *de hominibus*: SEN. dial. 7, 1, 4 in strage hominum magna . . . nemo ita cadit, ut non et alium in se attrahat. *cf.* IREN. praef. 1 multos evertunt attrahentes (ἀπάγοντες). SIDON. epist. 5, 7, 2 *delatores* adtrahunt litigaturos, protrahunt audiendos, trahunt addictos, retrahunt transigentes. *de rebus*: COLVM. 1, 5, 10 *recens aedificium veteri adstructum* paulatim degravatum pondere suo praeceps attrahetur. **2** *de physica rerum attractione*: *de magnete*: CIC. div. 1, 86 si magnetem lapidem esse dicam, qui ferrum ad se adliciat et ⟨at⟩trahat. *cf.* PLIN. nat. 36, 128. 129. SOL. 2, 39 lyncurium lapis pariter (*ac sucinum*) spiritu adtrahit propinquantia. MANIL. 1, 268 Libra . . . attrahit ardenti fulgentem Scorpion astro. *cf.* SEN. nat. 7, 10, 1 sidera alte ⟨at⟩trahit (*sed cf.* OV. met. 2, 71 trahit). *de aëre, similibus*: SEN. nat. 5, 10, 4 *sol* alteram partem aëris adtrahit, alteram vero inpellit. *cf.* LVCAN. 7, 5 *sol* attrahit nubes. AVIEN. Arat. 1609 *sol* oblitum iusti iubar attrahit (*i. contrahit*). *spiritum*: VERG. georg. 3, 505 attractus ab alto spiritus. PLIN. nat. 11, 188 pulmo . . . attrahens ac reddens animam. VVLG. psalm. 118, 11 os meum aperui et attraxi spiritum. *res liquidas, fere i. q. exsugere*: CELS. 6, 8, 1 p. 244 attrahaturque spiritu is sucus (*in nasum*), donec in ore gustus eius sentiatur. SEN. dial. 5, 38, 2 *Catoni* cum . . . in frontem mediam quantum poterat attracta pingui saliva inspuisset Lentulus, ille. nat. 5, 18, 13 iactatio adtrahens cibum in summa *herbarum*. COLVM. 2, 4, 7 humus . . . inferiorem partem ieiuniorem habet, eamque attrahunt excitatae maiores glebae. 12, 52, 13 *prelo* non sola exprimitur amurca, sed et aliquid secum pingui⟨tu⟩dinis (*fort.* pinguedinis?) attrahit. APVL. met. 10, 28 perniciem . . . medullae penitus adtraxerunt. CHIRON 967 p. 288, 31 furfure . . . decoques et sucum eiusdem cum ovis (obi si *codd.*) adtrahis. VINDIC. med. 9 lapidem . . . in vesica generari . . . cum attracta seu descendentia urinae terrena in vesica resident.

II *translate*: **1** *retenta imagine, rem*: SEN. contr. 7, 7 (22), 10 Latro . . . locos (*communes q. v.*) nunquam attrahebat in orationem. *cf.* SEN. benef. 2, 11, 3 ea figura, qua quidem reiciunt, quae (quo *N*) magis ad se volunt adtrahere. epist. 84, 8 omnibus, quae ex quo velut exemplari ⟨at⟩traxit, formam suam impressit. PLIN. epist. 5, 6, 42 *scriptor* sciat . . . non esse longum . . . si aliquid arcessit atque attrahit. MAR. MERC. Nest. serm. 4, 14 attrahi sermonis illecebra. SEN. contr. 9, 2 (25), 9 quid interest, convivium in forum an forum in convivium attrahas? VAL. MAX. 7, 2 ext. 10 epistula, in qua Alexandrum quorundam Macedonum benivolentiam largitione ad se adtrahere conatum. SEN. epist. 78, 15 attrahunt in se ruinam. *cf.* dial. 4, 15, 1 servile in sese adtraxerunt iugum. benef. 6, 30, 5 adtraxere . . . bella. *cf.* TERT. scorp. 5, 5 sibimet ipse periculum mortis attraxit. adv. Marc. 2, 8 mortis statum. HIER. epist. 53, 8 ipse cernit . . . uncinum pomorum adtrahentem supplicia peccatoribus et famem in terram. VVLG. Sirach 28, 23 beatus . . . qui non attraxit (οὐχ εἵλκυσε) iugum illius (*sc. linguae nequam*). SEN. nat. 4, 7, 2 rudis . . . antiquitas credebat et adtrahi cantibus imbres et repelli. SEN. epist. 30, 15 admittunt illam (*vitam*), non adtrahunt. 87, 33 *divitiae habent causam* non inritantem tantum animos, sed adtrahentem. 118, 8 at quod invitat ad se . . . veri simile est: subripit (-rep- *Pinc.*), sollicitat, adtrahit. *cf.* HIL. in psalm. 118, 5 p. 509 adtraxit spiritum; non enim ultro ingruit: expetendus est, attrahendus est. COLVM. 10, 24 amnes, quos incola durus attrahat auxilio semper sitientibus hortis. TERT. anim. 18 p. 326, 29 sensum attrahens animo. ITALA Is. 5, 18 (vers. Orig. in Matth. 114) vae his, qui attrahunt (οἱ ἐπισπώμενοι, VVLG. trahitis) peccata sua sicut funem longum. IREN. 2, 14, 1 pro cupidine . . . hi Verbum attraxerunt. ARNOB. nat. 4, 35 *pantomimi* dis vestris et lenocinia voluptatum ex iniuriis attrahunt (-hit *codd.*). AMBROSIAST. Rom. 4, 22 *fides Abrahae* nullis signorum prodigiis attracta est. VVLG. Ier. 2, 24 onager . . . in desiderio animae suae attraxit ventum amoris sui (*perperam versum ex graeco*: ἐπνευματοφορεῖτο, παρεδόθη). AVG. civ. 18, 5 libido matris (*Pasiphaës*) adtraheret, quod in eius fetu iam corporaliter appareret (*sc. taurus*). PROSP. carm. de ingrat. 20 sponte attractum . . . reatum. *aliquem*: CIC. Verr. 3, 1 ea me ad hoc negotium provincia attraxit. Att. 10, 1, 3 me attractum iri, si (ad tractum nisi *M*[1]) de pace (ea re *M*) agatur. epist. 7, 10, 4 nihil . . . est stultius me, qui te non Romam attraham. VERG. Aen. 11, 250 quae causa attraxerit (*nos*) Arpos. LIV. 30, 31, 8 *Scipio Hannibalem* restitantem ac tergiversantem in Africam adtraxerim. SEN. dial. 9, 3, 6 multos in amicitiam adtrahes. 9, 7, 4 neminem nisi sapientem sequaris aut adtrahas. LVCAN. 10, 384 attrahit illos in nostras fortuna manus. TAC. ann. 15, 68 opperiebatur Nero, ut Vestinus quoque consul in crimen attraheretur. *cf.* VOPISC. Car. 15, 6 nisi illum necessitas ad hanc atrocitatem occisionis adtraheret. AVG. civ. 20, 8 diabolus seductas gentes toto orbe terrarum adtrahet in bellum. 20, 12 non poterunt adtrahere in partes Antichristi sanctos Christi. NOVELL. Valentin. III 34, 14 ad damnosam iudicii observationem quemquam prius non debet ullus adtrahere. MAR. VICT. aleth. 3, 665 attonitum venerabilis attrahit horror. FAVST. REI. grat. praef. p. 3, 3 qui . . . per solam dei voluntatem alios dicunt ad vitam adtra⟨hi⟩, alios in mortem deprimi. 1, 16 p. 51, 9 nemo . . . venit ad me, nisi pater . . . adtraxerit eum. **2** *sine imagine, i. q. allicere, arcessere aliquem vel aliquid*: CIC. Lael. 50 nihil esse, quod ad se rem ullam tam alliciat (ill- *nonn. codd.*) et attrahat, quam ad amicitiam similitudo. ad Brut. 1, 17, 4 ultro arcessas et attrahas. OV. met. 10, 143 tale nemus vates attraxerat (*i. canendo allexit*). *cf.* AVG. civ. 18, 13 *Amphion* citharae suavitate lapides mulserit et attraxerit. OV. met. 14, 63 *Scylla* quos (*canes*) fugit attrahit una. SIDON. epist. 8, 12, 1 *te* adtrahere Burdigalam non po-

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

testates, non amicitiae, non opimata vinariis ostrea queant. *compellere*: AVG. serm. ed. Mai 6, 1 ad quod evangelista Christianos adtrahit auditores, dicendo. *cf.* MAR. MERC. Nest. serm. 4, 5. *i. q. obtrectare, comminuere*: ZENO 1, 16, 11 ne generalitas nominis ... attrahat gloriam ... felicitatis.

part. paene pro adiect. **attractus,** -a, -um. *compar.* SEN. benef. 4, 31, 4. *i. q. compressus*: CATVLL. 15, 18 attractis pedibus. CORP. IV 1261 futebatur ... civium Romanorum atractis piidibus cunus. *contractus*: SEN. epist. 113, 26 haec disputamus attractis superciliis, fronte rugosa. benef. 4, 31, 4 cum Pollionis adtractiorem vidisset frontem. MAXIM. eleg. 1, 238 heu tantum attracti corporis ossa vides. *conductus*: PETRON. 93 ultimis ab oris attractus scarus. GLOSS. V 419, 30 attracto, brevi. *debilis et mancus*: VITA Nicet. 15 clodis gressum, caecis visum ... adtractis vigorem integrum (*cf.* ARNOB. nat. 1, 48 contractis).

synon.: *ad I 1*: adduco, extraho, evello. *ad I 2*: adlicio. *ad II 2*: arcesso, expeto, allicio. *oppos.*: *ad I 1*: expello, remitto, extendo. *ad II 1*: reicio, repello, deprimo. *Sinko.*

ad trāns. ITALA iud. 11, 29 (Aug. quaest. hept. 7, 49 p. 486, 16 = p. 498, 8) transiit speculam Galaad et de specula Galaad ad trans filios Ammon (εἰς τὸ πέραν, VVLG. transiens ad). [*hisp.* atras. *M.-L.*]

? **adtrānseo,** -īre *ab* ad *et* transire. AVG. conf. 5, 1 *anima mea* adtransiens (transiens *cod. Paris. 1911, edd. vet.*) ad te.

attrectābilis, -e *ab* attrectare. MIRAC. Steph. 2, 2, 6 Megetia famula dei quadam sibi visibili et attrectabili manu os suum corrigi et compalpari persensit.

attrectātio (adt-), -ōnis *f. ab* attrectare. GELL. 11, 28, 23 meminisse debemus ... furtum sine ulla quoque adtrectatione fieri posse, sola mente atque animo, ut furtum fiat, adnitente. APVL. Socr. 4 p. 128 Oud. quod nulla adtrectatione nostra contaminantur *dii* (AVG. civ. 9, 16 quod nulla adtrectatione hominum contaminantur) PS. APVL. Ascl. 33 minora ... aut vix videri aut omnino non possunt, quas †solum eas (*om. F*) esse adtrectatione cognoscimus. LAMPR. Hel. 12, 4 eorumque (*exoletorum*) adtrectatione et tactu praecipue gaudebat. ARNOB. nat. 2, 15 corporis. CHALC. comm. 345 fit ... evanida quaedam eius (*silvae*) adtrectatio sine contagio nec ipsius mage quam eorum quae intra ipsam sunt corporum. PALLAD. 4, 12, 1 *boves* frequenti manus adtrectatione mansuescant. GAVDENT. serm. 9 visus oculorum ..., adtrectatio manuum, incessus pedum. CAEL. AVR. acut. 2, 37, 207 ora fovenda aqua frigida ex spongia cum singulorum partium attrectatione. ENNOD. opusc. 1 p. 278, 15 per foederati Mundonis adtrectationem Graecia est professa discordiam. GREG. M. epist. 4, 16 ex eadem ipsa adtrectatione vestra vel voluntate transgrediendae praeceptionis nostrae. *apud* QVINT. inst. 1, 4, 21 *leg.* tractionem.

attrectātor (-ōris) *m. ab* attrectare. HIER. nom. hebr. p. 14, 4 Mosi, attrectator sive palpator meus.

attrectātū *abl. ab* attrectare. PACVV. trag. 266 (Cic. Tusc. 2, 50) mittite: nam attrectatu et quassu saevum amplificatis dolorem.

attrecto (adt-), -āvī, -ātum, -āre. *ab* ad *et* tractare. GLOSS. IV 11, 13 adtrectat: cum pollutione tangit. 477, 34 adtractat: tangit, palpat. 404, 48 adtractare: male contingere (*aliis locis simpliciter* contingere *vel* palpare). IV 304, 9 attingere. 4, 8, 8 adtrectavit adtaminavit (*cf.* V 163, 31). V 45, 5 adtractant attrahunt (7, 28 astruunt). *rarius in codd.* attra- *scriptum est (locos infra sic* -a- *adnotavi), saepe* adtre- (NOT. Tir. 35, 46 adtrectat). DIFF. ed. Beck p. 31, 29 adtrectat aliquis manu semel, contrectat saepius.

aliquem, aliquid (saepius adduntur abl. manu, digitis, ferro *al.*): PLAVT. Rud. 420 nimium familiariter me attrectas (-a- *CD*). Persa 227 ne me attrecta. Poen. 350 pura sum, comperce amabo me attrectare (-a- *A*). Mil. 1002 nihil attrectat sordidi. ACC. trag. 198 iterum Thyestes Atreum adtractatum advenit, iterum iam adgreditur me et quietum exsuscitat. CIC. Cael. 20 qui dicerent uxores suas a cena redeuntes attrectatas esse a Caelio (SVET. Nero 26 uxorem adtrectaverat). har. 26 si illi (*libri*) sunt vestri, quos tu ... violatis oculis legis, contaminatis manibus attrectas. Planc. 29 facilis est illa occursatio et blanditia popularis: aspicitur, non attrectatur; procul apparet, non excutitur. VERG. Aen. 2, 719 me ... attrectare (adt- *V*) nefas, donec me flumine vivo abluero. LIV. 5, 22, 5 primo religiose admoventes manus, quod id signum more Etrusco nisi certae gentis sacerdos adtrectare non esset solitus. 28, 24, 14 insignia etiam summi imperi, fasces securesque, adtrectare ausi. 34, 4, 3 regias etiam adtrectamus gazas. GRATT. 64 matres ausi ⟨a⟩ttrectare deorum. FEST. 133 manticulari dicebantur, qui furandi gratia manticulas attrectabant. PAVL. FEST. 332 scrupi dicuntur aspera saxa et difficilia attrectatu. SEN. Phoen. 224 ego castam manum ... exsecrabilis attrecto? Med. 719 manu. nat. 1, 17, 7 ⟨ne⟩ coniugum quidem manu crinis ille, quem effundere olim mos viris fuit, attrectabatur. CVRT. 10, 10, 13 precati, ut ius fasque esset mortalibus attrectare deum (cum *codd.*), purgavere corpus. PLIN. nat. 2, 115 quam (*rupem*) profanum sit attrectari hominis manu. TAC. ann. 1, 62 neque imperatorem adtrectare feralia debuisse. 3, 52 indecorum adtrectare quod non obtineret. FLOR. 1, 40, 3 adtrectari terminos suos a Nicomede. AVREL. ad Front. p. 4, 2 N. pedem ... adtrectare sensim, in balneo fovere. PAVL. sent. 5, 27 si quis fiscalem pecuniam attrectaverit, subripuerit, mutaverit (*cf.* SABIN. ap. Gell. 11, 18, 20 alienam rem. 11, 18, 22 haec *Sabinus* scripsit de rebus furti faciendi causa adtrectatis. VLP. dig. 47, 2, 46, 7 fur est, qui adtrectavit, quod invito domino se facere scivit). APVL. mund. 25 nec penetrantem atque adeuntem specialiter singula nec indecore adtrectantem cominus cuncta. SOL. 1, 8 dum adtrectare etiam ea audet, quae concesserant in Arcadum iura. 4, 7 quisquis sacramento raptum negat, lumina aquis adtrectat. 17„2 sacri habentur *Arimphaei* attrectarique eos etiam a ferocissimis nationibus nefas ducitur. 27, 53 quidquid morsu eius (*basilisci*) occiderit ..., non attrectat ales (*cf.* 32, 21). 35, 5 lignum caudicis attrectatum ferro sine mora moritur. 53, 18 non tamen ut cuiusquam attrectetur manu *rex*. IVL. VAL. 2, 33 genua. 3, 27 arborem (IVVENC. 3, 657 arboris ... ramos). COD. Iust. 11, 63 (62), 1 pr. (*a. 319*) cum sollemnitas id eos (*colonos*) attractare permittat (*syn.* usurpare). SYMM. epist. 6, 12, 3 ne per ignorantiam iuris tui corpora apparationis error adtrectet. COD. Theod. 12, 1, 128 (*a. 392*) si quis ... ullum ex principalibus viris usurpata attrectaverit iniuria, sciat se ... esse multandum (*syn.* iniuria contingere). SCHOL. Stat. Theb. 8, 59 pudicitiam. HEGES. 5, 34, 1 altaria. HIER. in Nah. 3 p. 564 Vall. cuius non attrectabitur a multis praeda. epist. 22, 28 laudat, miratur, adtrectat. 84, 6 lumbos et femina et adtrectare axillas. 107, 5 *ausa es* caput virginis dei tuis sacrilegis adtrectare manibus. 66, 1 adtrectans (adtra- *boni codd.*) vulnus pectoris tui. VVLG. gen. 27, 12 si attrectaverit me pater meus (ψηλαφήσῃ, *item* Is. 59, 10 act. 17, 27). AVG. civ. 1, 28 si nullius libidine corpus adtrectaretur (10, 11 adtrectatum re veneria). 17, 6 indumentum. SVLP. SEV. Mart. 23, 8 curiosis oculis aut digitis adtrectata *vestis*. dial. 3, 6, 3 neminem manibus. MACR. sat. 3, 18, 1 manu nuces. 3, 18, 13 nux ... ita mollis, ut vix adtrectata frangatur. MART. CAP. 2, 134 *lecticam* nulli fas adtrectare terrigenae. CAEL. AVR. acut. 1 praef. 21 aliquid suis digitis. 1, 11, 88 membra (VITA Vedast. 5). 2, 37, 203 manibus (signif. diaet. pass. 155 adtractent). GREG. TVR. vit. patr. 15, 3 quibus (*manibus*) adtrectatis. *i. q. commemorare* (*dicendo attingere*): PANEG. 10, 3 p. 215, 7 quis tam potens fandi, cuius copia tam larga ... quae, cum virtutes tuas attrectaverit, non ... stupeat? 12, 47 p. 313, 25 hactenus memet ... praeteritas res tuas attrectasse fas fuerit.

attremo (adt-), -ere *ab* ad *et* tremere. *c. dat.*: STAT. Theb. 3, 309 cui (*Iovi*) modo — pro vires! — terras caelumque fretumque adtremere oranti tantosque ex ordine vidi delituisse deos? 8, 81 illi iamdudum regia tristis attremit oranti. SIDON. epist. 6, 1, 3 cum censurae tuae adtremat ... turba.

attrepido, -āre *ab* ad *et* trepidare *comice fictum.* PLAVT. Poen. 544 attrepidate saltem, nam vos adproperare haud postulo.

καταιρίβω infrico detero **adtribo** (*?*) GLOSS. II 344, 41. *an* attero? *Ihm.*

attribuo (adt-), -uī, -ūtum, -ere *ab* ad *et* tribuere. *forma* adt- *legitur*: CORP. VI 3824 (*s. II ex. a. Chr.*) *ter.* VI 1310 (*s. I in.*) *praepositione puncto distincta.* LEX Iul. mun. *septies, praepositione seorsum scripta.* LEX Vrson. (*s. I ex. a. Chr.*) *sexies.* EDICT. Claud. Anaun. (*a. 46 p. Chr.*) *bis.* CORP. XI 4632. XIV 375 (*s. II p. Chr.*) *cf.* NOT. Tir. 32, 57 *et saepe in mss., praecipue* RHET. Her. CIC. inv., *etiam* LIV. PLIN. AMM. *formae assimilatae*: LEX Vrson. *octies.* CORP. V 532 (*s. I ex. a. Chr.*). VI 31566 (*s. I ex. a. Chr.*). X 444 (*s. I ex. p. Chr.*). VI 31759 (*aet. imper.*). CARM. epigr. 1326 *et passim in mss.* *construitur cum dativo personae vel rei, aut sine casu, nonnunquam insequente infinitivo (ex. gr.* CARM. epigr. 1326, 2), *c.* ad *praep.* CIC. Tusc. 3, 73. *verbum orationis solutae proprium inde a* VARRONE. *ex poetis habent* VARRO Men. CATVLL. *singulis locis*, LVCR. *quinque*, MANIL. *octo*, PHAEDR. *duobus*, CALP. SIL. *singulis.* GLOSS. προσνέμω, συντελῶ τέλος τι. attribuit ἔνειμεν, ἔκτισεν. adtributam esse διανενεμῆσθαι. attributa προσνενεμημένα.

II *transfertur de argento possessioneve ad* **alias res**: **A** *i. q. cupidus, avidus, passim c. gen., cf.* PRISC. gramm. III 218, 8 avarus illius rei. NON. 442 avarum semper in reprehensione est, avidum ... etiam honeste intellegi potest. VERG. georg. 2, 492 Acherontis avari (OV. am. 2, 6, 39 optima prima fere manibus rapiuntur avaris. EPICED. Drusi 357 omnis expectat avarus portitor. SEN. Herc. f. 782 Ditis. CARM. epigr. 1034, 3 me rapuissent manes ... Ditis avari. CLAVD. rapt. Pros. 1, 21 di *Averni* ... opibus quorum donatur avaris quidquid in orbe perit). HOR. epist. 2, 1, 179 animum ... laudis avarum (SYMM. epist. 1, 78, 1. 1, 1, 6 iactantia avara laudis. ENNOD. opusc. 2 praef. p. 287, 6. dict. 10 p. 455, 25 mens avara famae. epist. 1, 1 p. 1, 13 *assertio* fit avara gloriae). ars 324 Graiis ... praeter laudem nullius (*neutr.*) avaris. PANEG. 11, 12 p. 254, 7 curarum (*i. negotiorum*) avarus *Iulianus*. CLAVD. 26, 606 caedis avarus miles. ENNOD. epist. 7, 24 p. 192, 7 filium ... talem se ... praestare, ut avara suorum vota transcendat (7, 29 p. 195, 26. 6, 23 p. 162, 8 dict. 8 p. 450, 7. OPT. PORF. epist. 1, 1 avara atque ultra meritum cupida ... vota). *de rebus*: CVLEX 282 silvaeque sonorae ... cantus rapiebant cortice avara. HOR. carm. 4, 11, 25 terret ambustus Phaethon avaras spes. epist. 1, 15, 32 quidquid quaesierat, ventri donabat avaro. PROP. 2, 28, 56 *puellas* ignis avarus habet. ENNOD. dict. 1 p. 423, 9 avarae laudis adsumptor. *cum* ad: HIER. epist. 133, 6 avarus sum ad accipienda beneficia dei. PS. AVG. quaest. test. I 26 avarus ad bonum. **B** *i. q. retinens, parcus*: PROP. 4, 7, 74 potuit nec tibi (*o Cynthia*) avara fuit *nutrix*. ENNOD. epist. 4, 17 p. 111, 15 deliberationem meam non tamquam verborum avarus occului (4, 19 p. 112, 12). SYMM. epist. 1, 90, 1 ne sim circa te avarus officii.

synonyma: *ad I*: parcus (*cf.* SERV. auct. georg. 1, 47 'avari' plus est quam si dixisset 'parci'. Nigidius: 'quia, qui parcior est, suo contentus est, quod avarus non facit'), tenax (*cf.* SEN. benef. 4, 11, 1 sui non avare tenacem), sordidus. *ad II*: avidus, cupidus, studiosus. *opposita*: *ad IA*: abstinens, continens, humanus. *ad IB*: liberalis.

adv. **avāre,** *prisce* **avāriter,** *ut* PLAVT. Curc. 128 Rud. 1238 CATO orat. frg. 70, 3 QVADRIG. hist. frg. 88; *cf.* PRISC. gramm. III 70, 20 Plautus amiciter avariter *et* NON. 510, 16 avariter pro avare. *comp.* avarius COLVM. 1, 7, 1 LIV. 43, 4, 5 SIDON. epist. 4, 24, 8; *superl.* avarissime SEN. dial. 8, 5, 7.

I *i. q. avide* (*cf.* avarus *II*), *cf.* GLOSS. II 235, 24 ἀπλήστως: PLAVT. Curc. 128 vide ut ingurgitat impura in se merum avariter faucibus plenis. Rud. 1238 quam si quis avidus poscit escam avariter, decipitur ... avaritia sua. COLVM. 7, 1 dominus avarius opus *colonorum* exigat quam pensiones. AMBR. Abr. 1, 5, 37 bonus maritus exortem religiosi muneris esse non patitur uxorem nec avare sibi totum munus usurpat. **II** *de pecuniae bonorumve* **A** *appetente*: TER. Haut. 48 si nunquam avare pretium statui arti meae (Hec. 49). CATO orat. frg. 70, 3 (Non. 510) fraudulenter atque avariter (*de praeda dividunda*). CIC. S. Rosc. 118 ubi multa avare ... facta videbitis, ibi scelus quoque latere ... putatote. off. 3, 37 si omnes deos ... celare possimus, nihil tamen avare, ... nihil libidinose esse faciendum. rep. 2, 63 *decemviri* libidinose omni imperio et acerbe et avare populo praefuerunt. NEP. Lys. 4, 1 cum Lysander ... multa crudeliter avareque fecisset. LIV. 21, 1, 3 Poenis quod superbe avareque crederent imperitatum victis esse. *cf.* CVRT. 4, 7, 1. 8, 3, 16. 8, 8, 9. LIV. 23, 32, 9 iis (*Sardis*) ... acerbe atque avare imperatum. 43, 4, 5 quo crudelius avariusque in Graecia bellatum erat. 43, 7, 8 quae ... C. Lucretius in populares suos (*Chalcidenses*) superbe, avare, crudeliter fecisset. LIVI per. 43 praetores aliquot eo, quod avare et crudeliter provincias administraverant, damnati sunt. SEN. dial. 10, 10, 4 qui multa avare ... rapuit. QVINT. decl. 345 p. 365, 3 hic ... si quid avare ... cupide fecisset, tua ... pecunia ... ad tyrannicidium conduceretur. SVET. Aug. 67 ministrosque C. fili ... superbe avareque in provincia grassatos. VLP. dig. 1, 16, 6, 3 neque avare modum xeniorum excedat *proconsul*. NOVELL. Iust. 34 praef. avare temporum necessitate captata. EVTR. 6, 9 *milites Romani* neglegenter se et avare agentes. RVF. FEST. brev. 13 ita ius eius insulae (*Cypri*) avarius magis quam iustius sumus assecuti. VVLG. Iob 27, 8 quae est spes hypocritae, si avare rapiat? Ezech. 22, 12 avare proximos calumniaberis. 22, 27 avare *rapientes praedam* ad sectanda lucra. SIDON. epist. 4, 24, 8 avarius me constat esse tractatum quam coheredes. **B** *tenacissimo*: QVADRIG. hist. frg. 88 avariter ille, nos largiter. SEN. benef. 4, 11, 1 virum ... alieni abstinentem, sui non avare tenacem. dial. 8, 5, 7 licet horas avarissime servet ... homo. COLVM. 4, 3, 2 liberos suos nonnulli ... avare nutriunt. CARM. epigr. 1494 (= CORP. VI 14618), 1 semper qui vivitis avare.

synonyma: *ad I*: avide, (cupide). *ad II A*: cupide, libidinose, acerbe, crudeliter. *ad II B*: parce, (sordide). *opposita*: *ad II A*: continenter, iuste, (humane). *ad II B*: largiter. *Zimmermann.*

Avasgia *v.* Abasgia. **Auasītae** *v.* Oasis.

Auastomates *gens Mauret. Caesar.* AMM. 29, 5, 33 Auastomates *acc.*

Avatha. **1** *castellum Phoeniciae.* NOT. dign. or. 32, 7. 22 equites promoti indigenae, Avatha, *sub duce Phoenicis.* **2** *statio Arabiae.* NOT. dign. or. 37, 25 ala nona miliaria, Avatha, *sub duce Arabiae.*

Avaticī (Āvat-?), -ōrum, *Ptol. 2, 10, 5 μετὰ δὲ τὸν Ῥοδανὸν ἐπὶ θαλάσσῃ κεῖται Ἀὐατικῶν (Ἀὐατιλῶν plurr. codd.) Μαριτίμα πόλις, gens Galliae Narbon.* MELA 2, 78 Maritima Avaticorum. PLIN. nat. 3, 34 oppidum Maritima Avaticorum (*sic AB*, abat- *C*). *cf.* AVIEN. ora 700 gens hinc Avatici (*coni. Vnger*, nearchi *trad.*). *cf. Ihm, PW. II 2267.* *Diehl.*

Avatius, -a *nom. gent., cf.* Avius *et* Avanius. CORP. VIII 1679 (*in prov. procos., periit*) Avatia Victoria ⟨q⟩ui ⟨e⟩t Monna vocita⟨ta⟩ e(st). *Otto.*

Auaxa, -ae *statio Ponti.* NOT. dign. or. 38, 7 Auaxa. 18 ala Theodosiana apud Auaxam *sub duce Armeniae.* *contulit Seeck* RAVENN. p. 75, 1 Anxis.

G(enio) **Aub** (?) Aug. (*sic*). CORP. VIII 6001 (*in Numidia*).

...⟩ M. l. **Aubasn**( ). INSCR. Rhen. Bramb. 85 (*apud Batavos*).

Aubereo *statio in via Lepti Magna Alexandriam.* ITIN. Anton. 65 Aubereo (*P*, ambureo, aubureo *cett.*). *Diehl.*

? **aububulcus** pastor bovum (*vel* -vium) GLOSS. V 346, 39. *coniecerunt* aubulcus (au⟨t⟩ bubulcus *Bücheler*); *cf. Goetz, thes. gloss. s. v. Zimmermann, Archiv 12 p. 132.* *Ihm.*

Aubuzza *pagus Galliae proconsularis, nunc* Hr. Djezza. CORP. VIII 16367 Genio coloniae Iuliae Veneriae Chirtae novae ⟨cives Romani (?) qui⟩ Aubuzza consistunt paganicum pecunia sua a solo ⟨restit⟩uer⟨unt⟩. *cf.* 16368 *cum adn.* *Diehl.*

auca, -ae *f.* [*ab* avis. *Th.*]. GLOSS. II 45, 45 auca πτηνόν. III 608, 25 (= 617, 26) ansera id est auca. V 266, 20 anser auca id est gos (*anglosax.*). *nota scripturam* occa V 615, 40 (*cf.* 491, 26). [*it.* oca, *francog.* oie, *hisp.* oca. *M.-L.*] AVIAN. prol. 33 habebat rusticus aucam tanto genii munere insignitam, quod ... ova ponebat aurea. rusticus ... aucam necavit. *cf. Ducange, gloss. s. v.* *Ihm.*

Auca *cf.* Aucensis.

Aucalo, -ōnis *cogn. vir. barb.* CORP. XII 1088 (*Aptae, periit*) Minervai ⟨T⟩ullia Aucalonis ⟨f.⟩ v. s. l. m. *v.* Aucalus.

Aucalus, -ī *cogn. vir. barb.* CORP. II 5556 (*in conventu Bracaraugustano*) Aucalus hospites Arcius et Vrtinus. *Diehl.*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Aucanius, -a *nom. gent., cf.* Ocanius *et* Auceius *al.* CORP. VIII 11940 (*in prov. Byzac.*) Aucanius Felix. '*an est* ⟨L⟩ucanius?' *Schmidt.* *Otto.*

? **Aucarius,** -ī *cogn. vir. barb.* CORP. II 3218 (*in titulo Valeriensi Tarraconensis, periit*) d. m. (Gavia?) Elatia Aucarli fil. Auli ann. XXIX d. f. c. (?)

Aucasus, -ī *cogn. vir. celt.* CORP. XIII 553 (*apud Elusates*) Laevinae Aucasi fil. uxsori s⟨uae.

Auccitānus *ab oppido veluti* Aucci *deriv.* CORP. II 5061 (*cf.* 5476 *in Baetica*) ...⟩ Corneli⟨us ...⟩ Sall. Aucci⟨tanus. CONC. Tolet. a. 653 (Mansi X 1222 C) Iulianus Auccitanus episc. *cf.* Accitanus *sub* Acci. *Diehl.*

Aucē *v.* Auge.

Aucēius, -a *nom. gent., cf.* Aucilius *al.* CORP. V 2180 (*Altini*) Sex. Valerius Alcides VI vir v(ivus) f(ecit) sibi et Auceiae Psyche coniug(i). *Otto.*

Aucela *v.* Augila. **Aucelia** *v.* Aucella.

aucella, -ae *f.* [*ab* auca avicula *deminutive. Th.*]. GLOSS. IV 312, 1 aucella ortygometra (V 590, 58. 626, 26). VARRO ling. 8, 79 minima in quibusdam non sunt, ut avis avicula aucella. APIC. 4, 181 gigeria pullorum, aucellas, isicia coques ex iure. 5, 194 coques simul turdos vel aucellas. ANTHIM. 31 alia genera aucellarum, quae albas carnes habent. *masc.* **aucellus,** -ī. [*it.* uccello, *francog.* oiseau. *M.-L.*] GLOSS. II 25, 42 aucellus στρουθίον. *cf.* 597, 9 viscum gluten, quo utuntur aucelli. SCHOL. Iuv. 6, 7 (*ed. Keil ind. schol. Hal. 1876 p. VII 18*) aucello mortuo. LEX Sal. 7, 4 add. 6 si quis aucellum (aviculam *al.*) de trapa furaverit. *cf. Rönsch, coll. phil. p. 298 sq.* *Ihm.*

Aucella *nom. mul.* CORP. XIII 10010, 214 (*in vasculis Gallicis*) Aucella f(ecit) *et* A u g e l i a f(ecit). VII 1336, 116 (*cf.* XIII 10010, 24 *adnot.*) A u c e l i a f(ecit). *sed vide etiam* Ocella. *Otto.*

aucupis **aucellātōris** id est qui aves capit GLOSS. (*Löwe, gloss. nom. p. 164*). *Ihm.*

(Aucellio) **Ocellio** *nom. serv.* CORP. XIII 612 (*Burdigalae*) L. Antonio L. f. Gal(eria) Statuto domo Bilbil(i) Ocellio (*hic avis picta in ramo sedens*) l(ibertus). *cf.* aucella. *Otto.*

aucellus *v.* aucella.

Aucena. *in operculo vasculi Praenestini deae vestitae trigis insistenti, puerum insequenti adscriptum est* Aucena. *pro* Aurora *habuit Garrucci glossa nisus Hesychiana* Αὐκήλως, ἕως ὑπὸ Τυρρηνῶν. *cf. Jordan, Kritische Beitr. p. 58 sq., qui interpretatus est* Αὐγέννα, Αὔγεινα. *v. Wissowa, PW. II 2268.*

Aucēnsis, -e, *ad oppidum quale est* Auca, *nunc* Oca (*cf. Corp. II p. 395*) *pertinens.* CONC. Tolet. a. 589 (Mansi IX 1001^c) Asterius Aucensis ecclesiae episcopus subscripsi (a. 597 Mansi X 478^e). a. 636 (Mansi X 657^b) ego Amanungus ecclesiae Aucensis episcopus similiter subscripsi. a. 653 (*ibid.* 1222^c) Litorius Aucensis episc. *Diehl.*

auceps, -cupis *m.* [*cf. c.* avis *et* capere. *Th.*]. GLOSS. II 25, 44 auceps ἰξευτής *et passim* (*cf.* HIER. in Am. 1, 3 p. 254 Vall. ab aucupe, qui melius dicitur ἰξευτής, eo quod haerent visco). III 367, 4 (= 439, 78) θηρευτής. IV 209, 46 avium venator. 23, 41 (= 485, 56) avium captor. V 546, 11 aves capiens (= PRISC. gramm. II 26, 13). IV 312, 6 aucupator auceps (*cf.* 312, 52). II 569, 13 aucupator auceps, qui retibus prendit aves. *de interpretamentis recentioribus in* GLOSS. auceptor (?), avicaptor, aucellator (*v. sub voce*) *cf. Goetz, thes. gloss. s.* auceps, *Löwe, prodr. 410.* VARRO ling. 8, 61 si ab avibus capiendis auceps dicatur, debuisse aiunt a piscibus capiendis ut aucupem sic piscicupem dici. PRISC. gramm. II 16, 18 (= 39, 7) avis auceps. ISID. orig. 10, 13 auceps *dictus*, eo quod aves capiat. MART. CAP. 3, 325 cum 'venor piscor aucupor' similia sint, cur 'venator' et 'piscator' dicitur et 'aucupator' non dicitur, sed 'auceps'? GRAMM. suppl. 35, 3 a capio municeps, particeps, auceps. *genet. ubique est* aucupis (CASSIOD. gramm. VII 157, 2. 160, 5). *attamen* VEL. gramm. VII 75, 13 aucipis malo quam aucupis, quia scio sermonem et decori servire et aurium voluptati (aucipes *num recte scriptum sit* PANEG. 12, 14 *quaeritur*). *nota*: PROB. cath. gramm. IV 26, 22 tis faciunt genetivo, ut ... hospes hospitis, excepto uno, quod pis facit, non tis, a u c u p e s (aucupis *cod. Bob.*) huius aucupis. nam qui auceps declinat errat ... nominativo plurali Terentius aucupes dixit (TER. Eun. 257, *ubi tamen* aucupes *recte om. A*) ... unde docuit aucupes debere dici, non auceps. nam aucupetes dixisset numero plurali. *forma* a u c u p e x non *legitur nisi* NOT. Tir. 93, 17.

proprie: PLAVT. Trin. 408 piscator ... apstulit, lanii, coqui, ... aucupes. [TER. Eun. 257 *v. supra l. 69.*] LVCIL. 1167 auceps ille facit cum improviso insidiisque. VARRO Men. 55 chortis cocorum atque hamiatorum aucupumque. rust. 3, 3, 4 aucupes, venatores, piscatores. *ibid.* quaedam adsumenda in villam sine retibus aucupis, venatoris, piscatoris. HOR. ars 458 merulis intentus ... auceps. sat. 2, 3, 227 piscator ..., pomarius, auceps. OV. ars 1, 47 aucupibus noti frutices. 3, 669 non avis aucupibus monstrat, qua parte petatur. met. 11, 73 quos (*laqueos*) callidus abdidit auceps (PAVL. NOL. carm. 1, 2 callidus auceps). COLVM. 8, 8, 2 *columbae* intercipiuntur variis aucupum insidiis. 8, 2, 2 per aucupem decipitur *rustica gallina.* 8, 10, 1 veterani debent intermisceri (*sc. turdis*), qui ab aucupibus in hunc usum nutriti quasi allectores sint. PETRON. 40 parati aucupes cum harundinibus fuerunt et eos (*turdos*) ... volitantes ... exceperunt. PLIN. nat. 10, 23 captas *aves* aucupes dividunt cum iis. 10, 101 contra aucupis inlicem exeunte in proelium duce totius gregis *perdicum* (*iterum ibid.*). MART. 14, 216, 1 *accipiter* praedo fuit volucrum: famulus nunc aucupis idem decipit et captas non sibi maeret aves. epigr. 11, 6 captare feras aucupis arte. VLP. dig. 33, 7, 12, 13 si ab aucupio reditus fuit, aucupes et plagae et huius rei instrumentum agri instrumento continebitur. 9, 2, 29, 3 in venatoribus et in aucupibus probandum *idem quod in piscatoribus.* 19, 1, 11, 18 cum futurum iactum retis a piscatoribus emimus aut indaginem plagis positis a venatore vel pantheran ab aucupe. PAVL. dig. 32, 99, 1 venatores et aucupes (*sim.* sent. 3, 6, 71). CALL. dig. 8, 3, 16 divus Pius aucupibus ita rescripsit. APVL. met. 11, 8 nec *deerat* qui diversis harundinibus alter aucupem cum visco, alter piscatorem cum hamis induceret. PANEG. 12, 14 ut taceam infami saepe dilectu scriptos in provinciis aucipes (aucupes *corr. codicis Vatic. 1775*) ductasque sub signis venatorum cohortes militasse conviviis. CAPITOL. Ant. 7, 5 mensa eius per proprios servos, per proprios aucupes, piscatores ac venatores instrueretur. VEG. mil. 1, 7 piscatores, aucupes. HIER. hom. Orig. in Ier. 4 p. 783 Vall. *perdix decipiens venatores* ante pedes aucupis volvitur et ... elabitur. in Am. 1, 3 p. 253 avis captae ab aucupe. 3, 8 p. 336 *uncinus* Hebraice appellatur chelub et a LXX in 'vas aucupis' vertitur (*saepius ibid.*). VVLG. Am. 3, 5 numquid cadet avis in laqueum terrae absque aucupe (ἄνευ ἰξευτοῦ)? *nota inscriptiones in tabulis lusoriis*: INSCR. Bonner Studien p. 233 n. 19 (*c. add. Röm. Mitteil. 6 p. 209*) turdus (ɪᴠᴅᴠs *lapis*) stup⟨et⟩, merula canta⟨t⟩, auceps captat (acptat *lapis*). *in altera (Röm. Mitteil. 6 p. 212 n. 54) supplendum* ⟨auceps⟩ capp⟨it⟩. *in comparationibus*: PLAVT. Asin. 216 *sqq.* hic noster quaestus (*sc. meretricius*) aucupi simillimust. auceps quando concinnavit aream, offundit cibum; aves adsuescunt. ... semel si sunt captae, rem solvont aucupi. itidem hic apud nos: aedis nobis area est, auceps sum ego, esca est meretrix, ... amatores aves. 224 si papillam pertractavit, haud est ab re aucupis; suavium si sumpsit, sumere eum licet sine retibus. OV. rem. 502 deceptum risi, qui se simulabat amare in laqueos auceps decideratque suos. *cf.* PRIAP. 77, 5 fures prohibetis huc adire ... hoc est non admittere ad aucupem volucres. *apud christianos*: OPTATVS 6, 8 p. 156 iam fidem desere, iam paenitentiam disce: vos estis aucupes et illi aut illae sunt aves. *ibid.* non est unum aucupum genus. *ibid.* illi vos aucupi similes dico, qui post discessum noctis ante lucis adventum non aliorum more naturales vadit ad arbores. HIER. hom. Orig. in Ezech. 7 p. 947 Vall. quomodo quasdam illecebras escarum aucupes proponunt, ut facilius aves capiant per oblectamenta gulae, sic ... est quaedam castitas diaboli ..., ut ... possit facilius capere et falsis sermonibus irretire. in Am. 3, 8 p. 337 aucupis laqueos declinemus. VVLG. Ier. 5, 26 impii insidiantes quasi aucupes (παγίδας ἔστησαν τοῦ διαφθεῖραι ἄνδρας). prov. 6, 5 eruere ... quasi avis de manu aucupis (ὥσπερ ὄρνεον ἐκ παγίδος). *translate*: PLAVT. Mil. 955 circumspice dum, ne quis nostro hic auceps sermoni siet. Stich. 102 num quis hic est alienus nostris dictis auceps auribus? CIC. de orat. 1, 236 praeco actionum, cantor formularum, auceps syllabarum (*cf.* aucupatio). ac. frg. 20 p. 89, 6 M. (Aug. c. acad. 3, 7, 16) peritissimum voluptatum aucupem sapientem esse contendet. CYPR. ad Donat. 11 cum auceps temporum palpator abscessit. PRVD. perist. 5, 79 *daemones* sunt ... magistri criminum, vestrae et salutis aucupes (*al.* auspices). AMM. 15, 3, 3 rumorum aucupes subito extitere conplures. AMBR. hex. 5, 12, 37 eritis vos iudices, qui estis aucupes verbis. HIER. hom. Orig. in Ier. 5 p. 800 Vall. aucupes sermonum meorum. AVG. in psalm. 55, 10 aucupes verborum ... auceps verborum. 139, 12 auceps animarum.

auceptor *v. sub* auceps *p. 1189, 54.*

Auceritim *v.* Ausere fl.

? **auceta** (auata *boni codd.*) saepe aucta PAVL. FEST. 25. *Ihm.*

Aucetiā(nus?) f(ecit). CORP. VII 1336, 116 (*in patella*).

Auch *v.* Mauch. **Aucha** *v.* Auha.

Aucharzo *nom. Afric.* CORP. V 4920 (*apud Trumplinos, a. 27*) ⟨A⟩nno Azrubalis f. Aucharzo (*trad.* Aucfiarzo).

Auchātēs *v.* Auchetes.

Auchenius, -ī, Αὐχένιος, *signum.* A *trium Aniciorum cogn., de quibus cf. Seeck, PW. I 2200, 30. 31. 33.* 1 CORP. VI 1679 Auchenii. Anicio Auchenio Basso v. c. quaestori candidato uno eodemque tempore praetori tutelari proconsuli Campaniae praefecto urbi. XIV 2917 (*Praeneste, a. 379/82*) Bassi. Aniclo (*sic*) Auchenio Basso v. c. procons. Camp. provisori eiusdem provinciae restitutori generis Aniciorum. X 6656 (*Antii*) Anicius Auchenius Bassus v. c. pro consule Campaniae vice sacra iudicans (3843 *Capuae*). IX 1569 (*Beneventi*) Anici Bassi. Anicio A u c e n i o Basso v. c. proc. Camp. s. v. ⟨i⟩ud. (1568 INSCR. Not. degli scavi 1892 p. 166 *Neapoli*). XIV 1875 (*Ostiae, christ.*) Anicius Auciienius Bassus v. c. et Turrenia Honorata c. f. eius cum filiis deo sanctisque devoti p. VI 1791. *nota*: CLAVD. 1, 21 prima sede relicta Aucheniis de iure licet certare secundo (*in senatu Romano*). 1, 8 scis genus Auchenium (*gen. plur.?*) nec te latuere potentes Amniadae. 2 CORP. IX 1364 (*Aeclani*) E u c e (n i) Bassi, *cos.*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

a. 408 vel 409. idem fort. XV 7154 (*in tabella securiclata*) Anichi Eugeni Bassi v. c. **3** *tertius eiusdem nominis fort.* INSCR. christ. Rossi I 666 (*a. 431*) Anicio Auchenio Baso consule. *neque magis constat uter consul intellegendus sit:* INSCR. christ. Rossi I 671 ⟨Anicio A⟩u c e n i o Basso (673). 672. 675. **B** AMM. 28, 1, 27 aurigam ... Auchenium. **C** CORP. XIV 2349 (*in agro Albano*) genio Germanici Auchenius: '*fieri potest ut significetur Domitianus*' *Dessau. ante finem saec. IV incisum esse titulum negaverim.* *adi.* **Auchenius,** -a, -um *v. p. 1190, 83.*

Auchētae, -ārum, *Herod.* Αὐχάται, *gens Scythica.* PLIN. nat. 4, 88 a Taphris per continentem introrsus tenent Auchetae, apud quos Hypanis oritur (SOL. 14, 1, *ubi var. lect.* aucetas *et* auchaetas. MART. CAP. 6, 663). 6, 22 Scythas Auchetas, Atherneos, Asampatas. *nota sing. collect.:* VAL. FL. 6, 132 doctus et A u c h a t e s patulo vaga vincula gyro spargere et extremas laqueis adducere turmas. *v. Tomaschek, PW. II 2268.*

Auchus, -ī *nom. myth.* VAL. FL. 6, 60 tertius ... Auchus Cimmerias ostentat opes. 6, 619.

Auchusor, -ōris *cogn. ut videtur punicum.* CORP. VIII 5306 (*Calamae*) Anno s⟨uf⟩etatus Asmunis Mutthumbalis f. et Vrbani Auchusoris f. principatu Pudentis Auchusoris f. cura Clementis Saphiris pa⟨t⟩(roni).

Auci *oppid. Hispaniae Tarraconensis.* RAVENN. p. 310, 6 Auci. *idem videtur quod Ptol. 2, 6, 62* Ἄρσι. *v. Hübner, PW. II 1276 sub* Arsi *3.*

Aucia *v.* Aucius.

Aucicun (*gen. plur.*) *gens Hispana.* EPHEM. epigr. VIII 285 (*in conventu Cluniensi*) m(onumentum) p(ositum) Cadus Pedaccianus Pentovio Aucicun amico suo Falmici filio an. XXX. *cf.* Aucieicu(m). *Diehl.*

Aucidius, -a *nom. gent., cf.* Auceius, Aucilius. CORP. VI 2086, 23 (*a. 155*) C. Aucid⟨io⟩ Victorino *cos. quia* c *non plane certa est,* Aufid⟨io⟩ *legere mavult Rohden, PW. II 2269.* IX 948 (*Aecis*) L. Mummius Nig⟨er⟩ Quintus Valeriu⟨s⟩ V⟨e⟩g⟨et⟩us Severin⟨us⟩ C. Aucidius Tertul⟨lus⟩ cos. *cf.* XI 3003. III 6183 (*in Moes. inf.*) P. Vigellio Raio Plario Saturnino Atilio Braduano C. Aucidio Tertullo leg(ato) Aug(usti). *sunt qui hic et in antecedenti titulo* Caucid- *legere malint* (*Prosopogr. imp. Rom. II n. 515. III n. 434; in* III 6183 *inter* C *et* Aucidio *interpunctum non est*). *Otto.*

Aucieicu(m) *gen. plur., gens Hispana.* CORP. II 5321 (*Caesarobrigae*) Mantua Caelio Aucieicu(m) Serani f. frat(ri) be(ne) m(erenti). *cf.* Aucicun. *Diehl.*

Aucilius, -a *nom. gent., cf.* Avius, Aucius *al.; cogn. osc.* Aukil (*Zvet. inf. 140*); *etrusc.* auclina (*Pauli I 1791*). *v. etiam* Oclatius. CORP. VI 2763 L. Aucilius L. f. Vol(tinia) Secundus Vienna. INSCR. Ephem. epigr. VIII p. 57 n. 230 (*Cuprae marit.*) Aucilia. XII 2376 (*inter Viennam et Augustum*) Auciliae Marcellinae ... Aucilius Lucanus et Modestia Marcian⟨e⟩ parent(es). XIII †906 (*Burdigalae*) Aucilia Pascasia. 2453 (*in prov. Lugudun.*) M. Aucilio Lucano dec(urioni) civit(atis) Vien(nensis), Modestia Marciane coniux. 10010, 216 (*in vasculo Gallico*) Aucili.

Aucilo *cogn.* CORP. XIII 1411 (*in Aquitania*) memori⟨ae⟩ C. Sulpi(ci) Fidi ... Sul(picius) Aucilo pater posuit. *alii tradunt* Augilo.

Aucio *nomen figuli.* CORP. XIII 10010, 218 (*in vasculis Gallicis*) o(fficina) Aucio (*sic*) *et* Aucio.

Aucirix *nom. vir. celticum.* CORP. XIII 10010, 217 *videtur esse* Aucirix avoti (= *fecit?*).

Aucisenus, -a *nom. gent., cf.* Aucius *al.* CORP. VI 1057, 1, 101 (*a. 205*) M. Aucisenus Vrsinus *vigil.*

Aucissa *vel* Augissa *nom. vir. etruscae originis, ut videtur, cf.* Aucius, Aucilius *al. legitur in fibulis:* CORP. XV 7096 Augissa *et* Aucissa. X 8072, 22 Aucissa. XI 6719, 2 Aucissa *et* Augissa. INSCR. Westd. Zeitschr. III p. 186 Aucissa f. CORP. XIII 10010, 219 (*in vasculo Gallico*) Aucissa. III 12031, 18 (*in instrumento Sisciae reperto*) Aucissa.

Aucius, -a *nom. gent., cf.* Auceius, Aucilius *al. v. etiam* Aucus. CORP. XII 1743 (*in agro Tricastinorum*) M. Aucií ⟨M⟩acríni. 3608 (*Nemausi*) T. Auc⟨i⟩us Helviánus. 4856 (*Narbone*) Auc⟨i⟩ae (mulieris) l. ⟨...⟩ (*? cf. additamenta*). XIII 1798 (*Luguduni*) C. Aucius C. fil. Gal(eria) Macrinus. 1938 (*Luguduni*) dís manibus C. Auci Gal(eria) Celeris IIIIIIvir(i) Aug(ustalis), A. Aucius Macrínus patri. *cf.* 1799. 10010, 215 (*in vasculo Gallico*) Auci. *cogn. mul.* CORP. II 2828 (*in Hispan. Tarrac.*) L. Terentio Paterno Eburanco Titi f. Quirinali ... Terentia Aucia marito. *Otto.*

Aucnus *v.* Aunus *et* Ocnus.

Aucocerētes *gens Pyrenaea.* AVIEN. ora 550 Ceretes ... et Aucoceretes (*ubi* Ausoceretes *Vnger*) ... duri. *Diehl.*

[**aucon**] *v.* ancon. **Aucrōnia** *v.* Autronius.

Aucta, Auctē *v.* Auctus. **Auctarit** *v.* Autharit.

auctārium, -ī *n. ab* augere, auctus. PAVL. FEST. 14 auctarium dicebant antiqui, quod super mensuram vel pondus iustum adiciebatur, ut cumulus vocatur in modio (*huc pertinere videtur* GLOSS. II 3, 32 auctuarium ἐπίμετρον). PLAVT. Merc. 490 tanti quanti poscit, vin tanti illam emi? :: auctarium (auctorarium *A*) adicito vel mille nummum plus quam poscet.

auctē *v. sub* augeo. **Auctiānus, Aucticlus** *v.* Auctus.

auctifer, -a, -um [*cf. c.* auctus *et* ferre. *Th.*]. CIC. carm. frg. 30, 2 (Aug. civ. 5, 8) tales sunt hominum mentes, quali pater ipse Iuppiter auctiferas lustravit lumine terras (*vertens Hom. Od. 18, 136 sq.* τοῖος γὰρ νόος ἐστὶν ἐπιχθονίων ἀνθρώπων, οἷον ἐπ' ἦμαρ ἄγῃσι πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε).

auctifico, -āre [*cf. c.* auctificus *et c.* augificare. *Th.*]. ARNOB. nat. 7, 17 quibus (*visceribus taurorum*) honor a vobis auctificatur deorum. *ibid.* cibis ... auctificatis deos. 7, 27 hocine ergo superas honorat et auctificat dignitates? *cf.* auctitare.

auctificus (-a, -um) [*cf. c.* auctus *et* facere. *Th.*]. LVCR. 2, 571 nec superare queunt motus ... exitiales perpetuo neque in aeternum sepelire salutem, nec porro rerum genitales auctificique motus perpetuo possunt servare creata.

auctilio *v. sub* auctio *l. 19.* **Auctillus** *v.* Auctus.

Auctīnus *v.* Auctus.

auctio, -ōnis *f. ab* augeo, auctus. PAVL. FEST. 17 *v. infra p. 1193, 47.* GLOSS. προσθήκη, αὔξησις, αὔξημα, crementum. πρᾶσις κατὰ ὑπερθεματισμόν, πρᾶσις, διάπρασις ἀπάρτιος, publica venditio (V 492, 13 auctilio puplica venditio id est auctio), subhastatio, proscriptio (*gloss. Iuv.*), venditio. IV 22, 57 crementum vel venditio. 484, 51 incrementum vel venditio. FVLG. serm. ant. 26 auctionem dici voluerunt venditionem, quasi quod et ementem augeat et vendentem. SCHOL. Iuv. 7, 10 auctio: venditio publica. GRAMM. suppl. 292, 6 auctio, quod est venditio, per diphthongum scribendum. *graece scriptum in apocha Pompeiana* CORP. IV suppl. n. 136, 10 ἐξ αὐκ⟨τιωνε⟩. autionum *errore lapicidae* CORP. VI 9035[a]. *apud* TAC. Agr. 19 *leg.* exactionem (auct- $T^1 A^1 B^2$), *apud* SVET. vita Hor. p. 44 R. exactionum coactore *cum codd.* (auctionum *Reifferscheid*).

semper fere t e c h n i c e *de venditione (v. Leist, PW. II 2270 sqq.), plerumque absolute, raro adduntur adiect. velut* hereditaria, regia, decemviralis, lintiaria, venaliciaria, buxiaria: *auctionem facere, constituere, praedicere, proponere, sim.:* PLAVT. Stich. 195 auctionem praedicem, ipse ut venditem (244. [208[a]]). Men. 1153 auctionem hic faciam et vendam quidquid est. 1157 auctio fiet Menaechmi mane sane septimi (1157). Persa 508 ut fiat auctio publicitus. Poen. 411. 1364. 1421 Stich. 201. 218. 384 non vendo logos. iam non facio auctionem, mi optigit hereditas. Epid. 235. CATO agr. 2, 7 auctionem uti faciat: vendat oleum, si pretium habeat. orat. frg. 42 (Prisc. gramm. II 279, 17) si posset auctio fieri de artibus tuis, qualis supellectilis solet. CIC. Quinct. 15 auctionem in Gallia ... Quinctius Narbone se facturum proscribit earum rerum, quae ipsius erant privatae. 16. Verr. 3, 46. 5, 11 Deiot. 14. Phil. 5, 11 mulier sibi felicior quam viris auctionem provinciarum regnorumque faciebat. ad Q. fr. 2, 2, 1 Culleonis auctio facta est. Att. 12, 3, 2. 13, 45, 3 epist. 14, 5 (*cf.* Att. 12, 51, 2 velim scire, quando auctio. 13, 2, 3 cras igitur auctio Peducaei. 13, 4, 12. 13, 30, 2). BELL. Afr. 97, 1 Zamae auctione regia facta bonisque eorum venditis. FEST. 322 ⟨au⟩ctio Veientium ⟨fieri solet⟩. SEN. contr. 10, 5, 8 utinam ... auctionem cum exceptione fecisses: 'ne quis Atheniensis emeret'. PETRON. 38 ⟨C.⟩ Iulius Proculus auctionem faciet rerum supervacuarum. MART. 9, 3, 3 grandis in aetherio licet auctio fiat Olympo coganturque dei vendere quidquid habent. 14, 35, 1 cum fieret tristis solvendis auctio nummis. QVINT. decl. 269 p. 97, 19. IVV. 6, 255 rerum si coniugis auctio fiat (SCHOL. fit nam et privatim auctio). VLP. reg. 22, 26 qui auctionem rerum hereditariarum facit. CAPITOL. Aur. 17, 4 ornamentorum imperialium. 21, 9 rerum aulicarum. FVLG. serm. ant. 26 auctionem facio parasiticiam (*exemplum fictum Plautinum*). SCHOL. Iuv. 8, 96 provide tibi praeconem et auctionem fac rerum tuarum. CIC. S. Rosc. 23 reliqua constituta auctione vendebat. Caecin. 13 cum esset haec auctio hereditaria constituta (15 agr. 1, 7). agr. 1, 4 audistis auctionem populi Romani proscriptam (*cf.* Att. 13, 37, 4 PETRON. 38) a tribuno plebis, constitutam in mensem Ianuarium. 1, 2 perscribit in sua lege vectigalia, quae XVviri vendant, hoc est perscribit auctionem publicorum bonorum (*cf.* CORP. IV p. 370 n. 100, 1). Att. 7, 3, 9 quarum rerum auctionem instituat (LEX met. Vipasc. 4 si instituta auctione universaliter omnia addicta fuerint. COD. Theod. 10, 2, 1). QVINT. inst. 6, 3, 99 an dominus eius auctionem proposuisset (SVET. Cal. 38). CAPITOL. Pert. 7, 8 auctionem rerum Commodi habuit (*cf.* 8, 2). *varia:* PLAVT. Stich. 234 haec veniisse iam opus est quantum potest, ut decumam partem Herculi polluceam. :: Ecastor auctionem haud magni preti. 207 dicam auctionis causam. Men. 1161 vix credo tota auctione capiet quinquagesies. CIC. Quinct. 19 quod promisisset non plus sua referre, quam si, cum auctionem venderet, domini iussu quidpiam promisisset. agr. 2, 58 quod minuit auctionem Xviralem laudo. Phil. 2, 74 auctionem heredes ... prohibuerunt. Att. 13, 12, 4 paulum proferant auctionem. agr. 2, 48 quam tu mihi ex ordine recita de legis scripto populi Romani auctionem. 2, 51 ascribit item auctioni Corinthios agros. 2, 67 utrum haec lex est an tabula Neratianae auctionis? (Att. 13, 12, 4 de Brinniana auctione). Caecin. 13 versabatur eo quoque tempore in his rationibus auctionis et partitionis. Phil. 2, 73 auctionis vero miserabilis aspectus. 11, 13 vidi etiam P. Decii auctionem (*ibid. iterum. cf.* Att. 12, 50 cum Sexti auctioni operam dederis). agr. 2, 53 ad eam auctionem potissimum proficiscetur (SEN. contr. 10, 5, 18 isset ad auctionem).

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

2, 56 cum bona ... civium funesta illa auctione sua venderet. Verr. 5, 14 in auctione signum aeneum ... HS XL milibus venire non vidimus (Cluent. 180). Att. 12, 3, 12 velim scire, hodiene statim de auctione et quo die venias. 13, 14, 1 obire auctionis diem facile poterunt (13, 27, 2). LIV. 2, 14, 4 auctionem fortunae regiae (BELL. Afr. 97, 1 *supra p. 1192, 47.* PLIN. nat. 29, 26 ceu venenum vendidisset in auctione regia. 33, 149. *cf.* ITIN. Alex. 18 Darii legatio revenit, ceu si in auctione regni pausam malis praesentibus petens). SEN. contr. 1 praef. 19 in auctione persedit per diem totum (SVET. Cal. 39). 1, 2, 4. 9, 3, 3. 10, 5, 5. 1, 2, 3 vultis auctionis exitum audire? CORP. IV p. 370 n. 100, 1 pers⟨cr⟩iptio auctionis lintiariae. p. 338 n. 45 nummo⟨s⟩ ex auctione venaliciaria (*bis*). p. 284 n. 5, 2 ob auctionem buxiaria(m). p. 321 n. 32, 5 quae pecunia in stipulatum L. Caecili Iucundi venit ob auctione(m), *et saepius in apochis Pompeianis.* SEN. benef. 4, 13, 3. PLIN. nat. 33, 20 ex anulo in auctione venali. 35, 162 in Aristotelis heredum auctione septuaginta patinas venisse traditur. QVINT. inst. 11, 2, 24 auctione dimissa. LEX met. Vipasc. 1 ea⟨rum venditionum quae per auctio⟩nem intra finem metalli Vipascensis fient. 6 summae, quae excepta in auctione erit. IVV. 7, 10 vendas potius, commissa quod auctio vendit stantibus, oenophorum tripedes armaria. PLIN. epist. 7, 11, 1 hereditarios agros, quos ego iusseram proscribi non expectata auctione (8, 18, 11). PAVL. dig. 41, 4, 2, 8 tutor ex pupilli auctione rem ... emit (*ibid.* § 9). GAIVS inst. 4, 126ᵃ pretium rei, quae in auctionem venerit. *ibid.* in auctione praedictum est. APVL. met. 9, 31 omnia iumenta ad hereditariam deducit auctionem. CAPITOL. Gord. 24, 5 velut in auctione positus nundinatus est. AVSON. 350, 2. 393, 18 PS. ASCON. Verr. 2, 1 p. 172. COD. Theod. 10, 17, 1 (*a. 369*) quaecumque ... sub auctione licitanda sunt. SIDON. epist. 7, 5, 2 remque iam dudum in nundinam mitti auctionemque potuisse. AVG. serm. 216, 3 ecce cum auctione et mercatu fidei regnum vobis caelorum venale proponitur. *plural.*: PLAVT. Stich. 385 malivoli, perquisitores auctionum, perierint. POLLIO Cic. epist. 10, 32, 3 circulatorem quendam auctionum. CIC. Planc. 33 an quod reiectae auctiones essent? Deiot. 14. agr. 2, 62 quantae ... divitiae Xviris in tantis auctionibus, tot iudiciis ... quaerantur videtis. PLIN. nat. 33, 149 in auctionibus regiis. 18, 119. SVET. Iul. 50 cui ... super alias donationes amplissima praedia ex auctionibus hastae minimo addixit. Cal. 16 ducentesimam auctionum Italiae remisit. 37 exquisitissimo calumniarum et auctionum et vectigalium genere. SYMM. orat. 4, 14 quid loquar crimina necdum delata iam vendita et humani sanguinis auctiones? PRVD. perist. 2, 78 addicta (*sc. Christianis*) avorum praedia foedis sub auctionibus. PAVL. NOL. epist. 24, 17 divitiis incubare, pecuniam fenore augere, possessiones auctionibus. CORP. VI 9035 T. Flavius Aug. lib Firmus Narcissianus relator auctionum (*cf.* 9035ᵃ). *titulus fabulae togatae Afrani*: NON. 104 Afranius Auctione.

i. q. αὔξησις: PAVL. FEST. 17 auxiliares dicuntur ... socii Romanorum ... dicti a Graeco vocabulo αὔξησις, quod nos dicimus rerum crescentium auctionem. *cf.* GLOSS. *supra p. 1192, 17.* PAVL. FEST. 109 'in' praepositio modo significat, quod 'non', ut inimicus; modo auctionem, ut inclamavit. MACR. sat. 1, 14, 1 fuit tempus, cum propter superstitionem intercalatio omnis omissa est, nonnumquam vero per gratiam sacerdotum, qui publicanis proferri vel imminui consulto anni dies volebant, modo auctio modo retractio dierum proveniebat. ENNOD. epist. 4, 35 p. 122, 27 deum precor, ut prospera vestra in longum producens mihi quoque secundis amicorum successibus spondeat auctionem. GILD. chron. min. III 55, 11 optat *Ieremias* sibi auctionem fletuum a domino concedi. PRISC. gramm. III 35, 11 est quando abundant syllabice, id est auctionis syllabarum causa tantummodo nulla significationis additione, ut 'emori' pro 'mori'. 156, 1 'ante' ... cum comparativo positum auctionem auctioni addit (SCHOL. Hor. carm. 2, 8, 7 pulcrior multo: auctio est data auctioni).

auctiōnālis, -e *ab* auctio. AMBR. epist. 37, 13 nihil ... praeiudicat pecunia ..., nihil tabulae auctionales, quibus emptor frequenter adiudicatur atque addicitur. *lectio incerta* VLP. dig. 27, 3, 1, 3 *v.* actionalis. *cf.* auctionarius.

auctiōnārius, -a, -um *ab* auctio. CIC. agr. 1, 7 at hoc etiam nequissimi homines consumptis patrimoniis faciunt, ut in atriis auctionariis potius quam in triviis aut in compitis auctionentur. CORP. IX 3307 atrium auctionarium. CIC. Catil. 2, 18 meo beneficio tabulae novae proferentur, verum auctionariae (*cf.* auctionalis). *subst.*: GLOSS. auctionarius: qui emit. NOT. Tir. 57, 22 auctionarius. *apud* GREG. M. epist. 1, 48 *trad.* actionario.

auctiōnātor qui auctionem facit GLOSS. IV 312, 45. qui de pretio contendit V 338, 4. HIL. AREL. vita Honorat. 11 aequaliter ad patrimonium propinquus atque extraneus auctionator admittitur.

auctiōnor, -ātus sum, -ārī *ab* auctio. GLOSS. II 423, 10 προστίθημι ... auctionor. V 269, 46 auctionatur: auctionem facit. 345, 56 accionabatur: puplice vendebat. CIC. Quinct. 16 ibi tum vir optimus Sex. Naevius hominem multis verbis deterret, ne auctionetur. 20 deteriore tempore absens auctionatur. 23 ait se auctionatum esse in Gallia. agr. 1, 7 *v. supra l. 67.* 2, 53 ponite ante oculos vobis Rullum in Ponto, inter nostra atque hostium castra hasta posita, cum suis formosis finitoribus auctionantem. Deiot. 25 quo tum rex animo fuit? qui auctionatus sit seseque spoliare maluerit quam tibi pecuniam non subministrare. Phil. 2, 73 ex quibus (*possessionibus*) praeter partem Miseni nihil erat quod is, qui auctionaretur, posset suum dicere. CAES. civ. 3, 20, 3 inopiam excusare ... et difficultates auctionandi proponere etiam mediocris est animi. SCHOL. Iuv. 5, 3 senex in maximis necessitatibus ... coactus auctionari. *c. acc.*: AMBR. off. 3, 6, 41 tu frumentum quasi fenerator occultas, quasi venditor auctionaris. *ibid.* te auctionante pretium (Hel. 8, 24 inquietat dominum somnolentum, auctionatur pretia). Iac. 1, 3, 10 voluntarium servum sibi diabolus auctionatur. Ioseph 4, 20 quomodo ... non servus amarus omnis, qui pro exiguo pecuniae lucello se ipsum auctionatur? OROS. hist. 5, 18, 28 cum ipsa Roma ... praecipuas sui partes auctionabatur. PS. ASCON. Verr. p. 177 B. sectatores ... dicti sunt, qui spem lucri sui secuti bona condemnatorum semel auctionabantur. QVINT. decl. 269 p. 97 tit. dives sub tyranno auctionatus (*in themate*: facta auctione discessit).

Auctior *v.* Auctus.

auctito, -āre [*ab* auctare, augere. *Th.*]. SACERD. gramm. VI 431, 13 frequentativa species ..., quae to vel so syllaba terminatur, ut aucto curso. haec duo gradus recipit, ut aucto et auctito, curso et cursito. TAC. ann. 6, 16 pecunias faenore auctitabant. ARNOB. nat. 7, 13 his (*sacris*) numinum potentias auctitare (*cf.* auctificare).

auctiuncula, -ae *f. ab* auctio *deminutive.* GLOSS. V 269, 43 auctio mino⟨r⟩, ut supra fundum (*cf.* 590, 15). NOT. Tir. 57, 21 auctiuncula.

auctiusculus (-a, -um) *ab* auctus, auctior. IVL. VAL. 2, 25 p. 91, 6 K. frondentes et auctiusculos ramos. 2, 26 p. 93, 18 plerique *Persae* auctiusculi sunt.

auctīvus, -a, -um *cf. c.* augere, auctus. DIOM. gramm. I 417, 19 *'et' coniunctio* modo confirmativa ... modo adnutiva et promissiva ... modo auctiva pro 'etiam' ... modo diminutiva per gradus (*similiter* DOSITH. gramm. VII 422, 23). FORTVN. rhet. 3, 20 p. 132, 21 si locos quoque communes intuearis, invectivi sint an defensionales ..., auctivi an minutivi. DON. Ter. Andr. 586 propemodum, cuius auctivum (*sic Wessner*, activum *vel* accusativum *vel aliter codd.*) est admodum. *cf.* adauctivus.

aucto, -āre *ab* augere, auctus. SACERD. gramm. VI 431, 12. 13 *v. sub* auctito. PLAVT. Amph. prol. 6 ut res rationesque vostrorum omnium bene ⟨me⟩ expedire voltis peregrique et domi bonoque atque amplo auctare perpetuo lucro. CATVLL. 67, 2 teque bona Iupiter auctet ope. LVCR. 1, 56 unde omnis natura creet res, auctet alatque (*affert* SEN. epist. 95, 11). *Ihm.*

Auctomārus, -ī *cogn. vir. celt.* CORP. III 5272 (*Celeiae in Norico*) Secundus Magimari f. v. f. sibi et s. et Magimaro Auctomari et Cupitae Atevorti f. parentibus et Exorato nepo(ti) an. II. *Diehl.*

auctor, -ōris *m.* [*i. q. umbr.* uhtur 'auctor', *magistratus quidam fratrum Atiediorum, cf. c.* augere. *Th.*]. SCHOL. Bern. Verg. georg. 1, 27 ab augendo dictus. GLOSS. II 26, 5 μάρτυς συγγραφεύς ὑπηρέτης αὐθέντης (250, 45) ἀρχηγός (26, 4. 246, 11). IV 23, 3 conscriptor factor adinventor (484, 26. 27). II 252, 3 αὐτουργός auctor rei. PAVL. FEST. 29 auctor communis erat generis apud antiquos. CHAR. gramm. I 44, 8. 543, 36 PROB. inst. gramm. IV 91, 33 PHOC. gramm. V 416, 11 AVG. gramm. V 504, 2 GRAMM. suppl. 115, 2 ISID. orig. 10, 2. *pro muliere et neutro dictum v. sub VI. per c scribi testantur inscriptiones; ne in codicibus quidem nisi raro omittitur.* PROB. app. gramm. IV 198, 30 auctor non autor. *v. Heraeus ad h. l. Archiv XI (1900) p. 323.* INSCR. numm. Cohen VIII² p. 284, 78 Salustius autor. CORP. VIII 1423 (*christ.*) autor. XII 2058 (*a. 491*) anima ad authorem d(eum) remeante (*periit lapis*). PLAVT. Pseud. 231 auctōr. CORP. VI 31293 auctóre.

I *in sermone iudiciali*: **1 venditor**: GLOSS. II 415, 15 πράτης venditor auctor. PLAVT. Curc. 498 nec vobis (*lenonibus*) auctor ullus est, nec vosmet estis ulli. *sed fortasse fideiussor est. v. I 1 in fine.* CIC. Verr. 5, 56 quod a malo auctore emissent (SEN. contr. 7, 6, 23). Tull. 17 nequedum fines auctor demonstraverat. Caecin. 27 Caesennius, auctor fundi. PAVL. FEST. 89 fundus quoque dicitur populus esse rei, quam (quem *codd.*) alienat, hoc est auctor. SEN. contr. 10, 5, 11 redi ad auctorem. GAIVS dig. 4, 4, 15 posterior emptor reverti ad auctorem suum poterit. VLP. dig. 44, 2, 9, 2 (LEX Visig. Recc. 9, 1, 10) MODESTIN. dig. 21, 2, 63, 2. *item emptori opponitur*: POMP. dig. 19, 1, 6, 5 si tibi iter vendidero, ita demum auctorem me laudare poteris, si (MODESTIN. dig. 21, 2, 63 pr.). PAVL. dig. 21, 2, 53, 1. VLP. dig. 21, 2, 28 ex utriusque persona et auctoris et emptoris (41, 2, 13, 1. 44, 2, 9, 2. 44, 4, 4, 27. *ibid. liberius ter*). 21, 2, 51 pr. *bis.* 50, 156, 3 MACER dig. 49, 1, 4, 3 *ter. ad emptorem refertur*: FORMVLA exceptionis Vlp. dig. 6, 2, 14 si non auctor meus ex voluntate tua vendidit. PAVL. dig. 50, 17, 175, 1 non debeo melioris condicionis esse, quam auctor meus, a quo ius in me transit. VLP. dig. 43, 19, 3, 2. 44, 3, 5 pr. 44, 19, 3, 2. 44, 3, 5 pr. an vitium auctoris vel donatoris eiusve, qui mihi rem legavit, mihi noceat, si forte auctor meus iustum initium possidendi non habuit (PAPYR. dipl. Marini nr. 89 *anni 587* a meis auctoribus proauctoribusque meis). 43, 12, 1, 22 *ex Labeone* auctor tuus. 44, 5, 1, 2 si auctor eius iurasset suum fundum se tra-

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

didisse. PAVL. dig. 10, 3, 14, 4. *liberius*: PAPIN. dig. 21, 2, 64, 2 pro qua parte auctor teneretur. *ibid. iterum.* PAVL. dig. 19, 1, 14, 1. 45, 1, 85, 5 auctoris heredes. VLP. dig. 19, 1, 11, 9 MODESTIN. dig. 40, 12, 21 pr. LEX Visig. Recc. 7, 2, 8. 10, 1, 14. GREG. M. epist. app. II p. 438, 6 a me, auctoribus proauctoribusque meis . . . possessae sunt. *translate*: PLANC. Cic. epist. 10, 8, 3 eadem a melioribus auctoribus petenda existimarent. *fort.* SEN. dial. 6, 10, 3 *loco corrupto.* *inclinat ad possessoris (prioris sc., a quo emptor rem accepit) significatum*: VENVL. dig. 44, 3, 15, 1 si medius aliquis ex auctoribus non possesserit, praecedentium auctorum possessio non proderit, quia coniuncta non est, sicut nec ei, qui non possidet, auctoris possessio accedere potest. SCAEV. dig. 19, 1, 52, 3 an ripa, quae ab auctore domui coniuncta erat, ad emptorem quoque iure emptionis pertineat. CORP. IX 2827, 15 auctorem Histoniensium fundi Herianici et Titiam Flaccillam proauctorem Tilli Sassi fundi Vellani. *cf.* PAPYR. dipl. Marini nr. 92, 18 (*saec. VI*). VLP. dig. 43, 17, 3, 4 si auctor vicini tui (*sc. fundi*) ex fundo tuo vites in suas arbores transduxit. LEX Burg. lib. const. 49, 2 auctorem rei. CONC. Aur. Mon. Germ. leg. I p. 94, 15 locum, qui auctoris eius constat fuisse deputatus. CONC. Par. Mon. Germ. leg. I p. 143, 12 *et* 24. *possessor*: CIC. Caecin. 54 actio est in auctorem praesentem his verbis: quandoque te in iure conspicio, *quae suppleas ex* PROB. litt. sing. gramm. IV 274, 4, 7 q. i. i. t. c. p. a. f. a.: quando in iure te conspicio, postulo, anne fuas (far, fas *codd.*) auctor. Pis. 4 melioribus auctoribus reservavi *agrum.* *translate*: AVG. serm. ed. Mai 82, 1 abduxit derelictum ab auctore mancipium. GLOSS. II 181, 5 secundus auctor βεβαιωτής. 256, 53. 420, 10 προπράτωρ secundus auctor. CORP. III p. 959 (*a. 160*) σεκοδο αὐκτωρ. VLP. dig. 21, 2, 4 pr. an is, qui mancipium vendidit, debeat fideiussorem ob evictionem habere, quem volgo auctorem secundum vocant.

2 ***tutoris praedicatum i. q. ratum habens***: CIC. Caecin. 72 quod mulier sine tutore auctore promiserit, deberi. top. 46 (LIV. 34, 2, 11 maiores nostri nullam, ne privatam quidem rem, agere feminas sine tutore auctore voluerunt. LEX Salp. Corp. II 1963, 2, 23 PAVL. dig. 12, 2, 17, 1. 18, 7, 1 VLP. dig. 11, 7, 14, 15). Flacc. 86 quaecumque sine hoc auctore est dicta dos, nulla est. Caecin. 73 dotem, quam mulier nullo auctore dixisset. Cluent. 14 (*cf.* QVINT. decl. 259 p. 60, 18). Flacc. 84 omnibus (*sc. tutoribus*) . . . auctoribus *in manum convenerat.* LABEO dig. 26, 8, 22 ipso tutore auctore agi (PAVL. dig. 26, 8, 18. VLP. dig. 36, 1, 1, 13 an ipso auctore restitutionem facere possit *pupillus.* 26, 7, 1, 2 ipsis auctoribus). IAV. dig. 26, 2, 24 altero (*sc. tutore*) auctore cum altero agi potest (VLP. dig. 26, 8, 5 pr. 26, 8, 7, 1). PROB. litt. sing. gramm. IV 275, 5, 17 t. a. tutore auctore. IVLIAN. dig. 26, 8, 12 te auctore. 26, 8, 13 impuberes tutore auctore obligantur. 29, 2, 44 GAIVS inst. 2, 47. 112. 113. 118 dig. 6, 2, 13, 2. 40, 2, 25 MAEC. dig. 36, 1, 67, 3 *bis* SCAEV. dig. 42, 1, 44 PAVL. dig. 4, 4, 34, 1. 12, 2, 17, 1. 18, 5, 7, 1. 26, 8, 18. 19 ad . . . ea explicanda tutore auctore opus esse. 40, 2, 24. 41, 2, 1, 3. 11. 13. 41, 2, 32, 2. 41, 3, 4, 2. 45, 1, 24. 50, 17, 5 pupillus omnia tutore auctore agere potest. vat. 110 VLP. dig. 12, 1, 9, 5. 15, 4, 8. 21, 2, 55 pr. 27, 3, 1, 2. 27, 6, 11, 2. 36, 1, 38 (37), 1. 39, 5, 19, 4. 40, 5, 30, 3. 44, 5, 1, 1 reg. 20, 16 CORP. XIV 1701. IV p. 415, 47. p. 416, 9. 32. POMP. dig. 26, 8, 4 eo tutore auctore *bis.* AFRIC. dig. 29, 2, 99. GAIVS dig. 20, 7 pr. praesente tutore auctore. MAEC. dig. 41, 1, 11. GAIVS dig. 6, 2, 13, 2 falso tutore auctore. 27, 6, 10 *suppl.* PAVL. dig. 18, 1, 27 vat. 1 DIG. 27, 6 rubr. GAIVS dig. 27, 6, 10 vero tutore auctore. VLP. dig. 4, 3, 5 tutore auctore conludente. 39, 1, 5 pr. intercedente tutore auctore. MODESTIN. dig. 4, 4, 29 pr. patre eodemque tutore auctore. GAIVS inst. 1, 115 illis tutoribus ⟨auctoribus⟩. VLP. dig. *ex Pomponio* 27, 6, 1, 5 quod his auctoribus gestum est. GAIVS inst. 1, 184 alius dabatur, quo auctore . . . perageretur (VLP. dig. 36, 1, 11, 2. 39, 2, 15, 27). 1, 195a auctore eo. VLP. dig. 19, 1, 13, 7. 26, 8, 5. 27, 6, 1, 2 eo auctore . . ., qui tutor non fuerit. reg. 11, 24. TRYPH. dig. 46, 1, 69 se auctore. VLP. dig. 26, 8, 1 pr. 36, 1, 1, 13. 36, 1, 38 (37), 1. 26, 8, 7, 1 me auctore. EDICT. praetoris Vlp. dig. 27, 6, 7 pr. qui, cum tutor non esset, dolo malo auctor factus esse dicitur. GAIVS inst. 1, 179 in nulla re auctor fieri potest. 1, 190 invitus auctor fieri cogitur. 2, 122. 1, 192 neque ad obligationes suscipiendas auctores fieri coguntur (TRYPH. dig. 26, 2, 27 pr. 27, 3, 1, 2). dig. 26, 8, 9, 5 tutor statim in ipso negotio praesens debet auctor fieri. PAVL. dig 26, 8, 3 etiamsi non interrogatus auctor fiat . . ., cum se probare dicit, id quod agitur: hoc est enim auctorem fieri. 26, 8, 10. 16. 17 si tutor pupillo nolit auctor fieri. 41, 3, 31 pr. VLP. dig. 27, 6, 11, 2 MARCIAN. dig. 26, 8, 15 *bis.* VLP. dig. 26, 8, 1 pr. si auctor fiat, ut filio suo quid tradatur. 26, 8, 1 pr. in rem suam auctorem tutorem fieri (36, 1, 1, 13 esse) non posse. reg. 11, 24. dig. 26, 8, 8 tutor debet pure auctor fieri. IVLIAN. dig. 26, 7, 18 pr. quamvis in nulla re auctor pupillo fuerit. GAIVS inst. 1, 184 (VLP. dig. 27, 6, 11 pr.) SCAEV. dig. 26, 8, 20. VLP. dig. 26, 7, 2 pr. cum non posset . . . auctor ei esse ad accipiendum iudicium. 40, 5, 30, 3. 27, 6, 7, 1 si sciens auctor fuit . . ., si dolo malo auctor fuit. 27, 6, 7, 4 si plures sint, qui auctores fuerint. APVL. apol. 101 adest etiam tutor auctor mulieris. *ibid.* cuius emptionis auctor fuerit. **3** ***aliorum ratum habentium praedicatum***: CIC. dom. 71 ut nemo civis Romanus aut sui potestatem aut civitatem possit amittere, nisi ipse auctor factus sit. 78. *adrogandi*: CIC. dom. 77 te esse interrogatum, auctorne esses, ut in te P. Fonteius vitae necisque potestatem haberet, ut in filio. GELL. 5, 19, 4 eiusque rei ipsi (*adrogandi*) auctores fiunt. POMP. dig. 40, 2, 1 apud praetorem eundemque tutorem posse pupillum ipso auctore manumittere. GAIVS inst. 1, 193. PAVL. dig. 41, 2, 11 qui auctore praetore possidet. VLP. dig. 2, 15, 8 pr. ne aliter alimentorum transactio rata esset, quam si auctore praetore facta. 48, 1, 5, 14. 16, 3, 1, 36 praetore auctore. 2, 15, 8, 3 sine praetore aucto⟨re⟩. 43, 3, 1, 9 praetorem habet huius rei auctorem. COD. Iust. 5, 71, 1 auctore praetore vel praeside provinciae. GAIVS dig. 45, 1, 141, 2 ne auctore quidem patre. *cogitatur idem* PAVL. dig. 23, 2, 3 me solo auctore. PAVL. coll. Mos. 4, 7, 1 *ex lege Iulia* ⟨eo⟩ auctore. PAPIN. coll. Mos. 4, 2, 2. GAIVS inst. 1, 193 maritum auctorem esse iubet *lex.* 3, 43 patrono auctore. *ibid.* sive auctor ad testamentum faciendum factus erat. *ibid. sim.* PAVL. dig. 1, 7, 11 is filius auctor factus non esset. VLP. dig. 26, 8, 7, 2 in rem patris auctor esse filius non potest. 29, 4, 6, 3 testatorem huius rei auctorem esse. 11, 7, 14, 1 auctore iudice. 50, 17, 137. reg. 11, 24 auctore eo agat . . ., qui praetorius (-ianus *Vat.*) tutor dicitur, quia ⟨a⟩ praetore urbis dari consuerit. **4** ***senatus praedicatum***: CIC. Planc. 8 magistratum non gerebat is, qui ceperat, si patres auctores non erant facti. Brut. 55. LIV. 1, 17, 9 ut, cum populus regem iussisset, id sic ratum esset, si patres auctores fierent. hodie quoque in legibus magistratibusque rogandis usurpatur idem ius vi adempta; priusquam populus suffragium ineat, in incertum comitiorum eventum patres auctores fiunt. 1, 17, 11. 1, 22, 1. 6, 41, 10 nec centuriatis nec curiatis comitiis patres auctores fiant. 6, 42, 14. 8, 12, 15 ut legum, quae comitiis centuriatis ferrentur, ante initum suffragium patres auctores fierent. 1, 32, 1 patres fuere auctores. 3, 59, 5. 7, 16, 7. 6, 42, 10 patricios se auctores futuros negabant. CIC. Balb. 35 foedus, quod populus Romanus auctore senatu . . . comprobat. BRVT. Cic. ad Brut. 1, 4, 5 auctore non tyranno interfecto, sed ipso senatu. LIV. 5, 52, 11. 9, 29, 3 P. Decius . . . auctore senatu dictatorem . . . dixit. VELL. 2, 34, 4 auctore senatu, iussu consulis. 2, 68, 2. 2, 129, 3 VAL. MAX. 4, 2, 3 LVCAN. 5, 56 TAC. ann. 3, 12 VOPISC. Tac. 12, 1 Aur. 49, 6. CIC. rep. 2, 25 regem patribus auctoribus sibi ipse populus ascivit. LIV. 1, 47, 10 non per suffragium populi, non auctoribus patribus. 1, 49, 3. 2, 41, 4. 4, 3, 10. 7, 15, 12. 7, 41, 3. CIC. dom. 38 populus Romanus . . . neque auctores centuriatorum et curiatorum comitiorum *habebit.* SALL. orat. Macri 15 libera ab auctoribus patriciis suffragia. *in usu sacerdotum?* VARRO ling. 6, 64 si mihi auctor est verbi. *ex verbis augurum?* CIC. dom. 139 sine auctore, sine fictore *fecit sacerdos.*

tivi; cf. Becker l. l. p. 1270, 70: PLAVT. Cas. 708 at blande orato, ut soles. sed audi⟨n *deest in A*⟩? si effexis hoc, ... tibi dabo. Epid. 400 duce istam intro mulierem atque audin? :: quid vis? :: cave *eqs.* Mil. 1058. 1088 atque adeo, audin [tu]? dicito *eqs.* Poen. 406 atque audin etiam? Veneri dicito multam meis verbis salutem! :: dicam. :: atque hoc audi! ... paucis verbis rem divinam facito! — atque audin? respice. Pseud. 665 atque audin, Harpage? iube, sis, te operiri! Trin. 799 ancillas remove — atque audin? :: quid est? :: uxorem ... hanc rem uti celes face. Truc. 331 nuntia me adesse ... :: licet. :: audin etiam? :: quid vis? *ex reliquis formulis imperativis propono memorabiles*: TER. Eun. 1067 prius audite paucis. Hec. 510. AFRAN. com. 153 audite, pueri, pauca. CIC. rep. 6, 12 parumper ... cetera. PLAVT. Aul. 789 nunciam (*cf.* Rud. 809. 1129 TER. Ad. 184 Andr. 329 Haut. 901 modo). TER. Phorm. 699 nunc contra. CIC. Att. 2, 9, 4 nunc. 7, 1, 2. 15, 17, 2 (*cf.* 16, 3, 4. 16, 5, 2. ad Q. fr. 3, 1, 11 audi nunc. LVCR. 1, 921 OV. epist. 12, 184 LIV. 7, 35, 3). QVINT. inst. 4, 1, 74 *commendat formulam*: audite nunc reliqua. PLAVT. Asin. 229 mane, mane, audi. Cist. 597 asta atque audi. Men. 643 audi atque ades. *cf.* Merc. 568 Poen. 1075 (*v. Abraham, stud. Plaut. p. 228*). Merc. 922 mane parumper atque haec audi. Trin. 1059 heus tu, asta ilico, audi. *cf.* PACVV. trag. 202 age adsta, mane, audi. CIC. Mil. 77 adeste, quaeso, atque audite, cives. OV. fast. 3, 352 en audi crastina, quisquis ades! *cum iteratione*: CIC. de orat. 2, 28 audite vero, audite, inquit. hominem enim audietis. *cf.* Mur. 78. Planc. 98 audi, audi atque attende, Laterensis. Phil. 2, 34 audite, audite, patres conscripti, et cognoscite rei publicae volnera (SVET. rhet. 29 LIV. 1, 24, 7). *cum synonymis coniunctum*: PLAVT. Bacch. 276 porro etiam ausculta .... quin tu audi. *cf.* HIER. epist. 58, 9 audi ergo ..., ausculta paulisper, *et saepius.* VVLG. num. 23, 18 Iob 34, 16. CIC. Verr. 4, 72 audite reliqua et diligenter ... attendite. *cf.* 5, 102. LVCR. 1, 921 cognosce et clarius audi. PS. QVINT. decl. 8, 20 audi, miserrime iuvenis, ... exaudi. VVLG. Ios. 5, 3 audite, reges, auribus percipite, principes. *cf.* Is. 1, 2 Ier. 13, 11 Ioel 1, 2. VVLG. IV reg. 19, 16 inclina aurem tuam et audi (*cf.* psalm. 44, 11 prov. 22, 17 Is. 37, 17). VVLG. prov. 4, 10 audi ... et suscipe verba mea. 7, 24 et attende (*cf.* Is. 34, 1. 49, 1 Os. 5, 1 Mich. 1, 2). Matth. 15, 10 et intellegite. Marc. 7, 14. *Horatius hunc imperativum 6ies ultimo posuit hexametri pede*: HOR. sat. 1, 1, 4 ne te morer, audi, | quo rem deducam. epist. 1, 2, 5. 1, 14, 31. 1, 17, 16. 2, 2, 95 ars 153. OV. ars 3, 37 CALP. ecl. 4, 71 VAL. FL. 7, 257 STAT. silv. 4, 3, 144 IVV. 6, 220. 12, 24. **2** *imperatur rebus, elementis, ut audiant*: SEN. Phaedr. 1191 audite, Athenae. Thy. 1071 Terrae Noxque Tartarea gravis et atra nube, vocibus nostris vaca. Tro. 112 Troiae gemitus audiat omnis pontus et aether. VVLG. deut. 32, 1 audite, caeli, quae loquor, audiat terra verba oris mei. *cf.* Is. 1, 2. 8, 9. 34, 1. Ier. 22, 29 terra, terra, terra, audi *eqs.* Ezech. 36, 1. 37, 4 ossa arida, audite. Mich. 6, 1 *cf.* 2. **3** *dei*: ENN. ann. 210 div⟨i⟩, hoc audite parumper, ut ... prudens anima⟨m⟩ de corpore mitto. PLAVT. Rud. 1343 tum ego huic Gripo (dico, Venus, ut tu audias) talentum argenti magnum continuo dabo. CIC. dom. 104 o di immortales! — vos enim haec audire cupio. ac. 2, 80 utinam *deus* ... roget, audiet, quam nobiscum male egerit. Tusc. 2, 60 tum Cleanthem ... versum ex Epigonis ferunt dixisse: ... audisne haec Amphiaraë sub terram abdite. VERG. Aen. 12, 200 audiat haec genitor (*Iuppiter*), qui foedera fulmine sancit. HOR. carm. 3, 27, 51 o deorum, si quis haec audis. OV. met. 6, 548 audiet (audiat *N, fortasse recte*) haec aether, et si deus ullus in illo est. LIV. 1, 24, 7 Iuppiter. 1, 32, 6 legatus, ubi ad fines eorum venit, unde res repetuntur, capite velato: 'audi, Iuppiter', inquit, 'audite, fines, ... audiat fas'. 1, 32, 10 bellum ita indicit: 'audi, Iuppiter, et tu, Iane (Iuno *codd.*) Quirine, diique omnes caelestes, vosque terrestres, vosque inferni, audite: ego vos testor'. 3, 25, 8 haec ... sacrata quercus et quidquid deorum est audiant foedus a vobis ruptum. 7, 5, 8 audi, Iuppiter, haec scelera ...; audite Ius Fasque (*cf. ad rem* 8, 6, 1 proditur memoriae adversus crebram inplorationem deum, quos testes foederum saepius invocabant consules, vocem Anni spernentis numina Iovis Romani auditam). SEN. Herc. f. 1104 *Herculis* gemitus vastos audiat aether, audiat atri regina poli ... *et* Cerberus. Herc. O. 294 audiat ictus utraque Thetys. Thy. 1071 audite, inferi. CVRT. 8, 5, 19 di propitii sine invidia, quae Cleo dixit, audierint. PERS. 5, 137 sed Iuppiter audiet *sacramentum.* STAT. silv. 3, 5, 5 audiat infesto licet hoc Rhamnusia vultu. QVINT. decl. 329 p. 296, 8 audient haec dii immortales. IVV. 13, 113 audis, Iuppiter, haec nec labra moves.

III *audire de aliqua re, i. accipere narratione, colloquio notitiam alicuius rei*: **1 a** *cum accus.*: PLAVT. Capt. 929 satis iam audivi tuas aerumnas, ad portum mihi quas memorasti. Epid. 451 meas pugnas. Merc. 178 malum. Poen. 1404 quantum audivi ingenium et mores eius, quo pacto sient. Truc. 382 facinus ... adveniens. TER. Andr. 517 audaciam. Eun. 664 tam infandum facinus. CATO or. frg. Gell. 18, 9, 1 eiusmodi scelera nefaria, quae neque fando neque legendo audivimus. VARRO rust. 3, 16, 9 haec ... physica. 3, 37, 3 Ianam (lanam *AP*) lunam et crescentem et contra senescentem. RHET. Her. 4, 35, 47 testis *officium* est dicere quae sciat aut audierit. CIC. Planc. 57 si ... quid erit eiusmodi, ut non extet auctor, qui ⟨autem⟩ audierit ..., ita neglegens vobis esse videbitur, ut unde audierit oblitus sit, ... huius illa vox volgaris 'audivi' ne quid innocenti reo noceat, oramus. PETRON. 38 sed quomodo dicunt, ego nihil scio, sed audivi. CIC. de orat. 3, 225 audivi ... et saepe sum admiratus hominis cum diligentiam, tum etiam doctrinam et scientiam. S. Rosc. 38 quod (*maleficium*) ita raro extitit, ut, si quando auditum sit, portenti ... simile numeretur. Verr. 2, 79 ex eis, quae legi et audivi. 4, 49 haec ... ita audistis, ut auctorem rumorem haberetis. 4, 62 non ... haec ... crederem ..., tametsi volgo audieram. 4, 136. 5, 99 singularem ... cupiditatem, audaciam, amentiam. 5, 132. 6, 5. 6, 68 lautumias Syracusanas omnes audistis, plerique nostis. 6, 140. Catil. 1, 8 nihil cogitas, quod ⟨non⟩ ego non modo audiam, sed etiam videam planeque sentiam. 3, 24 civilis dissensiones. Sull. 81. Arch. 8 adest vir summa auctoritate, ... qui se non opinari, sed scire, non audisse, sed vidisse ... dicit. prov. 8. Balb. 16 cuius ... audita virtus dubitationi locum non daret, huius ⟨visa⟩ atque perspecta obtrectatorum voce laedetur? Scaur. 1 *illa* audi⟨vi⟩mus, hoc vero meminimus ac paene vidimus. Rab. Post. 35 audiebamus Alexandriam, nunc cognoscimus. Mil. 54 si haec non gesta audiretis, sed picta videretis. 66. Marcell. 9. 28 obstupescent posteri certe imperia, provincias, Rhenum, Oceanum, Nilum, pugnas innumerabilis, incredibilis victorias, monimenta, munera, triumphos audientes et legentes tuos. Deiot. 24. Phil. 2, 14 dies natales. 2, 76 ex omnium omnibus flagitiis nullum turpius vidi, nullum audivi. 11, 32 *copias.* 12, 3 negat Piso scire se, negat audisse quicquam. 13, 33. 14, 33 vestrum monimentum. 14, 36. fin. 5, 2 *virorum fortium* facta. 5, 52 res gestas. Cato 20 externa. div. 1, 86 *divinationem.* epist. 2, 12, 1 citeriora. *cf.* 2, 13, 2. 2, 16, 7. 4, 4, 5 cetera ⟨sunt⟩ eiusmodi, ut ... audire ea malis quam videre. *cf.* 4, 3, 2. 4, 9, 1. 6, 1, 1 oculi augent dolorem, qui ea, quae ceteri audiunt, intueri cogunt[ur]. *cf.* 7, 30, 1. 15, 1, 4. CIC. epist. 10, 16, 2 factum aliquod. 12, 10, 2 conatus. TREBON. Cic. epist. 12, 16, 3 quaedam turbulenta. CIC. Att. 2, 12, 2 ille *puer* ex me, nihilne audissem novi. *cf.* 8, 11b, 1. 8, 14, 1. 8, 15, 1. 9, 10, 1. *etiam absolute*: CIC. epist. 2, 7, 1 longe enim absum, audio sero. Att. 6, 1, 2 nec audiretur Romae. 10, 13, 3 iam enim poterit audiri. 10, 14, 2 paucis diebus aliquid audiri necesse est. CIC. Att. 7, 2, 8 mitto alia, quae audio multa. 7, 12, 1 scribas ... non modo si quid scies aut audieris, sed etiam si quid suspicabere (*cf.* 10, 16, 2). 8, 2, 1. 8, 11d, 2. 11, 19, 1. 12, 23, 3. 13, 29, 2. 13, 49, 1. 15, 13, 2. CAES. Gall. 2, 12, 5 *magnitudine operum*, quae neque viderant ante Galli neque audierant. *cf.* civ. 2, 32, 5 res gestas. SALL. Catil. 53, 2 praeclara facinora. *cf.* Iug. 85, 13. 86, 5. VERG. ecl. 9, 11 audieras et fama fuit. Aen. 4, 387 audiam et haec manis veniet mihi fama sub imos. catal. 1, 5 *Delia* venerit, audivi (aut tibi *codd. praeter B*), sed iam mihi nuntius iste quid prodest? PROP. 4, 9, 39 facta Herculeae ... fortia clavae. OV. epist. 9, 119 haec tamen audieram: licuit non credere famae. 16, 134 nec te Palladios nec te Iunonis honores auditis Helenae praeposuisse bonis. met. 8, 726 facta ... mira deum. 11, 667 non ista vagis rumoribus audis. 13, 331 nec vos audistis in illo crimina: vidistis praestoque (pretioque *codd.*) obiecta patebant. trist. 3, 12, 45 auditos ... narrare triumphos. *cf.* 4, 2, 72. Pont. 3, 4, 22 rebus ab auditis conspicuisque. 4, 9, 120. LIV. 2, 26, 4 nocte una audito perfectoque bello (*cf.* 3, 50, 10 quanto visa quam audita indigniora potuerint videri). 2, 72, 3 hoc vulgari, hoc socios audire, hoc hostes, quo cum dolore hos, quo cum gaudio illos. 9, 27, 13. 24, 37, 3 tot auditae proditiones defectionesque urbium et clades praesidiorum. 26, 25, 16 auditus Philippi adventus. 28, 40, 10 quod fando numquam ante auditum erat. *hoc saepius: cf. iam* PLAVT. Epid. 496 fando (-dum *A*; eandum *P*) ego istunc hominem numquam audivi ante hunc diem. CATO or. frg. Gell. 18, 9, 1. CIC. Quinct. 71 mitto aequa, verum ante hoc tempus ne fando quidem audita. nat. deor. 1, 82 ne fando quidem auditum est crocodilum ... violatum ab Aegyptio. LIV. 4, 3, 10. 35, 48, 5 nominibus ... gentium vix fando auditis. 45, 26, 8 equidem pro patria qui letum appetissent, saepe fando audivi. SIL. 10, 484 si Porsena fando auditus tibi, si Cocles, si Lydia castra. AVREL. ad Front. p. 68, 8 N. apros captos esse fando audimus, nam videndi quidem nulla facultas fuit. APVL. apol. 9 tam ⟨veri⟩similem suspicionem. *cf.* 42. 81 multa fando ... audisti, etiam plura legendo didicisti. LIV. 31, 10, 4 clades. 37, 46, 2 *res gestas cf.* 37, 58, 3. 40, 8, 15 *exempla.* 42, 52, 10. 42, 61, 9 facinora. 44, 32, 5 bellum prius perpetratum quam coeptum. SEN. contr. 1, 2, 11 feritatem barbarorum. 7, 2, 2 duo fecit parricidia, quorum alterum audistis, alterum vidistis. 7, 7, 6 crimina. contr. exc. 10, 5 cum audierit verbera, tormenta, ignes (*cf.* contr. 10, 5, 6 narraturus sum ... verbera). suas. 6, 21 vitam. VELL. 2, 5, 1 aditis quae vix audita erant (*ad paronomasian cf.* LIV. *p. 1263, 55*). 2, 92, 5. SEN. Phaedr. 672 magne regnator deum, tam lentus audis scelera? tam lentus vides? Phoen. 362 hinc aucupabor verba rumoris vagi et saeva fratrum bella ... audiam. Thy. 870. dial. 2, 17, 2 senectutem quidam inviti audiunt et canos et alia. 7, 13, 2 voluptatem. 8, 5, 2 mores ... barbararum gentium. benef. 3, 27, 4 exemplum. epist. 76, 33 vincula et exilia et vanas humanarum formidines mentium securus audit. 91, 10 *civitates* magnificas ac nobiles. LVCAN. 5, 747 pericula. 5, 782 prospera bella. 9, 127 nefas. PLIN. nat. 7, 86 proelium. *cf.* 17, 245. 29, 142. VAL. FL. 1, 172 labores. 4, 207 oras. 5, 132 *Iason* aegro corde silens audit currus

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

bellique labores. SIL. 6, 550 tua (*Reguli*) ... fata audire horrebunt ... minores. 8, 106 tellurem. 11, 202 *asperitatem* viri. 12, 295 gravis ... eventus. STAT. Theb. 9, 1 rabies audita cruenti Tydeos. 12, 120 scelus ... morsusque profanus ... viri. MART. 14, 198 delicias parvae ... catellae. QVINT. inst. 9, 2, 71 quod fortasse non crederet, si audiret. decl. 246 p. 8, 23 bella. TAC. Germ. 37 Cimbrorum ... arma. 41 flumen inclutum et notum olim; nunc tantum auditur. ann. 1, 42 laeta omnia. 4, 34 novo ac tunc primum audito crimine. 4, 54. 4, 60. hist. 3, 68 nihil tale viderant, nihil audierant. PLIN. epist. 4, 2, 7 nuptias. 6, 19, 5 quidquid venale. 7, 27, 7 simulacra. paneg. 72 simile aliquid. FLOR. 1, 22, 5 obsidium. ITALA Phil. 2, 17 (Tert. scorp. 13) *agonem*. I Cor. 5, 1 (pudic. 14) auditur in vobis in totum fornicatio (*cf.* HIER. epist. 37, 4 *et* 147, 1). PORPH. Hor. carm. 3, 5, 1 *Aegypti* virtutes et potentiam. VOPISC. Prob. 18, 4 mures rebelles. ITIN. Silv. 20, 6 *monachorum* fama vel vita longe audiebatur. 46, 6 simboli (singuli *codd.*) omnem rationem (*antecedit* de resurrectione). AMM. 14, 9, 5 cum nec vidissent quicquam nec audissent. 16, 7, 8 neque legisse me neque audisse. *cf.* 21, 12, 1. 18, 4, 7 novi motus rumoribus densis audiuntur. 22, 9, 17 negotium. *cf.* 26, 5, 10. 29, 1, 37. AMM. 27, 7, 8 aliud horrendum. 29, 1, 20 quae ... susurris. HIER. epist. 60, 17. 69, 3 rem novam. 77, 10 xenodochium in Portu Romano situm totus pariter mundus audivit. 82, 4 ego nec interfui nec audivi. 130, 6 Christianae gloriae triumphus auditus est. VVLG. Iob 2, 11 omne malum. Is. 48, 6 quae audisti, vide omnia. *cf.* 48, 8. 60, 18 *iniquitatem*. I Macc. 8, 2 proelia. act. 17, 32 resurrectionem. CLAVD. 5, 137 iter. carm. min. 49, 2 indomitam dirae torpedinis artem ... et merito signatas nomine vires. AVG. civ. 18, 18 p. 278 D. non desunt ... qui eiusmodi quaedam vel certissima audisse vel etiam expertos se esse adseverent. SVLP. SEV. dial. 3, 1, 3 Martini ... virtutes. **b** *cum accus. c. inf.*: PLAVT. Rud. 993 qui⟨d⟩, tu numquam audi[vi]sti esse antehac vidulum piscem? TER. Eun. 115 a praedonibus ... se audisse abreptam e Sunio. 1036 scis Pamphilam meam inventam civem? :: audivi. Haut. 685 Hec. 219 Phorm. 39. 329. 349 LVCIL. 753. CIC. de orat. 1, 293. 3, 6 part. 2, 194. S. Rosc. 154 cum omnibus horis aliquid atrociter fieri videmus aut audimus. Verr. 2, 45. 59. 98. 3, 15. 4, 119. 136. 5, 117. 6, 95. 120 Caecin. 43 Manil. 33 leg. agr. 1, 4. 2, 81 Catil. 4, 17. Sull. 36 qui ... vitam hominum ... non nossent ac tantum audivissent eos pari calamitate esse. dom. 121 Sest. 77 Cael. 54 prov. 19 Rab. Post. 47. Lig. 3 bellum ... ante audierunt geri quam parari. Phil. 2, 57. 104. 4, 15. 6, 11. 12, 2. 12, 15 populus Romanus non solum audivit, sed etiam didicit nihil esse homini Romano foedius servitute. epist. 1, 9, 20. 2, 6, 1. 2, 17, 5. 6, 6, 2 Att. 1, 12, 2. 1, 15, 1. 4, 13, 1. 9, 1, 2. 3. 13, 6, 1. 16, 13ᶜ, 2 *et saepius*. CATVLL. 68, 112 CAES. Gall. 2, 12, 2. 4, 7, 1. 5, 1, 2 HIRT. Gall. 8, 24, 2 BELL. Afr. 8, 3. 19, 3 SALL. hist. frg. 4, 13 VERG. ecl. 9, 7 Aen. 1, 20 OV. fast. 5, 197. LIV. 21, 24, 2 Galli quamquam Italiae bellum inferri audiebant, tamen quia ... fama erat. 28, 44, 6. 30, 17, 4. 34, 49, 5. 35, 51, 3 strictos gladios aut sanguinem usquam factum. 36, 7, 16. 37, 10, 11. 39, 24, 7. PHAEDR. 2, 3, 3 *panem esse* remedium vulneris. SEN. nat. 6, 1, 1 epist. 20, 10. 56, 3. PLIN. nat. 8, 48 ⟨in⟩ captivam certe Getuliae reducem audivi multorum *leonum* in silvis impetum esse (a se *nonn. codd.*) mitigatum. 16, 202. 18, 207. 19, 67. 31, 25. VAL. FL. 2, 571 bis Herculeis deberi Pergama telis. QVINT. decl. 297 p. 172, 22 PLIN. epist. 7, 27, 2 paneg. 86 SVET. gramm. 4 APVL. mund. 34 TERT. pudic. 1 ieiun. 7 PORPH. Hor. epist. 2, 2, 151. AVIEN. ora 153 quantam iacere Pelopis audis insulam. AMM. 21, 12, 22 militem ... adventare. 21, 12, 1. 22, 12, 1. 31, 14, 8 VVLG. Luc. 4, 13 I Cor. 11, 8 AVG. civ. 5, 18 p. 227 D. 20, 21 p. 459. **c** *cum enuntiatione hypotactica*: VARRO rust. 1, 37, 3 quae crescente luna fieri oporteret. CIC. Verr. 4, 83 quanti decumas acceperit ... civitas. 5, 115 quemadmodum captae sint ... Syracusae. leg. agr. 1, 8 quam graves eorum adventus sociis nostris esse soleant. har. resp. 21 quibus dis violatis expiatio debeatur. Sest. 122 Mil. 34. Phil. 6, 1 quae sint acta in senatu. 10, 8 quo consilio redierim initio audistis, post estis experti. Cato 34 Masinissa quae faciat. Att. 6, 1, 23 de Memmio restituendo ut Curio cogitet. ad Brut. 1, 15 (9, 24), 11 quid senserim quidque censuerim. LIV. 3, 62, 2 quemadmodum ... in Algido res gesta sit. *cf.* 24, 38, 1. 25, 13, 9. 29, 17, 17. 37, 58, 3. SEN. epist. 32, 1 quid facias. *cf.* PLIN. epist. 9, 27, 2. FILASTR. 117, 1 quod dominus ... vestirit. 120, 1 AMM. 15, 1, 4. 27, 7, 8 VVLG. gen. 42, 1. 2 *et saepius*. AVG. civ. 20, 19 p. 451 D. SIDON. epist. 1, 11, 13. VVLG. Tob. 6, 14 quia (*graece acc. c. inf.*). I Macc. 14, 16 (ὅτι). Matth. 5, 21. 27. 33. 38. 43. 20, 30 Marc. 6, 11 Ioh. 4, 1. 47. 9, 32. 35. 11, 6. 20. 12, 12. 14, 28. 21, 7 act. 9, 38. 15, 24. 22, 2 I Ioh. 2, 18. 4, 3. VVLG. Zach. 8, 23 quoniam (ὅτι). *cf.* I Macc. 12, 24. **d** *cum praep.* de: TER. Ad. 128 an ego totiens de eadem re audiam? Hec. 785. VARRO rust. 1, 27 de meis pedibus. 3, 16, 3 RHET. Her. 4, 4, 7. CIC. de orat. 1, 103 *Gorgias* quom se ad omnia, de quibus quisque audire vellet, esse paratum denuntiaret. *cf.* 1, 104. 3, 46. 129 Brut. 161. 251 part. 52. 123 Marcell. 14 Quinct. 35 S. Rosc. 84 Verr. 2, 75. 130. 3, 43. 62. 4, 106. 5, 55 Cluent. 3. 12. 29 Sull. 14. 85. 86 Flacc. 13. 93. 98 har. resp. 8. Sest. 139 haec audivimus de clarissimorum virorum consiliis et factis, haec accepimus, haec legimus. Planc. 98. 101 Deiot. 11 ac. 2, 4 fin. 2, 1. 68. 5, 15 Tusc. 1, 7. 3, 59. 82. PLANC. Cic. epist. 10, 11, 2 de proelio facto Brutoque et Mutina obsidione liberatis. CASS. Cic. epist. 12, 12, 4 CIC. epist. 14, 15, 1 Att. 1, 3, 3. 2, 2, 3. 5, 13, 1. 6, 3, 4. 7, 21, 1. 9, 10, 5. 10. 11, 23, 3. 16, 13ᶜ, 2 ad Q. fr. 1, 2, 12 ad Brut. 1, 2 (9, 8), 2. CAES. Gall. 4, 5, 2 quid quisque ... de quaqua re audierit aut cognoverit. SALL. Catil. 23, 4 Iug. 22, 1 NEP. Eum. 9, 5 VERG. catal. 8 (10), 4 (*fort.* siquid de patria *veniens* tristius). LIV. 22, 9, 6. 27, 30, 14 SEN. nat. 6, 25, 4. PLIN. epist. 9, 28, 4 cum certius (*sic Ald.*; -te *codd.*) de vitae nostrae ordinatione aliquid audieris. TERT. nat. 1, 7 SPART. Pesc. 5, 3 ITIN. Silv. 46, 6 (*ter*) SVLP. SEV. epist. 3, 5.

2 *audire de aliquo*: **a** *cum accus.* (*vel passive*): PLAVT. Curc. 593 mulierem peiorem ... non vidi neque (aut *Fleckeis.*) audivi. *cf.* Trin. 76. Epid. 496 fando istunc hominem. Mil. 1012 quem ego hic audivi? :: socium *eqs.* CIC. Verr. 3, 79 quod umquam huiuscemodi monstrum aut prodigium audivimus aut vidimus, qui. Caecin. 29 *hominem* numquam vidisset neque audisset. Manil. 29 *imperatores* aut vidimus aut audivimus. Catil. 1, 26 (*cf.* SEN. dial. 9, 4, 6 *civis bonus* a⟨u⟩ditus [est] visusque). Pis. 24 *Seplasia* audierat Decios Magios et de Taurea illo Vibellio aliquid acceperat. CAEL. Cic. epist. 8, 15, 1 ecquem ... Caesare nostro acriorem in rebus gerendis, eodem in victoria temperant⟨i⟩orem aut legisti aut audisti? CIC. Att. 3, 13, 2 cum ita me adflictum videas, ut neminem umquam nec videris nec audieris. 8, 2, 4 poterisne ... videre tyrannum? quasi intersit audiam an videam. VERG. Aen. 1, 326 nulla tuarum audita mihi neque visa sororum. PROP. 4, 9, 37 audistisne aliquem tergo qui sustulit orbem? OV. ars 3, 684 audita paelice. epist. 11, 25 qualem ... audire solebam, nescio quem sensi ... deum. met. 6, 170 quis furor, auditos ... praeponere visis caelestes? LIV. 6, 2, 9 Camillus auditus imperator. VELL. 2, 107, 2 quos ante audiebam, hodie vidi deos. VAL. FL. 4, 737 auditis laetatus Achivis. SIL. 9, 50 cum vicinis auditur *Hannibal* in arvis. STAT. silv. 1, 1, 75 auditum longe numen mihi (*Domitianus*). *cf.* Theb. 3, 379 socer. QVINT. decl. 246 p. 8, 21 miles. 366 p. 400, 22 quem talem sacrilegum. TAC. dial. 7 in municipiis ... auditos ... requirunt. ann. 4, 23 *leves copiae* ex longinquo in maius audiebantur. hist. 1, 76 occupaverat animos prior auditus (*i. is, de quo prius auditum est; cf.* PLIN. paneg. 14 cum ferociam superbiamque barbarorum ex proximo auditus magno terrore cohiberes). TAC. hist. 2, 6 auditi saepius in Suria ... Caesares quam inspecti. PLIN. epist. 3, 1, 6 quae facta, quos viros audias. FLOR. Verg. p. 183 Florum vides, fortasse et audieris. ARNOB. nat. 1, 6 post auditum Christum in mundo. HIER. epist. 130, 6 quam sponsam hominis una tantum provincia noverat, virginem Christi totus orbis audivit. AVG. civ. 19, 8 p. 368 D. mortuos quippe audire mallemus, quamvis et hoc sine dolore non possimus audire. **b** *cum accus. c. inf.*: PLAVT. Epid. 191 nam ego illum audivi in amorem haerere. CIC. S. Rosc. 17 Verr. 2, 60. 4, 190. 5, 62. Manil. 13 hunc audiebant antea, nunc praesentem vident tanta (*sc. esse*) temperantia, ut. Cluent. 78 Catil. 2, 15. dom. 64 audieram et legeram. 105 Vatin. 18. 28 Cael. 28. 33 Balb. 51. 64 Scaur. 23 Phil. 1, 27. 2, 88 ac. 2, 59 fin. 3, 11. 4, 61 Cato 21. 26. 78 epist. 2, 16, 6. 4, 14, 1. 5, 16, 4. 6, 1, 1. 7, 10, 2 vos nunc istic satis calere audio; quo quidem nuntio ... timueram. 13, 2 epist. 13, 56, 1. 13, 73, 2. 15, 1, 1. 16, 14, 2. Att. 1, 12, 3 P. Clodium ... credo te audisse cum veste muliebri deprehensum. 1, 17, 8. 3, 8, 4 me adflictum et confectum luctu. 4, 4ᵇ, 2. 6, 1, 19. 23. 26. 6, 2, 10. 7, 8, 1. 9, 3, 1. 9, 8, 1. 9, 9, 3. 11, 6, 6. 12, 32, 2. 12, 51, 1. 12, 52, 2. 13, 29, 2. 14, 7, 1. 15, 13, 6. 15, 21, 3 *Sextum* adventare audiunt (*sic M; vulgo* aiunt). 16, 4, 4 paratiorem offendi Brutum, quam (*sc. eum esse*) audiebam. ad Q. fr. 1, 1, 14 eorum, qui ... numquam in suspicionem avaritiae venerit, ut ego Caesium et Chaerippum et Labeonem et audio et, quia cognovi, existimo. CAEL. Cic. epist. 8, 10, 1 PLANC. Cic. epist. 10, 4, 1 POLLIO Cic. epist. 10, 33, 5 BRVT. et CASS. Cic. epist. 11, 2, 2. Q. CIC. pet. 35 si eum ... audieris fucum, ut dicitur, facere. CAES. Gall. 6, 33, 3 quo ... profectum Ambiorigem. 6, 36, 1 longius ⟨eum⟩ progressum audiebat neque ulla de reditu eius fama adferebatur. 7, 59, 1 iam Caesar a Gergovia discessisse audiebatur, iam de Haeduorum defectione rumores adferebantur. civ. 1, 39, 3 HIRT. Gall. 8, 50, 3. 8, 52, 3 crebro audiebat Labienum ab inimicis suis sollicitari certiorque fiebat. BELL. Alex. 65, 3. 74, 3 BELL. Afr. 20, 2. 32, 3 SALL. Iug. 4, 5. 14, 20. 21, 3. 55, 8 IMP. AVG. epist. frg. Suet. Tib. 21. OV. ars 2, 401 audierat ... pro nata Chrysen non valuisse sua, audierat ... dolores, haec tamen audierat: Priameida (*Cassandram*) viderat ipsa. met. 6, 7. 452 10, 560 fast. 4, 457 trist. 4, 4, 61 Pont. 4, 15, 38. LIV. 1, 23, 7 regem ... Cluilium causam huiusce esse belli. 10, 8, 2. 29, 9, 12. 37, 54, 21. 40, 7, 8. 44, 20, 6. 44, 32, 5. SEN. contr. 2, 5, 3 quam multas matres audivi illo tempore (*sequuntur corrupta*). contr. exc. 2, 7 uxorem meam nusquam pudicam audivi nisi in adulteri elogio. *cf.* 8, 3. SEN. dial. 10, 12, 7. 11, 2, 5. benef. 6, 30, 5 dum se tam magnos, quam audiunt, credunt. epist. 59, 11 STAT. Theb. 7, 249 QVINT. inst. 7, 9, 2 decl. 300 p. 184, 17 TAC. ann. 4, 39. 15, 16 PLIN. epist. 3, 21, 1. 4, 11, 1. 9, 34, 1. paneg. 59 audimus quidem te omne munus consulis obisse, sed audimus. AVREL. ad Front. p. 31, 9 N. FRONTO p. 79, 4 N. APVL. apol. 46 COMM. instr. 1, 6, 21 ITIN. Silv. 20, 6 AMM. 20, 11, 2. 21, 8, 1. 29, 2, 3. HEGES. 4, 31 iam iamque adfuturus audiebatur. **c** *cum enuntiatione hypotactica*: CIC. Flacc. 40 qui mortalis esset. LIV. 45, 26, 8 equidem pro patria qui letum oppetissent, saepe fando audivi. VAL. FL. 1, 42 ut patrias ... effugerit aras. PLIN. epist. 3, 5, 18.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

d *cum praep.* de: TER. Ad. 451 de psaltria hac. *cf.* Haut. 429. Phorm. 612 de Antiphone audistin quae facta? CIC. de orat. 2, 93 multa Lysiae scripta sunt, nonnulla Critiae, de Theramene audi[vi]mus. Brut. 248. 251. 252 Verr. 2, 53. 139. 3, 89. 3, 158 *bis.* 4, 61. 106. 130. 5, 64. Cluent. 29 *octies.* Sull. 14 Flacc. 33 Planc. 20. 66 Milo 97 Lig. 6 Phil. 12, 29 ac. 1, 13 fin. 5, 6 Tusc. 3, 71. Cato 83 de quibus audivi et legi et ipse conscripsi. nat. deor. 3, 7. 93 audit ... mens divina etiam de singulis. epist. 2, 15, 5. 2, 17, 1. 9, 7, 1. 9, 16, 4. 12, 8, 2. 12, 10, 1. 12, 25ª, 7 de te audiebamus ea, quae maxime vellemus, de Cn. Minucio ... rumores duriores erant. 15, 4, 12. 16, 1, 1 Att. 5, 4, 3. 5, 12, 2. 6, 4, 1. 10, 9ª, 4. 11, 6, 6. 13, 16, 2. 13, 52, 1. 14, 9, 3 re audita de Caesare. 15, 17, 1. 16, 3, 2. 18, 14, 3 ad Brut. 1, 16, 1 CAEL. Cic. epist. 8, 4, 3. 8, 16, 4. CAES. civ. 2, 38, 3 de quo (*Saburra*) ante erat auditum (*cf.* Gall. 4, 5, 2). HOR. sat. 2, 6, 53 num quid de Dacis audisti? SEN. contr. 2, 4, 4 *ex coni.* SEN. dial. 6, 3, 2 libentissime de illo loqui, de illo audire. CVRT. 6, 10, 5 TAC. ann. 6, 25 PLIN. epist. 4, 11, 15 TRAIAN. Plin. epist. 10, 60 APVL. met. 5, 11 TERT. pudic. 18 COMM. apol. 743 RVT. LVP. 2, 3 HIER. epist. 73, 10 VVLG. IV reg. 19, 9 Is. 37, 9. Dan. 5, 16 de te, quod possis. I Macc. 10, 19 de te, quod vir potens sis. Marc. 5, 27. 7, 25 Luc. 9, 9. 23, 8. act. 21, 21 de te, quia. *cf.* 24 Phil. 1, 30. *cum praep.* super: HIER. epist. 140, 1 de illorum numero, super quibus audivit Moyses. VVLG. IV reg. 19, 20 super (περὶ) Sennacherib, rege Assyriorum, audivi.

3 *additur auctor, ex quo aliquid auditur*: **a** ex *aliquo* (*apud* PLAVT. *et* TER. *maxima ex parte cum pronominibus, praecipue* te): PLAVT. Amph. 745 ex te audivi, ut urbem maximam expugnavisses. *cf.* 764. 812. Aul. 734 quid ego ex te audio? 796. 822. Bacch. 911 plura ex me audiet hodie mala, quam audivit umquam Clinia ex Demetrio. 1161 ex te. Capt. 619. 779 ex me. Epid. 44. 246 Men. 1070 Merc. 375 Mil. 289. 1265. 689 ex uxore. Most. 365 Persa 219 Poen. 156 Pseud. 347 Rud. 739 Stich. 37. Trin. 538 ex me (*sic Kampmann, de 'ab' praepos. p. 29*; a me *A*, mea *CD*, me *B*). 1080. TER. Andr. 534 ex te auditum. 854. 927. 946. 302 e Davo. Haut. 816. 1031 Hec. 765. 813. Phorm. 576 ex nauta. 960 ex aliis. CIC. de orat. 1, 239 ex quo. 2, 3. 2, 13. 2, 22 ex socero meo ... quom is diceret. 144. 153. 155. 291. 3, 160. 225 e Licinio (Ericin⟨i⟩o *codd*). Brut. 11. 85 ex P. Rutilio Rufo. 107 ex familiari eius. 147. 183. 205 part. 1 top. 2 Quinct. 79 S. Rosc. 49. 104 div. in Caec. 28 Verr. 2, 71. 75. 139. 157. 24 nihil ex Dione, nihil ex socru tua. 3, 102. 4, 3. 5, 102 ex bono viro ... et bono auctore. 94. Lael. 14 per visum ex Africano. epist. 6, 6, 2 ex multis hospitibus ... audire te de glorioso ... reditu. 6, 10, 4. 6, 13, 2 de te ... ex familiarissimis. 10, 27, 2 sed haec audies ex aliis aut certior fies litteris. Att. 10, 1, 4 de iuvenibus ... ex Tullia. *et passim.* CAES. Gall. 6, 37, 9 ex captivo (*cf.* 2, 38, 1). 3, 87, 4 [ex]audistis ex iis. SALL. Catil. 47, 1. 49, 4 LIV. 21, 38, 5. 22, 7, 8. 28, 26, 7. 38, 16, 4. 41, 18, 14. 43, 11, 1 IMP. AVG. Suet. frg. p. 45 R. VAL. MAX. 1, 7, 6. 8, 8, 1. SEN. clem. 2, 2, 3 nullam ... vocem ... ex bono lenique animosam. CVRT. 8, 1, 29 COLVM. 4, 3, 6. QVINT. inst. 1, 2, 8 nos docuimus, ex nobis audiunt. TAC. Agr. 24. 25 ann. 3, 16. 16, 25 audiret senatus voces quasi ex aliquo numine supra humanas. PLIN. epist. 2, 14, 10. 3, 3, 6. 3, 20, 5. 8, 14, 1. 8, 18, 9. paneg. 71 ex ore principis ille senatorius adsensus audiebatur (*hoc saepius*: OPTATVS 3, 12 p. 99 VVLG. exod. 23, 13 Ezech. 33, 7 act. 22, 14. AVG. civ. 18, 53 ex ore Veritatis. SVLP. SEV. Mart. 25, 7). SVET. Iul. 29 Dom. 12 FRONTO p. 182, 11 N. p. 184, 6 APVL. apol. 33. CAPITOL. Gord. 14, 8 eo. VVLG. Ioh. 12, 34 ex lege, quia (ἐκ τοῦ νόμου, ὅτι). II Cor. 12, 6 SVLP. SEV. Mart. 5, 6 dial. 1, 2, 3. **b** ab *aliquo*: VARRO rust. 1, 11 et quae ipse in meis fundis colendo animadverti, et quae legi, et quae a peritis audii. 2, 3, 10 a caprario. CIC. Verr. 2, 32 a me de pueritiae ... flagitiis. 2, 64. 4, 130. 160. 5, 29 sic a Centuripinis, sic a ceteris. 55 ne forte plura de isto ab aliis in sermone, quam a me in iudicio vos audisse diceretis. Font. 37 de quo ... homine ne ab inimicis quidem. Cluent. 29. har. resp. 8 a me de tota cautione. Rab. perd. 17 Phil. 1, 10. 2, 47 ac. frg. 20 fin. 1, 39. Cato 43 qui (*maiores natu*) se ... pueros a senibus audisse dicebant, mirari solitum C. Fabricium, quod ... audisset a Thessalo Cinea. Lael. 25 ab istis saepe quaesivi et audivi non invitus. 88. 90. epist. 3, 7, 4 a Pausania ..., cum diceret. 7, 26, 2. 15, 9, 1 Att. 2, 24, 3. 7, 7, 4 ad Q. fr. 1, 1, 1. carm. frg. 39 qui haec audita a docto meminissem viro. CAES. Gall. 2, 31, 4 pro sua clementia ac mansuetudine, quam ipsi ab aliis audirent. civ. 2, 29, 1 unus quisque ... ad id, quod ab alio audierat, sui aliquid timoris addebat. NEP. Them. 7, 2 HOR. sat. 2, 8, 33 LIV. 1, 27, 9. 23, 43, 6. 24, 22, 2 audisse magis a patribus Syracusanos, quam ipsos vidisse. 25, 16, 13 ab ipso Graccho. 25, 28, 7. 25, 38, 23 laeti et audi⟨e⟩re ab novo duce novum consilium. 33, 45, 1 ab tam gravibus auctoribus. 37, 23, 3. 39, 12, 8. 40, 11, 4 non ab aliis solum, sed etiam a te, pater, cupiditatis regni crimen. 44, 7, 10. 45, 37, 12 vetera atque audita a parentibus. SEN. contr. 2, 3, 7 a demente exempla. 9, 5, 1 ⟨a⟩ noverca. SEN. dial. 10, 15, 2 a quibus (*philosophis*) audiat verum sine contumelia, laudetur sine adulatione. apocol. 1 ab hoc ... quae ... audivi, certa, clara affero. ASCON. Mil. p. 53 B. QVINT. decl. 325 p. 282, 8. TAC. ann. 12, 6 audivisse a parentibus, vidisse ipsos. SVET. Claud. 15 frg. p. 46 R. 64. TERT. scorp. 15 statim audisset a servo dei, quod audierat diabolus a domino. 22 cetera animae naturalia iam a nobis audiit Hermogenes. anim. 28 ITALA Ioh. 14, 15 (Iren. 4, 13, 4) PORPH. Hor. epist. 2, 2, 13 CAPITOL. Alb. 13, 5 (LAMPR. Hel. 11, 5) SPART. Geta 3, 5 VOPISC. Aurelian. 43, 2. LAMPR. Alex. 51, 7 quod a quibusdam sive Iudaeis sive Christianis audiebat et tenebat. RVT. LVP. 1, 13 PRISCILL. tract. 1, 4 p. 6. FILASTR. 132, 4 audire a domino meruit. 151, 5 discere a gentibus ac doctrinam audire. 107, 2. 121, 8 HIER. epist. 22, 4. 58, 3. 118, 6. 121, 2. 5. 8. 122, 1. 4. 133, 9. VVLG. exod. 34, 32 praecepit cuncta, quae audierat a domino (ὅσα ἐνετείλατο κύριος πρὸς αὐτόν). *cf.* Ruth 3, 10 Esth. 14, 5 Is. 21, 10. 28, 22. Abd. 1, 1 auditum audivimus a domino (ἤκουσα παρὰ κυρίου). Ioh. 1, 40. 6, 45. 7, 51. 8, 26. 40. 15, 15. act. 9, 13 audivi a multis de viro (ἀπὸ πολλῶν περὶ). 24, 24. 28, 22 II Tim. 1, 13. 2, 2 I Ioh. 1, 5 AVG. civ. 1, 10 p. 18 D. 2, 24 p. 88. 5, 14 p. 219. 7, 35 p. 318. 9, 4 p. 372. 10, 28 p. 446 utinam hoc saltem abs te miseri audiant. 10, 29 p. 451. 14, 5 p. 12. 18, 52 p. 339 20, 23 p. 464. 21, 4 p. 495. 21, 7 p. 502. 22, 8 p. 572. 22, 30 p. 634 SVLP. SEV. dial. 1, 23, 8. 1, 24, 1. 1, 27, 8 nec vero audita ab aliis, quam quae vidi ipse dicturus sum. 2, 14, 4. 3, 5, 1. **c** de *aliquo* (*i. de ore alicuius*): CIC. de orat. 3, 133 equidem saepe hoc audivi de patre et de socero meo (*sequitur acc. cum inf.*). Brut. 100. 252 de Caesare et ipse ita iudico et de hoc huius generis acerrimo existimatore saepissume audio illum omnium fere oratorum Latine loqui elegantissume. Vatin. 35 volo audire de te, quo tandem senatus consulto legatus sis. 37. Balb. 11 de parente meo puer. rep. 2, 28 ac. 2, 11. nat. deor. 1, 58 de familiari ... tuo ..., cum te ... anteferret. off. 3, 77 epist. 11, 12, 2 Att. 1, 11, 2. 9, 9, 4 de Lanuvino (Ianvino *M*) statim ut audivi Phameam mortuum. 13, 21, 7. APVL. met. 11, 27 de eius ore ... audisse, *seq. acc. c. inf.* TERT. idol. 20. VVLG. Ezech. 3, 17 (ἐκ στόματος). Luc. 22, 71 (ἀπὸ τοῦ στόματος). *nota*: APVL. apol. 56 nam, ut audio partim (*i. a parte, a nonnullis*) Ocensium, ... nulli deo ... supplicavit. *addito loco, unde aliquid auditur*: CIC. de orat. 2, 285 unde te audisse dicis. *cf.* S. Rosc. 97 ubi aut unde. Planc. 57. Lig. 1 cum tu id neque per te scires, neque audire aliunde potuisses. Att. 10, 1, 3 quod scribis, non quo ali⟨c⟩unde audieris, sed te ipsum putare. epist. 7, 18, 3 ex qua (*villa*) iam audieram fremitum clientium meorum. Att. 3, 14, 2 hinc si aliquid a comitiis (*i. a parte com. veniens*) audierimus. LIV. 37, 48, 6 unde. SEN. contr. 10, 3, 4 ubi. CVRT. 8, 8, 19. VVLG. Is. 29, 4 de humo audietur eloquium tuum.

4 *inde* audita *ea, quae auditu in notitiam venerunt, nonnunquam id fere q. nuntii*: PLAVT. Amph. 200 audita eloquar. Cas. 224 hanc ego de me coniecturam domi facio magis quam ex auditis. Truc. 490 qui audiunt, audita dicunt. CIC. Quinct. 71 ante hoc tempus ne fando quidem audita (*v. supra*). Flacc. 5 Sest. 72. Pis. 71 multa a multis lecta et audita recitarem. ac. 2, 4 vel semel audita. LVCR. 5, 1134 quandoquidem sapiunt alieno ex ore petuntque res ex auditis potius quam ex sensibus ipsis. ARRVNT. hist. frg. p. 239 (Sen. epist. 114, 17) quae audita Panhormitanos dedere Romanis fecere. VERG. Aen. 3, 107 recordor. 6, 266 loqui. 8, 140 PROP. 2, 22, 49. OV. met. 12, 58 auditis aliquid novus adicit auctor (*cf.* LIV. 26, 9, 6 *adfingere* vana auditis. SIL. 4, 8 astruit auditis). EPICED. Drusi 398 tu quibus auditis (*fere i. q. nuntiis*) anxia mentis eras. *cf.* LIV. 2, 24, 1. 3, 3, 4 ab iis proxumi audita incerta eoque vaniora ferre ad alios. SEN. Oed. 518 fare. epist. 114, 17. CVRT. 10, 1, 11 nuntiabant autem quaedam audita, alia conperta. QVINT. inst. 12, 8, 8 subscribere. TAC. ann. 1, 24 leviter (*i. sine certis auctoribus*) ... transferunt. 2, 82. 13, 19 deferens. *cf.* 11, 27 tradam. APVL. met. 11, 23 rettuli. AMM. 22, 12, 3 referre. SVLP. SEV. chron. 1, 18, 1 referret. dial. 3, 17, 5. TAC. ann. 14, 52. APVL. flor. p. 65 Oud. recordari. TERT. nat. 1, 7 aut statim audita ... aut postea reperta. HIER. epist. 79, 4 non nota, sed audita narrare. SVLP. SEV. dial. 1, 16, 4 comperta .... vel audita memorare. *rarius eodem sensu singularis* auditum: PLAVT. Bacch. 469 quin ego cum peribat vidi, non ex audito arguo. Merc. 903. Trin. 218 quidquid auditum dicant. CIC. inv. 1, 83 (*cf.* RHET. Her. 2, 26, 42) non enim parvi auditum aestimabit. Lael. 88 commemorare ... ab aliis ... auditum. Att. 17, 18, 12 Cassium erat hic auditum expulsum Ancona. [LVCR. 3, 633.] LIV. 4, 49, 11 quod auditum non contionem magis, quam mox patres offendit. 27, 45, 4. VELL. 2, 25, 3 *Sulla* dum vincit aequissimo (*sic Halm,* ac iustissimo *codd.*) lenior, post victoriam audito fuerit crudelior. *supinum* auditu *ab adiectivo pendens*: PLAVT. Cas. 880 ita ridicula auditu, iteratu ea sunt. RHET. Her. 4, 18, 26 commodum. CIC. de orat. 1, 31 iucundum cognitu atque auditu. *cf.* 2, 343. Planc. 99 o rem cum auditu crudelem tum visu nefariam. Pis. 32 mirabile auditu. Phil. 2, 63 o rem non modo visu foedam, sed etiam auditu. 5, 18 taeterrimum non modo aspectu, sed etiam auditu (auditus, sed etiam aspectu *dett.*). 7, 8 acerbum auditu vel incredibile. *cf.* off. 2, 56. epist. 7, 30, 1 acerba. Att. 2, 24, 1 non tam exitu molesta quam auditu. BELL. Afr. 47, 1 res incredibilis. LIV. 6, 37, 1 indigna miserandaque. 24, 21, 3 libertatis restitutae dulce auditu nomen. 33, 13, 13 dicta ... gravia. 34, 58, 4 id auditu etiam dicere indignum esse. VITR. 5, 8, 2 imagines exprimendo novissimos casus *vocis* duplices faciat auditu. VAL. MAX. 5, 2, 2 novum. 6, 3 pr. rebus ... asperis. 7, 6 pr. gravia. 8, 7 ext. 1 acerbam ... vocem. 8, 14 ext. 1 vox ... gratissima. 9, 2 ext. 1 intolerabilia. SEN. Oed. 223 horrida. dial. 2, 15, 3 auditu ... et visu refugienda. CVRT. 10, 5, 3 incredi-

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

bile dictu audituque. QVINT. inst. 8,3,16 *verbum* pulchrius (*cf.* 8,3,17). TAC. ann. 1,18 grata. 2,72 venerabilis. PLIN. epist. 4,9,5 gravioribus. 5,6,3 quae et tibi auditu et mihi relatu iucunda erunt. APVL. Plat. 1,14 magnificentius. flor. p. 46 Oud. oratio ... venerabilis. p. 92 sermonem ... gratissimum. met. 1,3 mendacia ... vel auditu nova vel visu rudia. PORPH. Hor. ars 319 res ... digna (ITIN. Alex. 14 facinus). LACT. inst. 1,1,11 omnia dictu prona sunt, auditu suavia. *cf.* 5,1,17. 6,21,8. VVLG. II Petr. 2,8 aspectu ... et auditu iustus (βλέμματι ... καὶ ἀκοῇ). PAVL. NOL. carm. 23,97 miranda. AVG. civ. 21,4 p. 492 D. incredibile. OROS. hist. 3,2,14 novitates rerum actu audituque prurientibus. 5,23,18 dictu audituque horrida.

IV *audire ita, ut ea, quae audiuntur, animus* *r e p u d i e t* *aut* *a c c i p i a t*: a *ea, quae cum audire nolimus, tamen nobis audienda sunt* („hören müssen“): PLAVT. Bacch. 912 plura ex me audiet hodie mala, quam audivit ... Clinia. CIC. Font. 38 quam multa M'. Aquilius audivit in suo iudicio! quam multa L. Cotta, denique P. Rutililus! ... *qui* multa audivit in sua causa, quae ad suspicionem stuprorum ac libidinum pertinerent. off. 3,98 quid ... auditurum putas fuisse Vlixem ..., qui ... haec audiat ab Aiace? *sequuntur verba*. HOR. sat. 1,4,53 numquid Pomponius istis audiret leviora (*sc. convicia*), pater si viveret? LIV. 5,28,8 conclamat universus exercitus merito se ea audire et fateri admissum flagitium. 6,40,3 quod unum familiae nostrae semper obiectum est ab seditiosis tribunis, id nunc ego quoque audiam. 43,8,2 ceterum multo plura praesens audivit, quam in absentem iacta erant. VELL. 2,95,3 Plancus ... nec quidquam obicere posset adulescentibus aut obicientes audire, quod non agnosceret senex. SEN. dial. 2,16,4 quae contumelia est, quod apparet, audire. benef. 4,35,2 tunc fidem fallam, tunc inconstantiae crimen audiam. epist. 4,4 alius se praecipitavit e tecto, ne dominum stomachantem diutius audiret. TAC. ann. 4,42 audivit Tiberius probra, quis per occultum lacerabatur. CAPITOL. Gord. 5,7 haec et alia frequenter audivit. LVCIF. de non parc. 23 si putas quia contumeliosus sum, quod audias mala esse, quae geris. b *audire ita, ut ea, quae auribus percipimus, in notitiam accipiamus vel reiciamus*: TER. Haut. 1056 pater! :: nihil audio. *cf.* 1057. CIC. inv. 2,1 quod Crotoniatae ... libenter audierunt. de orat. 1,256 omnia legant, omnia audiant. *cf.* 2,85. 3,54. Brut. 10 nihil ... quod quidem aut tu audire velis aut ego pro certo dicere audeam. Verr. 6,69 negabant illi quicquam sibi esse mandatum. non audio. epist. 9,16,4 si quid ... de me audiat, non audiendum putat. LIV. 3,26,9 togatus mandata senatus audiret. *cf.* 38,60,6 tanto adsensu ... decretum. QVINT. decl. 375 p. 416,1 si me interrogas: occupatus sum, non audio. TAC. hist. 2,41 audire condiciones ac reddere parabat. 4,58 mihi exitium parari libens audio. *cf.* PLIN. epist. 7,20,1 AVREL. ad Front. p. 49,22 N. FRONTO p. 235,18 verum dixi sedulo, verum audivi libenter. VLP. dig. 1,16,9,4 desideria. *cf.* MACER dig. 49,5,4. c *animum advertere, attendere, intentum esse* (*v. supra: audi, audite*): ENN. trag. 14 (PLAVT. Poen. 4) sileteque et tacete atque animum advortite: audire iubet vos imperator. PLAVT. Pseud. 277 quaeso animum advorte. :: audio. TER. Haut. 694 loquere: audio. RHET. Her. 1,3,4 exordium est principium orationis, per quod animus auditoris constituitur ad audiendum (*cf.* 1,4,6. 7 docilis est, qui attente vult audire). CIC. ac. 2,10 ad audiendum animos ereximus. LIV. 2,7,7 audire iussis consul. PORPH. Hor. sat. 2,3,77 iubeo audire et ad praecepta nostra ... intentos esse.

CVRT. 5, 13, 1 Alexander audito Dareum movisse ab Ecbatanis. SIL. 5, 106 auditoque furens socias non defore vires. TAC. ann. 2, 7 ipse audito castellum . . . obsideri. 14, 7. VLP. dig. 4, 2, 9 pr. audito, quod quis cum armis veniret. IVVENC. 4, 338. AMM. 19, 11, 13 audito, quod in abrupto staret imperator. VVLG. gen. 34, 7 quod acciderat. Ier. 40, 1 quod dedisset rex. *cf.* act. 16, 38. PAPYR. Amherst. II 26 (*saec. III/IV*), 1, 1 luppus autem auditus anucellam vere dictu[m] putatus, *versum ex* Babrio 16, 3 λύκος δ' ἀκούσας τήν τε γραῦν ἀληθεύειν νομίσας. GRACCH. or. frg. Gell. 10, 3, 3 Caleni, ubi id audierunt. *sic saepissime cum coniunctione temporali (etiam condicionali)*: RHET. Her. 4, 51, 65 illi nuntiatur . . . quod simul ut audivit. CIC. de orat. 2, 274 Mancia cum audisset te censorem . . . de ambitu postulatum. Verr. 2, 67 Lampsaceni simul ut hoc audierunt. 3, 48. 55 quod ubi auditum est. 5, 90. Planc. 1. 98 simul ac me Dyrrachium attigisse audivit. Scaur. 9. Rab. Post. 44 amicissimum hominem si honestate spoliatum audierit. Deiot. 11 Phil. 6, 9. 11, 7 cum miser ille prius latronum gladios videret, quam quae res esset audisset. 11, 24 ante provinciam sibi decretam audiet, quam potuerit tempus ei rei datum suspicari. off. 3, 49. 112. Att. 5, 16, 4 ut audivit nos venire. 7, 17, 3 ut primum de discessu nostro Caesar audisset. 8, 11^{d}, 3 utrumque simul audi⟨i⟩mus, et quae Corfinii acta essent et te iter Brundisium facere coepisse. 8, 12^{c}, 2 nolito commoveri, si audieris me regredi. 8, 16, 2 quod ubi (quomodo dubii M^{1}) audissem. 11, 16, 2 laetitiam bonorum esse commotam, ut sit auditum de litteris. *et saepe.* CAES. Gall. 3, 18, 5. 7, 62, 8 civ. 1, 30, 3. 3, 106, 1 BELL. Alex. 32, 2. 42, 4. 44, 1. 57, 3. SALL. Iug. 26, 1 ea postquam Cirtae audita sunt. 71, 4. 106, 6. 108, 1 NEP. Them. 6, 4 *et saepius.* HOR. sat. 1, 2, 18 simul atque. OV. fast. 3, 65 ut genus audierunt. trist. 3, 3, 47 ecquid, ubi audieris, tota turbabere mente? Pont. 1, 6, 1 ecquid, ut audisti . . . meos casus, cor tibi triste fuit? LIV. 1, 1, 7 postquam. 1, 5, 6 cum audisset . . . geminos esse fratres. 3, 51, 8 ubi audivit tribunos militum in Aventino creatos. 9, 25, 5 simul ad Lantulas pugnatum audierunt. 10, 29, 5 ubi auditur P. Decii eventus. *talia passim.* VAL. MAX. 1, 1, 20. 5, 1, 4^{e}. 5, 10, 1. 7, 3, 9. 7, 2 ext. 16 SEN. dial. 9, 14, 3 CVRT. 4, 9, 7. 6, 10, 34 STAT. Theb. 11, 425 MART. 1, 62, 1 FRONTIN. strat. 1, 2, 8 *cf.* 1, 4, 6. 4, 1, 10. 4, 7, 37. TAC. ann. 5, 10 cum auditum id Sabino. 11, 37. 13, 54. 15, 9 donec. hist. 2, 28. 4, 77. PLIN. epist. 3, 10, 1 cum audisses recitasse me . . . quid recitassem simul audisse credebam. 5, 6, 1. 10, 31, 2. SVET. Aug. 99 quotiens. Tib. 21 si te languere audierimus. 61 APVL. apol. 63 met. 5, 16 PORPH. Hor. sat. 1, 4, 126 CAPITOL. Ver. 5, 6 ITIN. Silv. 14, 1 HYG. fab. 31 p. 65, 7 HIER. epist. 77, 4. VVLG. I reg. 25, 39 quod cum audisset David mortuum Nabal. III reg. 16, 16. 21, 15. 16 II par. 20, 29. Iudith 8, 9 quoniam. AVG. civ. 22, 8 p. 575 D. SVLP. SEV. chron. 2, 23. CIC. inv. 1, 52 id . . . non respondit, quod ego solum audire volueram. de orat. 1, 91 quod ita putaret atque ita audisset. orat. 2. Verr. 3, 36 audit haec etiam Verres. *cf.* 3, 162. 4, 63 nemo hoc nescit; nemo . . . nunc se primum diceret audire. leg. agr. 2, 90. Rab. perd. 25 quod tu si audisses aut per aetatem scire potuisses. Phil. 2, 84. 10, 10 equidem cupio haec quam primum M. Antonium audire. 12, 9 Galliam quo tandem animo hanc rem audituram putatis? 14, 9 de uno quoque nostrum . . . sciscitantur omnes, avent audire, quid quisque senserit (*ad* aveo audire *v. supra*). rep. 1, 16. 120 leg. 1, 16. ac. 1, 2 quae nec percontari nec audire sine molestia possumus. Tusc. 5, 82. nat. deor. 1, 97 atqui ne curiosissimi quidem homines exquirendo audire tam multa possunt, quam sunt multa. POLLIO Cic. epist. 10, 33, 1 tametsi tantam calamitatem rei publicae quam tardissime audire optandum est. CIC. Att. 3, 22, 4 perdiu nihil eram auditurus. *cf.* 5, 16, 2. 7, 20, 1. 9, 1, 3. 9, 6, 1. 10, 9^{a}, 4. 11, 9, 1 nihil habes, quod me putes libenter legere aut audire (*sc. ex epistula*) posse. 11, 12, 11 Atticae hilaritatem libenter audio. epist. 7, 7, 1. CATVLL. 64, 260 orgia, quae frustra cupiunt audire profani. CAES. civ. 2, 12, 1 milites . . . ad studium audiendi et cognoscendi feruntur. SALL. Iug. 53, 8 milites . . . acta edocent atque audiunt. VERG. Aen. 2, 11 sed si tantus amor casus cognoscere nostros et breviter Troiae supremum audire laborem. *cf.* 2, 103. 4, 78. 8, 32 singula laetus exquiritque auditque virum monumenta priorum. NVX 31 audiat hoc cerasus . . ., audiat hoc ficus (*antecedit*: hoc in notitiam veniat maloque piroque). HOR. carm. 3, 11, 25 scelus atque notas virginum poenas. LIV. 22, 8, 1 post pugnam ad Trasumenum auditam. *cf.* 23, 17, 8. 45, 23, 11. SEN. Herc. O. 755 miserias . . . suas. Phaedr. 175. 873. 895 dial. 11, 4, 2 epist. 119, 1. SIL. 16, 694 Carthago immunis nostros secura labores audiet. STAT. Theb. 9, 635 funera matris. Ach. 873 MART. 4, 61, 16. QVINT. inst. 8, 2, 21 non quasi audierint, sed quasi *ipsi* invenerint. TAC. Agr. 43 id adcelerari, quae tristis audiret. hist. 1, 16 legionum seditio . . . audita est aliquando. *cf.* 1, 89. PLIN. epist. 3, 8, 4 consilii mei motus. 6, 24, 4. APVL. met. 11, 23 dicerem, si dicere liceret, cognosceres, si liceret audire. VLP. dig. 21, 1, 17, 6. 43, 16, 3, 7 PAPIN. dig. 48, 5, 12, 2. CAPITOL. Gord. 12, 2 ne quis ante rem completam quicquam vel audiat vel intellegat. 25, 4. AMM. 14, 1, 6 quidquid noscere poterant vel audire. *cf.* 31, 8, 3. AVG. civ. 21, 14 p. 516 D. et ipsi novimus et audivimus. SVLP. SEV. dial. 1, 2, 4 quae . . . non audire sit melius.

b *cum acc. c. inf.*: PRISC. gramm. III 358, 20 frequentissime nostri quoque participia pro infinitivis ut 'audio interfectum, mortuum, caesum' et similia, in quibus omnibus subauditur 'esse'. PLAVT. Bacch. 212 num invitus rem bene gestam audis eri? *cf.* 1008 tantum flagitium te scire. Epid. 457 meam amicam . . . te esse mercatum. Most. 629 argenti faenus creditum. *cf.* 764 Persa 695 Poen. 761. 764 Trin. 1156 Truc. 194. 858 Vid. frg. 18 (15). TER. Andr. 341 si iam audierit sibi paratas nuptias. Ad. 210. 355 Phorm. 149. 731. TVRPIL. com. 3 eum derepente ducere uxorem. CATO or. frg. Gell. 10, 3, 17 sed quantum luctum, quantum gemitum, quid lacrimarum, quantum fletum factum (*sc. esse*) audivi? CIC. de orat. 1, 214 M. Scaurus, quem non longe ruri apud se esse audio, . . . si audierit hanc auctoritatem . . . vindicari a te. 3, 110 Verr. 1, 25. 3, 21. 5, 68. Cluent. 162 quo tempore eam (*mulierem*) primum liberam esse audivit. leg. agr. 2, 58. Planc. 100 *insidias* mihi paratas ab exsulibus coniuratis. div. 2, 114 Att. 2, 19, 5. 7, 17, 5. 8, 6, 3. 8, 12^{b}, 1. 10, 17, 4. SALL. Iug. 25, 6 quorum auctoritatem Romae pollere audiverat. VERG. ecl. 9, 7 certe equidem audieram . . . omnia carminibus vestrum servasse Menalcam. HOR. carm. 1, 2, 21 civis acuisse ferrum . . . rara iuventus. LIV. 2, 19, 4 quia Tarquinios esse in exercitu Latinorum auditum est. *et passim.* SEN. suas. 5, 7. VAL. MAX. 4, 1 ext. 2 audierat eum de se multa impie locutum. 5, 1 ext. 3 SEN. dial. 6, 14, 3. 12, 16, 2 epist. 74, 34 VAL. FL. 3, 344 QVINT. decl. 306 p. 204, 26. TAC. ann. 15, 9 donec adventare Vologesen . . . auditum. hist. 3, 2. 50 PLIN. epist. 8, 10, 11 AVREL. ad Front. p. 57, 12 N. CORP. IV 1852 (*Pompeis graphio*) moleste fero, quod audivi te mortuom. CAPITOL. Alb. 2, 3 TREB. trig. tyr. 30, 5. SVLP. SEV. epist. 1, 1 studiose libellum . . . a multis legi libentissime audiebam.

c *cum enuntiatione hypotactica*: PLAVT. Cist. 554 animus audire expetit, ut gesta res sit. *cf.* Mil. 904. TER. Andr. 936 nunc primum audio, quid illo sit factum. Hec. 784 de hac re animus meus ut sit. CIC. epist. 14, 3, 4 ut quam celerrime, quid agatur, audiam. *cf.* OV. Pont. 2, 7, 3 quid agas, audire voluntas (-ptas *AB*). LIV. 21, 21, 1 auditis, quae Romae quaeque Carthagine acta decretaque forent. *cf.* 29, 21, 1. 44, 30, 12. TREB. Val. 1, 4 audivimus certe, quod Galli eos vicerint. VVLG. Is. 37, 8 quia profectus esset. I Macc. 6, 58 quod. *cf.* 10, 8. AVG. civ. 22, 8 p. 576 D. per revelationem, quid adhiberet.

2 *accedente* s c i e n d i *notione*: PLAVT. Bacch. 21 Vlixem audivi fuisse aerumnosissimum. *cf.* 944. 953. Curc. 591 antiquom poetam audivi scripsisse in tragoedia mulieres duas peiores esse quam unam. Mil. 166 nescio, quid malefactum a nostra hic familiast, quantum audio. Most. 665 calidum hercle esse audivi optimum mendacium. Pseud. 463 sunt, quae te volumus percontari, quae quasi per nebulam nosmet scimus atque audivimus. TER. Andr. 423 erus, quantum audio, uxore excidit. Ad. 729 virgo nihil habet. :: audivi. :: et ducenda indotatast. :: scilicet. *cf.* Haut. 181 Phorm. 289. AFRAN. com. 275 Amyclas tacen⟨do p⟩eri⟨i⟩sse audio (*cf.* SERV. Aen. 10, 564 nam scio Amyclas tacendo periisse). TVRPIL. com. 24 nec recte dici mihi, quae iam dudum audio. VARRO rust. 2, 4, 3 qui non audierit patres nostros dicere ignavum . . . esse. CIC. de orat. 1, 255 multi . . . oratores fuerunt, ut illum Scipionem audimus et Laelium. 2, 26 cuius (*Antonii*) audio esse partis, ut de tota eloquentia disserat. 2, 43 quod et a Crasso t[r]ac[ta]tum est et, ut audio, ⟨ille⟩ ipse Aristoteles . . . adiunxit. Brut. 50 Lacedaemoniorum vero usque ad hoc tempus audivi fuisse neminem *oratorem*. S. Rosc. 84 si, quem ad modum paratum esse audio, testis prodierit. 100 Verr. 2, 28. Phil. 5, 26 quamvis dicant, quod quosdam audio dicturos. rep. 2, 60 eum, ut audistis, . . . morte mactavit. Tusc. 4, 44 cui non sunt auditae Demosthenis vigiliae? Lael. 45 quibusdam, quos audio sapientes habitos in Graecia, placuisse. off. 1, 77 in quod invadi solere ab improbis et invidis audio. epist. 11, 25, 2 acta enim ad te mitti sciebam, inanem autem sermonem litterarum tibi iniucundum esse audiebam. 13, 21, 1. 13, 61. NEP. Arist. 1, 2 Aristides . . . unus . . ., quem quidem nos audierimus, cognomine Iustus sit appellatus. LIV. 25, 6, 8 tribunos militum . . . honores petere et gerere . . . audivimus. 41, 24, 6 scimus Persea . . . regem appellatum; audimus legatos Romanos venisse ad regem (*locus in codd. corruptus. v. adn. Zingerle*). 44, 35, 9. 45, 23, 9. 19. SEN. contr. 1, 1, 23 audimus fratrum fabulosa certamina. suas. 2, 8. VAL. MAX. 5, 6, 8 non ignorabant enim . . . similiterque audierant. SEN. benef. 6, 27, 1 nondum audio, quid illi velis praestare, scio, quid illum velis pati. CVRT. 10, 1, 37 audieram . . . in Asia olim regnasse feminas, hoc vero novum est. MELA 1, 23 et ultimos ad occasum Atlantas audimus. PETRON. 104 audio enim non licere. PLIN. nat. 13, 22 nec non aliquem e privatis audimus iussisse spargi parietes balneorum unguento. 35, 83 *tabulam Protogenis* consumptam . . . priore incendio Caesaris domus in Palatio audio. QVINT. inst. 1, 5, 57 'gurdos' . . . ex Hispania duxisse originem audivi. IVV. 6, 346 audio, quid veteres olim moneatis amici. APVL. apol. 43 quantum ego audio. 47. Socr. p. 143 Oud. nonne audis, quid super tonitru Lucretius facundissime disserat? OPTATVS 1, 21 p. 25 sed quia audio *sequitur acc. c. inf.* *cf.* 7, 1 p. 159. PRISCILL. tract. 3, 58 p. 46 quis prophetiam Iacob . . . audivit? HIER. epist. 52, 12 audio praeterea quosdam . . . aquam non bibere nec vesci pane.

3 *inde part. perf. pass.* a u d i t u s, -a, -um *i. q.* c o g n i t u s, n o t u s: GLOSS. IV 485, 39 audita cognita. *v. Tillmann,*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Acta semin. Erlang. II 117. Cic. Verr. 4, 74 populi Romani nomen ab Siculis auditum et cognitum. Mur. 80 non auditum aliquando aliquod malum. Flacc. 31 homo nobilis, cuius est fere nobis omnibus nomen auditum, Atyanas. Cael. 69 audita et percelebrata sermonibus res est. Pis. 2 honorem ... virtuti perspectae, non auditae nobilitati deferebat. Lig. 1 novum crimen ... et ante hunc diem non auditum. epist. 10, 28, 3 haec tibi etsi audita esse arbitrabar, volui tamen notiora esse. Att. 4, 16, 2 non mentio potuit fieri ... nisi eius, qui illis notus aut auditus esset. ad Brut. 2, 6, 2 audita res erat et pervolgata. Bell. Alex. 25, 1 quod nondum auditum Caesari erat. Verg. Aen. 7, 196 neque enim nescimus et urbem et genus auditique advertitis aequore cursum. Ov. epist. 3, 93 res audita mihi, notast tibi. met. 2, 592 an quae per totam res est notissima Lesbon, non audita tibi est? 15, 307 plurima ... audita et cognita nobis. 15, 319 cui non audita est obscenae Salmacis undae? Pont. 2, 3, 65 ut tamen audita est nostrae tibi cladis origo. 4, 3, 37 divitis audita est cui non opulentia Croesi? Manil. 5, 354 non auditos ... morbos. Sil. 10, 484 si Porsena fando auditus tibi, si Cocles, si Lydia castra. Qvint. inst. 11, 3, 110 *reprehenditur haec C. Caesaris locutio*: deinde et ante hanc diem non auditum satis circumscriptum est (*cf.* 11, 3, 108). Plin. epist. 8, 10, 3 audita latius nomina. 8, 20, 2 non oculis modo, sed ne auribus modo novimus, quae si tulisset Achaia ... audita, perlecta, lustrata haberemus. **4** *inde in* Vvlg. auditum facere *i. q. notum facere, diffamare, divulgare; v. Hartl, Sprachl. Eigent. d. Vulg. p. 17*: Vvlg. Is. 30, 30 auditam faciet dominus gloriam vocis (ἀκουστὴν ποιήσει. *cf. tamen* Sirach 46, 20 *et* 50, 18 *et* Avell. p. 773, 12, *ubi pristina notio* 'facere, ut aliquis audiat' *elucet*). 42, 9 audita vobis faciam (ἃ ἐγὼ ἀναγγέλλω. *cf.* 43, 9 audire nos faciet [τίς ἀναγγελεῖ ταῦτα;]. 44, 8). 43, 12 auditum feci et non fuit in vobis alienus. 45, 21. 48, 3 ex ore meo exierunt et audita feci ea. 48, 20 auditum facite hoc, et efferte illud (φωνὴν εὐφροσύνης ἀναγγείλατε καὶ ἀκουστὸν γενέσθω τοῦτο, ἀναγγείλατε). *cf.* Ier. 4, 5. 5, 20. 46, 14. 49, 2. 50, 2 Ezech. 36, 15 Am. 3, 9.

VIII *audiendi effectu expresso*: **1** *i. q. intellegere: apud comicos formula affirmandi*: Plavt. Amph. 577 equidem decies dixi: domi ego sum, inquam, ecquid audis? Capt. 240 secundum patrem tu es pater proximus. :: audio. Curc. 610 quid agis, bone vir? :: audio. Pseud. 291. Ter. Eun. 371 pro illo te deducam. :: audio. :: te esse illum dicam. :: intellego. *cf.* Phorm. 236 audio [et] fateor. 947 missum te facimus. :: fabulae! :: ... argentum quod habes condonamus te. :: audio. Andr. 552 Cic. S. Rosc. 52 Verr. 3, 144. 147. 6, 69 patior, audio. Flacc. 84 Tusc. 2, 46 div. 2, 71 'Q. Fabi, te mihi in auspicio esse volo'. respondet: 'audivi'. Mart. 3, 63, 2 bellus homo es! dicunt hoc ... multi. :: audio. Plavt. Cist. 545 non surda es, era, recte audivisti. Persa 488 libera, inquam, est. ecquid audis? Poen. 999 *Poenulus* (*qui Punice loquitur*) doni volt sibi clare hic nescio quid. audin pollicitarier? 1011 quid ait *Poenulus*? non audis? mures ... praedicat. Pseud. 166. Ter. Andr. 863 si quicquam invenies me mentitum, occidito! :: nihil audio. Cic. Att. 5, 21, 11 imperavi, ut pecuniam solverent. multa de syngrapha, de Scapti iniuriis. negavi me audire. Itin. Silv. 47, 4 stat semper presbyter, qui episcopo Gr⟨a⟩ece dicente Siriste interpretatur, ut omnes audiant, quae exponuntur. Hier. epist. 53, 9 ut ... in una eademque sententia aliter doctus, aliter audiret indoctus. 108, 28. hom. Orig. in cant. 1 p. 505 Vall. qui audire scripturas spiritualiter novit. Vvlg. Ioh. 6, 61 durus est hic sermo et quis potest eum audire (αὐτοῦ ἀκούειν). act. 2, 6 audiebat unusquisque lingua sua. Avg. loc. hept. p. 498, 43 (gen. 42, 23) 'ipsi autem ignorabant, quia audit Ioseph'. audit pro intelligit. *cf.* p. 536, 15 (deut. 28, 49) 'gentem, cuius non audies vocem eius' pro eo quod est, cuius linguam non intelliges. *cf.* quaest. hept. 1, 22 (gen. 11, 17). 2, 96 (exod. 24, 3). **2** *inde i. q. accipere aliquo modo*: Roman. Char. gramm. I 210, 7 Velius Longus (*ad* Lvcr. 3, 94) 'primum', inquit, 'adverbialiter audiendum est'. *cf.* I 219, 4. Pomp. gramm. V 305, 7 metaphora est translatio: Latini ista quasi barbara sic audiunt. Pomp. dig. 45, 1, 5 pr. praetorias autem stipulationes sic audiri oportet, ut in his contineantur etiam aediliciae (*cf.* Vlp. dig. 43, 30, 3, 6 cum audis matrem familias, accipe notae auctoritatis feminam). Gell. 5, 8, 5 non plenum hoc utrumque neque perfectum est, sed enim pro pleno atque perfecto auditur. Arnob. nat. 2, 13 quam (*resurrectionem mortuorum*) quidem nos dicere confitemur, sed a vobis aliter, quam sentiamus, audiri. 5, 35 ut enim Iovem pro pluvia, Cererem verbi causa pro terra vultis audire. Don. Ter. Andr. 561 hoc sic audiendum, quasi dicat. Serv. Aen. 5, 106 'fama finitimos' utrum per se potius audienda, an et ipsa ad Acesten referenda. Avg. civ. 9, 19 p. 394, 31 D. hoc verbum non nisi in malam partem audire consuerunt. Boeth. herm. sec. 2, 4 p. 91, 15 audiendum ergo ita est, tamquam si diceret. 2, 7 p. 166, 27 si enim hoc modo audita sit, cum ita accipitur, ut. p. 158, 25. **3** *i. q. fidem dare, credere*: Cic. Tull. 29 si ... ego me ... si⟨c⟩ defendam, ut vi me deiecisse confitear, dolo malo negem, ecquis me audiat? Verr. 6, 78 si eum diceres esse mortuum, quis te audiret? Sest. 133 ille ad eos, a quibus audiebatur, cotidie aliquid de ⟨me⟩ ficti (defecti *codd.*) adferebat. Balb. 16 si nunc apud nos id, quod is fecisset, contra foedus factum diceretur, quis audiret? Marcell. 25 te ... dicere tibi satis vixisse credo, sed tum id audirem, si tibi soli viveres. rep. 1, 9 iam illa perfugia, quae sumunt sibi ad excusationem, ... certe minime sunt audienda. fin. 2, 90 qui ... loquitur ut Frugi ille Piso, non audio nec eum, quod sentiat, dicere existimo. *cf.* 2, 105 audirem et plane probarem. 2, 41 nec vero audiendus Hieronymus, cui summum bonum est ... nihil dolere. *cf.* 5, 27. 89 div. 1, 62. 2, 128 Lael. 48 off. 3, 117. Tusc. 1, 65 nec Homerum audio, qui Ganymeden ab dis raptum ait propter formam. nat. deor. 1, 35. Att. 2, 2, 2 si illum mihi audiendum putassem. *cf.* 9, 3, 2 sed si Postumum audire velles, persecuturus erat Gnaeum. Liv. 9, 7, 1 cum haec dicerentur audirenturque ..., dicitur Ofillius ... longe aliter se habere rem dixisse. 37, 11, 4 haec ne pro veris audirentur, animus errore et spe vana praeoccupatus fecit. Qvint. inst. 5, 11, 19 *imperiti* simplicius, quae ficta sunt, audiunt. Spart. Hadr. 15, 2 facile de amicis, quidquid insusurrabatur, audivit. Herm. Pal. vis. 3, 7, 3 isti sunt, qui verbo audierunt (οἱ πεπιστευκότες). Hier. epist. 48, 20 orbis audire non potest, si mundiorem virginitatem diximus esse quam nuptias. 51, 5 quis audiat in tertio caelo donantem nobis Origenem paradisum? 120, 2 nos autem audiamus panem ... esse corpus domini salvatoris. Pavl. Nol. epist. app. 2, 16 magna est morum gravitas non temere de quoquam sinistri aliquid audire. Vvlg. exod. 6, 12 ecce filii Israël non audiunt me (οὐκ εἰσήκουσάν μου). Avg. civ. 10, 12 p. 422 neque enim audiendi sunt, qui ... negant. *cf.* 12, 4 p. 517. 15, 12 p. 79.

IX *auditum praebere*: **1** *fere i. q. oboedire alicui*: Ter. Phorm. 408 potius quam lites secter aut quam te audiam. Cato frg. Fronto p. 100, 5 N. atat noli noli scribere (*sic. codd.*, peribere *Momms.*), inquam. istud nolunt audire. ... istud quoque dele, nolunt audire. Varro Men. 514 quod si non *manu* mittet, fugies, si me audies. *sic saepissime in enuntiatione condicionali.* Varro rust. 1, 40, 5 hoc secuntur multi, qui haruspices audiunt. Cic. de orat. 1, 68 si me audiet. *cf.* 2, 89 eum ⟨sum⟩ cohortatus, ut ... magistrum quem vellet eligeret; me quidem si audiret, L. Crassum. Brut. 280. 281. Manil. 58 neque praeter intercessionem quicquam audiam. Catil. 2, 7 leg. agr. 2, 71. Phil. 5, 25 legatos decernis? ... si ut imperes, non audiet. 13, 6 si adnuerit, ne ego Sapientiam istam ... non audiam (*antecedit* parendum est). rep. 1, 3 teneamus ... cursum ... neque ea signa audiamus, quae receptui canunt. 1, 12 qui philosophorum auctoritate moveantur ... atque audiant eos, quorum summa est auctoritas. *cf.* 1, 32 si me. leg. 2, 41 donis impii ne placare audeant deos, Platonem audiant. 3, 43 *leges* de privatis magistratibusve audiendis. parad. 26 poëtam non audio in nugis; in vitae societate audiam civem digitis peccata dimetientem sua? fin. 1, 42 si Epicurum audire voluerint. nat. deor. 1, 55 si vos. 74. 115. 168. div. 1, 4 saepe hariolorum etiam et vatum furibundas praedictiones ... audiendas putaverunt. Lael. 75 si *Neoptolemus* Lycomedem ... iter suum impedientem audire voluisset. 88 obsurdescimus nescio quo modo nec ea, quae ab ea (*i. natura*) monemur, audimus. off. 1, 88 nec vero audiendi, qui graviter inimicis irascendum putabunt. 1, 128. epist. 2, 7, 1 nemo est, qui tibi sapientius suadere possit te ipso; numquam labere, si te audies. 2, 7, 2 te adhibe in consilium, te audi, tibi obtempera. 2, 18, 3 si me audies, vitabis inimicitias. *cf.* 7, 3, 6. 7, 20, 1. 10, 3, 2. Att. 1, 11, 1. 7, 1, 2 vellem a principio te audisse⟨m⟩ amicissume monentem. ad Brut. 1, 16, 6. Brvt. Cic. epist. 11, 10, 4 quod si me Caesar audisset atque Appenninum transisset. Catvll. 61, 82 quem tamen magis audiens (*locus corruptus*). 61, 97 prodeas nova nupta, si iam videtur, et audias nostra verba. Caes. civ. 2, 42, 1 neque cohortationes ... neque preces. Verg. Aen. 2, 346 infelix, qui non sponsae praecepta furentis audierit. Hor. carm. 1, 13, 13 non, si me satis audias, speres. 4, 14, 50 te (*Auguste*) non paventis funera Galliae duraeque tellus audit Hiberiae. Ov. epist. 13, 131 ventos audite vetantis. met. 14, 676 si ... anum hanc audire voles, ... reice taedas. Liv. 1, 50, 6. 9, 9, 2. 21, 13, 5. 22, 60, 16 P. Sempronium ... non audistis arma capere ac sequi se iubentem: Hannibalem post paulo audistis castra prodi et arma tradi iubentem. 30, 16, 3. 30, 42, 15. 36, 7, 16 quod si tum auditus forem. Sen. suas. 7, 2. Vell. 2, 62, 5 negavere milites sine imperatore suo ulla se audituros mandata. 5, 2, 9 magis defendere, quam audire leges oportebat. Cels. 2, 14 p. 60 neque audiendi sunt, qui numero finiunt, quotiens aliquis perfricandus sit (*cf.* 8, 2 p. 330). Sen. Thy. 309 peiora iuvenes facile praecepta audiunt. dial. 9, 9, 3 parum ... praecepta animus. epist. 6, 6. 21, 11 venter praecepta non audit. 69, 6 si me ... velis audire. 85, 8 non secuntur, non audiunt affectus (*nom.*). 90, 15. 105, 1. Octavia 848 sic miles audisti ducem? Colvm. 1, 2, 3 dominus, quid in eo (*agro*) faciendum sit, non docet, sed audit villicum. Stat. Theb. 3, 521 saepius in dubiis auditus Iasone (*sic codd.*, -i *Bentley*) Mopsus. 6, 464 *in certamine aurigarum* audit et Herculeum Strymon (*equus*) Chromin, Euneon audit igneus Aethion. Ach. 1, 149 avideque audire (et obire audita *al.*) solebat imperia *Chironis Achilles.* Mart. 5, 23, 4 Oceanum (*dissignatorem quendam*) certior audit eques. Tac. Germ. 30 praepositos. ann. 11, 27 atque illam audisse (*uncis incluserunt Walter, Nipperdey*) auspicum verba, ... sacrificasse apud deos. Itala deut. 11, 27 (Tert. scorp. 2) praecepta domini. 13, 1 (*ibid.*)

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

sermonem prophetae . . . praecepta eius custodietis et vocem eius audietis. iud. 2, 20 (scorp. 3). Matth. 11, 14 (anim. 35). Dan. 9, 6 (Cypr. laps. 31) non audivimus puerorum tuorum prophetarum (οὐκ ἠκούσαμεν τῶν παίδων σου τῶν προφητῶν. VVLG. non oboedivimus servis tuis prophetis). COMM. apol. 77 stat miles ad missam: unus audit et excutit alter, nec accipit corde monita. SPART. Sept. 5, 9 statim . . . auditus est. CAPITOL. Max. Balb. 10, 5 cum multa edicta Balbus proponeret nec audiretur. *cf.* Alb. 2, 4 VOPISC. Aurelian. 37, 6. IVST. 2, 11, 7 audito regis imperio. OPTATVS 2, 5 p. 40. 42. 4, 2 p. 103. ITALA deut. 34, 9 (Lucif. Athan. 1, 9) et audierunt eum (VVLG. oboedierunt ei) filii Israel. *saepius.* HILARIAN. curs. temp. p. 156, 5 si nos imperio dei . . . audiamus. FILASTR. 112, 8 *bis* si . . . me. *cf.* 119, 2 *bis.* AMM. 16, 7, 5 si . . . honesta suadentem. HIER. epist. 48, 19 si hos . . . voluerint. *cf.* 66, 5. 96, 11. 12. 117, 1 *sermo* si auditus fuerit, laetaremur pariter, si autem contemptus fuerit, ... 123, 5. 130, 19 non quasi monitorem libenter audivit, sed quasi criminatorem sui operis aversatus est. 140, 7 praecipientis . . . imperium. 142 in eccles. 10 p. 479 Vall. praeceptum. VVLG. deut. 18, 14 gentes istae augures et divinos (*i. divinatores*) audiunt (κληδόνων καὶ μαντειῶν ἀκούσονται). *cf.* 18, 19 verba . . . noluerit. 21, 18 imperium. 20 monita. I reg. 1, 25 IV reg. 22, 13 II Esd. 9, 29. 30. Iob 36, 11 si audierint et observaverint (ἐὰν ἀκούσωσι καὶ δουλεύσωσι). 36, 12 prov. 12, 15 Sirach 9, 4. Matth. 18, 15 si te. 16. 17 Marc. 9, 6. Luc. 10, 16 qui vos audit, me audit (ὁ ἀκούων ὑμῶν ἐμοῦ ἀκούει). 16, 29. 31 non audiunt neque . . . credent (οὐκ ἀκούουσιν . . . οὐδὲ πεισθήσονται). act. 10, 33 praecepta. CLAVD. 8, 393 animosa tuas . . . Gallia leges audiat. AVG. civ. 2, 19 p. 77 D. praecepta. *cf.* 4, 27 p. 180. 8, 10 p. 335 fideliter audit (*i. q. observat*), quod dictum est. SVLP. SEV. dial. 3, 18, 3 si vel te quondam vel me semper audire voluisset. LEX Sal. 45, 2 legem noluit audire. 50, 3. *translate:* VERG. georg. 1, 514 neque audit currus habenas. OV. met. 5, 382 qua (*sagitta*) nec acutior ulla nec minus incerta est nec quae magis audiat (*sic N*ς, *vulgo*; avolat *M, frg. Lond.*) arcu⟨s⟩ (-um *N, multi interpolati*). SEN. Herc. O. 976 te . . . languenti manu non audit arcus. LVCAN. 3, 594 dirigit huc puppim miseri quoque dextra Telonis, qua nullam melius pelago turbante carinae audivere manum. 9, 931 sed si quod tardius audit virus (*scil. incantamenta*) et elicitum iussumque exire repugnat. SIL. 14, 393 dociles . . . regentis audivisse manum . . . puppes. STAT. Theb. 5, 412 ipse graves fluctus clavumque audire negantem (*scil. puppim*) lassat agens Tiphys. APVL. apol. 83 *litterae loquuntur*: improbo ac nefario homini per alienas litteras falsum facere temptanti ne[c] auscultarent, sibi potius audirent. CHIRON 851 unctio ad coxam luxatam, quae unctionem non audit (*i. quae unctioni repugnat, eam male fert*). CLAVD. 17, 187 desidis aurigae non audit verbera currus. *nota: part. praes. pro adiectivo:* CORP. VI 3221 (*Romae, christ.*) audientiss⟨imus⟩ ⟨et⟩ fideliss⟨imus⟩ *sc. domino servus.* 2 *inde* dicto audientem esse (*addito dativo imperantis vel sine casu*) *i. q. oboedire*: GLOSS. ὑπήκοος, πειθήνιος, cito audiens, dicto parens, praecepto oboediens, praecepto audiens. PRISC. gramm. III 371, 5 *ad exemplum Graecorum* Romani 'oboedio tibi' et 'ausculto tibi' . . . . hinc Romani 'dicto audiens tibi sum'. PLAVT. Amph. 989 ego sum Iovi dicto audiens. 991 pater vocat me, eum sequor, eius dicto imperio sum audiens (*cf. infra l. 74*). Asin. 544 filiam. Men. 444 dicto me emit audientem, haud imperatorem sibi. Persa 399 sequere hac. :: dicto sum audiens. 836 te mihi dicto audientem esse addecet. Trin. 1062. Truc. 125 tuis (tibi *P*) servio atque audiens sum imperiis. CATO agr. 142 domino . . . dicto audiens sit. VARRO rust. 1, 4 iis. ling. 5, 82 dictator, quod a consule dicebatur, cui dicto audientes omnes essent. CIC. Verr. 2, 88 sunt illi quidem dicto audientes, quamdiu adsunt ei, qui imperant. *cf.* 114 prohibe, si potes, si habes, qui te audiat, si potest tibi dicto audiens esse quisquam. 5, 27 praetori. 6, 85 nobis. 6, 104 Deiot. 23. Phil. 7, 2 non ut pareret et dicto audiens esset. rep. 1, 61 uni. div. 2, 138 imagines . . . nobis. CAEL. Cic. epist. 8, 4, 4 nam in disputando coiecit illam vocem C. Pompeius (-o *codd.*) omnes oportere senatui dicto audientes esse. *cf. eiusdem Pompei verba* 8, 8, 9. CAES. Gall. 1, 39, 7 cum castra moveri ac signa ferri iussisset, non fore dicto audientes milites. *cf.* 1, 40, 12 quibuscumque. 5, 43, 3. BELL. Afr. 32, 9 inimicis adversariisque. 57, 3 regi. NEP. Lys. 1, 2 imperatoribus. Iph. 2, 1 duci. Dat. 2, 3 regi[s]. Ages. 4, 2 iussis. LIV. 1, 41, 5 interim Servio Tullio iubere populum dicto audientem esse. *cf.* 4, 26, 9 senatui. 5, 3, 8 nec plebs nobis dicto audiens atque oboediens sit. 8, 32, 3 cum . . . pareant . . . ei (*dictatori*) consules, aequum censeas necne ⟨ei *add. Madvig*⟩ magistratuum dicto audientem esse. 29, 20, 1 praetori. 37, 51, 5 pontifici. 38, 46, 14. 40, 42, 10. 41, 10, 7 consulis imperio dicto. QVINT. inst. 3, 6, 31. 7, 1, 14 minus. ALF. dig. 4, 8, 50. 44, 7, 20 domino. VLP. dig. 1, 1, 19 pr. velut si dixerit frugi bonum *servum* dicto audientem. *cf.* 28, 4, 1, 3. PAVL. dig. 25, 2, 21, 1 domino. PORPH. Hor. epist. 1, 16, 17 tibi. ITIN. Alex. 28. 42. EPIT. Alex. 78 W. regi praedicto ⟨dicto⟩ audientes iussit esse. HYG. fab. 120 p. 104, 5 sacerdoti. SVLP. SEV. chron. 1, 6, 6 parum. *cf.* 16, 7. AVELL. p. 701, 24 pertinacia, quae nec dictum audiens existit. *nota:* IREN. 4, 2, 6 principes tui indicto audientes sunt (ἀπειθοῦσιν. VVLG. infideles). 16, 3 affligebat indicto audientes. *cf.* dicto audientia, indicto audientia.

X *i. q. exaudire (praesertim preces, sim.), non audire solum, sed etiam annuere:* *de diis:* *cf.* ISID. diff. 1, 23 inter audire et exaudire: quod tam boni quam mali audiuntur, exaudiuntur tantum boni. CIC. Pis. 43 in quo di immortales meas preces audiverunt. ad Q. fr. 1, 3, 9. VERG. Aen. 4, 220 talibus orantem dictis arasque tenentem audiit omnipotens. *cf.* 4, 612. 9, 627. 10, 423. 463 audiit (-it *R*) Alcides iuvenem (*antecedit*: te precor, Alcide, coeptis ingentibus adsis). 11, 794 audiit et voti Phoebus succedere partem mente dedit. HOR. carm. 1, 2, 27 prece qua fatigent virgines sanctae minus audientem carmina Vestam. *cf.* 2, 18, 40 *Charon* levare functum pauperem laboribus vocatus atque non vocatus audit. 3, 21, 4 *Diana,* quae laborantes utero puellas ter vocata audis. 4, 13, 1 audivere . . . di mea vota. carm. saec. 34 supplices audi pueros, Apollo, siderum regina bicornis audi, Luna puellas. LYGD. 3, 28 at si, pro dulci reditu quaecumque voventur, audiat a[d]versa non meus aure deus. PROP. 4, 7, 22 foederis heu taciti, cuius fallacia verba, non audituri diripuere Noti. 4, 11, 5 te licet orantem fuscae deus audiat aulae (*i. Orcus*). OV. am. 1, 3, 4. fast. 5, 68 citavi non audituri numina magna (*sic plerique*, vana *nonnulli*) Iovis. Pont. 4, 9, 129 LIV. 6, 23, 12. 10, 7, 5 preces minus audirent. SEN. Herc. O. 294. 1300. Oed. 571 audior . . ., rata verba fudi. LVCAN. 5, 779 quod si sunt vota deisque audior. CALP. ecl. 2, 57 VAL. FL. 1, 341. 5, 405. 6, 292 HOMER. 83. STAT. silv. 3, 2, 50 audimur. Theb. 2, 247. 3, 551. 4, 519. 6, 638. 7, 736. 9, 820. 12, 485 Ach. 682. MART. 1, 99, 5 audit vota deus precesque nostras. TAC. ann. 3, 36 neque a dis nisi iustas supplicum preces audiri. *cf.* 13, 57 propius. PLIN. paneg. 10 FLOR. 2, 26, 16. APVL. Socr. p. 132 Oud. facilius me audierit lapis quam Iuppiter. PS. APVL. Ascl. 41. TERT. orat. 15 deus scilicet non audiat paenulatos, qui tres sanctos . . . exaudivit. *cf.* 17. AVSON. 319, 57 optinui auditaeque preces. LACT. inst. 6, 13, 1 temptari te a deo crede, ausis dignus audiri. *cf.* PS. LACT. mort. pers. 1, 1 orationes. HIER. epist. 12 Phariseus adrogans spernitur, et humilis publicanus auditur. VVLG. gen. 16, 11 afflictionem (ἐπήκουσε τῇ ταπεινώσει). *saepius.* II par. 7, 12 orationem (ἤκουσα τῆς προσευχῆς). *saepius.* Ioh. 9, 31 scimus . . ., quia peccatores deus non audit. 11, 41. 42 AVG. civ. 8, 21 p. 352 D. DRACONT. Rom. 10, 193 iam grates audita loquor. *de hominibus:* CIC. Att. 15, 1ª, 4 istam . . . auditam a te esse omnino demiror. VERG. Aen. 4, 439 sed nullis ille (*Aeneas*) movetur fletibus (*Didonis*) aut voces ullas tractabilis audit. LIV. 3, 58, 5 trium tribunorum preces. 4, 9, 6 postulatum. 30, 14 nec eorum, cum more patrum iurati repeterent res, verba sunt audita. 29, 18, 1 et nos queri religio . . . cogat et vos audire. 32, 33, 4 postulata. SEN. Med. 514 supplicem. Herc. f. 523. TREB. Claud. 5, 2 rogantem Aureolum. AMM. 22, 5, 4. HIER. epist. 14, 2 qui rogantem contempseras, forsitan audies obiurgantem. 16, 1. VVLG. gen. 42, 21 dum deprecaretur nos et non audivimus (οὐκ εἰσηκούσαμεν αὐτοῦ). exod. 7, 22 induratum est cor Pharaonis nec audivit eos. *cf.* 8, 15. 9, 12 *saepius.*

XI *i. q. subaudire:* a *proprie:* NAEV. com. 34 et asseri (*i. ianuae*) laudes ago . . ., quod praeter quam vellem audiebam hoc mihi ennius (eminus *vulg.*; *locus corruptus*). PLAVT. Cas. 574 sed uxorem ante aedis eccam. ei misero mihi, metuo, ne non sit surda atque haec audiverit. :: audivi ecastor cum malo magno tuo. CATVLL. 67, 41 saepe illam audivi (*ianua*) furtiva voce loquentem solam cum ancillis haec sua flagitia. OV. trist. 1, 1, 29 et tacitus secum, ne quis malus audiat, optet. SEN. dial. 5, 22, 2 audierat omnia Antigonus, utpote cum inter dicentes (-em *codd.*) et audientem palla interesset . . . et 'longius', inquit, 'discedite, ne vos rex audiat' (*cf. infra* exaudisset). LVCAN. 6, 513 coetus audire silentum . . . non superi, non vita vetat *magae.* b *translate* audiri *t. t. gramm. i. q. subaudiri animo, mente suppleri:* QVINT. inst. 9, 3, 58 'stupere gaudio Graecus': simul enim auditur 'coepit'. *cf.* 8, 5, 12. DIOM. gramm. I 94, 13 'hic Lucanicus', auditur botulus vel apparatus. PORPH. Hor. carm. 1, 17, 9. 2, 16, 27 extrinsecus hic audiendum 'quatenus'. 2, 19, 17. 3, 11, 45. carm. saec. 11 et hic ex superiori audiendum 'precamur'. sat. 1, 5, 45. 1, 9, 37 epist. 2, 1, 78. DON. Ter. Phorm. 1 extrinsecus. *cf.* 354 Hec. 23 Eun. 346. SERV. Aen. 8, 397 'tum quoque' bis audiendum. *cf.* 9, 613. georg. 4, 483 (*cf.* ecl. 3, 30. Aen. 2, 26 subaudire).

XII 1 male audire *i. q. male dicta audire, increpari, vituperari, tum mala fama, mala existimatione uti; v. Kirchhoff, Jahrb. f. Philol. suppl. 28, 24:* GLOSS. V 644, 44 (Non. 142, 12) male audiam: male dicta feram. *v. Otto, Sprichwörter s. v.* malaudio: *cf. p. 1291, 8 et 15.* CAECIL. com. 24 audibis male, si male dices (-is *codd.*) mihi (*cf.* PLAVT. Pseud. 1173 contumeliam si dices audies). TER. Phorm. 359 si erum insimulabis malitiae, male audies. CIC. de orat. 2, 277 Opimius consularis . . . male audiret *in altercatione. cf.* 305 quid? si, quom pro altero dicas, litem tuam facias aut laesus efferare iracundia, causam relinquas, nihilne noceas? in quo ego, non quo libenter male audiam, ... Verr. 2, 118 quae Romae magna cum infamia pretio accepto edixeras, ea sola te, ne gratis in provincia male audires, . . . sustulisse video. *cf.* 4, 134 quod illorum (*magistratuum*) culpa se minus commode audire arbitrarentur. Cael. 38 vicinum eius mulieris miraris male audisse, cuius frater germanus sermones iniquorum effugere non potuit. Tusc. 5, 116 erat surdaster M. Crassus, sed aliud molestius, quod male audiebat. Att. 1, 18, 5 Palicano . . . os ad male audiendum cotidie

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

praebeat. *cf.* 6, 1, 2 PVBLIL. N 41 nullo (-um *cod.*) in loco male audit misericordia. PS. SALL. in Tull. 1, 1 ut, si quam male dicendo voluptatem cepisti, eam male audiendo (*sic codd. novic.*, dicendo *antiqui*) amittas. NEP. Dion 7, 3 insuetus male audiendi non animo aequo ferebat, de se ab iis male existimari, quorum paullo ante in caelum fuerat elatus laudibus. OV. trist. 5, 11, 3 indolui, non tam mea quod fortuna male audit. SEN. contr. 2, 6, 9 ne aliena luxuria male audiam (malaudiam *codd.*). 7, 1, 8 falso crimine (*sc. cum pirata dicitur*). 7, 3, 9 Cicero male audiebat tamquam nec Pompeio certus amicus nec Caesari, sed utriusque adulator. VAL. MAX. 5, 1 ext. 2 a Thrasippo amico inter cenam sine fine convicio laceratus ita et animum et vocem ab ira cohibuit, ut putares satellitem ⟨a⟩ tyranno male audire. SEN. dial. 7, 13, 2 male audit, infamis est. benef. 2, 17, 7 male audire solet faenerator, si acerbe exigit. 5, 7, 4 tam alieni corporis leno male audit (malaudit *N*), quam sui. clem. 2, 5, 2 scio male audire a p u d imperitos sectam Stoicorum. MART. 2, 56, 1 uxor tua ... male audit immodicae foedo crimine avaritiae. QVINT. inst. 12, 9, 9 quod facientibus etiam male audiendi praesumenda patientia est. *cf.* 12, 10, 13 ab ipsis inimicis. decl. 275 p. 125, 11 diu. 296 p. 172, 10 impune. 298 p. 179, 20 desidiā. 300 p. 183, 13 male audire plerumque iudicum nimia severitas solet nec umquam in convicium nisi asperae sententiae veniunt. 372 p. 410, 1 male audire et crudelitatis quoque reus fieri. 377 p. 419, 2 cessant etiam familiaria adulescentiae crimina et ne in scortis quidem reus male audio. TAC. dial. 18 Ciceronem a Calvo male audisse tamquam solutum et enervem. hist. 1, 10 palam laudares, secreta male audiebant. APVL. apol. 3 falsa vituperatione gravari ... cum male audiunt, impendio commoveantur, quamquam exinde ut male facere coeperunt, consueverint male audire. *cf. ibid.* posse se merito increpari. enimvero bonus et innoxius quisque rudis et imperitas auris ad male audiendum habens. LACT. opif. 1, 2 philosophi sectae nostrae ... quamvis nunc male audiant castigenturque vulgo. MACR. sat. 2, 2, 6 Galla nuptā. *cf.* 2, 3, 10 levitate ... inmerito. *nota*: OPTATVS 3, 4 p. 84 si auditus facit reos, tenemus vos socios, quia s i m i l i t e r (*sc. male*) audistis. *active*: TER. Hec. 600 sine me obsecro hoc effugere, volgus quod male audit mulierum. 2 b e n e audire *i. q. bene dicta, laudationes audire, laudari, bona fama, existimatione gaudere, florere; cf. cluere, κλύειν*: TER. Phorm. 20 benedictis si certasset, audisset bene (*subauditur*: dicta). CIC. leg. 1, 50 innocentes ... et verecundi sunt, ut. fin. 3, 57 esse ... hominis ingenui et liberaliter educati velle bene audire a parentibus, a propinquis, a bonis etiam viris. *cf.* 4, 62. Att. 6, 1, 2 qui me idcirco putent bene audire velle, ut ille male audiat. *cf.* 10, 8, 9 recte facere et bene audire volt. ad Q. fr. 1, 1, 3 si te ipse vehementius ad o m n e s p a r t e s bene audiendi excitaris. PVBLIL. B 40 bene audire ⟨...⟩ alterum patrimonium est. VVLG. II Macc. 14, 37 vir amator civitatis et bene audiens (σφόδρα καλῶς ἀκούων). CORP. III 10000 (*Dalmatiae*) a bonis ⟨h⟩omin⟨ibus?⟩ audivi⟨t⟩ bene. 3 *inde etiam sine adverbio i. q. cluere, laudari, appellari; v. Sittl, lokale Versch. p. 119. Süss, Acta semin. Erlang. 143*: HOR. sat. 2, 7, 101 at ipse subtilis veterum iudex et callidus audis. epist. 1, 7, 38 saepe verecundum laudasti, rexque paterque audisti coram. 1, 16, 17 tu recte vivis, si curas esse, quod audis. AETNA 75 vatibus ingenium est: hinc audit nobile carmen. PLIN. paneg. 73 *posteri* a principibus suis exigent, ut eadem audire mereantur, et illi, quod non audiant, indignabuntur. *cf.* 75 quae facere et quae debeant audire, si faciant (*antecedit* iter ad bonam famam). *ibid.* nova merearis, nova audias. APVL. met. 2, 9 nisi capillum distinxerit, ornata non possit a⟨u⟩dire. *cf.* 6, 9 vilis ancillae filius nepos Veneris audiet. 10, 35 Cenchreas pervado, quod oppidum audit quidem nobilissima[e] colonia[e] Corinthiensium. TERT. pudic. 8 licet enim filius audiat et Iudaeus et maior. pall. 2 p. 922, 8 et solus *Iordanis* audiebat. SCHOL. Iuv. 6, 136 magnam dotem adtulit, inde pudica audit (*cf.* CORP. X 2584 (*Puteolis*) mortu⟨a⟩ *coniunx* in infinito in⟨com⟩parabilis a⟨udit⟩). HIER. epist. 64, 6 qui (*dominus*) audit in psalmo: 'tu es sacerdos *eqs.*'. *cf.* 65, 2. CLAVD. 1, 61 soli ... merentur victores audire. PAVL. NOL. epist. 13, 2 p. 85, 5 neque videar de neglegentia tui serus audisse. *passive*: STAT. Theb. 4, 504 cassusne sacerdos audior? DIOM. gramm. I 484, 3 epos dicitur Graece ..., Latine paulo communius carmen auditur. I 474, 9 metrum tripliciter auditur: ... bioticon ... poëticon ... commune. IORD. Rom. 310 multarum uxorum unus maritus auditur.

synonyma: *ad I*: recte auribus uti. *ad II 1 d*: attendere. *ad II 4*: auscultare, cognoscere, exaudire, auribus percipere, aurem inclinare, verba suscipere, vocibus vacare. *ad III 1 a*: auditur: fama est, nuntius venit, vulgatur. *ad III 2*: nosse. *ad IV b*: animum advortere, intentum esse. *ad V a*: auris utendas dare. *ad V b*: aurem intendere; attendere; spectare (*in theatro*). *ad V e*: discere. *ad VI 1 a*: admittere, aures praebere. *ad VI 1 b*: de causa cognoscere, interrogare, cognoscere. *ad VII 1*: cognoscere, in notitiam accipere, noscere. *ad VI 2*: scire. *ad VI 3*: cognitus, percelebratus sermonibus, notus, pervulgatus. *ad VIII 1*: intelligere. *ad VIII 2*: accipere. *ad VIII 3*: probare, credere. *ad IX 1*: obtemperare, sequi. *ad X*: exaudire. *ad XI b*: subaudire. *ad XII 1*: male dicta ferre, male existimari, castigari.

opposita: *ad I 1*: surdum esse. *ad II 1 d*: scire, cognoscere; cernere, tangere, videre; legere; respondere. *ad II 3*: adloqui. *ad III 1*: scire, nosse, meminisse, cognoscere. audiri: inclutum, notum esse; experiri. *ad III 2*: videre, inspicere. *ad III 4*: comperta, reperta, nota. *ad V a*: recitare. *ad V e*: docere. *ad VI 1*: neglegere; in cassum loqui. *ad VII 1*: quaerere, exquirere, invenire. *ad IX 1*: imperare, iubere. *ad X*: deprecari. *ad XII 1*: male dicere; laudibus efferri.

adverbia, quibuscum saepissime coniungitur: attente, bene, benigne, clare, comiter, commode, cupide, diligenter, facile, frequenter, gratanter, graviter, intente, libenter, liquide, male, modeste, neglegenter, oportune, parum, parumper, patienter, perstudiose, secure, studiose, subtilius, superbe, surde, tolerabilius.

composita: abaudire, exaudire, inaudire, obaudire *et* oboedire, peraudire, praeaudire, subaudire. *Sinko.*

Audioveus, -ī, *cogn. barb.* GREG. TVR. Franc. 10, 14 Audioveo (et Seudeveo *A 1*, Audoeno *D 1. 3. 5. 12*) episcopo *Andecavorum*. *cf.* Audoenus *et* Audovius. *Diehl.*

Audiricus *v.* Audericus.

audītio, -ōnis *f. ab* audire. *vox orationis solutae inde a* CIC. 1 *s e n s u s a u d i e n d i*: DIOM. gramm. I 420, 20 tenui sono auditionem acuens. APVL. Plat. 1, 14 oculorum acies ... auditionem ... aëriae naturae participem aëris nuntios percipere sonoros. TERT. anim. 18 p. 326 (*ex Plat. Phaed. p. 65 B*) habetne veritatem aliquam visio et auditio (ὄψις τε καὶ ἀκοή) hominibus, an non? HIL. in psalm. 54, 3 ipse (*deus*) extra auditus non potest esse naturam et qui ubique hunc in nobis sensum auditionis operatur. *translate*: CANON. Migne 56, 725[B] sicut mecum recolit memorialis auditio vestra. 2 *a c t u s a u d i e n d i*: *sine obiecto*: CIC. de orat. 2, 131 subactio autem est usus, auditio, lectio, litterae. PLIN. nat. 26, 11 sedere ... in scholis auditioni operatos. QVINT. inst. 2, 2, 11 *exercetur* auditione iudicium. *cf.* 10, 1, 10 multa lectione atque auditione adsequi nullo modo possumus, cum omnem sermonem auribus primum accipiamus. AVREL. ad Front. p. 79, 11 N. auditionis omnem iam voluptatem consumps[e]i. PANEG. 3, 5 p. 105, 24 cum mihi auditionis tuae divina dignatio eam copiam tribuit, ... praedicavi. GRILL. rhet. p. 601, 18 velut gradum sibi auditionis dicendi subtilitate perficiens. HIL. in psalm. 2, 44 *Saba* Salomonis sapientiam audiens nonne infidelitatem et incuriam praesentium auditione peregrina damnabit? ITALA III reg. 18, 26 (Lucif. Athan. 1, 17) et non fuit istis vox neque auditio (καὶ οὐκ ἦν ἀκρόασις. VVLG. non erat ... qui responderet). AVG. in psalm. 58 serm. 2, 1 *sermonem* sic accipiatis, ut sit fructus in auditione vestra. *cum obiecto*: CIC. fin. 5, 42 *pueri* fabellarum auditione ducuntur. de orat. 2, 131 *orator*, qui est versatus in rerum vel usu vel auditione et cogitatione. SEN. epist. 108, 35 auditionem philosophorum lectionemque. AVREL. ad Front. p. 14, 2 N. ita adfectus est auditione eorum, *quae dicta sunt*. GELL. 9, 4, 5 qui eos (*libros*) lectitabit, ne rudis omnino et ἀνήκοος inter eiusmodi rerum auditiones reperiatur. AVG. de duab. anim. 11 p. 66, 3 post eorum auditionem. in psalm. 139, 15 p. 1813 gaudium tibi sit in auditione dei. serm. ed. Mai 16, 1 auditio *vocis divinae* ... nostra seminatio. *t. t. de oratione, recitatione*: SEN. contr. 9, 3, 14 *Cassius Severus* ⟨ab⟩ auditione eius (*Sabini Clodii*) cum rediret. suas. 3, 6 una nos ab auditione Nicetis ad Messalam venisse. *ibid.* ab novi (*sic Burs.*, agnovit *codd.*) hominis auditione venientem. GELL. 3, 13, 4 an digna auditio tanto properantium studio foret. 14, 1, 2 quod eius meminisse potui, egressus ibi ex auditione propere adnotavi (*cf.* SYMM. epist. 1, 15, 1 eventilatam [-latis *nonn. codd.*] auribus nostris auditionis meae fidem ... dictavi). 18, 2, 2 qui ... easdem auditiones eosdemque doctores colebamus. 19, 8, 1 quando erat a magistris auditionibusque obeundis otium. 20, 5, 5 illas ... exotericas auditiones exercitiumque dicendi ... vesperi faciebat *Aristoteles*. APVL. apol. 55 recitari ipsa haec iubebo, quoniam ostendis ... auditione[m] te ista[m] non gravari. flor. p. 64 Oud. ut mihi ad vos venit usus ..., differri auditorii coetum et auditionis coeptum. PS. CYPR. singul. cler. 37 auditiones simplices oboedientia vestra suscipiat. AVG. in psalm. 131, 1 p. 1716 de praeteritis auditionibus. *t. t. in iudicio*: TERT. apol. 9 p. 150 non deesset vobis in auditione custodiarum et damnatione sanguis humanus. COD. Theod. 11, 30, 67 (COD. Iust. 7, 62, 31 pr.) si huiusmodi appellatio suscepta non fuerit, in qua inferiorum iudicum sacra desideratur auditio (*praecedit* appellationem oblatam, in qua ... sacrum auditorium postulatur). 13, 5, 32 (COD. Iust. 11, 6 (5), 6) usitato more habita quaestione ... sub tuae sedis auditione. *cf.* audientia, auditorium. 3 *e f f e c t u s a u d i e n d i*: *i. q. intellegentia*: HIER. hom. Orig. in Is. 6, 3 p. 1127 Vall. bifariam sciens sermonis auditionem. *i. q. oboedientia*: TERT. adv. Marc. 4, 22 p. 217 dicendo ... hic est filius meus dilectus, hunc audite. itaque ... facta translatio sit auditionis a Moyse et Helia in Christo. COD. Theod. 8, 4, 26 auditionem huius legis intercessione depulsam. 4 *o b i e c t u m a u d i e n d i*: *i. q. nuntius, fama, rumor*: CIC. Planc. 56 ne fictis auditionibus, ne disseminato dispersoque sermoni fortunas innocentium subiciendas putetis. *cf.* Verr. 5, 102 hoc solum auditione expetere coepit, cum id ipse non vidisset. CAEL. Cic. epist. 8, 1, 2 ne tenuissimam quidem auditionem de ea re accepi. CAES. Gall. 4, 5, 3 his rumoribus (*sic β*;

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

rebus *α*) atque auditionibus permoti. 7, 42, 2 levem auditionem habeant pro re comperta. QVINT. inst. 5, 7, 5 *testimonia* de auditionibus: non enim ipsos esse testes, sed iniuratorum adferre voces. *cf.* IVL. SEV. rhet. 13 p. 361 in coniecturalibus causis ... proferuntur auditiones, suspiciones ... fama vel opiniones. *id.* 14 p. 362. PS. ASCON. Verr. 3, 1 p. 165. TAC. ann. 4, 11 tradendi ... rumoris causa fuit, ut ... falsas auditiones depellerem. ITALA Is. 52, 7 (Tert. adv. Marc. 4, 13) evangelizans auditionem pacis (ἀκοὴν εἰρήνης). CLEM. ad Cor. 47 audiri stabilitam ... ecclesiam ... contendere contra seniores. et haec auditio non tantum in nobis capuit (*sic*). VVLG. psalm. 111, 7 ab auditione mala (ἀπὸ ἀκοῆς πονηρᾶς). Ier. 51, 46 veniet in anno auditio. Os. 7, 12 secundum auditionem coetus. Nah. 3, 19 omnes, qui audierunt auditionem tuam (τὴν ἀγγελίαν). *i. q. graecum* ἀκρόαμα: GLOSS. II 223, 29 ἄκουσμα. VITR. 10, 12, 2 musicis auditionibus. CYPR. ad Donat. 16 magis carissimos pascis, si sit nobis spiritalis auditio, prolectet aures religiosa mulcedo. *in* VVLG. *pleonastice i. q.* *v o x*: Iob 37, 2 audite auditionem (ἄκουε ἀκοήν) in terrore vocis eius. sap. 1, 9 sermonum ... illius auditio. Ier. 10, 22 vox auditionis (φωνὴ ἀκοῆς). Hab. 3, 2 audivi auditionem (εἰσακήκοα τὴν ἀκοήν). *nota*: *i. q. sonus, sonitus*: CONSENT. gramm. V 390, 35 *in tmesi* illas duas partes, quibus circumcincta est *orationis pars*, necesse est sensu atque auditione coniungi, quale est 'septem subiecta trioni' pro septemtrioni. *Sinko.*

auditiuncula, -ae *f. ab* auditio *deminutive.* GELL. 13, 20 (19), 5 laudo te, mi fili, quod in tantula aetate ... auditiuncula ... quadam de Catonis familia aspersus es.

audito, -āvī, (-āre). PAVL. FEST. 28 auditavi (-vitavi *codd.*) saepe audivi. *pertinere videtur ad* PLAVT. Stich. 167 auditavi saepe hoc volgo dicier, *ubi* auditavi *A*, audivi *P* (aut divi *B*), *sed versui prima syllaba deest.* *Ihm.*

audītor, -ōris *m. ab* audire. *vox orationis solutae temptata a* PLAVTO *et* VARRONE *singulis locis, frequentata a rhetoribus inde ab* RHET. Her., *ubi legitur 50^ies; apud* CIC. *88^ies*, PS. SALL. LIV. VITR. *singulis locis*, SEN. *rhet. 18^ies*, VELL. *semel*, VAL. MAX. *ter*, SEN. *8^ies*, SCRIB. LARG. PETRON. PLIN. *mai. singulis locis*, QVINT. *29^ies*, TAC. *7^ies*, PLIN. *min. 9^ies*, SVET. *bis*, FRONTON. *quater*, GELL. *semel*, APVL. *ter. ex poetis*: HOR. (*in hexam.*) *quater*, OV. *semel*, MART. *ter*, IVV. *bis.* GLOSS. ἀκροατής.

1 *is, qui audit*: *quodlibet*: PLAVT. Pseud. 429 homines qui gestant quique auscultant crimina..., omnes pendeant, gestores linguis, auditores auribus. CIC. dom. 64 quod illi (*Decii*) ne auditores quidem suae gloriae, ego etiam spectator meae laudis esse potuissem. TERT. nat. 1, 7 et ille, qui ... prosiluit deferre, non et probare gesti⟨i⟩t, et ille, qui audiit, non et (et non *A*) videre curavit; siquidem par fructus est et delatoris ... et auditoris. orat. 17 deus ... non vocis, sed cordis auditor est, sicut conspector. FRG. Mur. 32 non solum visorem sed (*lege*: se et) auditorem, sed et scriptorem omnium mirabilium ... profitetur *Iohannes.* IVL. VAL. 1, 15 iam te paterno nomine usurpabo, cuius adeo libens fueris auditor. VVLG. num. 24, 4 dixit auditor sermonum (ἀκούων λόγια) dei (*cf.* 16 Iob 31, 35). sap. 1, 6 scrutator verus ... et linguae ... auditor (τῆς γλώσσης ἀκουστής). Rom. 2, 13 non ... auditores legis (οἱ ἀκροαταὶ νόμου) iusti sunt apud deum, sed factores (ποιηταί). *cf.* Iac. 1, 22. 23. 25. PAVL. NOL. epist. 13, 4 p. 87 fidei pater et repromissionis beatae primus auditor. AVG. civ. 2, 26 p. 92 D. quod malum geritur, omnes convocat spectatores, quod bonum dicitur, vix aliquos invenit auditores (*cf.* serm. ed. Mai 5, 3). SVLP. SEV. Mart. 2, 8 iam tum evangelii non surdus auditor. LEO M. serm. 43, 4 p. 284 *deus* humanarum precum misericors et iustus auditor. *t. t. de eis, qui audiunt* *o r a t o r e m*: *cf.* audientes *sub* audio *V d.* CIC. part. 3, 10 auditorum eam (*causam*) genere distingui: nam aut a u s c u l t a t o r modo est, qui audit, aut d i s c e p t a t o r, id est rei sententiaeque moderator (*cf.* QVINT. inst. 3, 4, 6). MART. CAP. 5, 447 auditoris ... sunt genera tria: unum eius, qui secundum aequitatem aliquid statuit, et is est perpense i u d e x; aliud eius, qui honestate vel utilitate incerta dubius alienae sententiae persuasionem inexplicabilis d e l i b e r a t o r expectat; tertium genus eius est, qui facti honestatem vel turpitudinem libera aestimatione perpendit: hunc a e s t i m a t o r e m convenit nominari. RHET. Her. 1, 4, 6 *principium orationis* ita sumitur, ut attentos, ut dociles, ut benivolos auditores habere possimus (*cf.* 1, 2, 2). 1, 3, 4 *principio* animus auditoris constituitur ad audiendum. *sic saepissime sing. collective*: RHET. Her. 1, 4, 7. 8. 1, 5, 8. 1, 6, 9. 10. 1, 7, 11. 1, 10, 17. 2, 18, 27. 2, 27, 43. 2, 30, 47. 2, 31, 50. 3, 6, 12. 3, 9, 17. 3, 10, 18. 3, 12, 22. 3, 13, 23. 24. 3, 14, 24. 3, 15, 26. 4, 11, 16. 4, 12, 18. 4, 15, 22. 4, 16, 24. 4, 17, 25. 4, 26, 36. 4, 28, 38. 4, 37, 50. 4, 42, 51. 4, 43, 55. 4, 45, 58. 4, 54, 67. CIC. inv. 1, 20 exordium est oratio animum auditoris idonee comparans ad reliquam dictionem. *cf. ibid.* obscurum *causae genus*, in quo ... tardi auditores sunt. *ibid.* auditorem benivolum aut docilem aut attentum. 21 infesti. 22 auditorum persona. 23. 24 mitior. 25 studium. 26. 31. 32. 48. 75. 98. 99. 106 conquestio est oratio auditorum misericordiam captans. 2, 49. de orat. 2, 28 Catulus auditor accessit, cui non solum nos Latini sermonis, sed etiam Graeci ipsi solent suae linguae subtilitatem elegantiamque concedere. 3, 210 non omni causae nec auditori neque personae neque tempori congruere orationis unum genus. part. 15 auditorum aures moderantur oratori prudenti et provido. 29. 72. Brut. 191 Platonem unum auditorem haberet Demosthenes. 192 si auditor ... tamquam equus non facit, agitandi finis faciendus est. 199 praestat ... doctus auditor indocto. orat. 24 semper oratorum eloquentiae moderatrix fuit auditorum prudentia. 71. 122. 188. 208. 209 *oratio composita* detrahit ... actionis dolorem, aufert humanum sensum auditoris (actoris *vel* auctoris *codd.*). opt. gen. 5, 15. Font. 23 ubi discerni *possit* stultus auditor et credulus ab religioso et sapienti iudice. div. in Caec. 42 multitudo. nat. deor. 3, 2 praebebo ... ego me tibi ... attentum contra Stoicos auditorem. Att. 1, 14, 4 quo modo ἐνεπερπερευσάμην novo auditori Pompeio! nat. deor. 1, 17 tu ... nolo existimes me adiutorem huic venisse, sed auditorem, et quidem aequum, libero iudicio, nulla ... adstrictum necessitate. PS. CIC. in Sall. 8, 22 offendere animos. SEN. contr. 1, 3, 11. 2, 6, 13. 3 praef. 2. 12. 7, 2, 8. 10, 1, 13 Albucius, fastidiosus auditor eorum, quibus invidere poterat. suas. 2, 19 maligni. SEN. epist. 40, 3. 108, 8 PETRON. 3. QVINT. inst. 3, 4, 6 tria ... genera auditorum: unum, quod ad delectationem conveniat, alterum, quod consilium accipiat, tertium, quod de causis iudicet. 4, 1, 5. 4, 2, 31. 4, 5, 6. 6, 1, 28. 8, 2, 19. 21. 9, 1, 25. 9, 2, 5. 65. 78. 9, 3, 27. 9, 4, 10. 29. 62. 63. 10, 1, 48. 10, 7, 16 frequentia. 11, 3, 123. TAC. dial. 20 *volgus* adfluens et vagus auditor. 23 quos ... apud iudicem fabulantes non auditores sequuntur, non populus audit. 32 idque non doctus modo et prudens auditor, sed etiam populus intellegit. PLIN. epist. 1, 13, 5 laudandi ... sunt, quos a scribendi recitandique studio haec auditorum vel desidia vel superbia non retardat. 1, 13, 6 ne videar, quorum recitationibus adfui, non auditor fuisse, sed creditor. 2, 3, 2. 2, 14, 3 auditores actoribus similes, conducti et redempti. 2, 19, 4. 6. FRONTO p. 21, 18 N. APVL. apol. 18 idoneus auditor videtur ad irridendam paupertatem. PORPH. Hor. sat. 1, 10, 9. PANEG. 5, 1 p. 133, 5 *me* maxime orationi imparem ⟨parem⟩ facis, Caesar, auditor. 12, 1 p. 271, 16 senatus. RVT. LVP. 2, 8. 11. 19 OPTATVS 1, 9 p. 10. 4, 5 p. 107 auditorum animis infunditis odia. p. 108 intellectus simplices. AMM. 18, 5, 7 nanctus vigiles sensus. HIER. epist. 52, 8 lacrimae auditorum laudes tuae sint. *cf.* 14 invitus. 69, 2. 74, 3 prudens. 126, 1. in Is. 3, 3 p. 52 Vall. RVFIN. Adamant. 1, 1. 13. *de rhetorum discipulis*: *cf.* audientes *sub* audio *V e.* SEN. contr. 9, 2, 23 *Latronis* discipuli non audiri desiderarent, sed contenti essent audire. initio contumeliae causa a deridentibus discipuli Latronis auditores vocabantur; deinde in usu verbum esse coepit et promiscue poni pro discipulo auditor. 1, 7, 18 Gargonius fuit Buteonis auditor, postea scholae quoque successor. 2, 2, 8. 2, 6, 8. 7, 7, 19. 9, 2, 23. 9, 3, 12 suas. 2, 19. 4, 5. VELL. 1, 16, 4 quid ante Isocratem, quid post eius auditores eorumque discipulos clarum in oratoribus fuit? QVINT. inst. 2, 2, 8 *praeceptor* ipse aliquid, immo multa cotidie dicat, quae secum auditores (audita *B*) referant. *cf.* 2, 5, 16. 3, 1, 13 clarissimus Gorgiae auditorum Isocrates. 3, 1, 18. 10, 2, 21. 12, 11, 21. TAC. dial. 29 ne praeceptores quidem ullas crebriores cum auditoribus suis fabulas habent. PLIN. epist. 2, 14, 9 primus hunc audiendi morem induxit Largius Licinus, hactenus tamen, ut auditores corrogaret. *grammaticorum*: PORPH. Hor. epist. 1, 19, 35 etiam ipsi ⟨sit⟩ ambiendum grammaticos cum suis auditoribus promerendo. *praeceptor, cum discipulos declamantes audiat, et ipse auditor appellatur*: SVET. gramm. 10 Ateius Praetextatus ... declamantium ... auditor atque praeceptor. AVSON. 208, 7 auditor multus praetextaque pubes grammatici nomen divitiasque dedit. *philosophorum*: CIC. de orat. 1, 45 vigebat ... auditor Panaetii ... Mnesarchus et Peripatetici Critolai (-laus *J*) [et] Diodorus. *cf.* 2, 21 *philosophorum* auditores discum audire quam philosophum malunt. 3, 68 Brut. 114. 179. 191. orat. 15 Pericles ... Anaxagorae. *ibid. Demosthenes* frequens ... Platonis. 172 rep. 1, 25. ac. 1, 34 Strato *Theophrasti.* 2, 4 Antiochus Philonis. 2, 126 Cleanthes ... Zenonis. 2, 129. 130. fin. 4, 3 veteres illos Platonis auditores, Speusippum, Aristotelem, Xenocratem, deinde eorum Polemonem, Theophrastum, satis et copiose et eleganter habuisse constitutam disciplinam. 4, 61. 5, 2 hic Speusippus, hic Xenocrates, hic eius auditor Polemo. 5, 14. 54. Tusc. 3, 30 *Euripides* Anaxagorae. 4, 3 *Numa* Pythagorae. 5, 8 Platonis Ponticus Heraclides. 33 *Zenonis* Aristo. nat. deor. 1, 35. 38. 72 div. 1, 6. 46 Ponticus Heraclides ... auditor et discipulus Platonis. 2, 87. off. 1, 90 Panaetius ... Africanum, auditorem et familiarem suum. LIV. 40, 29, 8 adicit Antias Valerius Pythagoricos fuisse vulgatae opinioni, qua creditur Pythagorae auditorem fuisse Numam. VITR. 8 praef. 1 Euripides ... Anaxagorae. VAL. MAX. 7, 2 ext. 11 Aristoteles ... Callisthenem auditorem suum. 8, 7 ext. 11 *Chrysippum* adtenta cura erudientem auditores. 8, 15 ext. 1 Pythagorae ... veneratio ab auditoribus tributa est. SEN. benef. 1, 8, 1 *Socratis* Aeschines pauper. nat. 2, 26, 6. 6, 17, 3 epist. 10, 1. 52, 13. 108, 6 magnam hanc auditorum partem videbis, cui philosophi schola deversorium (div- *B A*) otii sit. SCRIB. LARG. 97 a Pacc⟨h⟩io Antiocho auditore Philonidis (Philenidis *Ruell*) Catinensis (*medici*). *cf.* PLIN. nat. 29, 6 *Asclepiadis* auditor ... Themison. QVINT. inst. 3, 7, 1. 12, 2, 22 *Pericles* Anaxagorae. TAC. dial. 32 *Demosthenem* studiosissimum Platonis. FRONTO p. 53, 10 N. neque umquam ab eo (*Socrate*) auditores discessere lacerati, sed nonnunquam lacessiti. *cf.* p. 147, 14. p. 180, 22 frequentissimus. GELL. 4, 11, 4 Aristoxenus ... Aristoteli (*sic P*, -lis

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

dett.) philosophi auditor. APVL. Plat. 1, 3. 4. LACT. inst. 2, 10, 16 nuper proprium de ea re librum ad Demetrianum, auditorem meum, scripsi. 2, 15, 7 p. 166 Asclepius *Hermae*. HIER. epist. 75, 3 Irenaeus ... Papiae, auditoris evangelistae Iohannis, discipulus. AVG. civ. 8, 2 *quater de Anaximandro, Anaxagora, Diogene, Archelao*. SVLP. SEV. chron. 2, 36, 6. 2, 46, 2 dial. 3, 1, 3. 3, 17, 1 tam studiosis auditoribus cena debetur. OROS. hist. 4, 5, 11 ne ... auditores suos ... terrere potius quam instituere viderentur. *iurisconsultorum*: POMP. dig. 1, 2, 2, 40 Quintus Tubero ille stoicus Pansae (Panaetii? *cf.* CIC. Tusc. 5, 2, 4). 1, 2, 2, 44. 45 Trebatius ... Corneli Maximi. 1, 2, 2, 50. 42 Mucii auditores fuerunt complures. *cf.* LABEO dig. 23, 4, 6, 1 VLP. dig. 33, 7, 12 pr. 33, 7, 12, 7. 39, 3, 1, 6 *de Servii auditoribus*. POMP. dig. 1, 2, 2, 45. *poetarum et scriptorum*: VARRO ling. 6, 1 potius cognationi verborum quam auditori calumnianti geremus morem. CIC. Brut. 191 *Antimachus* cum convocatis auditoribus legeret eis magnum ... volumen suum. Att. 16, 2, 6 eclogarii, quos Salvius bonos auditores nactus in convivio dumtaxat legat. HOR. sat. 1, 1, 80 ergo non satis est risu diducere rictum auditoris. epist. 1, 19, 39 ego, nobilium scriptorum auditor et ultor. ars 100 non satis est pulchra esse poemata, dulcia sunto, et quocumque volent, animum auditoris agunto. *cf.* 149. OV. Pont. 4, 2, 35 quodque legas nulli scribere carmen .... excitat auditor studium. MART. 7, 52, 6 aures non auditoris, iudicis esse puto. 9, 81, 1 lector et auditor nostros probat ... libellos. 12 praef. si quid est ... quod in libellis meis placeat, dictavit auditor. IVV. 1, 1 semper ego auditor tantum? 1, 166 quotiens Lucilius ... infremuit, rubet auditor. SVET. Aug. 86 necubi lectorem vel auditorem obturbaret. PORPH. Hor. epist. 2, 1, 219 accusato populo et auditoribus. HIL. in psalm. 1, 21 auditoribus neglegentibus et lectoribus incuriosis. AVSON. 400, 1 tegat oportet auditor doctrinam suam. AVG. civ. 14, 23 mihi facillime pudicus et religiosus lector vel auditor ignoscit. SIDON. epist. 1, 11, 4 auctore illo, isto auditore rem textam. 8, 9, 5 materiam, cui non auditor potius, sed lector obtigerit, nihil absentis auctoris pronuntiatio iuvat.

2 *de iudicibus vel potius cognitoribus et disceptatoribus causarum* (*cf.* audio *VIb*): FILASTR. 115, 6 inter hominem et diabolum erat Christus auditor pariter et iudex iustissimus. SYMM. epist. 6, 29 (30), 2 de Atellano quid fieri velimus, amica interveniente quaesivit auditor. AMM. 29, 3, 7 mandare magistris equitum auditoribus. COD. Theod. 11, 31, 7 (*a. 379*) cum primum adiri potuerit sacrae cognitionis auditor (cf. *ibid.* 9 sacri cognitoris tribunal appellatur ... sacri auditorii cognitio debetur). GREG. TVR. glor. conf. 70 p. 789, 10 coniuncti auditores (adiutores *nonn.*) causam discutiunt. NOVELL. Iust. 80, 3 cum institerint auditori litis (τῷ ἀκροωμένῳ τῆς δίκης) aut agricolarum dominis, qui a nobis statuti sunt iudices (ἄρχοντες). LEX Visig. Recc. 7, 5, 1 si contingat illos auditores vel iudices mori, ad quos audientia vel iussio destinata fuerat, aut episcopo ... vel iudicibus vicinis ... negotium terminare liceat.

3 *apud christianos: catechumenus, cf.* audientes *sub* audio *p. 1281, 49 sqq.*: ISID. orig. 7, 14, 7 catechumenus dicitur pro eo, quod adhuc doctrinam fidei audit, necdum tamen baptismum recepit. nam κατηχούμενος Graece auditor interpretatur. TERT. paenit. 6 p. 655 nemo ... sibi aduletur, quia inter auditorum tirocinia deputatur, quasi eo etiam nunc sibi delinquere liceat (*cf.* PS. AVG. symb. 2, 1, 2 tirones dei). CANON. Migne 56, 396^a si qui ... ex animo poenitent, tribus annis inter auditores constituantur. *cf.* p. 396^b. *ibid.* 438^a inter catechumenos habeantur. *Manichaeorum gradus*: AVG. epist. 236, 2 p. 1033 auditorem sane Manichaeorum, non electum se esse confessus est. auditores autem qui appellantur apud eos, et carnibus vescuntur et agros colunt et, si voluerint, uxores habent: quorum nihil faciunt, qui vocantur electi. sed ipsi auditores ante electos genua figunt, ut eis manus supplicibus imponantur. *cf.* conf. 5, 10, 18. *nota auctorem* EXPOS. mundi 32 *reddidisse hoc substantivo graecum ἀκρόαμα*: Laodicia mittit aliis civitatibus agitatores optimos, ... Heliopolis choraulas.... aliquando autem et Gasa habet bonos auditores (*i. ἀκροάματα Riese*).

fem. **audītrīx,** -īcis: PRISC. gramm. III 456, 30 in 'tor' ... desinentia mutant eam in 'trix' et faciunt femininum ut ... lector lectrix, auditor auditrix. *cf.* EVTYCH. gramm. V 455, 30. *Sinko.*

audītōriālis, (-e) *ab* auditorium. AVG. c. Iul. 6, 11, 34 auditoriales scholasticos tangis (2, 10, 37). MAR. MERC. subnot. praef. 4 Caelestius, nobilis natu ... et illius temporis auditorialis scholasticus.

audītōrium, -ī *n.* [*cf. c.* audire, auditor. *Th.*]. GLOSS. II 223, 54 ἀκροατήριον, *et saepius* (*cf.* II 26, 3 ἀκρωτήριον. III 644, 26 πρὸς τὸ ἀκροατήριον ad auditorium. = 115, 22. 23). II 568, 45 auditorium augorium (?). 528, 61 acroasis. V 421, 52 = 430, 35 auditorio scola (-e *altero loco*) legentium. *graece scriptum* NOV. Iust. 50 pr. (*a. 537*) ἐν σάκρῳ αὐδιτορίῳ.

rhetorum, grammaticorum, philosophorum, al.: SEN. epist. 52, 11 quanta ... dementia eius est, quem clamores imperitorum hilarem ex auditorio dimittunt? QVINT. inst. 2, 11, 3 cuius rei gratia plenum sit auditorium (*cf.* TAC. dial. 34 auditorium semper plenum). 2, 21, 21 Gorgias ... adeo rhetori de omnibus rebus putavit esse dicendum, ut se in auditoriis interrogari pateretur, qua quisque de re vellet. 5, 12, 20 eloquentiam, licet hanc ... libidinosam resupina voluptate auditoria probent, nullam esse existimabo. 10, 1, 36 non ... eandem esse condicionem ... litium ac disputationum, fori et auditorii. 10, 1, 79 auditoriis ... se, non iudiciis compararat *Isocrates*. TAC. dial. 9 domum mutuatur et auditorium extruit et subsellia conducit. 10 nunc te ab auditoriis et theatris in forum et ad causas ... voco. *ibid.* in ipsis auditoriis. 29 si quando auditoria intravimus. 39 quantum virium detraxisse orationi auditoria et tabularia credimus, in quibus iam fere plurimae causae explicantur? PLIN. epist. 2, 3, 6 schola et auditorium (*cf.* SVET. Tib. 11). 5, 3, 11 quasi populum in auditorium, non in cubiculum amicos advocarim. 5, 17, 1 in auditorio Calpurni Pisonis (*cf.* 6, 17, 1). 5, 17, 5. 6, 2, 3 in alieno auditorio. 7, 17, 3 quae (*tragoedia*) non auditorium, sed scaenam et actores *poscit*. 7, 17, 13 auditorium ingredimur. 8, 12, 2 domum suam recitantibus praebet, auditoria ... frequentat. SVET. Aug. 85 nonnulla in coetu familiarium velut in auditorio recitavit (Claud. 42). Tib. 11 cum circa scholas et auditoria professorum assiduus esset (*cf.* PLIN. epist. 2, 3, 6). rhet. 30 propria auditoria instituit. APVL. apol. 7 sive in auditorio dissertet, sive in templo preces alleget. 73 basilicam, qui locus auditorii erat. flor. p. 29 Oud. frequentiam tantam, quanta ante me in auditorio philosophi nunquam visitata est. p. 66. 67. 80. 83. 85 utinam mihi pro amplitudine auditorii prolixa oratio suppeteret. CORP. VI 1017 (*aet. Commodi*) statuas III ... dominor(um) ⟨nostrorum pec⟩unia sua posuit, auditorium quo⟨que cum cet⟩eris statuis vetustate corrup⟨tis sump⟩tu suo refecit. PS. CYPR. singul. cler. 14 p. 189, 1 crepat litibus forum aut resonant litteris auditoria. PANEG. 4, 14 p. 125, 27 auditorio huic ... te ... praeficere decrevimus, cuius eloquentiam ... habemus ... compertam. LAMPR. Alex. 44, 4 rhetoribus, grammaticis ... salaria instituit et auditoria decrevit. MAR. VICTOR. rhet. p. 201, 23 expositio ... thematum, quae in auditorio dicuntur. SERV. Aen. 1, 185 'totum auditorium habet scholasticos', hoc est plenum est auditorium scholasticis; 'omne auditorium habet scholasticos', id est omnia auditoria. COD. Theod. 13, 3, 6 (*a. 364*) novum instituat auditorium. AMBR. Hel. 12, 45 philosophi auditorium disputantis ingressus. AVG. c. Iul. 1, 4, 12 introduxi te ... non in alicuius philosophi auditorium, sed in sanctorum patrum ... conventum (*cf.* 5, 6, 24 tanquam in sancto auditorio duobus recitare cupientibus). conf. 6, 7, 11 salutare me coeperat veniens in auditorium meum et audire aliquid atque abire. PS. AVG. serm. 9, 5 obsecro vos, qui auditorio verbi semper adsistitis, patienter audite. GRAMM. VI 275, 11 ars grammatica accepta ex auditorio Donatiani. COD. Theod. 14, 9, 3 pr. (*a. 425, de studiis liberalibus*) intra Capitolii auditorium constituti. 14, 9, 3, 1 habeat auditorium specialiter nostrum ... oratores quidem tres numero, decem vero grammaticos. IOH. ad Senar. 3 ideo hunc oportet prius catechumenorum auditorium introire. DRAC. Rom. 1, 14 barbaris qui Romulidas iungis auditorio (*cf.* 3 *tit.*). ENNOD. dict. 7 *tit.* dictio in dedicatione auditorii, quando ad forum translatio facta est. *ibid.* p. 443, 8 ut campus militem, ... fora causidicum sollicitant ...: ita linguas auditoria exercent. dict. 8 *tit.* 9 p. 452, 19. CASSIOD. var. 3, 52, 7 arithmeticam indicas, auditoriis vacat. 3, 6, 5 in auditorii officina ingeniorum flamma recalente. 11, 40, 3 (*de carcere*) auditoria feralium vocum meliore sorte mutescant. HIST. Apoll. 29 reversa de auditorio (*item rec. alt.* 29 *et* 30, *syn.* schola).

iurisconsultorum, iudicantium (saepe principis), inde i. q. consilium, iudicium (*v. Kubitschek, PW. II 2278*): PAVL. dig. 1, 22, 5 consiliari eo tempore quo adsidet negotia tractare in suum quidem auditorium nullo modo concessum est, in alienum autem prohibetur. 12, 1, 40 lecta est in auditorio Aemilii Papiniani ... iuris consulti cautio huiusmodi. TRYPH. dig. 23, 3, 78, 4 MARCIAN. dig. 40, 15, 1, 4. CALLISTR. dig. 4, 8, 41 si temere auditorium receperit (*i. officium iudicantis*). VLP. dig. 36, 1, 23 pr. Scaevola divum Marcum in auditorio ... iudicasse refert. 4, 4, 18, 1 *Severus et Antoninus* permiserunt in auditorio suo examinari (4, 4, 18, 1 *bis*). 49, 9, 1 ipsum adesse auditorio debere sciendum est. PAVL. dig. 42, 1, 54 qui ad maius auditorium vocatus est, si litem incohatam deseruit, contumax non videtur. COD. Iust. 7, 16, 4 (*aet. imp. Alexandri*) an iure lata sit *sententia iudicis*, in auditorio quaeretur. COD. Theod. 11, 36, 2 (*a. 315*) *qui* alterius auditorii praepropere iudicia poposcerit. 2, 10, 1 (*a. 319*) omnes licentiam habeant, ut quisque ad huius industriae laudem, in quo voluerit auditorio, pro ingenii sui virtute nitatur. 1, 27, 1 (*a. 321*) ut unus ex litigantibus pergat ad supra dictum auditorium (*praeced.* episcopale iudicium). 11, 30, 18 (*a. 339*) ad auditorium gravitatis tuae, cui ad vicem nostram delata iudicatio est, partes pervenire oportet (12, 12, 10 *a. 385*). NOVELL. Valent. III 31, 8 (*a. 451*) ne provinciales ... defensionis inopia ad auditoria sumptuosa venire cogantur. IVLIAN. epit. novell. 38, 166 (*saec. VI*) causarum ... auditorium habere ei concessit. 17, 63 oportet *provocationem* referri in auditorium praefecto praetorio. *cf.* TERT. scorp. 15 regum auditoria et proconsulum tribunalia. EXPOS. mundi 25 Berytus civitas ... auditoria legum habens. VVLG. act. 25, 23 introissent in auditorium cum tribunis (ἀκροατήριον). PS. ASCON. div. in Caec. p. 118 alterius iudicii et non ex auditorio praetoris. *auditorium sacrum*: COD. Theod. 11, 30, 13 (*a. 326*) sacrum auditorium expectari. 11, 31, 4 (*a. 369*) iudicis, qui est in sacro auditorio cogniturus. 11, 30, 44

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

(*a. 384*) obiecta appellatione ... vel ad nos vel ad cognitorem sacri auditorii ... causa mittatur. CORP. VI 1678 Acilio Glabrioni Sibidio ... sacri auditorii cognitori, fori huiusce inventori et conditori. SYMM. epist. 2, 30, 1 cur enim speravi contumeliam sacri auditorii vindicandam? (2, 30, 2). 2, 44 cum sacro auditorio eadem causa competeret. 8, 17 ad sacri auditorii cognitorem. rel. 38, 2 iudex. 38, 3 decreto. 40, 1. 5. 41, 6 (*bis*). COD. Theod. 11, 30, 64 (*a. 412*) cognitores. 11, 30, 67 (*a. 423*) in qua (*appellatione*) vel tuae amplitudinis vel urbanae praefecturae sacrum auditorium postulatur. COD. Iust. 7, 62, 38 (*a. 529*) in sacro auditorio (*cf.* 7, 62, 37, 2 commune auditorium florentissimorum sacri nostri palatii procerum). NOVELL. Iust. 50 pr. (*a. 537*) *supra p. 1295, 76.* IVLIAN. epit. nov. 22, 87 (*saec. VI*) proconsul talem appellationem recipiat et sacrum habeat auditorium. *nota*: CENS. 15, 6 p. 29, 26 *eloquentia*, quam provinciarum ... tribunalia, omnes praesides noverunt, quam denique urbs Roma et auditoria sacra mirata sunt. AVSON. 419, 45 ne fastigium auditorii sacri offendam.

i. q. auditores: PLIN. epist. 2, 18, 2 frequenti auditorio inter se coram multis ordinis nostri clare iocabantur (*cf.* SVET. Claud. 41 cum primum frequenti auditorio commisisset, aegre perlegit *historiam*. VITA Iuv. diu ne modico quidem auditorio quicquam committere est ausus). 4, 7, 2 ipse nuper adhibito ingenti auditorio librum ... recitavit. APVL. apol. 73 mox auditorio misso. flor. p. 29 Oud. si qui ... ex illis lividulis splendissimo huic auditorio velut quaedam macula se immiscuit (*syn.* consessus). p. 64 differri auditorii coetum et auditionis coeptum coegit. *cf.* p. 61 cur ... multos dies a conspectu auditorii afuerim. SVLP. SEV. dial. 3, 1, 5 maturavimus frequens auditorium facere de tanta materia locuturo. *cf.* TAC. dial. 34 (*de foro*) auditorium semper plenum, semper novum (*i. novi auditores*) ex invidis et faventibus. *nota*: SVLP. SEV. dial. 3, 1, 1 surgendum est. nam, ut vides, et Postumianus instat et hic presbyter, qui hesterno auditorium amisit (*i. audiendo non adfuit, audire non potuit quae heri dicta sunt*), expectat, ut quae de Martino ... in hodiernum diem explicanda distuleras, debitor sponsionis evolvas. *sententia obscura in titulo sepulcrali* CORP. VI 29129 per quos culpari solemus cavete, quoniam auditoria et adventi⟨c⟩i proximi est. legite.

audītōrius, -a, -um [*cf. c.* audire, auditor. *Th.*]. VINDIC. med. 34 *aurium dolorem fieri* fluentis humoris acrioris causa per auditorias cavernas ... transeunte humore in loca vulnerata. CAEL. AVR. chron. 2, 3 tit. de auriculae dolore atque humoris fluore per auditorias cavernas. 2, 3, 65 sensuales aurium viae sive auditoriae cavernae, quas Graeci ἀκουστικοὺς πόρους appellant. 2, 3, 67 circa fines auriculae, hoc est circulatim auditoriam cavernam habentes. CASS. FEL. 28 p. 44 aurium dolores efficiuntur ... ex lavacris frigidis aut aqua in ipsa caverna auditoria irruenti. *Ihm.*

audītrīx, -īcis *v.* auditor. **audītum** *v.* audio.

audītus, -ūs *m. ab* audire. *vox orationis solutae inde a* VARRONE, *ex poetis habent*: PLAVT. *bis*, ACC. *semel*, LVCAN. *bis* (*non faciunt huc supina*: auditu *v. supra s.* audio *III 4*). SERV. Aen. 3, 36 auditus et auditum. *formam acc. plur.* auditos *habet* FVLG. myth. p. 170, 19. ISID. orig. 11, 1, 22 auditus appellatus, quod voces hauriat, hoc est aere verberato suscipiat sonos (*cf.* 11, 1, 46). GLOSS. ἀκοή. auditus auris ἀκοαί ἀκρόασις. [*hisp.* oido. *M.-L.*]

1 *sensus, facultas audiendi*: RHET. Her. 2, 5, 8 num quid aliquo sensu perceptum sit, aspectu, auditu, tactu, odoratu, gustatu. CIC. nat. deor. 2, 144 semper patet; eius enim sensu etiam dormientes egemus. Tusc. 3, 41 *voluptates*, quae auditu e⟨t⟩ cantibus *percipiuntur*. *cf.* 4, 20 delectatio *est* voluptas suavitate auditus animum deleniens. VITR. 5, 3, 6 vox ... *est* spiritus fluens aeris e tactu sensibilis auditu. PLIN. nat. 1 ind. 7, 22. 10, 88. nat. 2, 14 sensus ... visus ... auditus. 6, 181 Nilus praecipitans se fragore auditum accolis aufert. 7, 52. 80 auditus unum exemplum habet mirabile, proelium. quo Sybaris deleta est eo die, quo gestum erat, auditum Olympiae. 168. 189. 8, 88. 114 aures acerrimi auditūs. 9, 18. 10, 192. 193 pisces ... auditūs nec membra habent nec foramina. 11, 7. 68. 137 *avibus* cavernae ad auditum. 23, 59 tarditatem aurium gargarizatione purgat et transitum auditus aperit. 85 gravitatem auditus discutit. 24, 87 harundinum lanugo inlata auribus obtundit auditum. 31, 124. MAR. VICTORIN. gramm. VI 4, 13 vox est aer ictus auditu percipibilis (ἀὴρ πεπληγμένος αἰσθητὸς ἀκοῇ). MAEC. dig. 36, 1, 67, 3 si auditus capaces sunt *muti*. GELL. 6, 6, 1. 19, 2, 1. APVL. Plat. 1, 14 auditus ... visusque praestantior *est hominibus quam ceteris animantibus* (*cf.* DON. Ter. Andr. 470). TERT. orat. 1 p. 181 dei omnipotentis et conspectum et auditum sub tectis et in abditum etiam adesse. pudic. 19 p. 265. anim. 6 p. 306 incorporalia ostendo corporalibus sensibus subici, sonum auditui. 14 p. 319. 17 p. 323 *saepius*. 19 p. 331. ITALA exod. 23, 22 (Ottob.) si auditu audieris (ἀκοῇ εἰσακούσομαι) vocem meam. IREN. 1, 18, 1. 2, 13, 8 qui dicit eum (*deum*) totum visionem et totum auditum ... non peccat. 2, 31, 2 non enim caecis possunt donare visum neque surdis auditum (*cf.* RVFIN. Adamant. 1, 26 PRISCILL. tract. 11, 144). 4, 39, 1 auris per auditum differentias sonorum scit. SOL. 1, 91 quod (*miraculum*) auditu refutaverant, oculis potitos. PANEG. 4, 20 p. 131 quae difficilius percipiuntur auditu. LACT. opif. 8, 8 vocem ipsam Graeci αὐδὴν vocant ab auditu (*cf.* ISID. orig. 11, 1, 46). 10, 10. 11, 13. PALLAD. 1, 3 purus. HIL. in psalm. 57, 3 obstructo desaevit auditu serpens (*diabolus*). *cf. ibid.* 51, 10. 19. 54, 3 *deus* qui naturam audiendi humano generi impertit, ipse extra auditus non potest esse naturam. trin. 1, 6 sermo dei ... exceptus auditu. ITALA exod. 19, 5 (Lucif. Athan. 1, 3) si auditu audieritis (ἀκοῇ ἀκούσητε) vocem. *cf.* exod. 23, 22 (*ibid.* VVLG. *non reddit* ἀκοῇ). PRISCILL. tract. 10, 137 FAVON. p. 8, 21. 19, 9 nimio sono vocis obtundit. AMBR. Noe 15, 52 auditus audibile audit. HIER. epist. 10, 2 penetrabilis. 39, 2 surdae aures negaverint. VVLG. *saepissime pleonastice*: II reg. 22, 45 auditu auris oboedient mihi (εἰς ἀκοὴν ὠτίου ἤκουσάν μου). *cf.* Iob 42, 5 psalm. 17, 45 Is. 11, 3 Zach. 6, 15 Matth. 13, 14. VVLG. psalm. 50, 10 auditui meo dabis gaudium et laetitiam (ἀκουτιεῖς με). Sirach 13, 16 attende diligenter auditui tuo (συντήρησον καὶ πρόσεχε σφοδρῶς). Is. 28, 19 sola vexatio intellectum dabit auditui (μάθετε ἀκούειν). I Cor. 12, 7 si totum corpus oculus, ubi auditus? si totum auditus, ubi odoratus? AVG. civ. 3, 8 auditu acutissimi. 12, 1 serm. ed. Mai 6, 1. 108, 3. 163, 4. MACR. sat. 7, 9, 5 hebetior. *cf.* 7, 9, 16. VINDIC. med. 18 cum in audibilibus *viis virtus sensifica fuerit constituta*, auditus perficitur. MART. CAP. 9, 968. CAEL. AVR. acut. 2, 1, 1 auditus falsitas. CASS. FEL. 28 p. 46 ad tinnitus aurium et ad difficiles auditus. *saepius*. SIDON. epist. 1, 2, 9 mulcet ... cantus auditum. 7, 14, 6 tamquam sus ... non antistet auditu. 9, 13, 3 sollicitus. ORIBAS. syn. 2 add. p. 842 qui auditu aurium gravantur. ISID. diff. 2, 90. 91. *de instrumento audiendi, auribus*: TAC. ann. 4, 65 consultant ..., quonam modo ea plurimum auditu acciperentur. APVL. Plat. 1, 1 olorem ... canore musico auditus hominum deorumque mulcentem. ARNOB. nat. 2, 60 ut infidelium dissiliat et dirumpatur auditus. OPTATVS 3, 12 p. 100, 15 perturbatus erat. FVLG. aet. mund. p. 170, 19 pulsat auditos (*sic codd.*) virgineos ... disponsator. VVLG. II Tim. 4, 4 a veritate quidem auditum avertent. ENNOD. epist. 3, 2, 2 res, quae mentem premit, repudiat quod oblectat auditum. *cf.* 9, 26, 2. 9, 31, 1. PS. DAMAS. epigr. 103, 4 auditumque ... commodat ... precibus. MART. CAP. 9, 905 melodiae ... auditum mirantium conplevere divum. CASSIOD. var. 2, 19, 1 omne, quod iniquum est, clemens exsecratur auditus *regis*. 11, 32 ubi non est iudicis venalis auditus.

2 *actus audiendi*: VARRO ling. 9, 58 dicitur ut surdus vir, surda mulier, sic surdum theatrum, quod omnes ⟨t⟩res ad auditum sunt comparatae; contra nemo dicit cubiculum surdum, ad silentium, non ad auditum. COLVM. 6, 2, 14 *boves* nec auditu nec visu pavidi. *cf.* 29, 1 neque conspectu novae rei neque auditu terretur. 7, 12, 3. STAT. Theb. 12, 171 auditu turbatus ager. QVINT. inst. 11, 3, 40 est ... quaedam *pronuntiatio* ad auditum accommodata. TAC. hist. 2, 59 brevi auditu quamvis magna transibat. ann. 13, 5 quod (*velum*) visum arceret, auditus non adimeret (*v. Wölfflin, Philol. 27, 1869, 114*). TERT. nat. 1, 8 vocis humanae non auditu formarent loquellam. CYPR. unit. eccl. 3 ut surdi auditum gratiae spiritalis admitterent. SOL. 27, 23 auditu assiduo addiscit vocamen *hyaena*. LACT. epit. 28, 11 qui vel auditu aliquid didicerit vel parva lectione cognoverit. ARNOB. nat. 7, 41 si ita ut sunt prompta humanum venia⟨n⟩t ad auditum. AMBR. hex. 6, 8, 44 si interiecti parietes sint, inpeditur aspectus, inpeditur auditus. VVLG. Sirach 42, 1 non duplices sermones auditus de revelatione (ἀπὸ δευτερώσεως καὶ λόγου ἀκοῆς). I Macc. 10, 7 legit epistolas in auditu (*i. ita ut audiret,* εἰς τὰ ὦτα) omnis populi. Rom. 10, 17 ergo fides auditu (ἀκοῆς); auditus autem per verbum Christi. *cf.* Gal. 1, 23 tantum autem auditum habebant (ἀκούοντες ἦσαν). 3, 2. 5. MACR. sat. 1, 24, 21 ut auditu vestro recreer. 7, 1, 9 rerum talium capiuntur auditu. MARELL. chron. II p. 93, 484, 3 mutus, quod sine humano auditu ... didicerat. COD. Theod. 16, 5, 6, 1 ab ipso ... aboleantur a⟨u⟩ditu *prodigia sectarum*. CASSIOD. var. 1, 37, 1 homicidii facinus primus detestetur auditus (*i. cum primum auditur*). BOETH. herm. sec. 1, 1 p. 20 orationis continuatio atque alterius auditus et intellegentia. BENED. reg. 67 ne quis forte subripueri[n]t in via visus aut auditus malae rei aut otiosi sermonis. *in iudicio*: COD. Theod. 12, 1, 2, 10 rerum decisio ... nostro auditui sententiaeque servetur. *voluntas audiendi, actus exaudiendi*: CYPR. GALL. deut. 153 auditum tribuat ... caelum ... et tellus ... aures conmodet et sonos receptet. PACIAN. epist. 2, 8 ut auditui nostro largiter imperare dignatus es, benignam rursus vicem praebeto tractatui. RVFIN. Adamant. 5, 6 paululum adhuc mihi auditum praebete. SACR. Leon. p. 378 pium pandas tuae propitiationis auditum. p. 411 praebe supplicantibus pium benignus auditum. SALV. gub. 1, 23 auditum ad preces eiusmodi non habere. *de oboedientia*: AVG. c. Pelag. 4, 6, 13 reluctanti enim prius auditus divinae vocationis ipsa dei gratia procuratur. FVLG. RVSP. praedest. 1, 23, 47 non ex possibilitate naturae neque ex auditu legis neque ex sua voluntate.

3 *obiectum et effectus audiendi*: **a** *i. q. sonus, vox*: ACC. trag. 406 consimilem ad auris cantum et auditum refert. DIOM. gramm. I 439, 12 *modulatio est sermonis* flexus in delectabilem auditus formam. PS. PROB. gramm. IV 47, 11 ruinae casus, fistulae auditus. VEL. gramm. VII 61, 5 intervenit β littera, quae exornaret [et] auditum. APVL. mund. 15 auditus *tonitrus* dum ad aures venit. ITALA Is. 53, 1 (Clem. ad Cor. 16) quis credidit auditui nostro? psalm. 50, 10 (*ibid.* 18) auditui meo dabis gaudium. VEG. mil. 3, 5 cornu ... temperatum arte spirituque canentis flatus emittit auditum. ITALA Hier. in Is. 21, 6. 7 p. 304 Vall. audivi auditum multum. VVLG. Sirach 27, 16 maledictio illorum audi-

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

tus gravis (λοιδορίας ἐστὶ διαλλαγή). Is. 53,2 quis credidit auditui (τῇ ἀκοῇ) nostro? Ier. 49,14 auditum audivi a domino. *cf.* 23. 51,46. Abd. 1 I Ioh. 12,38 Rom. 10,16. FAVST. REI. epist. 3 p. 172 quomodo ... sacerdos ... dissonis (*sc. gentibus*) unius cordis et pectoris voces in varios dispenset auditus. *de aurium oblectamento*: VVLG. Sirach 32,6 ubi auditus [non] est (ὅπου ἀκρόαμα), ne effundas sermonem. NOVELL. Iust. 105,1 spectaculis universis atque auditibus (ἀκούσμασιν) apertum est theatrum. *de declamatione*: CASSIOD. gramm. VII 214,10 duplex quodam modo discendi genus est, quando ... per aurium praeparatus intrat auditus. *cf.* GRAMM. suppl. praef. p. LX 3 auditus *lectionis fundamentum*. **b** *i. q. fama, rumor*: PLAVT. Bacch. 469 *et* Merc. 903 *v.* audio *sub III 4*. CIC. off. 1,33 si verum est ... — nihil enim habeo praeter auditum (*cf.* 2,56). CVRT. 5,4,10 captivus ... interrogatus ... auditune an oculis conperta haberet. *cf.* 8,9,9 minus celeber. 9,2,15. LVCAN. 8,342 quem Romana regentem horruit auditu. 10,183 quis dignior umquam hoc fuit auditu mundique capacior hospes? TAC. dial. 8 quae (*exempla*) non auditu cognoscenda, sed oculis spectanda habemus. hist. 1,76. SVET. Aug. 21 Scythas auditu modo cognitos. TERT. nat. 2,8 quanti sunt qui norint visu[m] vel auditu[m] Atargatim Syrorum. bapt. 10. scorp. 5 auditum transgressionis auditu devotionis limantes. ITALA Matth. 24,6 (cod. e) bella et auditus bellorum (ἀκοὰς πολέμων, VVLG. opiniones). OPTATVS 3,4 p. 85,1 si auditus facit reos. ITALA Hier. in Is. 52,7. 8 p. 606 Vall. pedes evangelizantis auditum (ἀκοήν) pacis (VVLG. annuntiantis et praedicantis pacem). VVLG. Ezech. 7,26 veniet ... auditus super auditum (ἀγγελία ἐπὶ ἀγγελίαν). 21,7. IOS. Cassiod. c. Ap. 1,46 ex auditu quaedam pauca componentes. 2,14 credens auditui seniorum. SERM. corp. Vind. 21 p. 272,22 ab auditu malo liberati. ENNOD. epist. 1,14 p. 26,1 ne in ancipiti de profectione vestra animus meus pependisset auditu. 2,15 p. 56,9 inauspicato nobis incolumitatis vestrae nuntius accessit auditu. NOVELL. Iust. 61,1,2 plurima ... ex primo mox auditu (ἐκ πρώτης εὐθὺς ἀκοῆς) delinquuntur. IORD. Get. 11,68 nec nomen Romanorum auditu noverant. GREG. TVR. Franc. 6,36 p. 276 gavisus auditu. *nota* CARM. epigr. 383,5 hic quoque inauditu sentiet, *v. s.* inauditus. *Sinko.*

Auditus, -a *cogn.* CORP. V suppl. ital. 489 (*Atriae*) Q. Accius Aco (?) P. f. Q. n. Auditus. VI 22672 Flavia Audita. *Diehl.*

Audius, -a *nom. gent., cf.* Avidius. *tituli Osci ap. Planta, Gramm. n. 36a* (*Pompeis*) Mz. Avdiis ... kvaizstur. 13 (*prope Potentiam*) Ἀϝδειες Στα⟨...⟩ κϝαισ⟨τορ⟩. CORP. VI 34578 Audiae Petroniae. IX 217 (*in reg. II*) L. Audius L. l. Philogenes. 263 (*Gnathiae*) L. Aud. Verus aed. i. d. X 857b (*Pompeis*) A. Audius A. f. Rufus IIvir (*cf.* 917). 1048 (*ibid.*) Audia L. l. Statia. 1403d, 1, 11 (*Herculanei*) M. Audius Saturninus. 7379 (*in Sicilia*) C. Audi Veri. INSCR. Ephem. epigr. VIII p. 11 n. 49 (*Brundisi*) Audius Marianus. CORP. IV suppl. 151 (*a. 62*) C. Numitori Audi Bassi. XI 5457 (*Asisi*) Audiae Hygiae. III 218 (*Cypri, a. 198*) per Audioum Bassum procos. provinc⟨iae⟩. Ὀδίου Βάσσου. 14203[5] (*in Achaia*) ⟨Π⟩όπλιος Αὔδιος Μανίου. CORP. inscr. Att. III 1089 (*saec. I*) Λούκιος Αὔδιος Ἀλέξανδρος. *adi.* **Audiānus**. fundus Audianus *Pompeis* CORP. IV suppl. 138. *cogn.* Audiānus. COD. Iust. 8,53,18 *impp. Diocletianus et Maximianus* ... Audiano (*a. 293*). **Audiēnus**, -a *nom. gent.* CORP. VII 33298 (= 7818) L. Audienus L. l. Menophilus. 33299 (= 7823) Audiena L. l. Iucunda. 12805 Sexto Audi⟨eno ...⟩ Fortunato. IX 4873 (*Trebulae Mutuescae*) Sex. Audienus C. l. 5283 (*inter Asculum et Cupram*) P. Audieno Q. f. Fab. Capitoni. XI 6251 (*Fani Fortunae*) d. m. C. Audiéni C. f. Veri C. Audienus Sedatus ... filio. **Audēius**, -a *nom. gent.* CORP. IX 1752 (*Beneventi*) M. Audei M. l. Filodami. 1753 (*ibid.*) d. m. Audeiae Sabinae ... Iustianus Aug(ustorum) lib. maritus. **Audacius**, -a *nom. gent.* CORP. VI 32916 Audac. Victor. XIII 10010, 222 (*in vasculis Gallicis*) Audaci. Audac. 223 (*item*) T. Audaci. XII 5686, 108 (*in vasculo*) Audaci. INSCR. Rhen. 420t (*fragmentum tituli*) Audacia. VII 749 Fortun⟨ae⟩ Audac. Romanus (centurio) leg. VI .... **Audacilius**, -a *nom. gent.* CORP. VI 1058, 4, 93 (*a. 210*) T. Audacilius Optímus *vigil.* XI 5723 (*Tufici*) T. Audacilio T. fil. Ouf. Epaphr⟨o⟩dito. **Audatī** m(anu) *in vasculis* CORP. XIII 10010, 224. III 15216, 21, 3. *cf.* Αὐδάτα *nom. mul. Illyricum* (Athen. 13, 557c). **Audasius**, -a *nom. gent.* SVET. Aug. 19 *coniuratio* L. Audasi, falsarum tabularum rei ac neque aetate neque corpore integri .... Audasius atque Epicadus Iuliam filiam *Augusti* et Agrippam nepotem ex insulis, quibus continebantur, rapere ad exercitus ... destinarant. CORP. VI 200, 3, 7 (*a. 70*) P. Audasius Polybius. 12804 P. Audasius (*mulieris*) l. Stéphanus Lamyrini benevolae suei. IV suppl. 81, 10 ⟨·⟩ Audasi Hylae. X 8223 (*Capuae*) ⟨? Au⟩dasia Apate. V 3503 (*Veronae*) C. Audasius Boduaci f., Audasia C. f. Paula. 3504 (*ibid.*) M. Audasio Suavi. 3505 (*ibid.*) M. Audasius m. l. Titurus. 5150 (*Bergomi*) L. Audasius L. l. Licinus. 5749 (*in agro Mediolaniensi*) d. m. Audasiae Q. f. Cales Q. Audasius Acmazon VIvir Aug. ... pater. 8879 (*inter Cremonam et Brixiam*) Audasia (*mulieris*) l. Clara. VIII 1886 (*in prov. procos.*) C. Audasius C. f. Pap. Succedens IIvir ..., Audasi Pomptinus, Primitius Ianuaria patr⟨ono⟩. *iidem homines* 1910; *v. etiam* 1911 (*ibid.*) Audasia Charitu ..., Pomptinus mar(itus) eius. 7255 (*in prov. Numid.*) C. Audasi⟨...⟩.

Audenius, -a *nom. gent.* CORP. VI 1056, 2, 57 (*a. 205*) Audeni Felix *vigil* (*vocativo*). 1058, 1, 12 (*a. 210*) C. Audenius Iustus *vigil.* VIII 3445 (*in prov. Numid.*) Audenia Facunda. *cum his nominibus conferas* Volcius, Volceius, Volcacius, Volcasius, Volcatius *et* Voltacilius *al.* *Otto.*

Audīus *v.* Audeus.

Audo, -ōnis *nom. vir. germ.* GREG. TVR. Franc. 7,15 Audonem iudicem. CONC. Clipp. (Mon. Germ. leg. III 1) p. 201, 39 ex civitate Aurilianus Audo abbas. CONC. Cabil. (*ibid.*) p. 213,13 Audo episcopus ecclesie Aurilianensis subscripsi. *Diehl.*

Audo⟨...⟩ *nom. gent.* CORP. VII 874 (*periit*) Audo. ⟨Pa⟩ullinus. *Otto.*

Audobertus, -ī *nom. vir. germ.* CONC. Paris. a. 614 (Mon. Germ. leg. III 1) p. 191,10 ex civitate Sanctonex Audoberhtus episcopus. CONC. Cabil. (*ibid.*) p. 214, 1 Germoaldus abba in vicem Audoberto episcopo ecclesiae Parasiace subscripsi.

Audoenus, -ī *nom. vir. germ.* CORP. XIII 3098 (*apud Andecavos, chr.*) ...⟩ta Audoeni. *idem fort. episcopus qui trad. in parte codd. class. D apud* GREG. TVR. Franc. 10,14 *sub nomine* Audoenus, *in cett. autem codd. appellatur* Audioveus (*v. s. voce*). *cf. etiam* Audovius *et* Audinus.

Audolena *nom. mul. germ.* CORP. XII 2105 (*Viennae*) Audolena. '*titulum propter litteras barbaras saeculo septimo recentiorem censet Allmer*'. XIII 1661 (*apud Segusiavos, chr.*) † in hoc tumolo requiiscit membri bone memorie Audolena bona karetate suam † qui vixit in pace anus XXXVII.

Audolendis *nom. mul. germ.* CORP. XIII 7201 (*Mogontiaci, chr.*) † in hunc titolo requiiscit Audolendis qui † vixit in pace annus III † filiciter.

Audovarius, -ī *nom. vir. germ.* GREG. TVR. Franc. 4, 30 Audovarius (Adovarius *A 1*, Cudovarius *C 1*) *comes Gallus. ibid. trad.* Adovario (*praeter B 5 qui* Audovario).

Audovera, -ae *uxor Chilperici regis Francorum.* GREG. TVR. Franc. 4, 28 *et* 6, 34: *utrobique casu abl. nomine non allato memoratur* 5, 2. 5, 39.

Audovius *nom. vir. germ.* CONC. Autiss. (Mon. Germ. leg. III 1) p. 184, 7 Audovius presbyter subscripsit. *alter eiusdem nominis* 10.

Audulfus, -ī *nom. vir. germ.* VEN. FORT. carm. app. 5,12 Audulfum famulum *Childeberti regis* (6,15. 7,13).

Audurus. AVG. civ. 22, 8 Audurus nomen est fundi (*prope Hipponem regium*), ubi est ecclesia et in ea memoria martyris Stephani. *Diehl.*

avē *vel* **havē** [*salutatio punica* חוה '*vive*' *esse potest, cuius pluralis* avo *legitur ap. Plaut. Poen. 994. 998. 1001. Th.*]. *saepius legitur* have (*passim* habe) *quam* ave, *etiam in titulis, quorum tamen plerique neque bonae sunt aetatis nec litteratorum hominum; antiquissimi, ut videtur,* CORP. I 1072 (= VI 23297) *et* VIII 14967 (*saec. I p. Chr.; cf. p. 1303, 23*) *habent* ave, *cui testimonio concinit quod dicit* QVINT. inst. 1, 6, 21 multum ... litteratus, qui sine adspiratione et producta secunda syllaba salutarit (avēre est enim), *quamquam veram originationem ille non noverat. vulgo igitur tunc pronuntiabant* havĕ (*cf.* MART. 5, 51, 7 *infra l. 84*). *hiatus ante* ave AVSON. 185, 7 ergo commemorata ave. GRAMM. *rite declinari non posse fere omnes repetunt*; CHAR. I 254, 20 *has testatur formas* ave, avete ... aveto tu, aveto ille ... avere te volo et vos et illos (*cf.* DONAT. IV 383, 16 PRISC. II 450,16 CLEDON. V 59, 23 CONSENT. V 370, 12 PHOCAS V 436, 14 GRAMM. suppl. 53, 8 *et* p. XXIX). *accesserunt postea formae* avebo *et* averem PANEG. 11, 29 (*v. p. 1301, 12 et 14*), haveas TREB. Claud. 18, 2 LAMPR. Alex. 7, 6 COD. Theod. gest. in sen. p. 86. *errata* avi CORP. XII 5696, 26 (*in phiala*), havae CORP. VIII 9069. *per notas scripta* CORP. Rhen. 1191 *in fine tituli* a(ve) v(ale). *item* CORP. XIII 6910. IX 761 h(avete).

salutatio advenientis adloquentis vel scribentis (*hic illic imp. quasi subst.*): GLOSS. χαῖρε χαίροις. salutatio. CIC. epist. 8, 16, 4 simulatque 'have' mihi dixit, statim quid de te audisset exposuit. SALL. Catil. 35, 5 *in fine epistulae Catilinae* haveto. OV. rem. 640 nec veniat servus, nec flens ancillula fictum suppliciter dominae nomine dictat 'have'. Pont. 4, 13, 2 Care ... ave. IMP. Aug. epistolae initio (Gell. 15, 7, 3): ave, mi Gai. OBSEQ. 41 puer cum nasceretur, 'ave' dixit. SEN. contr. 10 praef. 10 non inurbane Pacatus rhetor, cum illi (*Moscho*) Massiliae mane occurrisset, schemate illum salutavit: 'poteram', inquit, 'dicere: ave, ⟨m⟩osche'. PHAEDR. app. 21,1 quidam per agros devium carpens iter 'ave' exaudivit .... 9 ostendit sese corvus et supervolans 'ave' usque ingessit. SEN. benef. 6, 34, 3 vulgare et publicum verbum et promiscuum ignotis (-tus *cod.*) 'have' (habe *cod.*) non nisi suo ordine emittitur (*seq.* quorum salutatio urbem concutit). PETRON. 74 subiit igitur alia classis servorum, et illi quidem exclamavere 'vale Gai', hi autem 'ave Gai'. MART. 1, 55, 6 et matutinum portat ineptus 'have' *cliens.* 1, 68, 5 scriberet hesterna patri cum luce salutem, 'Naevia lux', inquit, 'Naevia lumen, have' (*sic T,* habe *cett.*). 1, 108, 10 ipse salutabo decima te saepius hora: mane tibi pro me dicit 'haveto' liber. 3, 5, 10 hos tu ... videris, hoc dices 'Marcus havere iubet'. 3, 95, 1 numquam dicis 'have', sed reddis, Naevole, semper, quod prior et corvus dicere saepe solet. ...iam iam tu prior es, Naevole, vincis, have. 4, 78, 4 nec ulla cathedra est, cui non mane feras inrequietus 'have'. 5, 51, 7 exprimere, Rufe, fidiculae licet cogant, 'have' Latinum,

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

'χαῖρε' non potest Graecum. si fingere istud me putas, salutemus. 7, 39, 2 discursus varios vagumque mane et fastus et 'have' potentiorum cum perferre patique iam negaret. 9 praef. have, mi Torani, frater carissime. 9, 7, 2 dicere … reduci tibi … continuis volui quinque diebus 'have' … iam satis est: non vis, Afer, havere: vale. 11, 106, 1 Vibi Maxime, si vacas havere (habere *vel* habuere *codd.*), hoc tantum lege. 14, 73 psittacus a vobis aliorum nomina disco (-cam *pars codd.*): hoc didici per me dicere 'Caesar have'. SVET. Claud. 21 cum proclamantibus naumachiariis 'have imperator, morituri te salutant' respondisset 'aut non'. APVL. met. 7, 5 introgressus 'havete', inquit, 'fortissimo deo Marti clientes'. PANEG. 11, 29 'ave, consul amplissime'. aveo plane, imperator, et avebo. neque enim eventus esse potest optati huius ambiguus, cum is avere m⟨e⟩ iubeat qui iam fecit ut averem (hav- *cod. Vpsal.*). CAPITOL. Pius 3, 3 non dixit 'ave pro consule' sed 'have (habe *Bamb.*) imperator' LAMPR. Alex. 17, 4 salutabatur … nomine, hoc est 'have (ave *Bamb.*) Alexander'. VOPISC. Aurelian. 4, 7 vitulum natum … purpurantibus maculis, ita ut haberet in latere uno 'ave ⟨imperator⟩', in alio coronam. quatt. tyr. 13, 2 'ave … Auguste'. TREB. Claud. 18, 2 adclamavit senatus 'Claudi, dux fortissime, haveas (hab- *codd.*)'. LAMPR. Alex. 7, 6 adclamatum est … 'Antonine haveas (hab- *codd.*)'. AVSON. 154, 5 dicendum amicis est have (habe *Voss.*) valeque, quod fit mutuum. 406, 3 dic ero meo ac tuo ave atque salve plurimum, *o libelle.* 406, 105 aveque dicto dic vale (413, 28). OPTATVS 4, 5 p. 108, 5 ne 'ave' dicant cuiquam nostrum. QVEROL. p. 8, 4 tot hominibus hac atque illac have dicere. p. 51, 9 ave, mi Querole. HIER. in Matth. 10, 11 quod graece dicitur χαῖρε et latine 'ave'. VVLG. Matth. 26, 49 *Iudas* accedens ad Iesum dixit 'ave Rabbi' et osculatus est eum. 27, 29 genu flexo ante eum illudebant ei dicentes 'ave, rex Iudaeorum' (Marc. 15, 18 Ioh. 19, 3). 28, 9 Iesus occurrit illis dicens 'avete'. Luc. 1, 28 ingressus angelus ad eam dixit: 'ave gratia plena, dominus tecum'. II Ioh. 10 nolite recipere eum in domum nec 'ave' ei dixeritis. qui enim dicit illi 'ave', communicat operibus eius malignis (*de* VVLG. *codicibus nihil habeo compertum,* ITALA *dat* have *vel* habe *hisce locis* Matth. 26, 49 *et* Luc. 1, 28 Cantabr. Fuld., Matth. 27, 29 Vercell. Veron. Brix. Fuld., *praeterea* cod. Claromont. *habet* havete Philem. 4, 4, *ubi* VVLG. gaudete). BARNAB. 1, 1 havete (χαίρετε) filii et filiae. MACR. sat. 2, 4, 29 occurrit ei (*Augusto*) inter gratulantes corvum tenens, quem instituerat haec dicere 'ave Caesar victor imperator'. *alius autem corvus addidicerat* ave victor imperator Antoni. *in initio epistularum imperialium saepe, velut* CORP. III 7000 (*Constantini I*) have Ablabi carissime nobis. COD. Theod. 1, 16, 9 have (habe *multi codd.*) Anthime, carissime nobis. 8, 11, 5 have (habe *multi codd.*) Tatiane, karissime nobis. AVELL. 47, 26. 48, 11. COD. Theod. gest. in sen. p. 86 *acclamatum* Fauste, aveas … Paule, aveas. SIDON. epist. 9, 9, 2 'ave' dicto mox 'vale' dicimus. carm. 24, 76 Avito … dicis 'ave', dehinc 'valeto'. ENNOD. opusc. 3, 46 p. 342, 15 have pater probatissime, have pontifex singularis. EVG. TOL. carm. 92, 2 nostrum percipe laetus 'ave' ac … vale. CARM. de philom. poet. min. V p. 365, 31 psittacus … suo domino 'chaere' sonat vel 'ave'. *inscriptiones variae*: CORP. IV 1983 have L. Pop(idi). 2148 Egloge have. 2071 sodales avete. 3022 ave lud …. 3069 Cal⟨o⟩s ave. 1292 (?). INSCR. Röm. Mitt. VII 1892 p. 17 (*in signaculo Pompeiano*) have. Notiz. d. scavi 1902 p. 401 (*Pompeis*) ⟨Pomp?⟩eianis have feliciter. CORP. X 872 (*in pavimento*) have. 8053ᵇ (*in lucerna*) have. V 8125, 2 (*in anulo*) have dulcis. XI 6715, 8 (*in anulo*) anima have. II 6104 (*in pavimento*) ave salve. XII 5692, 13 (*in anulo*) ave. 5696, 26 (*in phiala*) avi. 5686, 109 (*in vasculo*) ave val(e). III 14183 (*in colle prope theatrum*) havete viatores. χαίρετε παροδεῖται.

usus sepulcralis: *verba fiunt ad mortuum*: CATVLL. 101, 10 accipe fraterno multum manantia fletu atque in perpetuum, frater, ave atque vale. AVSON. 185, 7 ergo commemorata ave (abe *Voss.*) maestumque vocata pro genetrice vale. *ita saepe legitur in titulis sepulcralibus nec tamen admodum, si multitudinem spectas talium inscriptionum; certe saepius adscripti sunt versus. atque abhorret a gravitate elogiorum nobilium nec decet christianos homines (cf. tamen* CORP. XII 1506 *p. 1303, 15); in Africa non saepius usui veniebat quam alibi. usus primarius ita explicandus ut sculptam in lapide voculam qui clara voce, ut solebant, legeret, mortuum adloquendo salutare quasi cogeretur. quare locum habet* ave *plerumque in principio aut in fine tituli. ita antiquissimus* CORP. I 1072 (= VI 23297) D. Octavi D. l. Modiari D. Octavi D. f. Col(lina) Pontia uxsor fruge bona pudica. 'ave'. *id consilium optime perspicitur ubi imperativo ipsi nomen defuncti adhaeret vel ubi* ave *pandit dialogum inter mortuum et viatorem, cf.* CORP. V 7464 positus propter viam, ut dicant praeterientes 'Lolli ave'. suppl. 871, 3 ⟨sal⟩vus sis viator et si quis ⟨le⟩gendo Luxurium salutet 'Luxuri have'. VIII 20394 tu qui ⟨p⟩rae⟨ter⟩is e⟨t⟩ titulos meos legueris d⟨ic⟩: 'ave Amande', erit tibi vita longa. *sic*: CORP. VI 4309 (*inter libertos Liviae titulus recentior*) Amati habe (*nil amplius*). 10083 habe Marce dulcis a⟨nima⟩, adi. proc. summi chor⟨agi⟩. Marcus piissimo patri. 12957 *in fine*: Cresce(n)s have. 14147 have Atimete. dís manibus. L. Calpurnio Atimeto *eqs.* 18777 Furí abe. d. m. Olo Furio Pacato *eqs.* 20578. 21610 ave Luci praerepte matri (*nihil amplius*). 35912 Nicanor have mei amantissume (*nihil amplius*). 36222ᵃ. 36499. XIV 1509 d. m. have Prima sanctissima. 1473 (*fere in fine*) Plari ave. 2828 d. m. C. Iuli Beroniciane dulcissime have, qui dolorem reliquisti nutritoribus tuis *eqs.* IX 3271 d. m. s. have Tedia Fortunata *eqs.* 3473 (*in fine*) have Maximae. X 116. 269. 589. 633 have Septima. sit tibi terra levis; *secuntur versus.* 779. 3186 ⟨Op⟩orine have dulcissime. 4018. 4077. 4413. 6984 C. Iuli Soter have. Coponia Heraclia have (*vix dialogus est*). 7375 P. Alfesi P. f. Salvi have. v. a. XIX. 7411 Herennia C. f. Pollia have. 7432 Publicia Agathia have. Publicius Brutanus d. s. f. XI 6153 have Romana. coniugi bene merenti fecit Strenuus maritus. V 1997ᵃᵈᵈ· have mihi Heracle fili incomparabilis, qui vixit annis *eqs.* 1936 ave Octavi Alexander, qui vixisti annos XXVII. 1209 have Flamini Aeliane (*in altera arcae parte*). 3754 (*in altera parte cippi*) ave anima innocentissima Staedia Paulina. 6133 Amanda have. 6544 ave Melane, ave Laeli, ave (*nihil amplius*). 7047. 7271 Albania Pollens have P. Albani Erotis f(ilia). VIII 2096ᵃᵈᵈ· have Secunda. d. ⟨m⟩. s. *eqs.* 2029. 4256 ave mater Aemilia Vitalis, que ad sup(eros) vix(it) an(nis) *eqs.* 4570. 5260 (*in margine*) Nina have. 5261. 5502 (*in fine*) Saxenti ⟨h⟩av⟨e⟩. 9158 a(nno) p(rovinciae) CCVIII (= *a. 247*). have Secunde, parentibus tuis dulcissime, flos iuventutis *eqs.* 9164 d. m. s. have mi⟨h⟩i Tertulle flore iuventutis ereptus *eqs.* II 1092 Attenia L. l. Anna have. 1871 have Publicia Fortunata ann. XXXVI. h. s. e. s. t. t. l. 3178. 4290. 4419. 6074. XIII 1897 ave Amabilis Gessio tuo karissima. d. m. *eqs.* 2216 (*in coniugum sepulcro*) have Modií, have Gemina. díis manibus et memoriae *eqs.* 6857. VII 470 have (*nihil aliud in lapide mutilo*). III 5959 have mihi Luciliane. Vlp(io) Luciliano medico ordinario *eqs.* 8183. 10372. 14184⁷ (*in initio*) have Irene diis manib⟨us⟩ … χαῖρε Εἰρήν⟨η⟩. 14292 d. m. Vlpia Celerina dulces habe Gorgonio tuo cassissima semper. CORP. VI 24743 havete man⟨es⟩ Pontiae Diony⟨siae⟩. secure fel⟨ix his quiescas sedibus *Bücheler*⟩. X 354 d(i) havet(e) m(anes) Hel(viae) Commode *eqs.* *notabile*: CORP. V 6647 d. m. have Primitiva benigna incomparabilis femina. viva mihi posui. *sine nomine*: CORP. VI 2893 Quiet (?). anima dulcis habe. d. m. s. *eqs.* V 3996 avete anime innocentissime. XIII 7245 ave frater. *nudus imp. in fine vel in initio tituli*: CORP. VI 6436 have. Erotis Boeotiani ossa hic sunt sita. 25011 habe. d. m. Primae filiae pientissimae *eqs.* 27247 (?). X 2538. 3739. 4006 (?). 4027 (?). 7410. V 4063. 4629. 6111. 6143 dis have (*nihil amplius*). XII 1397. III 7095 have *et in graeco* χαῖρε (7161). 12430. 14439. *accedit alia acclamatio*: CORP. VI 6609 *post nomen* have et ⟨vale⟩. 24800 *ante nomina* have dulcis, *post nomina* dulcis vale. IX 761 *post nomina* h(avete) e⟨t⟩ val(ete). 6187 *post nomina* Sextia have et va⟨le⟩. X 2246 *in fine* have salv⟨e⟩. 3258 *post nomina* ⟨have e⟩t vale mater. INSCR. Ephem. epigr. VIII n. 905 Africanus ave et vale. CORP. XI 6577 Vrse homo optime have … Vrse homo optime vale. 6578 mulier optima have, omnium amantissima vale. VIII 21334 sis felix qui dixeris: 'Ammoni have. perpetuo sit tibi terra levis'. VI 33389ᵃ *in fine* ave bene, quiesque sequra. II 3686 *in fine* have et vale. XII 2916 ave Doris, vale Doris *seq. nomina.* XIII 5386 *in lateribus* ave Eusebi *et* vale Eusebi, *in fine* Eusebi have et vale. 6969 *in fine* et ave et vale. III 7868 *post alios versus* have puella multum adq. in aeum vale. *salutatus per* ave *variis responsis grates agit defunctus*: CORP. VI 2335 Bonus Eventus. 'have Victor Fabianus'. 'di vos bene faciant amici et vos viatores. habeatis deos propitios qui Victorem publicum Fabianum … non praeteritis, salvi eatis, salvi redeatis, et vos, qui me coronatis vel flores iactatis, multis annis faciatis'. Victor Fabianus fecit sibi *eqs.* 9024 'have Sophro' ⟨dicit viator⟩; 'et vos viatores ⟨havete' dicit Sophro⟩ Aug. lib. proc. 'non pr⟨aeteritis me, immo⟩ me coronatis mult⟨is floribus⟩'. 11252 (*in partibus extraneis*) *ad sin.* 'Auguria, anima dulcis et innocua, have'. *infra* 'valete superi et cuncti cunctaeque valete'. *ad dext.* 'Auguria, innocua anima tua in bono'. 11938 Antistiae L. l. Thaidi. 'anima suavissima habe'. 'bene baleas quisquis es qui me salutas'. 18659 *post nomina* 'Charisi habe'. 'et tu qui leges be⟨ne valeas⟩'. 21848 'Magnia Epagatho, dulcis anima, have'. 'bene valeas qui me salutas' (XIV 1169. III 8177. 8294). 22102 (*in carmine*) 'have dulce nobis nome⟨n …⟩ Stephane … Moschis tua te salutat et D⟨iodorus tuus⟩ et blanda dulcis pupa …'. 'have casta coniunx … have mi Diodore … have pupa blanda … ⟨tuque have puer …⟩ …. 23685 (*in fine versuum*) 'have et vale'. 'quae optas eveniant tibi et tuis'. 25092 (*in fine*) 'have'. 'numquidvis? vale'. 27907 'have Valens'. 'sit tibi felicius'. XIV 439 *sub nomine viri*: 'have Diae'. 'bene valeas quisquis es'. *sub nomine feminae*: 'have Thais'. 'dií tibi bene faciant'. X 1517 d. m. 'have Vettia Sabina'. 'bene valeas quisquis es'. 6616 'have Manlia Anthusa'. 'bene sit tibi qui legis et tibi qui praeteris, mihi qui hoc loco monument(um) feci et meis'. V 1939 d. m. 'Primitiva ave'. 'et tu quisquis es vale. non fueram, non sum, nescio, non ad me pertinet'. Alexander actor coniugi cariss. b. m. 5927 'ave Alcime'. 'bene tibi sit'. d. m. *eqs.* 4654 'h⟩ave Pudens'. G. Minciùs G. l. Crhestus Pudenti. 'val(e). veterius nihil est morte neque utilius'. 7465 (*in fine*) 'P. Pop(ili) Pri(scine) ave'. 'bene voleas (*sic*) quisq(uis) es viator ⟨ne⟩q⟨u⟩e vale(at) qui me amove(rit)'. 8699 'ha-

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

vete Ser. Iuli Pardala et Iulia Serena filia'. 'et tu quisquis es vale' (XI 6545. III 594). VIII 2841 d. m. 'have Cl(audi)'. 'béne valeas'. *seq. nomina.* 9069 (*a. 320*) d. m. s. 'havae Clodi felix, rarissimae fili, q(uaesturam) r. pub. agens'. 'et tu pater qui me salutas, salvus tran⟨s⟩eas'. XII 3349 'have Naeví'. 'salvos sís quisquis es'. *seq. nomen.* *nota* CORP. VI 3221 'frater have (flave *scheda*)'. 'commen⟨do⟩ tibi delicium nostr⟨um⟩ Militem'. *responsa brevissima*: CORP. VI 6214 *post nomina*: 'have'. 'et tu memineris'. 6573 *in fine*: 'have'. 'vale' (*sic saepe, veluti* IX 771. 2905. X 4961. 4995. V 3466. 6053. II 3490 INSCR. Rhen. 535 CORP. XIII 6910). VI 15373 'Claudia Calliste have'. 'va⟨le⟩as'. XIV 1697 (*post titulum graecum*) 'Valenti Pulveri have'. 'valeas'. VI 21753 'Ma ... hav⟨e⟩'. 'bene va⟨leas⟩' (XI 5530). 28180 'Valeria L. l. Euphrosyni. have'. 'et tu'. bene mer. X 7143 d. m. 'Anni Anthimi homo optume have'. 'have et tu'. V 7935 d. m. 'have Thestyllis'. 'et tu' *seq. nomina* (III 7066). XII 1506 'Stafili pax tecum, in deo have'. 'vale'. III 7584 (*in fine*) 'ave'. 'vale viator' (12478. 12501). *mortuus dicto* ave *respondet aliae salutationi vel soli nomini lecto*: CORP. VI 10081 (*in fine*) Nicys: 'sodales havete'. 24600 D. Pomponius Bassus. 'have Gemella colliberta mea'. 25548 *post nomina*: 'amice have et vale, ego hic situs sum'. XIV 1399 *in fine*: 'havete'. X 2723 *in fine*: 'tu qui legis have et vale'. 2752 *in fine*: 'dulcis vale mater, perí', dicit filia, 'dulcis vale'. 'ave et tu'. VIII 14967 (*saec. I ineuntis*) Q. Annaeus ... Faventinus ... h. s. e. víxit honeste. 'et tu ave'. II 5304 'avete vos viatores et bene valete'. III 371 *in fine*: havete transitores. balete transitores. 756 *in fine*: viator⟨e⟩s havetis. 7527 *in fine*: have viator. 7987 *in principio*: 'ave viator'. d. m. Antoniae *eqs.* 8183 (*cf.* Jahreshefte österr. Inst. VI 1903 Beibl. p. 33) havete trasientes. 12490 *in fine*: 'ave v⟨i⟩ator e⟨t⟩ vale'. 2277 *in fine*: 'amici optimi avete et valete'. felix lapis (*? sic schedae*). *liberius concepta*: CORP. VI 6492 ossa Nícenis híc sita sunt. 'superi vivte (*sic*) valete, infrí havete, recipite Nicenem'.

synonyma: salve, vale. *cf. etiam* εὐτύχει εὐψύχει εὐστόργει *in graecis nec non in latinis usurpata titulis.* V.

Avectius, -ī *nom. Gall.* LIVI per. 141 Chumstinctus et Avectius tribuni ex civitate Nerviorum.

Vlpius **Avedíur**. CORP. III 14417[2] (*in Moesia inferiore*). *Diehl.*

Avedius, -a *nom. gent.*, *cf.* Avius *et* Aveidius. CORP. X 562 (*Salerni*) C. Avedio⟨...⟩ Avedia⟨...⟩ coniugi. XI 6341 (*Pisauri*) Aurelio Iuliano veterano Avedia Marcellina coniugi. *cf.* Avedo.

Avedo *cogn.* CORP. V 4304 (*Brixiae*) M. Secundi Avedonis. *cf.* Avedius. *Otto.*

? **avedone** *v.* verbascum. GLOSS. III 630, 37. *Ihm.*

Avedonnāco *v.* Aunedonnacum.

Avega, -ae. TAB. Velei. 3, 72 (Corp. XI 1147) fundos Avegam Veccium Debelis. 7, 37 saltus Avegam Veccium Debelos.

Avegasius, -ī *nom. barbaricum.* CONC. Carth. a. 411 (Mansi IV 160[a]) Avegasius episcopus Tuccaborensis.

Aveha, -ae *dea barbarica.* INSCR. Bonn. Jahrb. 94, 154 (*prope Coloniam rep.*) Ahveccanis Avehae et Helivesae Sexti Val. Peregrin. et Val. Felicio fratres ex reditu ipsarum l. p. Muciano et Fabiano cos. (*a. 201*). *Diehl.*

ăveho, -vexī, -vectum, -ere *ab* a *et* vehere. *v.* NOT. Tir. 41, 98. 99. 100. GLOSS. II 235, 50 ἀποβαστάζω aveho (abeo *cod.*). IV 23, 21 ave⟨h⟩it exportat. 427, 15 avectos exportatos (*glossa Vergil.*, *item* 486, 50 avexere portaverunt. 486, 51 = V 269, 59 avexerat exportaverat). 23, 59 avexit: secum adduxit vel asportavit. V 530, 50 ave⟨h⟩at secum ducat (*glossa Terent.*). PRISC. gramm. III 47, 30 ab m vel u loco consonantis incipientibus solet in compositione praeponi 'a', ut 'amendo, ... aveho'. *inde a* PLAVTO, *rarius in prosa oratione* (*inde a* CAES., *deest apud* CIC. *aliosque, frequens apud* LIV.).

asportare, abducere, amovere homines, res; saepius additur unde vel quo vel utrumque; passiv. tamquam dep. (navibus, curru, equo) etiam sine ablativo, maxime apud poetas: PLAVT. Bacch. 948 is Helenam avexit (abduxit *P*). Rud. 862 eam hinc abduxti (avexti *Acidalius*)? :: non avexi. :: cur negas? :: quia pol provexi: avehere non quivi miser. 63 conscendit navem, avehit (auenit *codd.*) meretriculas. 326 in navem ascendit, mulieres avexit. Cist. 579 'avecta est', inquit, 'peregre hinc habitatum'. :: ... :: quo avecta est, eo sequemur. Men. 27 Tarentum avexit s e c u m ad mercatum simul (Bacch. 574 amicam secum avexit ex Samo. Pseud. argum. II 7 TER. Ad. 653. 654. VERG. Aen. 2, 179 curvis secum avexere carinis. VAL. MAX. 7, 3, 8 eos continuo secum ad oppugnandum Karthaginem avecturus. IVST. 20, 2, 14. AMM. 14, 11, 16 *ministros* secum [26, 8, 12 *p. 1304, 31*]. 29, 5. 36 HYG. fab. 42 p. 70, 15. 198 p. 126, 17. *cf.* SEN. Med. 975 tuum ... corpus hinc mecum aveham). PLAVT. Men. 33 puerum tollit avehitque Epidamnium (Epidamnum eum *Seyffert*). Poen. 72 ille qui surripuit puerum, Calydonem avehit. Mil. 938 hinc Athenas avehat (habeat *codd.*; *item apud* ACC. trag. 370 habeam *codd. pro* aveham, *apud* LIV. 5, 40, 9 habens *pro* avehens). 114 invitam mulierem in Ephesum advehit. ubi amicam erilem Athenis avectam scio (*cf.* argum. I 1 meretricem Athenis Ephesum miles avehit). Men. 1113 inde. 1115 quom te pater a patria avehit. CATVLL. 64, 132 sicine me patriis avectam ... ab oris ... deserto liquisti in litore, Theseu? CAES. or. frg. Suet. Iul. 66 nave impositos quocumque vento in quascumque terras iubebo avehi. VERG. Aen. 1, 512 ater quos aequore turbo dispulerat penitusque alias avexerat (averterat *P*, GLOSS. *p. 1303, 56* exportaverat) oras. 2, 43 creditis avectos hostis? (GLOSS. exportatos). CIRIS 290 capta atque avecta. PROP. 1, 2, 20 avecta externis Hippodamia rotis. 4, 8, 15 huc mea detonsis avecta est Cynthia mannis. OV. am. 1, 10, 1 ab Eurota Phrygiis avecta carinis. LIV. 5, 40, 9 plaustro coniugem ac liberos avehens (*v. p. 1303, 81*). 31, 43, 5 equites ... Aegyptum avexit (vexit *cod. Bamb.*). 9, 4, 1 domum e castris est avectus (9, 27, 11 a suis. 38, 42, 7 Carthaginem). 27, 16, 3 citato equo ex proelio (34, 20, 8 ad cohortes). SEN. Med. 197 redeo: qui avexit, ferat. 191 vade veloci fuga monstrumque saevum ... avehe (Ag. 997). Thy. 235. MELA 3, 43 ubi ille interceptos ... catulos citus coepit avehere. LVCAN. 7, 723 avehit inde Pompeium sonipes. 6, 363 nec fortior undis labitur avectae pater Isidis. VAL. FL. 1, 783 leves niger avehit umbras portitor. 1, 328 avecti timuissem vellera Phrixi. SIL. 4, 316 Tyrias retro pavor avehit alas. 6, 240 victorque catervas longius avectas afflatus peste premebat. 14, 526 parat hostili resoluta puppe receptos avehere et paribus pelago diducere ab armis. 12, 266 avehitur raptim *Hannibal* discrimine leti turbatus cursumque ... ad castra capessit. 17, 382 nunc instanti raptum *Hannibalem* avehe leto. STAT. Theb. 6, 188 seu fera seu duras avexit pastor ad aras. TAC. ann. 1, 59 quorum tot manus unam mulierculam avexerint. 6, 34 post avectam Medeam. hist. 4, 18 Labeo ... in Frisios avehitur. 5, 3 regem id genus hominum ... alias in terras avehere iussum. SVET. Iul. 71 *iuvenem* lectica sua avexit. Tit. 8 *hos* in asperrimas insularum avehi *imperavit.* FRONTO p. 237, 21 N. delphinus excipit, sublimem avehit *Arionem.* IVST. 32, 3, 15. AMM. 16, 12, 51 quocumque avexerit ventus *nautas.* [26, 8, 12 ut sequentem uxorem sagittarum nube defensam averteret (aveheret *Petschenig*) secum (*cf. supra p. 1303, 71 sqq.*).] HYG. fab. 98 p. 92, 14 quam Alexander Paris avexerat (*cf. supra p. 1303, 65*). *nota*: HYG. fab. 50 p. 58, 7[a] quibus (*apro et leone*) ille Alcestim in coniugium avexit (51 p. 58, 2[b] in coniugio. 42 p. 70, 15 *Theseus Ariadnen* in coniugio secum habiturus avexit). [CLAVD. rapt. Pros. 3, 265 *leg.* advexit.] CAES. Gall. 7, 55, 8 frumenti quod subito potuerunt navibus avexerunt, reliquum ... corruperunt. LEX Caes. Alf. dig. 39, 4, 15 ne quis ... cotem ex insula Creta fodito neve eximito neve avehito (*sic Pithoeus recte ut videtur*, avellito *trad.*). VERG Aen. 11, 205 corpora partim multa virum terrae infodiunt avectaque partim finitimos tollunt in agros (SEN. Med. 975). LIV. 5, 51, 9 sacra in ruina rerum ... alia terra celavimus, alia avecta in finitimas urbes amovimus ab hostium oculis. 7, 19, 8 praedaeque partem in Caeritum fines avectam (*cf.* TAC. ann. 16, 2 paratam praedam adveherent, *ubi* aveherent *Ernesti.* AMM. 28, 6, 13 praedas ⟨avexerunt?⟩). 31, 45, 7 praedam ornamentaque urbis. 38, 9, 13 sublata omnia avectaque. 45, 33, 4. SEN. Herc. O. 1225 totumque lentus sanguinem avexit vapor. TAC. hist. 4, 53 reliquiae delubri in paludes aveherentur. [ann. 16, 23 statuas et picturas evehere, *ubi Nipperdey aliique* avehere, sevehere *cod.*] SVET. Galba 4 *simulacrum Fortunae* gremio suo Tusculum ... avexit. VLP. dig. 18, 6, 4, 2 vino ... per aversionem vendito finis custodiae est avehendi tempus ... certe antequam ad vindemiam fuerint dolia necessaria, debet avehi vinum (*syn.* tollere). TERT. anim. 56 p. 389, 22 quam vanum, ut anima corporis iusta sustineat, quasi aliquid ex illis ad inferos avehat? VIR. ill. 35, 9 pecuniam Proserpinae avehere temptavit. AMM. 29, 5, 36 sarcinas specierum, quas avexerat secum (*cf. supra p. 1303, 71 sqq.*). *Ihm.*

Avēia (Aveia Vestina) *opp. Vestinorum, tribu Quirina; cf. Hülsen, PW. II 2280.* PTOL. 3, 1, 52 Οὐεστίνων ... Ἀουΐα. TAB. Peut. 5, 5 Aveia. RAVENN. p. 280 Abeia. SIL. 8, 518 pascuaque haud tarde redeuntia tondet Aveiae (Avellae *codd.*). *hoc nomen quadratarius incidere debuit* CORP. VIII 3884, 3, 5 (*a. 197*) Q. Concordius Q. f. Aven. Verecundus Vest. *in* VI 2490 (*periit*) L. Cornelio Firmiano Q·R AVILA veterano ... *legendum videri* Quir(ina) Aveia *recte monuit Mommsen.*

adi. **Avēiās**, -ātis. LIB. col. I grom. p. 228 ager Aveias (*trad.* Veios) ea lege est assignatus qua et ager Amiternus. CORP. IX 5016 curatori kal(endarii) Aveia(tis). Aveiates, -ium: CORP. IX 3627 praef(ectus) Aveiat(ium). 4206 patrono decur(ionum) et po⟨p⟩(uli) Aveiat(ium) Vestinor(um). 4207 patrono Aveiatium Vestinorum. 4208 patrono Aveiatium.

Aveidius *nom. gent.*, *cf.* Avius *et* Avedius. CORP. VI 34583 Aveidius Terminalis et Ceciliae Quitae coiuci.

Aveienius *v.* Avienius *sub* Avius.

Avēius, -a *nom. gent. cognatum videtur cum* Avius *et* Aveia Vestina; *cf. etrusc.* la. avei (CORP. inscr. etrusc. I 4201) *al.* CORP. VI 2381a, 3, 5 (*a. 154*) S. Aveius S. f. Qui⟨(rina)...⟩. 12806 Sex. Aveio Longinae l. Schino Aveia Pithusa contubernalis fecit. IX 3533 (*Furfone*) Aveíae T. f. Iustae ... T. Aveíus Probus pater. 3614 (*Aveiae*) L. Aveío (mulieris) l. Hebeno seviro Aug. Aveia (mulieris) l. Hellas. 3643 (*ibid.*) Aveie⟨...⟩. 4525 (*in agro Amiternino*) Aveia L. l. Stati⟨a⟩. 4707 add. (*Reate*) P. Aveius Ap. f., Aveia P. l. Sura, C. Aveius P. f. Quír. XII 5148 (*Narbone*) C. Aveio Severo. VIII 336 (*in prov. Byzac.*) Q. Aveius ⟨...⟩na. *Otto.*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

fl. **Aveldiū**. TAB. Peut. 6, 4 *in Apulia inter Bardulos et Turenum mare influit.* *Diehl.*

Avelēnsis *adi. declinatum a nomine eius oppidi Hispani quod nunc dicitur* Avila; *cf. Hübner, PW. II p. 2280.* CORP. II 3050 (*in Hispan. Tarracon., ubi nunc est Avila*) Q. Coron. Q. Coron. Verni f. Quir. Bar. Avel. *ipsum opp. memoratum videtur* HYD. chron. II p. 15, 13 Priscillianus ... A v i l a episcopus ordinatur. *a simili gentis nomine tracta videntur* **Avellicus** *et* **Avelicus**: CORP. II 5875 (*in conventu Carthaginiensi*) Hispanus Avellicus (*periit*, Avelicus *plerique*). 5350 (*in conventu Emeritensi*) Avelicus. *Otto.*

Avelicus *v.* Avelensis. **Aveliemeris** *cf.* Vuillimeris.

Avelis, -is *rex Numidarum.* AVSON. 409, 18 Illibanum Numidamque Avelim Parthumque Vononem. *Diehl.*

Avelius, -a *nom. gent., cf.* Avellius. CORP. IX 3171 (*Corfini*) Aveliae Q. f. Priscae Severiae Severae. V 7823 (*Monoeci*) M'. Avelio M'. f. Fa⟨l.⟩ Paterno ... M'. Avelius M'. f. Marcellus et Comisia Tranquillina parent(es) filio.

Avella, Avellānus *v.* Abella. **Avelliānus** *v.* Avellius.

Avellicus *v.* Avelensis. **Avellīnum, Avellīnās** *v.* Abella.

Avellius, -a *nom. gent., cf.* Avelius. CORP. VIII 9422 (*in Mauret. Caes.*) Avellius Flaus. 19141 (*in prov. Numid.*) Avellia Vrbana ... C. Avellius Hospes. 19142 (*ibid.*) ⟨.⟩ Avellius D⟨o⟩natus ... Q. Avellius Vrbanus. **Avelliānus** *cogn.* CORP. III 6580, 2, 22 (*Alexandreae, a. 194*) (centuria) Octavi Avelliani. *Otto.*

āvello, -volsī (-vulsī), *rarius* -vellī, -volsum (-vulsum), -ere *ab* a *et* vellere. GLOSS. II 240, 47 ἀποσπῶ avello decerpo evello evagino divello vello. 26, 2 avellit ἀποσπᾷ ἐκτίλλει. 404, 35 περισπῶ ἀπό τινος ⟨ἀνδρ⟩ός distringo avello. IV 23, 23 expellit. 209, 23 tollit. 23, 4 eradicavit, extra⟨h⟩it. V 531, 16 abellere auferre (*glossa Terent.*). 530, 26 abelli separari (*glossa Terent.*). IV 484, 18 abrumpi, tolli (*cf.* V 442, 3. 562, 17 abrumpi? *trad.* aprum). II 3, 22 avulsus ἀποσπασθείς (*et saepius*). IV 486, 6 separatus, abductus. 209, 24 avulsa subtracta (*alibi* erepta, abstracta vel eradicata, subtracta aut erepta, *trad.* erecta). II 240, 43 ἀποσπασθέν abstractum avolsum. NOT. Tir. 91, 10 avellit. 91, 15 avulsum. *de perfecti forma cf. omnino* vello (*v. Neue-Wagener, Formenlehre III³ p. 418 sq.*): DIOM. gramm. I 372, 13 quaedam verba ... habent perfecta duplicia, ut ... vello vellis vulsi, sed melius velli et avelli (*cf.* PRISC. gramm. II 526, 18 *sqq.*). *traduntur* avellit: PLIN. nat. 2, 204 CLAVD. rapt. Pros. 3, 150. avellerit: GLOSS. V 49, 2 (*Placid.*). avellerat: CVRT. 5, 6, 6. *contra* avulsit: SEN. dial. 11, 5, 4 LVCAN. 5, 594. 9, 765 VVLG. Ezech. 17, 4 ENNOD. epist. 2, 27. avulsisti: TERT. carn. 20. avulserunt: AVG. epist. 134, 4. avulserit: TERT. scorp. 3. avellier: HOR. sat. 1, 2, 104. *legitur inde a* TER. *structurae*: ARVS. gramm. VII 453, 4 avulsum illi (*affert* VERG. Aen. 2, 558) ..., avulsum ab illo (*affert* TER. Eun. 520). *utraque frequens, antiquior cum praep.* ab (*rarius* de, ex *inde a* CIC.), *cum dat. maxime apud poetas, paucis locis cum abl.* (CATVLL. *al.*). *additur* unde: LVCR. 1, 613. 2, 257; ad: VVLG. Is. 7, 6 COD. Iust. 11, 43, 10, 4 (*v. infra p. 1307, 68*). *lectio incerta* ACC. trag. 271 (vellebant *trad.*, avellebant *Bücheler*, vallebant *Ribbeck*). *varia lectio pro* evelluntur: CIC. Cato 71. *pro* evellit: STAT. Theb. 2, 561 (*cf.* PLIN. nat. 9, 109). *pro* revellere: OV. fast. 6, 575. *pro* averrere: LVCAN. 6, 585 (avertere *VG*). *apud* CIC. Tusc. 4, 24 avelli *codd.*, evelli *Wopkens.* [*prov.* avellar. *M.-L.*]

I *proprie*: *avelluntur* *r e s* *ab hominibus vel vi naturali*: CIC. Verr. 5, 110 insistebat in manu Cereris dextra grande simulacrum ... Victoriae: hoc iste e signo Cereris avellendum asportandumque curavit. 5, 48 sigillis avolsis. carm. frg. 3, 46 *altrix* cum pueris flammato fulminis ictu concidit atque avulsa pedum vestigia liquit. div. 1, 112 cum et urbs tota corruit et e monte Taygeto extrema montis quasi puppis avolsa est. Tusc. 3, 12 sive secetur quid sive avellatur a corpore. LVCR. 1, 613 unde neque avelli quicquam neque deminui concedit natura. 3, 563 avolsus radicibus *oculus* (VERG. Aen. 8, 238 *silicem* imis avolsam solvit radicibus. PLIN. nat. 17, 66 radici avellitur planta. 13, 36 ab radice. HIL. in Matth. 5, 11 *infra p. 1306, 56. cf.* AMM. 14, 9, 6 avulsam sedibus linguam). LVCR. 6, 241 disturbare domos, avellere ⟨t⟩igna trabesque. 5, 313 non ruere avolsos silices a montibus altis (*cf.* 315. SIL. 9, 395 silicem scopulo avulsum). 4, 138 videntur ... interdum magni montes avolsaque saxa montibus anteire (VERG. Aen. 2, 608 disiectas moles avolsaque saxis saxa vides. 12, 685 montis saxum ... avolsum vento. 3, 575 avolsaque viscera montis. LVCAN. 6, 34 avolsaque saxa metallis. *cf.* CARM. epigr. *infra p. 1306, 58.* SIL. 4, 522. 601. STAT. Theb. 10, 534 *saxa* avulsa ... moenibus. AVIEN. orb. terr. 1165 saxa iugis avulsa supernis). [LEX Caes. Alf. dig. 39, 4, 15 *v. sub* aveho *p. 1304, 38.*] VERG. Aen. 2, 631 traxitque iugis avolsa ruinam *ornus* (*cf.* SIL. 3, 470). 2, 165 sacrato avellere templo Palladium (*cf.* CIC. *supra l. 56* VAL. FL. 7, 48 SIL. 13, 42. AMM. 23, 6, 24 avulsum sedibus simulacrum. HYG. fab. 120 p. 104, 1). Aen. 10, 659 rumpit Saturnia funem avulsamque rapit revoluta per aequora navem. 9, 488 avolsaque membra (SEN. Herc. O. 827 membra vasta carpit avellens manu. *cf.* 522 CVRT. 5, 6, 5. SIL. 1, 670 avulsa a corpore membra. AVG. epist. 134, 4 membra de corpore). Aen. 2, 558 avolsumque umeris caput (*cf.* OV. met. 3, 727 PLIN. nat. 11, 10. 29, 139 SIL. 11, 319. PLIN. epist. 2, 5, 11 avolsum statuae caput. AMM. 21, 15, 2. 29, 5, 42. 31, 2, 22). Aen. 6, 143 primo avolso non deficit alter aureus et simili frondescit virga metallo (*syn.* decerpere). HOR. sat. 2, 8, 89 leporum avulsos, ut multo suavius, armos, quam si cum lumbis quis edit. OV. met. 2, 351 frondes. 2, 358 truncis avellere corpora temptat et teneros manibus ramos abrumpit. VAL. MAX. 1, 6, 10 e simulacro ... Apollinis per se abrupto capite et ita infixo humi, ut avelli nequiret. CELS. 7, 21, 1 si discisso ventre id (*omentum*) prolapsum forfice praeciditur, cum et emortuum sit et aliter tutius avelli non possit. SEN. Thy. 1038 abscisa cerno capita et avulsas manus et rupta fractis cruribus vestigia (LVCAN. 2, 181 avolsae cecidere manus exsectaque lingua palpitat). Oed. 592 comam. dial. 3, 19, 4 capillos. benef. 5, 8, 5 rerum natura nihil dicitur perdere, quia, quidquid illi avellitur, ad illam redit, nec perire quidquam potest, quod, quo excidat, non habet, sed eodem revolvitur, unde discedit. CVRT. 5, 6, 5 abrupta simulacrorum membra, ut quisque avellerat, trahebat. 9, 1, 32 crus avellere et, quia non sequebatur, ferro amputare. 9, 9, 20 strati erant campi sarcinis, armis, avulsarum tabularum remorumque fragmentis. COLVM. 7, 3, 10 quibus velut hamis inuncata pascentium tergoribus avellitur *lana.* LVCAN. 2, 694 spissis avellitur uncus harenis. 3, 673 avolsasque rotant expulso remige sedes; in pugnam fregere rates. 5, 594 non plura locuto avolsit laceros percussa puppe rudentis. 9, 765 seps stetit exiguus, quem flexo dente tenacem avolsitque manu piloque adfixit harenis (PRISC. gramm. II 527, 4). 8, 12 avolsa cervice (SIL. 5, 417). PLIN. nat. 2, 211 si sint clavi in calciamento, vestigia avelli ... non posse. 10, 163 *urticam.* 17, 67 avolsique arboris stolones vixere, quo in genere et cum perna sua avelluntur partemque aliquam et matris quoque corpore auferunt secum fimbriato corpore. 17, 156 avelli cum sua calce coeptus est *surculus.* 10, 195 non potest petris avelli polypus (*cf.* 31, 124. 9, 85). 8, 139 cocleae .. adhaerentes ... saxis aut etiam iniuria resupinatae avolsaeque, non tamen exeuntes. 20, 95 crustae occupent intus vasa omnia, in quis aquae fervent, ita ut non sit avellere eas; si brassica in his decoquatur, apscedunt. 7, 65 bituminum sequax ... ac lenta natura in lacu ... supernatans non quit sibi avelli, ad omnem contactum adhaerens. 15, 113 duracinis adhaeret corpus ac ligno avelli non quit, cum in ceteris facile separetur. 9, 149. 11, 96. 16, 54. 207. 18, 45. 19, 172 ramos. 35, 176. SIL. 8, 675 congesto, laevae quodcumque avellitur, auro. 12, 277 vivis avulsa reportant tegmina. 12, 729 castris avulsa moveri signa iubet. 10, 199 dum comprensam caeso de corpore praedam avellit (*cf.* 3, 321). 3, 525 immani stridens *ventus* avulsa procella nudatis rapit arma viris. 15, 486. STAT. Theb. 7, 770 spicula et e mediis extantes ossibus hastas avellit. 3, 299 hunc ensem avellere dextra. 5, 576 telum. TAC. Agr. 12 *margarita* in rubro mari viva ac spirantia saxis avelli. VLP. dig. 9, 2, 27, 34 pollicem avelleret servo. 43, 24, 11, 2 si ostium avellat vel effringat. MODESTIN. dig. 47, 21, 1 terminorum avulsorum (LVCIF. Athan. 1, 8 proximi avellere et de loco transferre in locum prohibemur terminos). GELL. 3, 9, 9 palmae termes ex arbore cum fructu avulsus spadix dicitur (2, 26, 10). APVL. met. 1, 18 cor ipsum mihi avelli putavi. TERT. carn. 20 quid avellitur, nisi quod inhaeret, quod infixum, innexum est ei a quo ut auferatur avellitur? si non adhaesit utero, quomodo avulsus est? si adhaesit qui avulsus, quomodo adhaesisset ...? (*et saepius ibid.*). PALLAD. 4, 9, 12 asparagum, quem primo protulerint, confringere debemus, non avellere, ne adhuc invalidam moveamus sfongeam: ceteris annis avellendus est. HIL. in Matth. 5, 11 *germen* cum a stirpe detentae humi radicis avellitur (*cf. supra p. 1305, 63 sqq.*). CARM. epigr. 279, 19 (*in basi obelisci quem Constantius erexit a. 357*) nunc veluti rursus ruf⟨is⟩ (rupes *Burmannus coll.* LVCAN. 6, 34 *v. supra p. 1305, 72*) avulsa (*moles potius quam neutrum*) metallis emicuit pulsatque polos (*cf.* AMM. 17, 4, 13 avulsam hanc molem sedibus suis, *de obelisco*). AMM. 18, 8, 11 *sagittam* (25, 3, 7 *hastam*). 28, 2, 3 compaginatae formae avulsae vi gurgitis. 23, 5, 5 pontem (30, 10, 2). 24, 1, 11 cataractis avulsis (24, 6, 2). VVLG. Ezech. 17, 4 summitatem frondium eius avulsit (ἀπέκνισε). CLAVD. rapt. Pros. 3, 150 fractas cum crine avellit aristas. carm. 24, 353 stirpibus avulsis. AVG. civ. 5, 7 alias (*spicas*) aves depopulantur, alias homines avellunt. MACR. sat. 7, 8, 6 vento nimio abies aut quercus avellitur. 7, 9, 14 capillus, dum secatur, nescit dolorem, si avellatur, sensum accipit a carne. MARCELL. med. 8, 134 pinna avellitur. 19, 52 gladiolum ... osse acuto radicitus avelles. 34, 110 spinam. 28, 71 filicem in ... arbore innatam avelle ita. OROS. hist. 7, 35, 18 nunc illisis graviter scutis ... nunc avulsis violenter destituta nudabat. SIDON. epist. 7, 6, 8 valvarum cardinibus avulsis. 7, 7, 3 avulsas muralibus rimis herbas.

sensu latiore: *a n i m a n t e s* (*cf. etiam sub II*): CIC. Font. 46 num etiam de matris hunc amplexu ... avellet atque abstrahet? CATVLL. 62, 21 qui natam possis conplexu avellere matris, conplexu matris retinentem avellere natam. VERG. Aen. 4, 616 complexu avolsus Iuli (HIER. epist. 130, 7 avulsas de conplexu suo virgines. 46, 12 a desiderato vix avellemur amplexu). *in imagine*: HOR. sat. 1, 1, 58 eo fit, plenior ut si quos delectet copia iusto, cum ripa simul avolsos ferat Aufidus acer. PROP. 4, 1^b, 118 dilige vatem (*Cassandram*), quam vetat avelli veste Minerva sua. OV. met. 13, 510 trahor exsul,

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

inops, tumulis avulsa meorum. trist. 1, 3, 81 coniunx umeris abeuntis inhaerens . . .: 'non potes avelli' *inquit*. VAL. MAX. 5, 3, 3 a sacris perfidae mensae et altaribus . . . avulsum. SEN. Med. 949 meo rapientur avulsi e sinu (Ag. 187). CVRT. 5, 12, 8 amplectitur perfususque mutuis lacrimis inhaerentem sibi avelli iubet. LVCAN. 3, 638 scinditur avolsus *miles*. STAT. silv. 5, 5, 9 morientibus ecce lacertis viscera nostra tenens animamque avellitur infans, non de stirpe quidem (*cf.* QVINT. decl. 338 p. 335, 5 filium matri eripere conaris et partem viscerum avellis). Theb. 6, 35. ITALA psalm. 21, 10 (Tert. carn. 20) tu es, qui avulsisti me ex utero matris meae (VVLG. extraxisti me de ventre; ἐκσπάσας). VVLG. Is. 28, 9 ablactatos a lacte, avulsos (ἀπεσπασμένοι) ab uberibus (HIER. epist. 130, 7). *terram*: PLIN. nat. 3, 86 *Sicilia* quondam Bruttio agro cohaerens, mox interfuso mari avulsa. 2, 204 *terrae motus* avellit Siciliam Italiae. 4, 70 ex ea avolsa postea Therasia. 4, 62. 63 Euboea et ipsa avolsa Boeotiae. 6, 1 Calpeque Africae avolsa (evolsa *codd. praeter R*).

II *translate*: *de hominibus* (*cf. etiam supra p. 1306, 76 sqq.*): TER. Hec. 554 si is posset ab ea sese derepente avellere, quicum tot consuesset annos. Andr. 553 ut sperem posse avelli (*cf.* PORPH. *infra l. 46*). VARRO ling. 9, 16 nutrix pueros . . . non subito avellit a consuetudine, cum a cibo pristino in meliorem traducit. CIC. dom. 145 ut perpetuum dolorem avolsus a meis sustinerem (*opp.* in meas sedes restitutus). off. 3, 83 qua hunc obiurgatione . . . a tanto errore coner avellere? Mur. 90 nolite a sacris patriis Iunonis Sospitae . . . domesticum et suum consulem potissimum avellere. epist. 6, 4, 4 non ab ea re p. avellar, qua carendum esse doleam. VERG. Aen. 11, 201 litore toto ardentes spectant socios semustaque servant busta neque avelli possunt. LIV. 22, 7, 11. *cf.* 38, 9, 12 quae (*urbes*) cum sui iuris aliquando fuissent, avelli velut a corpore suo aegre patiebantur (*cf. p. 1308, 7*). SEN. contr. 1 praef. 20 ut memoriae eius quotiens occasio fuisset, difficulter avellerer. suas. 7, 2 quid *referam* Antonium avulsum ⟨a⟩ Catilina, rei publicae redditum? SEN. epist. 30, 12 non repente avolsum vitae, sed minutatim subductum. 95, 35 si volumus habere obligatos et malis, quibus iam tenentur, avellere. PLIN. nat. 5, 17 Nesimi, qui avolsi his propriam fecere gentem (2, 190). VAL. FL. 1, 304 nec fatidicis avellere silvis me nisi promisso potuit Saturnia caelo. 5, 29 avellique negant. SIL. 1, 450 ingenti raptum nisu medioque virorum avulsum *Daunum*. 16, 637 tu consul abire a victore paras hoste atque avellere nobis scilicet hoc astu Poenum? (*i. q. invitum abstrahere, cf.* 7, 489). 16, 142 caelestum monita . . . avulsum Tyriis huc me duxere volentem. 17, 551 sed non avelles umquam, quicumque secundus Caelicolum stas Ausoniae, non artibus hostem eripies verum nobis (*cf.* QVINT. decl. 338 p. 335, 5). IVV. 3, 223 si potes avelli circensibus. TAC. ann. 1, 44 ut avellerentur castris trucibus *veterani*. TERT. scorp. 3 quos ab errore superstitionis avulserit. PORPH. Hor. carm. 1, 36, 18 Damalim avellet a pristino suo amatore. sat. 1, 9, 1 incidisse in hominem molestum . . . neque se ab eo avellere potuisse (1, 9, 67 *sq.*). 1, 9, 71 *sq.* ne Horatium cupientem avelli ab illo molesto liberaret. IVVENC. 1, 261 infantes cunctos teneramque sub ubere plebem avellit *Herodes* ferro nullo sub crimine culpae. 3, 523 difficile est terris adfixos divite gaza avelli caelique leves in regna venire. HEGES. 2, 15, 2 partem ceteris *Iudaeis* avellendam. HIER. hom. Orig. in Ezech. 13 p. 1000 Vall. observant, quomodo auditores scripturarum de ecclesia avellant, quomodo de finibus Judaeae ad fines Sidonis transferant. in Am. 1, 1 p. 223 quo tempore populus Israel avulsus erat a domino . . . sive avulsus a regno stirpis David. in Is. 7, 18 p. 286 ite ad gentem avulsam (convulsam VVLG.) et laceratam, avulsam a deo et haereticorum morsibus laniatam. VVLG. Is. 7, 6 avellamus eum (*Iudam*) ad nos (ἀποστρέψομεν). Luc. 22, 41 ipse avulsus (avolsus ITALA codd. ab) est ab eis, quantum iactus est lapidis (ἀπεσπάσθη ἀπ' αὐτῶν). AVG. civ. 18, 47 quibus (*Iudaeis*) avulsis de sedibus propriis et . . . toto orbe dispersis (OROS. hist. 3, 12, 32 populos avulsos a sedibus suis). SVLP. SEV. chron. 2, 42, 5 haeresis auctores . . . ab ecclesiae corpore avulsi (*cf.* CANON. Migne 56, 463^{A} avellendi sunt . . . et ab ecclesiae procul removendi visceribus). dial. 1, 22, 3 renitentibus cunctis . . . male animo fixa sententia non potuit avelli *miles*. OROS. hist. 6, 12, 4 avulsis insuper obsidibus. COD. Iust. 11, 43 (42), 10, 4 (1) nec a procuratoribus domorum . . . ad usus alios avellantur *aquarii*.

de rebus corporeis et incorporeis: TER. Eun. 520 credo ei placere hoc (*rus*): sperat se a me avellere (*cf.* GLOSS. *supra p. 1305, 29*). CIC. Flacc. 57 avolsum est . . . praeter spem, quod erat spe devoratum lucrum (*cf.* HOR. sat. 1, 2, 104 pretium). SEN. dial. 11, 5, 4 abstulit illa, non avolsit *Fortuna pecuniam, honores, gratiam*. TAC. ann. 4, 20 liberalitas (*i. pecuniae, donationes*) Augusti avulsa. VLP. dig. 40, 7, 3, 9 avelli nummi ei qui accepit possunt (*iterum ibid.*). PAVL. sent. 5, 2, 5 avelli ei possessionem non oportet (dig. 41, 3, 4, 12). MARCIAN. dig. 23, 5, 17 fundus emptori avelli non potest. IVL. dig. 39, 6, 17 avelli res mortis causa . . . debet (30, 82 pr.). CIC. Planc. 54 nunc ab utroque eas (*tribus*) avolsas, ne in angustum venirent. prov. cons. 36 quae pars provinciae sit, cui non possit intercedi, eam se avellere, quae defensorem habeat, non tangere. de orat. 3, 20 nullum est . . . genus rerum, quod aut avulsum a ceteris per se ipsum constare aut quo cetera si careant vim suam atque aeternitatem conservare possint. rep. 1, 1 nec id (*incendium belli*) . . . a portis huius urbis avolsum P. Africanus compulisset intra hostium moenia. fat. 23 a corporibus individuis naturalis motus avellere. LVCR. 2, 257 unde est haec . . fatis avolsa potestas (voluptas *codd.*). STAT. Theb. 6, 685 sic cadit, attonitis quotiens avellitur astris, solis opaca soror. PLIN. epist. 7, 10, 1 quia ipse, cum prima cognovi, iungere extrema quasi avulsa cupio (*cf. p. 1307, 29*). COD. Theod. 6, 4, 15 (*a. 359*) meministis . . . nec ullius temporis avellet oblivio. VVLG. Iob 18, 14 avellatur (ἐκραγείη) de tabernaculo suo fiducia eius (*affert* HIER. epist. 48, 14). CLAVD. carm. 15, 140 quid magne moraris Iuppiter avulso nexu pelagique solutis legibus iratum populis immittere fratrem? AVG. civ. 16, 15 non ut corpus inde eiceret . . ., sed ut animum avelleret. MACR. sat. 1, 17, 47 numquam radii possunt a fonte lucis avelli. ENNOD. epist. 2, 27, 3 p. 69, 17 per quae (*squalentia iura*) quicquid scabrida poposcit lingua mox meruit aut si non meruit, mox avulsit (*i. vi impetravit*).

synonyma et iuxta posita: decerpere, abrumpere, abscidere, exsecare, praecidere, amputare, auferre, separare, effringere, secare, abstrahere, eripere, subducere, rapere, eicere, solvere. *opposita*: restituere, reddere.

avellum *v.* duellum, bellum.

avēna, -ae *f.* [*cf. esse videtur c. slavon.* ovĭsŭ, *lituan.* aviža 'avena', *fort. c.* ovis. *Th.*]. AGROEC. gramm. VII 118, 25 avenae sterile germen, habenae retinacula iumentorum, illud de occupandi aviditate dictum, hoc de habendi potestate (BEDA gramm. VII 264, 18 *cf.* ISID. diff. 1, 46 DIFF. ed. Beck p. 41, 115. *sim. in* GLOSS., *v. Thes. gloss. s.* habena). MARTYR. gramm. VII 180, 13 be producta per b mutam omnifariam scribetur, ut . . . habena. excipitur avena, quae significat tibiam vel stipulam, discretionis causa (ALBIN. *ibid.* p. 303, 20). PRISC. gramm. III 490, 16 avena, quae τὸν βρόμον significat, et sine aspiratione est et per v scribitur (ALBIN. gramm. VII 296, 13). *inde ab* ENNIO. [*it.* avena, *francog.* avoine, *hisp.* avena. *M.-L.*]

proprie de herba, plerumque sterili inutilique (cum lolio saepius coniungitur), qua Italici ad vescendum non usi sunt: GLOSS. αἰγίλωψ. βρόμος (*cf. Diosc. 4, 137. 138 Spr.* ORIBAS. eup. 2^{b}, 10 bromos abena dicitur. *cf.* PLIN. nat. 22, 161 *infra l. 66 et* PRISC. *supra l. 30*). II 4, 39 abena βρόμη(?) αἶρα (*trad.* βρομηερα). III 429, 54 βοτάνη χλοή herba avena. 543, 63 br⟨o⟩mus avena i⟨n⟩ter ligumina (*cf.* 580, 49 brobus i. avena inter legumen). V 269, 24 avena herba messibus noxia (*cf.* IV 484, 13). V 169, 30 avena herba seminalis segetis similis (*affertur* VERG. georg. 1, 77). III 568, 21 lolium i. avena agrestis (*cf.* CHIRON 450 *infra l. 72*). 630, 60 zizania i. lolium i. advena salvatica. 580, 16 anagalis i. lolium vel zizania sive sabina (*leg.* avena) silvatica (*cf.* AVG. in psalm. 64, 16 *infra l. 75 sqq.*). ENN. protrept. frg. (Prisc. gramm. II 532, 18) ubi videt avenam lolium crescere inter triticum. CATO agr. 37, 5 frumenta face bis sarias runcesque avenamque destringas. CIC. fin. 5, 91 ne seges quidem igitur spicis uberibus et crebris, si avenam uspiam videris. VERG. georg. 1, 77 urit enim lini campum seges, urit avenae, urunt . . . papavera (SERV. *ad l. infra p. 1309, 9. cf.* COLVM. 2, 13, 3 PLIN. nat. 17, 56. 18, 205 GLOSS. V 169, 30). [DIRAE 21 verna *Heinsius*, avena *codd.*] HOR. sat. 2, 6, 84 neque ille (*mus*) sepositi ciceris nec longae invidit avenae (QVINT. inst. 9, 3, 17). OV. fast. 1, 692 careant loliis oculos vitiantibus agri nec sterilis culto surgat avena solo (4, 646 levis obsesso stabat avena solo). COLVM. 2, 10, 32 similis ratio avenae est. caeditur in foenum vel pabulum, dum adhuc viret. 2, 10, 24 pabulorum genera complura, sicut Medicam, viciam, farraginem quoque hordeaciam et avenam, foenum Graecum, nec minus ervum et ciceram. PLIN. nat. 18, 61 hordeum maxime nudum et arinca, sed praecipue avena. 18, 143 avena Graeca. 18, 149 primum omnium frumenti vitium avena est et hordeum in eam degenerat sic, ut ipsa frumenti sit instar, quippe cum Germaniae populi serant eam neque alia pulte vivant (*cf.* 4, 95). 18, 150 est et aliud ex vicino avenae vitium, cum amplitudine incohata granum, sed nondum matura, priusquam roboret corpus, adflatu noxio cassum et inane in spica evanescit quodam abortu. 22, 161 bromos semen est spicam ferentis herbae. nascitur inter vitia segetis avenae genere. 6, 188 grana . . . avenae sponte provenientis ad vescendum *trahit*. 1, 18, 44. 1, 22, 67. [21, 129 aerina *Barbarus*, avenae *codd.*] VLP. dig. 9, 2, 27, 14 si lolium aut avenam in segetem alienam inieceris. EDICT. Diocl. 1, 17 (*inter ervum et faenum Graecum*) avenae (*gen.*). SYMM. rel. 3, 16 avena fruges necavit. CHIRON 450 avenam agreste cum vino . . . miscebis (*cf.* GLOSS. *supra l. 41 sq.*). HIER. in Ezech. 1, 4 p. 44 Vall. avena, sive vicia et olyra, pascuntur animalia. p. 43 ὄλυραν, quam alii avenam, alii sigalam putant. AVG. in psalm. 64, 16 sicuti est lolium, sicuti est avena et cetera talia, quae primam herbam prorsus similem habent (*syn.* zizania. *cf.* GLOSS. *supra l. 42. 43*). GALEN. alfab. 32 avena criscit in segitibus. ORIBAS. syn. 4, 13 *minus nutriunt* abena melius (*i. milium*). 4, 15. 17. 31. 35 avena digestibilior est omnibus liguminibus. ISID. orig. 17, 9, 103 avena . . . lolium (*sine interpr.*). *plur.* (*cf. etiam p. 1309, 27. 29. 50 sqq.*): VERG. ecl. 5, 37 infelix lolium et steriles nascuntur avenae (georg. 1, 154. SERV. ecl. 5, 37 'steriles' . . . avenas secundum situm dixit Italiae, nam in Thracia fructuosae sunt. georg. 1, 154 'steriles avenae' ad dis-

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

cretionem earum quae seruntur ⟨*auct.*: nam in multis provinciis etiam inter fructuum genera numerantur⟩). georg. 1, 226 illos expectata seges vanis elusit avenis (aristis *AMR*). DIRAE 15 effetas, Cereris sulci, condatis avenas (*cf.* 19). MELA 3, 56 in his esse Oeonas, qui ovis avium palustrium et avenis tantum alantur (*inde* PLIN. nat. 4, 95 *cf.* SOL. 19, 6). CALP. ecl. 4, 116 nec praefocata malignum messis habet lolium nec inertibus albet avenis. ARNOB. nat. 2, 59 quid spinae, quid sentes, quid avenae, quid lolium (*sc. in mundo faciunt*)? SERV. georg. 1, 77 bene ... linum avenas papaver, et dicit post haec frumenta serenda non esse: nam licet manu legantur et sint inter legumina, viribus tamen frumentis exaequantur. *inde translate apud christianos*: TERT. anim. 16 quem (*diabolum*) legis avenarum superseminatorem et frumentariae segetis nocturnum interpolatorem. adv. Prax. 1 fruticaverant avenae Praxeanae hic quoque superseminatae, dormientibus multis in simplicitate doctrinae. praescr. 31 bonum semen frumenti a domino seminatum in primore constituit, avenarum autem sterilis foeni adulterium ab inimico diabolo postea superducit. HIER. epist. 130, 7 nec in bona terra pectoris tui sementem lolii avenarumque suscipias (*cf.* 15, 1).

